BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
F
1
NAPOLI

XVI
F.
1.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVISSIMVS DE SANCTORVM CANONIZATIONE TRACTATVS

In quinque Partes diuiſus

IN QVARVM PRIMA;

Veluti in apparatu explicantur termini Sanctitatis, Beatitatis, & Canonizationis, eiuſdemque Canonizationis origo, ac forma, & qualiter tractu temporis aucta ſit, & perfecta.

IN SECVNDA

Explicantur pariter termini omnium & ſingularum virtutum, & quæ cuilibet virtuti opponuntur vitiorum, interiectis plurimis Sanctorum Patrum, & grauiſſimorum Doctorum ſententijs, ad Concionatorum etiam, & eorum, qui animarum curam gerunt, vtilitatem,

IN TERTIA

Tractatur de gratijs gratis datis, deque, his, quæ illarum ſpeciem induunt; vbi plurimæ non iniucundæ adnectuntur hiſtoriæ, plurima item pro Medicis, aliarumque ſcientiarum ſtudioſis facientia.

IN QVARTA

De materia legali triginta enucleantur Quæſtiones, ad modum, & formam procedendi in Canonizationum cauſis pertinentes.

ET IN QVINTA

Regiſtrantur, Cæremoniale Leonis X. lib. 1. cap. 6. Nouiſſima Decreta Vrbani Octaui in Congregatione Generalis Inquiſitionis edita, nonnullaque Decreta Congregationis Sacrorum Rituum, ad materiam Canonizationum ſpectantia.

ADDITA IN EADEM QVINTA PARTE

Plenā INSTRVCTIONE pro Patrocinantibus cauſas Canonizationum in Curia, & pro formandis earum Proceſſibus in partibus.

OPERA, ET STVDIO

CAROLI FELICIS DE MATTA

Cremonenſis, Epiſcopi Sancti Seueri.

Di Gennaro Giannelli

ROMÆ. Typis & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij; M. DC. LXXVIII

Cum Priuilegio Summi Pontificis. Superiorum Permiſſu

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

INNOCENTIO XI.

PONT. OPT. MAX.



BEATISSIME PATER.

NOuiſſimum hunc de Sanctorum Canonizatione tractatum, Chriſto Domino Redemptori dicatum, Sanctitati Veſtræ deuotiſſimè præſento, prout triplici ex capite teneor, quia videlicet S. V. eiuſdem Chriſti Domini locum tenet in terris; & in gratiarum actionem, quod me ad tam ſublimem dignitatem euexerit; Et quia cauſæ Canonizationum, & Beatificationum à Summi Pontificis auctoritate dependent, ab eademque complementum obtinent; dumque meum hoc debitum libentiſſimè perſoluo, S. V. pedes humillimè deoſculor:

Eiuſdem S. V.

Humiliſſimus, ac Deuotiſſimus Seruus Ob.mus

Carolus Felix Epiſcopus S. Seueri.

Digitized by Google

DOMINE IESV CHRISTE REX,

Et Redemptor Noſter.

EX quo primum ad hunc nouiſſimum de Sanctorum Canonizatione Tractatum manum admoui, reflectens cum Paulo Apoſtolo, me ad tale opus complendum, quaſi ex me, nullatenus fore ſufficientem, ſed ſufficientiam à D. M. V., quæ dat omnibus affluenter, expoſtulandam, ſicut illam toto corde poſtulaui, ſic eidem D. M. V. ipſum Tractatum, quatenus res ad votum ſuccederet, dicandum conſtitui; vt ipſa dicatio, & pro gratiarum actione, & in teſtimonium eſſet, me poſt acceptam gratiam nolle gloriari, quaſi non accepiſſem. Propterea cum illum tandem, compleuerim; Vota complens, D. M. V., dico, donoque, ſeu potius reddo; Eandem humillimè ſupplicans, vt ſicut ad Abel, & ad munera eius reſpexit, ſic ad me quoque, & ad hoc meum exiguum munus reſpicere non dedignetur; Meque noua gratia dignum efficere, vt quemadmodum Baruch, prophetias Iſaiæ prophetæ conſcribendo, prophetiæ dono illuſtratus fuit, & Simeon Metaphraſtes, Sanctorum geſta compilando, ſanctitatem adeptus eſt; ita ego quoque hoc conſequi valeam, vt de virtutibus diſſerente virtutum ſemina in me pullulent; cum cæteroqui nihil mihi profuturum ſciam, ſi poſtquam virtutum eſſentiam, definiendo, deſcribendo, diuidendo, explanauero, ipſe nudus virtutibus, vitijs inuolutus inueniar; Neque enim diuitiarum notitia, ſed poſſeſſio diuites facit. In quo quidem propoſito ipſe Vas electionis Paulus Apoſtolus, quaſi de ſe metuens, vel potius ad noſtram inſtructionem; Caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo, nè, cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Interim dum de hoc, cæteriſque beneficijs, quæ non pauca, nec leuia ſunt, D. M. V. gratias refero, ſit eidem cum Deo Patre, & Spiritu Sancto, Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitati, omnis laus, & gloria, nunc, & ſemper, & per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

INNO-

INNOCENTIVS PP. XI.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVm ſicut Venerabilis Frater Carolus Felix Matta Epiſcopus Sancti Seueri Nobis nuper exponi fecit ipſe librum vnum, cui Titulus, Nouiſſimus de Sanctorum Canonizatione Tractatus, à ſe compoſitum typis in alma Vrbe noſtra mandauerit, ſeu mandare & in lucem edere intendat, Vereatur autem nè poſtquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt, librum prædictum iterum imprimant, ſeu imprimi curent in ipſius Caroli Felicis Epiſcopi præiudicium, Nos eius indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur, prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Carolo Felici Epiſcopo, vt durante decennio à primæua dicti libri impreſſione computan. dummodo tamen à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij noſtri Apoſtolici prius approbatus fuerit, nemo tam in Vrbe præfata quam in reliquo Statu Eccleſiaſtico, mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto librum prædictum etiam ſub prætextu additionum ſine ſpeciali dicti Caroli Felicis Epiſcopi, aut ab eo cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio vel alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere aut proponere poſſit & valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus. Inhibentes propterea vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera & ammiſſionis librorum & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia eidem Carolo Felici Epiſcopo, ac pro reliqua tertia partibus accuſatori & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicandorum eo ipſo abſque vlla declaratione incurren. pœnis, nè dicto decennio durante librum prædictum, aut aliquam eius partem tam in Vrbe, quam in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere aut ab alijs impreſſum vendere ſeu venalem habere quoquo modo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris & Apoſtolicæ ſedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus Gubernatoribus Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris, Prouinciarum, Ciuitatum Terrarum, & Locorum Status Noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Carolo Felici Epiſcopo, ſeu ab eo cauſam habentibus præfatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocumque ab eodem Carolo Felice Epiſcopo fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ac quibuſuis Statutis & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis & innouatis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam in ipſo libro impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 12. Iulij 1678. Pontificatus Noſtri anno Secundo.

I. G. Sluſius.

Imprimatur & venundetur per D. Nicolaum Angelum Tinaſſium iuxta pacta.

Carolus Felix Matta Epiſcopus Sancti Seueri.

Digitized by Google

Prior numerus folium indicat, ſecundus Columnam, tertius lineam.

ERRATA	CORRIGE.
abſtinent 92. 1. 32.	abſtioet
actiones 108. 1. 6.	agitur
actibus virtutum 117. 2. 18.	actibus ſingularum virtutum
actis 274. 2. 35.	artis
adducens 399. 1. 25.	adducente
aliqua 233. 2. 11.	aliquas
allienari 250. 1. 41.	alleuiará
amat 138. 2. 27.	emat
apponi 323. 2. 40.	oppooi
arbitrium 384. 1. 2.	arbitrarium
audica 150. 1 19.	ſandica
auerit 26. 1. 13.	auertit
augustarum 28. 2. 20.	anguſtarum
batiſma 3. 2. 29.	baptiſma
caliditatem 47 2. 13.	callidıtatem
cap. 44. 2. 42.	corp.
cap. 45. 1. 25.	corp.
cap. 45. 2. 8.	corp.
cocunt 231. 1. 17.	coeunt
clauditer 335. 1. 10.	clauditur
colorem 122. 2. 27.	calorem
contigit 50 1 34.	contingit
cuntingat 325. 1. 28.	contingant
corruptorum 190. 2. 33.	incorruptorum
dicitur 154. 1. 30.	dicuntur
diligebant 341. 2. 53.	diligebantur
diuina 78. 2 48.	diuinam
& hic 53. 2. 17.	Ethic.
& hic 54. 2. 25.	Ethic.
errare 439. 1 33.	errari
è ſe 179. 1. 40.	enſe
eſſe 144. 2. 40.	ſunt, vt
euandunt, 106. 2. 30.	euadunt
ferrentur 282. 2. 28.	ferretur
frigida 4. 2. 45.	frigidæ
habili 173. 2. 7.	inhabili
hor. 122. 1. 53.	homil.
Idem 275. 1. 1.	item
inquirerent 34. 1. 35.	inquirent
inſolita 144. 2. 32.	inſolitæ
is 341. 2. 52.	his
intactus 366. 2. 20.	tactus
lædatu 240. 2. 32.	lædatur
morbus 365. 2. 44.	morbos
nomen 345. 2. 44.	gnomi
non determinata 140. 1. 10.	non ſunt determinata
pactum 279. 2. 38.	pattum
Papam 316 2. 12.	Papa
paraliticus 274 1. 10.	paraliticum
pati 61. 1. 34.	pars
paulo 291. 2. 52.	paulo
perſopis 62. 2. 1.	perſonis
pedit rum 179. 1. 29.	peditum
præteritur 30. 1. 26.	præteritum
poſſet 44. 1. 42.	poſſe
qua 245. 1. 31.	quæ
quanquam 82. 1. 59.	quaquam
quia 83. 2. 2.	qui
redet 364. 1. 17.	redeat
Sancti 435. 2. 51.	Sanctus
ſcriptis 9. 2. 38.	eripitis
ſed 231. 2. 48.	ſex
ſtrepitus 287. 1. 56.	ſtrepitum
tertium 443. 2. 4.	teſtium
teſtim. 305. 2. 29.	teſti.
vel non per 384. 2. 8.	vel per
vere 24. 1. 31.	veræ
victum 95. 2. 24.	rictum
videatur 140. 2. 40.	ſi videatur
videatur 3,0. 2 87.	videantur
virtutum 366. 1. 24.	virtute
vnumque 64 1. 31.	vnumquemque
vt id 33. 2. 26.	vt ob id

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiepiſc. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſucus, Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter Ordinis Prædicatorum.

S E-

SERIES CAPITVM.

PARS PRIMA.

Cap. 1. *De Sanctitate.*
Cap. 2. *De Beatitudine, Beatitate, & Beatificatione.*
Cap. 3. *De Canonizatione, eiuſque origine.*

PARS SECVNDA.

Cap. 1. *De Virtute.*
Cap. 2. *De Fide.*
Cap. 3. *De Spe.*
Cap. 4. *De Timore.*
Cap. 5. *De Charitate.*
Cap. 6. *De Hypocriſi.*
Cap. 7. *De Prudentia.*
Cap. 8. *De Iuſtitia.*
Cap. 9. *De Religione.*
Cap. 10. *De Fortitudine.*
Cap. 11. *De Martyrio.*
Cap. 12. *De Temperantia.*
Cap. 13. *De Humilitate.*
Cap. 14. *De ordine, connexione, & comparatione Virtutum.*
Cap. 15. *De Heroicitate.*
Cap. 16. *De Simplicitate.*
Cap. 17. *De Perfectione.*
Cap. 18. *De Paupertate & Diuitijs.*
Cap. 19. *De Zelo.*
Cap. 20. *Concluſio.*

PARS TERTIA.

Cap. 1. *De Prophetia.*
Cap. 2. *De Viſionibus.*
Cap. 3. *De Somnijs.*
Cap. 4. *De Extaſi, & Raptu.*
Cap. 5. *De diſcretione ſpirituum.*
Cap. 6. *De dono linguarum.*
Cap. 7. *De Interpretatione Sermonum.*
Cap. 8. *De Miraculis in genere.*
Cap. 9. *De Miraculis primi generis.*
Cap. 10. *De Miraculis ſecundi generis.*
Cap. 11. *De Membrorum reſtitutione.*
Cap. 12. *De Generantibus, & concipientibus in ſenectute.*
Cap. 13. *De igne, & lumine in facie apparente.*
Cap. 14. *De Incorruptione.*
Cap. 15. *De ſanguine è cadaueribus manante.*
Cap. 16. *De Energumenorum liberatione.*
Cap. 17. *De Inedia.*
Cap. 18. *De ſanationibus quæ pertinent ad miracula tertij generis.*
Sect. 1. *De humani corporis partibus.*
Sect. 2. *De morborum cauſis, & diuiſione.*
Sect. 3. *De naturalibus morborum ſanationibus.*
Sect. 4. *De morbis naturaliter ſanationibus.*
Cap. 19. *De occultis naturæ viribus.*
Cap. 20. *De Pſeudomiraculis.*
Cap. 21. *De Mirabilibus.*
Cap. 22. *De Prodigijs.*
Cap. 23. *Hiſtoriæ quædam.*
Cap. 24. *Quando gratiæ gratis datæ meritis Seruorum Dei ſint tribuendæ.*

PARS QVARTA.

Cap. 1. *De natura Cauſarum Canonizationum, & ad quodnam genus iudiciorum pertineant.*
Cap. 2. *Vtrum cauſæ Canonizationum ſint fauorabiles, vel odioſæ.*
Cap. 3. *Canonizari qui poſſint.*
Cap. 4. *Quis poſſit Sanctos canonizare.*
Cap. 5. *Quænam virtutes pro Sanctorum Canonizatione requirantur.*
Cap. 6. *In quonam gradu requirantur virtutes pro Canonizatione Sanctorum.*
Cap. 7. *An, & de quibus miraculis pro Sanctorum Canonizatione conſtare debeat.*
Cap. 8. *Vtrum ſit de ratione miraculi, vt inſtantaneè fiat.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. 9. *Vtrum tollat rationem miraculi, ſi interueniat miniſterium naturæ.*

Cap. 10. *Vtrum tollat rationem miraculi, dolor intercedens, recidiua, vel debilitas, tumor, ſeu durities remanens poſt ſanitatem.*

Cap. 11. *Vtrum dentur morbi naturaliter inſanabiles.*

Cap. 12. *Vtrum in definiendis ſanationum miraculis, ſtandum ſit medicorum Iudicio.*

Cap. 13. *Vtrum pro Canonizatione Sanctorum ſufficiant miracula negatiua.*

Cap. 14. *Vtrum in approbatione miraculorum explicandum ſit genus miraculi.*

Cap. 15. *Vtrum in cauſis Canonizationum admittantur omnia probationum genera.*

Cap. 16. *Vtrum in cauſis Canonizationum coniungantur teſtes ſingulares.*

Cap. 17. *Vtrum in cauſis Canonizationum admittantur teſtes inhabiles.*

Cap. 18. *Vtrum in cauſis Canonizationum admittantur Teſtes de auditu.*

Cap. 19. *Vtrum & quid operetur fama in cauſis Canonizationum.*

Cap. 20. *Explicantur nonnulla circa probationem miraculorum.*

Cap. 21. *Vtrum pro Canonizatione Martyrum conſtare debeat concludenter de Martyrio.*

Cap. 22. *Vtrum, & qualiter cauſa martyrij ſit probanda.*

Cap. 23. *Vtrum liceat hodie, & quandocumque probare centenariam cultus antè nouiſſima decreta, & qualiter probanda ſit.*

Cap. 24. *De fide & probatione Hiſtoriarum.*

Cap. 25. *De Indicijs Sanctitatis ex actibus virtutum deſumendis.*

Cap. 26. *De indicijs Sanctitatis ex aliquibus actibus virtutum deſumendis.*

Cap. 27. *De indicijs Sanctitatis ex nonnullis ſpecialibus deſumendis.*

Cap. 28. *De Canonizationis effectibus, & Sanctorum gradibus, & ordinibus.*

Cap. 29. *Vtrum Epiſcopi poſſint approbare miracula.*

Cap. 30. *Vtrum Canonizationi Sanctorum poſſit ſubeſſe falſitas.*

PARS QVINTA.

Cap. 1. *Refertur Cæremoniale Leonis X. lib. 1. cap. 6.*

Cap. 2. *Regiſtrantur nouiſſima decreta Vrbani Papæ Octaui.*

Cap. 3. *Regiſtrantur nonnulla decreta Sacræ Rituum Congregationis.*

Cap. 4. *Inſtructio pro Patrocinantibus Canonizationum, & Beatificationum cauſas in Vrbe.*

Cap. 5. *Inſtructio pro conſtruendis proceſſibus in Partibus auctoritate ordinaria, vel delegata.*

PRÆ-

Digitized by Google

PRAEFATIO.

SAnctorum Canonizationes eſſe de maioribus cauſis, quæ in Eccleſia Catholica tractari poſſint, apud omnes eſt inconfeſſo, non tantùm ob ſui grauitatem, quàm quia omnium primarum ſcientiarum peritiam requirant. Theologiæ videlicèt in examinanda virtutum heroicitate, Phyloſophiæ, & Medicinæ, pro enucleandis miraculis; Legum, & Canonum, in definiendo ſuper legitimitate proceſſuum, & ſuper concludenti probatione actuum, ex quibus virtutes, & miracula deducuntur. Quas quidem omnes ſcientias cum difficile ſit in eodem Doctore coniungi, & quem longa praxis de huiuſmodi cauſis inſtruxerit, hinc factum eſt, vt vſque in præſens nemo de hac materia plenè tractauerit. Licet enim Canonum explanatores in tit. de reliq. & venerat. Sanct. et alij, quos plena manu congerit Barboſa in princ. eiuſdem tituli, incidenter Limina tetigerint; nonnulli etiam ex profeſſo prouinciam ſint ingreſſi, eam tamen nimis celeri paſſu percurrentes vndequaque non perluſtrarunt. Siquidem ex his, qui materiam tantummodò libauerunt, Andreas Molfeſius conſ. 45. & 46. ſe paucis expedit. Melchior Canus, de locis theolog. prælect. 7. Caſſan. cathalog. glor. mundi p. 5. conſid. 22. Card. Bellarm. in Controu. Chriſt. fidei, tom. 1. lib. item 1. Suar. in 3. p. D. Thom. q. 25. diſp. 52. Valentia in 2. 2. diſp. 6. q. 11. Vaſquez tract. de cult. & vener. Sanct. D. Thom. 3. p. q. 45. ar. 6. Concil. Trid. Seſſ. 25. in tit. de inuoc. vener. & reliq. Sanct. Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 8. & 9: Azor. inſt. Moral. p. 1. lib. 9. cap. 8. et p. 2. lib. 5. cap. 6. Emmanuel Roderic. quæſt. regul. tom. 3. q. 55. et Barboſ. de offic. et pot. Epiſc. p. 3. alleg. 97. Nihil de forma procedendi in cauſis Canonizationum, ſed omnia de cultu, & veneratione Sanctorum, de poteſtate Eccleſiæ, & verum in huiuſmodi cauſis errare poſſit, ſua verba reſtringunt.

Ex his verè, qui ex profeſſo de Canonizatione tractatus ediderunt (qui ſunt Troilus Maluetius, Iacobus Caſtellanus, frater Angelus Rocca, Lucas Caſtellinus, Felix Contelorus, & Fortunatus Scacchus) Troilus Maluetius, & Iacobus Caſtellanus, veluti eodem calamo, licèt non eadem methodo, vterque tamen breuiſſimo, ſcripſiſſe videntur. Quandoquidem Troilus Maluetius ſuum liberculum, quem dicat fratri Cherubino Spoletano Minoritæ, in quatuor capita, ſeu quæſita diuidit. In quorum primo non excedit ethimologiam, & diuiſionem Sanctitatis, diſtinctionem Sancti à Beato, Sanctitatiſque definitionem. In ſecundo grauitatem huiuſmodi cauſarum adducit, eaſque ad ſolum Papam ſpectare contendit. In tertio tractat de requiſitis ad hoc, vt quis tanquàm Sanctus canonizari poſſit; de miraculorum qualitatibus, ac conditionibus; & qualiter teſtes ſuper miraculis deponere debeant. In quarto demum de forma, quæ in Sanctorum Canonizatione ſeruari tunc conſueuerat, & quæ traditur in Cæremoniali Leonis X. lib. 1. cap. 6.

Iacobus Caſtellanus ſuum de Canonizatione tractatum, quem dicat Leoni X. in nouem principales quæſtiones diuidit. In quarum prima diſputat de quidditate Canonizationis, eamque definit iuxta placitum Innocent. & Ioann. Andr. in cap. 1. de reliq. et vener. Sanct. In ſecunda diſſerit de Canonizationis ethimologia. In tertia de facultate Sanctos Canonizandi, quam ad ſolum Rom. Pont. ſpectare probat. In quarta quando ad ſolemnem Sancti alicuius Canonizationem deueniendum ſit, nempè quando per ſufficientes probationes conſtat de fide, & excellentia vitæ, atque operatione miraculorum eius, qui petitur canonizari. In quinta deducit ea, de quibus in Canonizatione ſpecialiter ſit inquirendum, ſcilicet de celebri fama Sanctitatis, de ſimplicitate, & humilitate, perſecutionibus ex charitate tolleratis, & de miraculis in vita, & poſt mortem, etiam ſi de Martyrum Canonizatione tractetur. In ſexta de miraculis eorumque requiſitis. In ſeptima de probatione miraculorum, & vita ſanctitate, concludens, miracula directè probari non poſſe, ſed indirectè tantùm, quando ſcilicèt conſtat quid factum, at non ex cauſa naturali. In octaua deſcribit ordinem, quoad Sanctorum Canonizationem deuenitur, vt in Cæremoniali Leonis X. lib. 1. cap. 6. In nona demùm, & vltima narrat Canonizationis effectus.

Frater Angelus Rocca ex ordine Sancti Auguſtini, Sacrarij Apoſtolici Præfectus, ſub Pontificatu

Cle-

Clementis VIII. librum edidit, cui titulus Commentarius de Canonizatione Sanctorum, in 42. ca-
pita diuiſum. In quorum primo tractat de ethimologia ſanctitatis, In ſecundo de ethimologia Canoni-
zationis, quam definit in tertio. In quarto probat, facultatem canonizandi Sanctos apud ſolum ſum-
mum Pontificem reſidere. In quinto de Canonizationis antiquitate; In ſexto de cauſis, ob quas ſolem-
nis Canonizatio fuit introducta. In ſeptimo, & octauo de requiſitis ad Canonizationem, & in cano-
nizandis. In nono de requiſitis ad miracula. In decimo dat regulam diſcernendi vera miracula à fal-
ſis, de quibus tractat in quatuor capitibus ſequentibus, & in decimo octauo. In decimo ſexto de appa-
ritionibus, quæ fiunt à bonis, & à malis angelis. In decimo nono capite, & pluribus ſequentibus tra-
ctat de miraculis & eorum diuiſione, qualitatibus, gradibus, differentijs, qua ratione maiora, vel mi-
nora dicantur. In capite vigeſimo quinto docet, qualiter miracula circa curationes ægritudinum ſint
examinanda, de quibus pariter per duo capita ſequentia. In vigeſimo octauo quænam ægritudines ab
angelis ſiuè bonis, ſiuè malis, ſanari poſſint. A capite vigeſimo nono vſque ad trigeſimum tertium tra-
ctat iterum de requiſitis ad Canonizationem. In trigeſimo quarto de ordine Iudiciario, quem in San-
ctorum Canonizatione ſeruandum aſſerit; Quærens deindè capite ſequenti, an idem ordo in Canoni-
zatione martyrum ſeruandus ſit? In capite trigeſimo ſexto, & ſequentibus de Conſiſtorijs, & appa-
ratu pro Sanctorum Canonizatione. In trigeſimo nono de infallibilitate Eccleſiæ Catholicæ in Ca-
nonizandis Sanctis ſoluendo in quadrageſimo, & ſequentibus nonnulla dubia, quæ contra huiuſmo-
di infallibilitatem opponi poſſent.

Poſt emanata nouiſſima decreta Sacræ Congregationis Generalis Inquiſitionis ſub Vrbano VIII.
ampliores tractatus ediderunt, Lucas Caſtellinus, Fortunatus Scacchus, & Felix Contelorus, non
tamen totam materiam complectentes.

Etenim Lucas Caſtellinus in ſuo Elucidario theologico, in quo plura diuerſi generis interſerit, cap.
1. punct. 16. probat, facultatem canonizandi ſanctos, reperiri apud ſolum Romanum Pontificem. In
cap. 2. p. 1. & ſeqq. deſcribit Beatificationem, oſtendens in quibus cum Canonizatione conueniat, vel
diſſentiat. In cap. 3. punct. 48. tribus fundamentis probat Sanctorum Canonizationem inter illa
connumerari, quæ ſunt fidei. Ex quibus infert in Canonizatione Sanctorum Eccleſiam errare non
poſſe, quod repetit cap. 4. punct 3. & cap. 6. punct. 10, & ſeqq. In appendice ad cap. 4. ſect. 1. tra-
ctat de virtute heroica, vndè talis dicatur, & in quo conſiſtat. In ſect. 2. nonnulla diſcurrit ſu-
per reuelationibus. In appendice ad quintum caput ſect. 2. Definit perſeuerantiam, quod ſit virtus
adiuncta fortitudini, ſicut virtus ſecundaria principali. In ſexto capite, punct. 3. probat, errorem ca-
dere non poſſe in aſſertione miraculorum, licet teſtimonijs innitatur humanis. In appendice ad Sextum
caput, Sect. 1. notas, & ſigna Sanctitatis canonizandorum enumerat, nempè virtutes heroicas, cor-
poris incorruptionem, ſuauem odorem, vel liquorem odoriferum, è corpore manantem, conuerſatio-
nem cum Angelis, ſplendorem, ſeu nitorem in facie; Armoniam cæleſtem auditam in locis, vbi corpus
aſſeruatur; Eleuationem à terra; Donum prophetiæ, miracula poſt mortem, obedientiam creatura-
rum ratione carentium; martyrium; Ebullitionem ſanguinis, locutionem patriam à pluribus diuer-
ſarum nationum, & linguarum intellectam. In cap. 7. adducit virtutes ad Sanctorum Canoniza-
tionem neceſſarias. In cap. 8. tractat de miraculis; adducens diſtinctionem inter miracula, ſigna, & pro-
digia; & plura ſubdens circa diuiſionem miraculorum, ac eorum gradus, & qualitates, & circa illo-
rum neceſſitatem ad Canonizationem. Et demùm in appendice ad octauum caput, Sect. 1. tract. de
antiquitate ſolemnis Canonizationis; ſubdens Sect. 2. indicem, ſeu Cathalogū SS. Canonizatorū.

Idem Lucas Caſtellinus, In tractat. de Inquiſitione miraculorum in Sanctorum martyrum Cano-
nizatione, plura tractat de martyrio, ſcilicet punct. 1. definit martyrium, concludens eſſe actum forti-
tudinis. punct. 2. docet de neceſſitate martyrij pro confeſſione Catholicæ fidei, concludens, non eſſe ſim-
pliciter neceſſaria miracula pro martyrum Canonizatione. Quod confirmat punct. 3. Deinde poſt lon-
gam appendicem generalem, in qua diſcurrit de Martyrio B. M. V. de ſtigmatibus Sanctæ Cateri-
næ Senenſis, de eminentia martyrum ſupra Confeſſores, Et de vita aſpera, & laborioſa D. Rocchi,
quam æquiparat martyrio; In additamento vniuerſali par. 1. tractat de miraculorum efficacia quod
videlicet tantam virtutem habeant, vt apta ſint, hominibus, & Eccleſiæ militanti, tanquàm certiſ-

ſimæ

Digitized by Google

ſimæ conteſtationes, Seruorum Dei Sanctitatem, ad effectum Canonizationis demonſtrare. In ſecunda parte eiuſdem additamenti vniuerſalis agit de extaſi, & raptu, atque item de prophetia.

Idem Caſtellinus in compendioſo tractatu de dilatione in longa annorum tempora Canonizationis Sanctorum, breuiori methodo repetit ferè omnia diſcuſſa in Elucidario. Et in primo puncto demonſtrat conuenientiam, & neceſſitatem dilationis in Sanctorum Canonizatione, quam dicit fundari in vſu, & antiqua Conſuetudine Romanæ Eccleſiæ. In 2. punct. Qualia debent eſſe miracula in Canonizatione, & Beatificatione admittenda. In animaduerſione generali explicat, quomodo, & qualiter fama probet ad effectum Canonizationis. In Additamento demum repetit poteſtatem Papæ in cauſis Canonizationum, & quod in huiuſmodi materia non poſſit errare.

Felix Contelorus ſuam Praxim de Sanctorum Canonizatione in viginti quinque diuidit capita. In quorum primo plures adducit Canonizationis definitiones, illam approbando, quam tradit Iacobus Caſtellanus, & ad verbum explicans. In ſecundo notat differentiam inter Canonizationem, & Beatificationem. In tertio tractat de Canonizationis antiquitate. In quarto probat, Sanctorum Canonizationem ad ſolum Papam pertinere, ea ratione, quia canonizatus ab omnibus adorandus conſtituitur, & nemo præeſt omnibus, niſi ſolus Papa, qui eſt omnium immediatè Iudex ordinarius. Concludens cap. 5. et ſeqq. *Neque Epiſcopos, neque Cardinales, etiam de latere Legatos, neque Collegium Cardinalium, etiam Sede Apoſtolica vacante; neque Concilium prouinciale, vel generale, canonizare poſſe. In nono capite diſputat, vtrum Papa in Canonizatione Sanctorum Cardinalium conſenſum requirere teneatur. In decimo tribus fundamentis probat, Papam in Canonizatione Sanctorum errare non poſſe. In vndecimo docet, omnes canonizari poſſe, de quorum Sanctitate conſtat. In duodecimo, quemlibet ad proprium ordinem canonizari debere. In decimo tertio tractat de Baptiſmo, de quo ſaltem præſumptiuè, pro Canonizatione conſtare debeat. In decimo quarto de Sanctitate, eiuſque probatione per teſtes, ſcripturas, hiſtorias, miracula, & ſigna ibidem notata. In decimo quinto de virtutibus theologalibus, & Cardinalibus, ad Canonizationem requiſitis, quarum definitionem tradit, aſſerens, non eſſe neceſſe, quod canonizandus ſe in omnibus exercuerit, ſed ſufficere quod ſe exercuerit in ijs, de quibus oblata ſibi fuit occaſio. In decimo ſexto de miraculis; eorumque qualitatibus, & differentijs, ac quotupliciter naturæ vires excedant. In decimo ſeptimo de requiſitis ad miraculum. In decimo octauo demonſtrat, miracula non poſſe directè probari, ſed indirectè tantùm à poſteriori, & qualiter probentur. In decimo nono concludit neceſſitatem miraculorum ad Canonizationem, non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem, vti ſubdit* cap. ſeq. *In vigeſimo primo diſputat, an ſint neceſſaria miracula in martyrum Canonizatione, & adductis rationibus hinc indè contrarijs, concludit affirmatiuè. In vigeſimo ſecundo tractat de non adhibendo cultu nondum beatificatis, iuxta nouiſſima decreta. In vigeſimo tertio de forma, & praxi conficiendi proceſſus in cauſis Canonizationum. In vigeſimo quarto de litteris compulſorialibus. Et in vigeſimo quinto de pluribus practicabilibus circa proceſſus canonizandorum.*

Fortunatus Scacchus nouiſſimum omnium tractatum edidit de cultu, & veneratione Sanctorum, in vndecim Sectiones diuiſum. In quarum prima, in octo capita diſtincta, tractat de vocabulo Sanctitatis; & quod nam argumentum, ad effectum Beatificationis, & Canonizationis deſumatur à titulo Sanctitatis, Dei ſeruis iam defunctis, vel vulgi opinione, vel populorum acclamatione, vel nonnullarum Eccleſiarum conſenſu, aut penes Scriptores, Sanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores attributo. In ſecunda ſectione, quam diuidit in quinque capita, tractat de notis, & ſignis ſanctitatis, ex virtutibus, & euangelica perfectione deſumendis. Definit Heroicitatem, illamque conſtituit in quadam promptitudine, ac delectabilitate, vel ſuauitate, in operando ad finem ſupernaturalem. In ſectione tertia, quæ in quatuor diuiditur capita, de notis, & ſignis ſanctitatis, quæ ex virtutibus theologicis Fide, Spe, & Charitate deſumi poſſunt, de huiuſmodi virtutibus ad longum diſcurrendo. In ſectione quarta, pariter in quatuor capita diuiſa, differit de notis, & ſignis ſanctitatis ex actibus virtutum moralium, ſiuè Cardinalium, prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, & temperantiæ deſumendis; ad longum item de huiuſmodi virtutibus agens. In ſectione quinta, quam in ſex capita diuidit, de quibuſdam virtutibus in gradu heroico, in actis Seruorum Dei non martyrum ſingulariter exqui-

rendis;

rendis; nempè de terrenorum honorum, ac diuitiarum contemptu, de maceratione carnis, de vſu frequenti Sacramentorum, de orationis, meditationis, & contemplationis ſtudio, de humilitate, cuius eſſentiam, gradus, et partes explicat, de finali perſeuerantia in bono, ac de felici obitu. In ſectione ſexta, quam in ſeptem diuidit capita, tractat de notis ſanctitatis, ex cuiuſuis perſonæ ſtatu deſumendis; cum quibus concordat ſeptima ſectio, in quatuor capita diuiſa. In ſectione octaua, in ſex capita diſtincta, de notis, et ſignis ſanctitatis, quæ ex gratijs gratis datis deſumuntur, nempe de miraculis, Prophetia, Extaſi, et Raptu, Apparitionibus, Reuelationibus, Viſionibus, et Inſpirationibus, ſcientiarum infuſione, ac diuerſarum linguarum peritia. In ſectione nona, quam diuidit in octo capita, tractat de notis ſanctitatis, à fama, et ex his à quibus oritur ipſa fama, deſumendis, videlicet, de monumentis, ſepulchris, mauſoleis, ſarcophagis marmoreis, ſtatuis, ſimbolis, et inſcriptionibus ornatis. Item de cæmeterijs, criptis, et arenarijs antiquis, de cadauerum integritate, et incorruptione; plura differens de fama, et quomodò diſtinguatur à rumore, et ex quibus verificari poſſit, et firmiter innixa dicatur. In Sectione decima, quæ in quinque capita diuiditur, agit de notis Sanctitatis, quæ à cultu, & veneratione, publicis, vel priuatis oriri poſſint, diſtinguendo, quinam dicendus ſit cultus publicus, & qui priuatus; et item quinam cultus Eccleſiaſticus, & qui laicalis; vbi etiam quot modis cultus Eccleſiaſticus tribuatur. Et in Sectione vndecima, & vltima, in ſex capita diuiſa, de ſignis Sanctitatis ex hiſtorijs, tam ſacris, quàm prophanis; diſtinguens item plures ſpecies hiſtoriæ ſacræ, ſeu Eccleſiaſticæ; Et quanta fides ſingulis ſit adhibenda concludens. Et demum quantum probent proceſſus antiquiores ſuper vita, virtutibus, & miraculis alicuius Serui Dei, Eccleſiaſtica, vel ſæculari poteſtate confecti.

Porrò licet Fortunatus Schaccus tractatum ſuper materia Canonizationis Sanctorum cæteris grandiorem ediderit, non tamen ſufficientem, neque omnia, quorum cognitio in diſcutiendis Canonizationum Cauſis, eſt neceſſaria, complectentem, ſiquidem pauca leguntur de virtutum eſſentia, in quibus principaliter conſiſtit Sanctitas, & qualiter à vitijs, quæ virtutum ſpeciem induunt, diſtinguuntur; pauciſſima de miraculorum probatione, & ferè nulla de exceptionibus, quæ contra perſonas, examen, & dicta teſtium, quos in Canonizationum proceſſibus examinare contingit, opponi poſſint, vel circa dubia, quæ in diſcuſſione virtutum, & miraculorum, incidere ſolent. Quamuis enim ipſe in argumento, & diuiſione totius operis dicat, ſe materiam fuſius in ſex volumina complexum fuiſſe; huiuſmodi tamen volumina hucuſque nobis non innotuerunt.

Propterèà vt amplior tractatus haberetur, in quo pauca deſiderarentur, quamuis inter Theologiæ, & Iurium profeſſores minimus aliorum tamen omnium, qui de materia ſcripſerunt dicta colligentes, ab alijs, ſcilicet, qui de medicina tractarunt, mutuantes, nonnulla etiam de proprio, ſummo labore, ac vigilijs addentes, Deo propitio, præſentem edidimus, quem legentibus non ingratum fore ſperamus, quia virtutum omnium, & vitiorum, quæ illis opponuntur, vel earumdem pallio ſe cooperiunt, gratiarum etiam, quæ gratis datæ dicuntur, & miraculorum, iuxta placitum D. Thomæ, & Sanctorum Patrum explanatur eſſentia; pluriumque mirabilium, quæ parum à miraculis differre videntur, adducuntur exempla; ac demum per plures quæſtiones enucleantur dubia, quæ in pertractandis huiuſmodi cauſis, circa legitimationem proceſſuum, teſtium depoſitiones, & probationes actuum, ex quibus virtutes, & miracula inferuntur, inſurgere valeant, itaut nihil rari contingere poſſe credimus, ſuper quo non habeatur ſaltem aliqua ratio definiendi. Pro complemento autem adneximus in quinta parte nouiſſima decreta Vrbani Papæ Octaui in Sacra Congregatione Generalis Inquiſitionis edita, nonnulla item decreta Sacrorum Rituum Congregationis de materia Canonizationum, emanata poſt prædicta decreta Papæ Vrbani; cum inſtructione pro Patrocinantibus Cauſas Canonizationum in Curia, & pro formandis proceſſibus ſuper ijſdem cauſis in partibus.

DE

DE CANONIZATIONE SANCTORVM PARS PRIMA.

CIVITATEM Sanctam Ieruſalem, quæ decuſſum eſt, Eccleſiam triumphantem, intrare paruulos poſt baptiſma, & adultos cum innocentia baptiſmali decedentes, atque item lapſos ad pœnitentiam reuerſos, diuina teſtantur eloquia: *Sapien.* 4. 7. *Ezech. cap.* 18. 8., *&* 21. 27. *& Matth.* 15. 7. *&* 19. 15: Cuius quidem Ciuitatis licèt duodecim portæ ſint. *Apoc.* 21. 12. Vna tamen eſt Semita *Matth.* 19. 18. quæ quidem lata eſt, *Pſal.* 108. 96. ne tamen ab ea deuiarent, ad illam felicem Patriam anhelantes, neuè in incertum currerent, & ea, quæ ab æterno Deus præparauit diligentibus ſe, verè comprehenderent, alij ſæculi pompis, & illecebris renunciando, carnemque ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigendo, Chriſti veſtigia ſunt ſecuti. Alij, a lubricis cautè pede retracto, vt firmis poſſent incedere greſſibus, ad diuina obſequia ſe totaliter tranſtulerunt, in euangelicæ inſtitutionis obſeruantiam cuncta ſua conuertentes ſtudia, vniuerſaſque dirigentes actiones. Alij verò, *vt inquit Apoſtolus*, ludibria, & verbera experti, inſuper vincula, & carceres, lapidati, ſecti, tentati, circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, & demùm in occiſione gladij cæſi ſunt *Ad hebr.* 11. 36., *& ſeqq.*, qui omnes ob reportatam de antiquo hoſte victoriam, corporis ergaſtulo reſoluto, meruerunt æternam in cæleſti Ieruſalem, in Eccleſia triumphante coronam.

Ex quorum, qui cæleſtem patriam glorioſè poſſident, numero miſericors Deus nonnullorum fidem, & merita in Eccleſia Militanti miraculis aliquando, ſigniſque declarat, vt Catholici, mentis torpore diſcuſſo, ad boni operis excitentur iuſtitiam; hæretici, errore dimiſſo, ab inuio reducantur ad viam; Iudæi, & Pagani, vero lumine cognito, de tenebris, & vmbra mortis, currant ad Chriſtum, lucem, viam, veritatem, & vitam. *Honor. 3. in litter. Canoniz. Sancti Laurentij Archiepiſcopi Dublinenſis.*

Cum autem Angelus Sathanæ ſe frequenter in lucis Angelum transfiguret, & quidam faciant opera bona, vt videantur ab hominibus. Quidam antè mortem miraculis corruſcant, quorum tamen vita reprobatur. *Innoc. 3. in litter. Canoniz. S. Homoboni Cremonenſis.* Ideo ſtatutum fuit, ne quis, cum quantacumque fama Sanctitatis extremum clauſerit diem, etiam ſi per eum miracula fierent, honoretur pro Sancto, vel Beato, niſi Apoſtolicę Sedis accedat aſſenſus, *cap. audiuimus, vbi omnes ſcribentes de reliqu. & vener. Sanct.* hoc eſt, non præcedente ſolemni Canonizatione, vel Beatificatione; de quibus, & earum requiſitis inſtituitur præſens tractatus. In quo vt iuxta præceptum *I. C. l. 1. ff. de iuſt. & iur.* ante omnia quid nominis innoteſcat, de Sanctitatis primò, quæ Canonizationis eſt materia, de Beatitatis, & Canonizatio-

nis ethimologia, origine, & forma, tanquam in Apparatu, in hac prima parte diſcurrendum eſt.

SVMMARIVM.

Ad Sanctitatem in Eccleſia militanti quæ requirantur, & ſufficiant, num. 23.

Ad Canonizationem requiruntur miracula poſt mortem, nu. 33.

Bona opera imputantur ad meritum, nu. 21.

Canonizatio requirit miracula poſt mortem, nu. 33.

Charitas perficitur in patria, nu. 15. & 18.

Charitas in via eſt cauſa meriti, nu. 20.

Charitati plus tribuitur, quam miraculis nu. 25.

Cultus tribui non debet alicui abſque præcedentibus ſignis, nu. 30.

Differentia inter ſanctitatem in Eccleſia triumphanti, & militanti, nu. 12. & ſeqq.

Differentia inter Canonizationem, & Beatificationem, nu. 34.

Dulia eſt quadam ſpecies obſeruantiæ, nu. 29.

Eccleſia non canonizat abſque miraculis, nu. 27.

Eccleſiaſtici, cap. 44. laudantur viri glorioſi tam propter virtutes, quam propter miracula, nu. 24.

In cauſis Canonizationum ſemper, & primò fit mentio de meritis, nu. 22.

Inferiora quandam analogiam habet cum ſuperioribus nu. 31.

Miracula in vita non inferunt neceſſariò Sanctitatem nu. 32. ſicut miracula poſt. mortem, nu. 34.

Merita ſemper, & primò recenſentur in cauſis Canonizationis, nu. 22.

Miracula, quæ patrari poſſint à malis, nu. 26.

Multi poſt exercitas virtutes, & patrata miracula defecerunt, nu. 33.

Papa ex antiquitate retinet nomen Sanctiſſimi. nu. 2.

Papa in Beatificatione procedit vt Princeps indulgendo, nu. 36. In Canonizatione verò vt Iudex vniuerſalis Eccleſiæ, ſtatuendo, & definiendo, nu. 35.

Perſeuerantia ſufficit ad ſanctitatem in Eccleſia triumphanti, nu. 10. & 13.

Requiſita ad ſanctitatem in Eccleſia militanti, nu. 13. & 16.

Sancti in patria nihil merentur, nu. 19.

Sanctus nullus caret peccato, nu. 6. & 7.

Sanctitatis nomen vndè deductum n. 1. in Iure Ciuili quid importet nu. 3. Plures acceptiones, nu 4.

Sanctitatis definitio, nu. 5. 8. & 14.

Sanctitatis requiſita nu. 23.

Sanctitas duplex, in Eccleſia triumphanti, & militanti, nu. 9 & 10.

Virtutes omnes in patria euacuantur ſecundum materiale, præter charitatem, nu. 16.

Virtutes omnes in charitate radicaliter continentur, nu. 17.

Virtutem poteſt quis oſtendere in publico, & in occulto laxiorem vitam tenere, nu. 28.

CAPVT I.

De Sanctitate.

1 NOmen Sanctitatis ab Ethnicis non
niſi à Sanguine Hoſtiæ deductum,
notat *Iſid. lib. 15. ethim. cap. 4.* in ſacris lit-
teris Sanctorum nomine Chriſtianos olim
2 acceptos fuiſſe, conſtat *ex 1. ad Cor. 1.* Et
Sanctiſſimos vocatos Epiſcopos, *in Conſt.*
3 *Princ.* Quem titulum ex antiquitate reti-
nuiſſe Romanum Pontificem, notat *Calu.
in lex. iur. verbo Sanctorum.* In iure ciui-
li à Sancio Sanctum dicitur, quod ab ho-
minum iniuria defenſum, atque munitum
eſt. *L. Sanctum in princ. & §. vlt. ff. de rer.
diu.* Plures aliæ huius nominis acceptiones
4 leguntur apud *Ioann. Sennich. in Dauide ex
Rege lib. 1. cap. 68. & ſeqq.* vbi etiam
de Ethimologia, & gradibus Sanctitatis.
Apud nos verò Sanctitas importat charita-
tem vndequaque perfectam, vt explicabi-
mus inferius.
5 Definitur, ſeu deſcribitur Sanctitas à *Dion.
de diuin. nomin. cap. 12.* Quod ſit, ab om-
ni immunditia, libera, perfecta, & omni-
nò immaculata munditia. Et a *D. Chryſ.
tom. 1. in Pſal. 144.* Sanctus appellatur,
rectus, purus, mundus, & ab omni repre-
henſione alienus. Quæ tamen deſcriptio-
nes videntur conuenire Sanctitati Dei, vel
Sanctitati in patria potiùs quàm in via;
cum ſcriptum ſit. Septies in die cadit iu-
ſtus. *Prou. 25.* Et quis poteſt dicere, mun-
dum eſt cor meum, mundus ſum à pecca-
to? *Prou. 20. 9.* Videatur *Diu. Auguſtin. in
definit. Eccleſ. dogmat. cap. 68.* vbi, nullus
6 Sanctus, & iuſtus caret peccato, nec tamen
ex hoc deſinit eſſe Sanctus, vel iuſtus, cum
effectu teneat Sanctitatem, vt patet de Da-
uide 2. *Reg.* 11. & de Aaron, *Exod. 32.* Et
idem *D. Auguſtin. de nat. & grat. cap. 36.*
Si omnes, *inquit*, Sanctos, & Sanctas, cum
hic viuerent, interrogare poſſemus, verùm
eſſent ſine peccato, quantalibet fruerentur
excellentia Sanctitatis; ſi hoc interrogari
potuiſſent,

poruiſſent, vna voce clamaſſent; Si dixe-
rimus quia peccarum non habemus, non
ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non
eſt, & *in lib. retract. cap. 33.* Nemo in hae
7 vira ita ſernat mandata iuſtitia, vt non ſit
ei neceſſarium pro ſuis peccatis orando di-
cere. Dimitte nobis debita noſtra. Con-
cordat *D. Hieronym. lib. 3. contra Pelag.*
,, Quamuis ſit hominis perfecta conuerſio,
,, nunquid ſic poſſunt eſſe ſine vitio, quo-
,, modò illi, qui ſtatim de Chriſti fonte pro-
,, cedunt? Ertamen de Baptiſmatis fonte
,, illi ſurgentes, ſtatim in prima corporis
,, communione dicunr; Dimitte nobis de-
,, bita noſtra, non humiliratis mendacio, vt
,, tu interprераris, ſed pauore fragilitatis
,, ſnam conſcientiam formidantes.
8 Diuus *Thom. 2. 2. q. 81. art. 8. c. & ad 1.*
Quem ſequuti ſunt *Maluet. de Canon. Sanct. dubit. 1. num. 7. Scacc. de not. & Sign. Sanct. ſect. 1. cap. 6. & Rota in relat. de Sanct. Vita, & Miraculis Serui Dei Hieronymi Emiliani*, deſcribit Sanctitatem. Quod
ſit quædam generalis virtus, complectens
omnium virtutum actus, quos per Impe-
rium dirigir in bonum diuinum. Quam
ibidem fusè docet, non differre à Religio-
ne, niſi ſecundum rationem.
9 Verum, vt pro inſtituto rectam, & adæ-
quatam Sanctatis definitionem tradamus;
notandum eſt, ſicuti duplex eſt Ecclesia
rriumphans in Cælis, & Militans in terris,
quarum vtriuſque caput eſt Chriſtus, prout
canit ipſa Eccleſia:

Almo ex olimpi vertice
Summi Parentis filius
Terras in imas decidens
Domus ſupernæ, & infimæ
Vtrumque iunxit angulum.

10 Sic duplicem dari Sanctitatem. Alteram
in Eccleſia triumphanti, & alteram in Ec-
cleſia Militanti. Sanctitas in Eccleſia trium-
phanti eſt æternæ gloriæ fruitio, ac poſſeſ-
ſio, quæ datur ſecundum diuerſos charita-
tis gradus *D. Tho. 1. p. quaſt. 12. art. 6. c.*
11 Sanctitas verò in Eccleſia Militanti item
duplex eſt. Alia in vita, & alia poſt mor-
tem. Sanctitas in vita conſiſtit in hoc,
quod omnes munde, ac virtuosè viuentes,
meritò Sancti dici poſſunt, & ita intelligi-
tur, quod habetur, *Leui. 11. 19. & 1. Petr. c. 1.* Sancti eſtote, quoniam ego San-
ctus ſum, Dominus Deus veſter, tranſum-
ptiue in *c. tenere debet 31. diſt.* & ita etiam
procedit *tex. in c. Maximilianus in fine ib.*
quia qui Sancti non ſunt, ſancta tractare
non poſſunt, & eſt etiam *text. in cap. oportet in verb.* Scriptum eſt enim, Sancti eſto-
te 81. *diſtinct. facit text. in cap. propoſuiſti, & in cap plurimos 82. diſtinct.* quos
ita intellexit *Archidiac. in d. cap.* non op-
portet, & ita etiam intelligitur *Text. in cap. non vos, in verb. quis enim Sanctum dubitet 40. diſtinct.* Sicuti etiam intelligi oportet
illud Prophetæ *Pſal. 17.* cum Sancto San-
ctus eris, & cum Innocente, innocens
eris. Et illud, non enim loca, ſed vita, &
mores Sanctum faciunt Sacerdotem, de
quo in *cap. 1. 40. diſtinction.* Atque idem
Eccleſiaſtici 27. cum viro Sancto aſſiduus
eſto: *Et text. in cap. non eſt facilè 40. diſtinct.*
vbi dicitur non Sanctorum Filij ſunt, qui
tenent loca Sanctorum, ſed qui exercent
opera eorum: *& text. in cap. Sancta quippè ruſticitas 2. quaſt. 2.* Sanctitas verò poſt
mortem eſt illa virtutum excellentia Dei
teſtimonijs comprobata, & merita apud
ipſum Deum, ob quæ Dei Seruis ex De-
creto Sedis Apoſtolicæ debetur cultus, &
veneratio. Hęc autem eſt differentia inter
vnam, & aliam Sanctitatem, quod Sancti-
tas in Eccleſia triumphanti dari poteſt ab-
12 ſque cultu, & veneratione, publicis, vel
priuatis, in Eccleſia Militanti, vt liquet ex
tot paruulis poſt batiſma decedentibus, &
tot adultis in operibus pietatis vſque ad
mortem perſeuerantibus, quos licèt de
fide habeamus verè Sanctos in cœlis, nul-
lo tamen cultus, vel adorationis ſigno ve-
neramur in terris. Sanctitas verò in Eccle-
ſia Militanti dari nequit ſine præcedenti-
bus Signis Sanctitatis in Eccleſia trium-
phanti; neque enim conſueuit Eccleſia,
cultum, & venerationem alicui Dei Seruo
decernere, niſi prius Deus Optimus Maxi-
mus Signis, & Miraculis oſtenderit, ſe
velle, vt qui Sanctus eſt apud ipſum, à no-
bis etiam pro Sancto habeatur, & hono-
retur, vt dicemus inferius.
13 Alia item eſt differentia inter vtranque
Sanctitatem, quia ad Sanctitatem in Eccle-
ſia triumphanti ſola perſeuerantia finalis
in obſeruatione mandatorum ſufficit.
Matth. 24. 14. & Apocal 2.10. Ad ſancti-
tatem verò in Eccleſia Militanti requirun-
tur vlterius pietatis opera in vita, & mi-
raculorum ſigna poſt mortem cap. *venerabili, de Teſti. Innoc. 3. in Bulla Canonizationis S. Homoboni Cremonenſis.*
14 Quibus poſitis, Sanctitas in Eccleſia
Militanti, de qua ſolùm loquimur in præ-
ſenti, definienda videtur in Concreto,

Digitized by Google

eum Phyloſophis loquendo, quod Sanctus ſit perfecta charitate prædıtus, cui, præcedentibus miraculis, in Eccleſia Militanti veneratio eſt definitiuè ſtatuta.

15 Dicitur, *perfecta charitate praditus*, loco generis, quia hoc conuenit tam Sanctitati in Eccleſia triumphanti cum ſola charitas
16 remaneat in patria. *D. Thom. 1. 2. quaſt. 67. ar. 6.* aliæ verò virtutes per gloriæ perfectionem euacuentur, ſaltem ſecundùm materiale, *d. quaſt. 67. ar. 1. 2. 3. 4. 5.* quam Sanctitati in Eccleſia Militanti; ad quam licet requiratur, quod prior vita de laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis teſtimonium præbeat, 61. *di. miramur*, atque item de ſimplicitate, & humilitate, *gloſ. in cap. vn. de reliq. & vener Sanct. in 6. Hoſtien & Innoc eod. tit.* Et iuxta praxim in Canonizatione Sanctorum inquiratur de omnibus, & ſingulis virtutibus, theologalibus, & Cardinalibus, primo in genere, & deindè in
17 ſpecie, omnes tamen in perfecta charitate radicaliter continentur, teſte *Paulo 1. ad Cor 13. &* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc eſt Maximum, & primum mandatum; ſecundum ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum; In his duobus præceptis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. *Matth. 22. 38.* Et ad *Timot. 1. 5.* finis præcepti eſt charitas de corde puro, & coſcientia bona, & fide non ficta. Charitas eſt vinculum perfectionis, ad *Coloſ. 3. 14.* & clarius *D. Gregor homil 27. in Ioann.* omne præceptum in ſola charitate ſolidatur; vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multa virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis. Precepta ergo dominica & multa ſunt, & vnum, multa per diuerſitatem operis, vnum in radice dilectionis. Et Proſper *lib 3. de vita contempl. cap. 13. relat. in cap. charitas de pæn. d. 2.* charitas eſt recta voluntas, ab omnibus terrenis, & præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita, igne quodam Spiritus Sancti, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma bonarum actionum, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima Sanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit, fructuoſa in pænitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in Martyribus, operoſa in omnibus omninò fidelibus, ex qua quidquid eſt boni operis venit. Concordat *gloſ. in cap. ſolet de conſ. di 4.* vbi, qui habet vnam, virtutes habet omnes.

18 Porrò licet charitas in patria perficia-
19 tur. *D. Thom. 1. 2. quaſt. 67. ar 6. ad 1.* Sancti tamen nihil ibi merentur, iuxta illud, ſi ceciderit lignum ad auſtrum, ſeu ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit
20 ibi erit, *Eccleſ. 11. 4.* & ibi *Nicolaus de Lira* E contra verò charitas, quæ exercetur in via, licet ſit imperfectior, eſt tamen cauſa meriti, quamuis enim dicatur, cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Luc. 17. 10.* Et non quod ſufficiẽtes ſimus, cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed Sufficientia Noſtra ex Deo eſt *2. ad Corint. 3. 5.* Atq; inſuper canat Eccleſia, Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè, & laudabiliter ſeruiatur; & ſine te nihil poteſt
21 mortalis infirmitas. Nihilominus ex Diuina diſpenſatione bonum opus nobis imputatur ad meritum; dicente Domino; Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris, *Geneſ. 22. 16.* Ego ſum Dominus Deus tuus, faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. *Exod. 20. 6. & Deuter. 5. 10.* Quiſquis potum dederit vobis calicem aquæ frigida in nomine meo, non perdet
22 mercedem ſuam *Matth. 10. 42. Marc. 9. 41.* Et quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, *Matth. 25. 21.* Et ob id in litteris Canonizationum ſemper, & primò fit mentio de meritis.

Additur in definitione, *cui præcedentibus miraculis, in Eccleſia Militanti veneratio eſt definitiuè ſtatuta*, loco differentiæ. Primò quia per hoc differt, vt diximus a Sanctitate in Eccleſia triumphanti. Secundò, quia licèt Sanctitas in perfecta charitate conſi-

conſiſtat *ad Coloſſ.* 3. 14. *&* 1. *Ioan.* 4. 12.
23 Ac proinde dicat *Innoc. de reliq. & Vener.*
Sanct. Se credere ad Sanctitatem ſufficere
vitam ſine miraculis, & cuilibet priuatim
licere, alicui defuncto, quem bonum vi-
rum agnoſcebat, porrigere preces, vt pro
eo intercedat ad Dominum. Præſertim
24 cum *Eccleſ.* 44. *& ſeqq.* æquè laudentur
viri glorioſi propter virtutes, ac propter
miracula. Et Sanctus Ioannes Chriſoſt.
25 *homil.* 71. *in Ioann.* plus tribuat charitati,
quàm miraculis, ſitque maius Sanctitatis
indicium, & magis conuertat mundum,
quam miracula; præſertim cum miracula
26 patrari poſſint etiam per homines malos,
iuxta illud, multi dicent mihi in illa die,
Domine, Domine, nonne, & nos prophe-
tauimus, dæmonia eiecimus, & virtutes
multas fecimus, & tunc confitebor illis,
quia nunquam noui vos, diſcedite à me,
qui operabamini iniquitatem. *Matth.* 7. 22.
27 Attamen ab antiquo non conſueuit Ec-
cleſia alicui Dei Seruo cultum, & venera-
tionem decernere, niſi prius Deus opti-
mus maximus ſignis, & miraculis poſt
mortem oſtenderit venerandum; quia, vt
28 inquit *Innoc. de reliq. & vener. Sanct.* con-
tingere poteſt, vt quis publicè virtutem
magnam oſtendat, & in ſecretò laxiorem
29 vitam ducat. Et inſuper cum huiuſmodi
Sanctitati debeatur adoratio duliæ. *D. Th.*
2. 2. *quæſt.* 103. *ar.* quę eſt quædam obſer-
uantiæ ſpecies, conueniens ſeruo reſpectu
domini, valdè incongruum eſſet, vt in
30 Eccleſia Militanti cultus alicui, tanquam
excellenti Dei ſeruo tribueretur, niſi prius
aliquibus ſignis euidentibus, hoc eſt, mi-
raculis, eius excellentia comprobaretur.
Sicuti valde foret inconueniens, quod Re-
gis Locumtenens, & Vicarius, etiam de
conſenſu totius Regij Conſilij, alicui tan-
quam Duci, Principi &c. honorem decer-
neret, quem per aliqua ſigna infallibilia
non conſtaret, à Rege in Ducem, Princi-
31 pem &c. electum fuiſſe. Habent enim
hæc inferiora quandam analogiam cum
Superioribus, dicente Paulo: Inuiſibilia
Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta con-
ſpiciuntur. *Rom.* 1. 20.
Cum verò dixerimus, miracula de ſuo con-
32 ceptu non inferre neceſſariò Sanctitatem;
hoc intelligendum eſt de Miraculis in vita,
etiam iunctis operibus pietatis, niſi con-
ſtet de perſeuerantia vſque in finem; cum
de pluribus legatur, qui poſt labores mul-
33 tos, actus ſtrenuos, virtutes admiran-
das, & patrata miracula, tandem defece-
runt. Propterea dicitur, Ante mortem
34 ne laudaueris quemquam, *Eccleſ.* 11. 31.
Et per hoc ad canonizationem Sanctorum,
vltra pietatis opera, & miracula in vita,
requiri etiam Miraculorum ſigna poſt
mortem, fusè docet *Contelor. de Canon.*
Sanct. cap. 20. ſicuti è contra quando cum
perſeuerantia in pietatis operibus, con-
ſtat de miraculis poſt mortem, hæc ſuffice-
re ad Canonizationem, vtpotè Sanctita-
tis certitudinem inducentia, tenent com-
muniter Doctores *in cap.* 1. *de reliq. & ve-*
nerat. Sanct. & obſeruat praxis.
35 Illa verba *veneratio definitiuè ſtatuta*,
ponuntur ad differentiam Beatificationis,
quia in Canonizatione Papa definitiuè ſta-
tuit, vt aliquis Dei Seruus, de cuius San-
ctitate in Eccleſia triumphanti, habentur
euidentia ſigna, pro Sancto etiam honore-
tur in Eccleſia Militanti. *Innoc. Cap. in audi-*
uimus de reliq. & vener. Sanct. Scacc. lib. 1. *de*
Cult. & vener. Seru. Dei ſect. 1. *c.* 2. vbi quod
in Canonizatione Papa procedit vt Iudex
vniuerſalis Eccleſiæ, per ſententiam defini-
tiuam decernens, alicui Dei Seruo cultum,
& venerationem deberi in Eccleſia Mili-
tanti. In Beatificatione verò non proce-
dit vt Iudex, ſed vti Princeps, alicui Dei
Seruo cultum, & venerationem, vel vni-
uerſalem, vel determinatam, ſeù deter-
minatè indulgendo.

SVMMARIVM.

Beatum vndè dictum, nu. 1.
Beati nomen in concreto conflatur ex tribus terminis in abſtracto, ſub nu. 1.
Beatitudinis definitio nu. 2.
Beatitudo diuiditur primò in eſſentialem, & accidentalem, nu. 3. *ſecundò in perfectam, & imperfectam, nu.* 4. *Tertiò in veram, & falſam, nu.* 5. *Quartò in octo gradus, nu.* 6. *Quintò in æternam, & temporalem nu.* 7.
Beatis exhibetur cultus ex Indulto, nu. 14. *&* 36., *nonnullis etiam abſque indulto, nu.* 19.
Beatitas quid, nu. 8. *An, & quomodò differat à Sanctitate, nu.* 9. *&* 10.
Beatificationis definitio nu. 15. *quinam honores ex ea proueniant Beatis, nu.* 16. *vndè duxit originem nu.* 17. *neſcitur à quonam Pontifice primum, & cui conceſſa nu.* 18.
Breuia Indulgentiarum non dantur pro feſtiuitatibus Sanctorum, qui non ſint in Martyrologio Romano deſcripti, nu. 20.

Papa

Digitized by Google

Papa in Canonizatione procedit vt Iudex, in Beatificatione vti Princeps, nu. 11. *& 12.*

Sanctis debeatur cultus, & veneratio ex præcepto nu. 15.

Temporalis Beatitudo vera quæ ſit, n. 7.

Vera Beatitudo quæ ſit nu. 5. *à Platone quomodò cognita, nu.* 3. *& ſeq.*

Virtutibus omnibus præditus, ſecundum Ciceronem Beatus, nu. 1.

CAPVT II.

De Beatitudine, Beatitate, & Beatificatione.

1 BEatum dictum quaſi benè habitum, ſcilicet ab habendo totum, quod velit, & nihil patiendo, quod nolit, docet *Iſid. in lib. ethimol.* Ille enim verè beatus eſt, qui bonis omnibus gaudet, nullo adiuncto malo. *Cicer. tuſcul. quæſt. lib.* 5. vbi vocat beatum, qui virtutibus omnibus inſtructus, & ornatus eſt. Verùm hoc nomen Beati in concreto, ex tribus terminis, in abſtracto conflatum reperimus, ex Beatitudine, ſcilicet, Beatitate, & Beatificatione.

2 Beatitudo definitur à *Boet. de conſol. Philoſ. lib.* 3. Status omnium bonorum aggregatione perfectus; ab Ariſtotele, 1. *ethic. cap. 7. & 9.* quod ſit operatio ſecundum habitum perfectæ virtutis. *Et à D. Thom.* 1. 2. *q.* 3. *ar.* 2. Quod ſit bonum naturæ intellectualis, apprehenſum per intellectum.

3 Diuiditur primò Beatitudo in eſſentialem, & accidentalem. Beatitudo eſſentialis eſt ipſe Deus; accidentalis verò eſt illa, quam Deus ſine ſui diminutione creaturis communicat *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.* 8. *cap.* 9. Quam beatitudinis diuiſionem attigiſſe videtur *Plato*, dum in *Philebo*, de ſummo bono tractans, duplex ſtatuit ſummum bonum, alterum quod vocat ſimpliciter bonum, quod habet in ſe omnem rationem boni, qualis eſt Deus, quem in *Sympoſio* vocat pulchritudinis pelagus per ſepulchrum, diuinumque. Alterum non ſimpliciter bonum appellat, ſed ſummum hominis bonum, quod definit, ſummi ſimpliciter boni poſſeſſionem diuinam, ex ſapientia, & pura voluptate conſtantem.

4 Diuiditur ſecundò Beatitudo accidentalis in perfectam, & imperfectam. Perfecta eſt, quæ habetur in Cælo, vbi mors mors vltra non eſt, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor *Apocal.* 21. Imperfecta eſt, quæ quæritur ſuper terram. Hanc etiam beatitudinis diuiſionem videtur attigiſſe *Platonem*, dum in *Epinomide* dixit, Beatitudinem, & in hac vita, & in futura, poſſe contingere, cum hoc tamen diſcrimine, quod paucis in hac vita, eaque imperfecta, & vmbra potius quædam felicitatis contingat, in futura vita plures beati ſint, & perfecta beatitudine perfruantur; quam illos vult aſſecuturos, qui optimè hanc vitam inſtituerunt. Et in *Phædro*, & *Phædone* illos videtur intelligere beatos in hac vita, qui extra corpus potius, quam in corpore viuunt, adeoque omnino viuunt ſecundum virtutem, & ſanctiſſimis Dei præceptionibus magis quam prauis affectibus obſequuntur. Ex quibus Platonis ſententiam de ſummo bono ad Chriſtianam Philoſophiam non modicum acceſſiſſe, notat *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.* 1. *cap.* 9.

5 Diuiditur tertio à Regio Propheta in veram, & falſam *Pſal.* 143. vbi, reiecta vanitate eorum, qui beatos exiſtimabant felicitatibus, & bonis temporalibus gaudentes, ſubdit deindè veram beatitudinem, dicens, Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

6 Diuiditur quarto à *Ioanne Sennich. in ſuo Dauide ex Rege lib.* 1. *cap.* 71. *§.* 277. *ex D. Auguſtino, Tertulliano, & alijs*, in octo gradus, primum tribuit illis, qui in hoc ſtatu mortalitatis, & infirmitatis, iuſtè, & piè viuunt, ſine certitudine perſeuerantiæ finalis; Secundum ait fuiſſe illum, quem primi Parentes ante præuaricationem in Paradiſo voluptatis experti ſunt. Tertium aſſignat ijs, qui iuſtè, & piè in hoc ſæculo cum hominibus degentes, non tantùm habent ſpem ſalutis æternæ ſuo tempore adipiſcendæ, ſed etiam plenam ſecuritatem. Quartum vult tenere Henoch, & Heliam, qui non ſolùm æternæ ſalutis certitudinem, ſed plenam ab omnibus moleſtijs immunitatem, ingentemque iucunditatem habent. Quintum aſſignat animabus iuſtorum in Purgatorio. Sextum Patribus olim in Limbo. Septimum animabus iuſtorum faciem Dei in cœlo contemplantium. Octauum ijſdem, quando reaſſumptis corporibus, immortalitatis dote decoratis, nihil vltra deſiderabunt.

7 Diuiditur quintò in æternam, & temporalem. Aeterna Beatitudo eſt, qua fruuntur

tur

tur Sancti in Patria, & definitur à *D. Tho. 1. 2. qu. 3. art. 2.* Quod ſit vltima perfectio hominis, & *in 4. ſent. di. 49. ar. 2.* quod ſit ſummum bonum, & vltimus finis rationalis creaturæ tantum. Et *de conſecratione di. 5. cap. ieiunium*, dicitur quod ſit reuelatio gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI. Temporalis eſt, quæ terminatur quidem cum hac vita, ſed æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quam Redemptor noſter, in illo admirabili ſermone in monte, conſtituit in paupertate ſpiritus, manſuetudine luctu, iuſtitia, & miſericordia, munditie cordis, paſsionum, ac perſecutionum tolerantia, *Matth. 5.*

8 Beatitas eſt, per quam quidam Beati dicuntur, & eſt duplex. Altera in Eccleſia triumphanti, in qua iuſtorum animæ dicuntur beatæ, ex beatitudine, quam ibi poſsident, iuxta illud, Beati mortui, qui in Domino moriuntur, *Apocal. 14. 13.* & Beati qui ad cœnam agni vocati ſunt: *Apocal. 19. 9.* & altera in Eccleſia Militanti, in qua nonnulli Dei ſerui, à Sede Apoſtolica, ſeruatis de more ſeruandis, titulo Beati decorantur.

9 Beatitas in Eccleſia triumphanti non videtur differre à ſanctitate pariter in Eccleſia triumphanti; neque enim in illo cæleſti Regno inuenire eſt differentiam inter Beatitudinem, & Sanctitatem, niſi fortè ſecundum noſtrum conceptum, Beati dicantur illi, qui ſimpliciter in ſtatu gratiæ decedunt. Illi verò dicantur Sancti, in quibus multam gloriam fecit Dominus, & qui clari meritis ex hac vita migrarunt. Inter quos etiam Infantes, pro Chriſto occiſos, enumerat *Innoc. in cap. audiuimus, de reliq. & vener. Sanct. & Conſelor. de Canon. Sanct. cap. 11. nu. 17. & ſeq.* Quod & de Beato Simeone puero, Tridentino, à Iudæis pro Chriſto ſæuiſsimè trucidato dici poteſt.

10 Beatitas verò in Eccleſia Militanti non eſt eadem cum ſanctitate. pariter in Eccleſia Militanti, licèt ad Beatificationem, ex qua conſtituitur beatitas, eadem requirantur, quæ ad Canonizationem, ex qua oritur ſanctitas, nempè virtutes, & miracula, quia non indulgetur à Sede Apoſtolica alicui Seruo Dei cultus, & veneratio cum titulo Beati, niſi prius ſeruatis ſeruandis, conſtiterit de eius virtutibus in vita, & miraculorum ſignis poſt mortem.

11 Sed differt beatitas à ſanctitate in Eccleſia Militanti per hoc, quod in Canonizatione, in qua deſcribitur aliquis Dei ſeruus in ſanctorum Cathalogo, Summus Pontifex, vti Iudex vniuerſalis Eccleſiæ, definitiuè ſtatuit, & præcipit venerationem illi Seruo Dei, quem declarat Sanctum, In Beatificatione verò Summus
12 Pontifex, vti Princeps Eccleſiæ, ſolùm indulget, cum titulo Beati, cultum, & venerationem alicui Dei ſeruo, vel generaliter, vel reſtrictè ad perſonas, aut loca, *Scacc. lib. 1. de cult. ſeruor. Dei, ſect. 2. cap.*
13 *2. & Conſelor. de Canon. Sanct. cap. 2.* & per conſequens ſancto in Eccleſia Militanti debetur cultus, & veneratio ex præcepto. Beato verò in Eccleſia Militanti exhibetur cultus, & veneratio ſolùm ex indulto.

14 Vnde, iuxta ſuperius dicta, *capit. præcedenti*, deſcribi poteſt Beatitas in concreto, quod Beatus ſit, perfecta charitate præditus, cui, præcedentibus miraculis, veneratio eſt per indultum permiſſa.

15 Beatificatio deſcribitur à Caſtellino, *de certitud. glor. Sanct. cap. 1. punct. 1.* documentum, ſiue indultum quoddam per Summum Pontificem Romanum, medio breui, ſeu viuæ vocis oraculo, alicui ex Cardinalibus Romæ commoranti facto, vel Decreto Sacræ Congregationis Rituum per Papam approbato, quo conceditur, vt aliquis homo eximiæ virtutis iam laudabiliter vita functus, poſsit appellari Beatus, in aliqua Ciuitate, ſeu Regione, vel Prouincia, aut Regno, vtque de illo, die, aut tempore certo, vel abſoluto celebrari valeat Miſſa, & Officium, vel alia conſimilia, pertinentia ad Sacrum, & publicum cultum, iuxta placitum Papæ, concedentis vnum, vel plura, ſiue omnia ſimul.

16 Ex Beatificatione plures honores conſequuntur Beati; nempè quod illorum reliquiæ honorari, imagines cum laureolis, radijs, ſplendoribus, ac palmis, ſi martyres ſint, pingi, & ad eaſdem imagines, ſicuti etiam ad ſepulchrum tabellę votiuę, donaria &c. appendi, lumina, lampades, cerei accendi, & ad ipſorum honorem Miſſa celebrari, & officium recitari poſsint. *Caſtellin. de certit. glor. Sanct. cap. 2. punct. 1. nu. 2.*

17 Duxit originem Beatificatio à maturitate, quam ſemper adhibuit Eccleſia in Canonizatione Sanctorum; cum enim inſtarent Imperatores, Reges Principes, Populi,

populi, pro Canonizatione Seruorum Dei, & Summi Pontifices non exiſtimarent tempora opportuna, & materiam benè digeſtam; volentes nihilominus poſtulantibus aliqualiter complacere, indulgebant ſimpliciter cultum, & venerationem, cum titulo Beati, donec conſtito de continuatione concurſus, & deuotionis populorum, & percrebeſcentia famæ ſanctitatis, ac miraculorum, nouiſque Regum, ac Principum accedentibus inſtantiis, adeſſe motiua ſufficientia cognoſcerent, ad ſolemnem Canonizationem deueniendi.

18 Quinam verò Summus Pontifex tale indultum cultus, & venerationis, cum titulo Beati, & cui Seruo Dei conceſſerit, non eſt facilè reperire, cum aſſerant nonnulli, fuiſſe in vſu vſque de tempore Gregor. X. qui circa annum Domini 1270. per ſuas litteras indulſit, vt corpus Beati Lucherii poſſet in publica proceſsione deferri, *Caſtellin. de certitud. glor. ſanct. cap. 2. punct. 1. nu. 3. §. 1. Vuading. in annal. min. ad ann. 1273. nu. 12. in fin.*

19 Plures tamen Dei ſeruos abſque indulto Apoſtolico Beatos nuncupatos reperimus, ex antiquiſsima, vel Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcoporum tollerantias cum ſolemnitate feſtiuitatis in die obitus; itaut alias Indulgentiarum Breuia, pro viſitantibus eorumdem Beatorum Eccleſias, oratoria, & cappellas, expedita fuerint, & deinde in Sacra Rituum Congregatione, ad effectum probandi non ſolum tollerantiam, ſed poſitiuam cultus, & venerationis con-
20 ceſsionem, deducta. Quod animaduertens bon. mem. R. P. D. Petrus Franciſcus de Rubeis, fidei Promotor, obtinuità fel. rec. Alexandro Papa Septimo, ne amplius expedirentur Indulgentiarum Breuia pro feſtiuitatibus Sanctorum, vel Beatorum, qui non eſſent in Martyrologio deſcripti. Quod adnotare placuit, ad hoc, vt in cauſis Canonizationum, ab illis ad quos attinet, conſideretur, quid iuuare poſsint enunciatiuæ tituli Beati, vel Sancti, emanatæ à ſecretaria Breuium in huiuſmodi litteris indulgentiarum citrà ſcientiam Papæ, qui D. Secretario Breuium concedere ſolet facultatem, elargiendi Breuia Indulgentiarum ſeptennalium in forma ordinaria, illaque in ſui præſentia piſcatoris anulo ſignandi, abſque eo quod de ſingulis ipſi Papę relationē faciat quod cęteroqui practicare foret impoſsibile, cū qualibet die quāplura expediantur.

SVMMARIVM.

Beatificatio antiquitus qualis fuerit nu. 9. qualiter hodie concedatur nu. 21. remiſſiuè.

Beatificatorum quando inſtatur pro Canonizatione, de quibus facienda ſit relatio, nu. 26.

Canonizationis origo, nu. 2.

Canonizationis definitio, nu. 1.

Canonizatio qualis fuerit tempore perſecutionum Eccleſiæ nu. 7. & qualis ceſſantibus perſecutionibus nu. 9.

Canonizatio quando delata ad concilia generalia, nu. 12.

Canonizatio quando reſeruata Sedi Apoſtolicæ, numer. 13. a quo Pontifice primùm facta num. 14.

Canonizationis forma non fuit ſtabilis vſque, ad Leonem Decimum, nu. 20.

Canonizationis forma fuit aucta per Vrbanum VIII., nu. 23. & ſeqq.

Canonizationum cauſæ inchoari non poſſunt ante quinquaginta annos à die obitus, numero 25.

Canonizatio antiquitus facta fuit cum ſolis atteſtationibus extraiudicialibus num. 15. & quomodò paulatim aucta fuerit inquiſitio nu. 16. & ſeqq.

Canonizare quid importet ſecundum Ioannem Caluinum nu. 1.

Ceremoniale prodijt ſub Leone X. nu. 21.

Cultus, & veneratio Sanctorum per communem Eccleſiæ conſenſum nu. 11. & per eleuationem ibidem.

Epiſcopi tempore perſecutionum, exemplo Romani Pontificis, deputabant perſonas, quæ geſta martyrum, & Eccleſiæ conſcriberent, nu. 5. & 6.

Lampadarum, luminum, necnon Tabellarum votiuarum appenſio ad ſepulchra, prohibita, nu. 23.

Martyrologium Romanum, ex quibus habuerit originem nu. 10.

Pictura non Canonizatorum, & non Beatificatorum, cum radijs, palmis, & laureolis, prohibita, nu. 23.

Procedi non poteſt in cauſis Canonizationum, & Beatificationum, niſi conſtito prius, ſeruatis ſeruandis, de paritione decretorum, numero 24.

Sanctus Clemens Papa Primus conſtituit ſeptem Notarios in Vrbe, à quibus acta Martyrum conſcriberentur, nu. 4. 6.

Sancti Anterus, & Fabianus conſtituerunt Subdiaconos, qui acta Martyrum, à Notarijs Scripta, colligerent, 5.

CA-

CAPVT III.

De Canonizatione, & eius origine.

1 PLures Canonizationis definitiones referuntur à *Contelor. de Canon. Sanct. cap. 1. & à Ioanne Sennich. in Saule ex Rege, lib. 1. cap. 68. §. 262.* Quibus reiectis tanquam minus idoneis, illam approbant, quam tradit *Iacobus Caſtellanus de Canon. Sanct. q. 1.* quod nempè ſit canonica, ſolemnis, & publica definitio, per Papam facta, quod aliquis vti Sanctus ab omnibus honoretur, & aliorum Sanctorum Cathalogo adſcribatur, & pro eo fiat annuatim officium ſolemne. Quæ tamen deſcriptionis potiùs, quàm rigoroſæ definitionis vim habet. Ac proindè breuius definienda videtur, quod ſit definitiua declaratio Sanctitatis in Eccleſia Militanti; licet neque hæc definitio æque bene conuenire poſſit canonizationi, ſecundùm acceptionem *Calu. in lex. iur. verbo, Canonizare*, vbi Canonizare, *inquit*, non eſt, vt vulgo putant, in cælitum numerum referre, ſed ad regulam examinare; Canon enim græcè, latinè regula dicitur. Vnde ſecundum hanc acceptionem Canonizatio importat illam examinationem, ſeu illas examinationes, & diſcuſſiones, quæ fiunt in Sacra Rituum Congregatione, & coram Summo Pontifice, ad hoc, vt in procedendo, & declarando ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis ſeruorum Dei, de quorum Beatificatione, & Canonizatione tractare contingit, ſeruetur ad vnguem diſpoſitio Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum; quæ tamen acceptio Caluini ab omnibus reijcitur, qui nomine Canonizationis intelligunt vltimum illum actum, quo Summus Pontifex, facta ſibi relatione de alicuius ſerui Dei vita, virtutibus, & miraculis, & auditis S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum votis, illum in Cathalogo Sanctorum deſcribit, vt ſuo loco dicemus.

2 Quod attinet ad Canonizationis originem, ſciendum eſt, ſanctorum venerationem inſinuatam fuiſſe, à Regio Propheta, in *Pſal. 150. 1. & Eccleſiaſt. cap. 44.* vbi proponuntur laudandi viri glorioſi ob multam gloriam, ſcilicet ob inſignes virtutes & miracula, quæ in illis, & per illos operatus eſt Dominus; Henoch, quia miraculosè translatus fuit; Noè propter iuſti-
tiam, Abraham ob eximiam fidem, Iſaech,
Iacob, Moyſes, Aaron, Phinees, Ioſue,
Samuel, Dauid, Helias, Eliſeus, ob præ-
clara eorum geſta, quę notantur *d. cap. 44.*
3 *& ſeqq.* Ab Apoſtolis verò præceptam
eamdem ſanctorum venerationem, vt con-
ſtat ex ſecunda Synodo Nicæna, quæ eſt
ſeptima generalis, *actione 3. propè fin.* his
verbis. Apoſtolicas Eccleſiæ traditiones,
per quas honorare, & adorare Sanctos, &
ſalutare, docemur, ſuſcipimus, & ample-
ctimur, venerantes eos, vt famulos, &
amicos, atque filios Dei.
4 Hinc Sanctus Clemens Primus, qui Di-
ui Petri coadiutor fuerat, vt mandatum
Principis Apoſtolorum impleret, ſeptem
creauit Notarios in Vrbe, qui martyrum
geſta conſcriberent: *Platin. in eius vita, &*
5 *Baron. ad ann. 98. nu. 3.* Quod obſerua-
runt etiam Sancti Pontifices Anterus, &
Fabianus, qui regiones diuiſit Diaconi-
bus, & ſeptem fecit Subdiaconos, qui
ſeptem Notarijs imminerent, vt geſta
martyrum in integrum colligerent *Baron.
in præfat. ad Martyrolog. Rom. cap. 1.*, &
ad horum Pontificum exemplum, ſeu ex
aliorum Apoſtolorum traditione, qui to-
tum mundum peragrantes, multas, & per
omnes terras fundarunt Eccleſias, quilibet
Epiſcopus ab initio probos viros conſti-
tuit, qui tale munus exercerent, ad hoc
6 vt martyrum memoriæ fierent, eorumque
commemorationes celebrari poſſent. *Ba-
ron. dict. cap. 1. & 4. & ad annum Domini
302. nu. 26.* Quæ tamen commemoratio-
nes, & memoriæ propter tyrannorum per-
ſecutiones, clam fiebant, & in ſcriptis.
Ab iiſdem quoque notarijs in Vrbe, & à
Deputatis ab Epiſcopis in partibus, in eo-
rum codicibus, ſeu cathalogis, vltra no-
mina Martyrum, eorumque paſſiones, re-
giſtrabantur etiam inſignium virorum ex-
cellentes virtutes, miracula, & quæcum-
que alia, quæ veram ſanctitatem præſefe-
rebant, licet cum martyrij palma non oc-
cubuiſſent. Et in hoc conſiſtebat Sancto-
7 rum Canonizatio, tempore perſequutio-
num Eccleſiæ, nempè, à notarijs in Vrbe,
& à Deputatis ab Epiſcopis in partibus, in
cathalogis deſcribi nomina martyrum
cum martyrio, & martyrij genere, eorum-
que virtutes, & miracula, adhoc, vt eo-
rum commemorationes, & memoriæ cele-
brari poſſent.
8 Poſtquam ceſſarunt tyrannorum perſecu-

tiones, Eccleſiæ pace ſtabilita, non ſunt abbreuiata magnalia Dei, ſed Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad irrigandam catholicam fidem, quam ſuo, ſanctorum Apoſtolorum, & tot Martyrum ſanguine plantauerat, præſertim aduerſus hæreſum æſtus, & ad humanos mores, actuſque dirigendos, viros, humilitate, ſimplicitate, abſtinentia, pietate, charitate, alijſque virtutibus præfulgentes, donis gratuitis, ſcientiæ, ſapientiæ, prophetiæ &c. & gratia miraculorum vbique terrarum decorauit; qui, ſicuti ob eorum præclaras virtutes, & miracula, quæ ad eorum preces à Deo patrabantur, in maximo habebantur honore, ac veneratione, dum viuerent, ſic etiam poſt obitum ad eorum ſepulchra concurrebant populi, offerentes donaria, & accendentes lumina &c. vt in ſuis neceſſitatibus illorum apud Deum interceſſione gauderent, quam efficacem in vita fuerant experti, erigentes illis inſuper Altaria, & Eccleſias, vt notat *Beluac. in Specul. hiſtor. lib. 12. cap. 149. lib. 13. cap. 35. lib. 14. cap. 31. & alibi*.

9 Quem quidem populorum concurſum, cultum, & venerationem illius, qui cum fama ſanctitatis, ob inſignes virtutes, & miraculorum patrationem, obijſſet, ſi Epiſcopus comprobaſſet, referens eius nomen, vitam, virtutes, & miracula in Cathalogo ſanctorum ſuæ Eccleſiæ, commemorationis eius diem indicendo, vt dictum eſt ſupra de Martyribus tempore perſecutionum Eccleſiæ, habebat vim Canonizationis, ſi verò talem cultum, & venerationem ſolum tolleraſſet, quodammodò vim beatificationis obtinebat.

10 Ex huiuſmodi particularibus Eccleſiarum cathalogis compilatus deinde fuit cathalogus vniuerſalis, ſeù martyrologium, & martyrologia *Caſal. de vet. Sacr. Chriſt. rit. cap. 69. §. in Eccleſia primitiua*. Eodem ſcilicet modo, quo in prophanis ex pluribus, Ciuitatum, Prouinciarum, & Regnorum Hiſtorijs particularibus, compilatæ fuerunt Hiſtoriæ generales, geſta in pluribus Ciuitatibus, Prouincijs, & Regnis continentes. Quorum generalium martyrologiorum primus Author dicitur Euſebius Pamphili, quem imitati ſunt alij relati à *Baron. in præfat. ad Martyrol. Roman. cap* 5.

Porrò in compilatione Romani martyrologii regiſtrati non fuerunt omnes Sancti, qui in qualibet diæceſi ſeu loco colebantur, ſed ij tantum, de quorum ſanctitate per legitima documenta conſtabat; ex quo factum eſt, vt in pluribus locis celebrentur feſta Sanctorum, qui non ſunt in Romano martyrologio deſcripti, vt notant *Philippus Ferrarius, & alij*.

11 Fuit etiam alius modus, indicendi ſanctis cultum, & venerationem, ſcilicet per communem Eccleſiæ conſenſum, quo inter Sanctos annumerati fuerunt Eccleſiæ Doctores, alijque ſancti Patres, Græci, & Latini, quos plena manu referunt, *Theodoretus in Philoteo, Palladius, Gregorius Turonenſis, Victor Vticenſis, & alij* quorum relatio inter ſanctos hæc erat, vt poſt eorum fælicem obitum, ſtatim communi Epiſcoporum, Clericorum, & Laicorum conſenſu, cultus, & veneratio tribui incipiebat, abſque expreſſo Epiſcopi, vel Papæ decreto, vel indulto, vtpotè quia illorum ſanctitatis, virtutum, ac miraculorum, in omnem terram ſonus exierat.

Generaliter tamen antiquitus obſeruabatur, & apud Sedem Apoſtolicam, & per diæceſes, vt publicus cultus probaretur, vel indiceretur per eleuationem, vel translationem corporis, vel reliquiarum Serui Dei, qui cultu, & veneratione dignus habebatur. Sic in vita Sancti Gregorij penes *Sur. tom. 2. 17. Martij*, dicitur beatiſſimi eiuſdem Gregorij venerabile corpus a Gregorio Quarto, Sedis Apoſtolicæ Præſide poſt annos circiter quinquaginta tranſlatum ante nouellum ſecretarium &c. In vita quoque Sanctæ Gertrudæ, apud eumdem *Sur. 8. Ianuarij*, habetur: Cum ex ſignis ad tumbam eius quotidie concreſcentibus odorem virtutum eius fama ſpiraret, omnibus ex conſilio, & diſpoſitione Altiſſimi, placuit fidelibus, de loco ſepulchri eam leuare, & in locum honoris ipſius magis congruum transferre &c. In vita etiam Sancti Ambroſij Mediolanenſis antiſtitis, apud eumdem *Sur. 4. Aprilis*, recenſetur eleuatio, & translatio, reliquiarum Sanctorum Geruaſij, & Protaſij; Quod narrat item *Baron. ad annum 387. num. 9.* Videatur demum apud eumdem *Sur. diebus 22. Ianuarij 8. Iulij, 16. Iulij, & 3. Octobris*, vbi recenſet eleuationes corporum, & Reliquiarum Sanctorum, Diſibodi Epiſcopi, Reineldis virginis, Thimotei Diſcipuli B. Pauli, & Sancti Eugenij martyris Archiepiſcopi Toletani.

12 Cum autem progreſſu temporis nonnulli Epiſcopi ad redigendos aliquos in Sanctorum

ctorum cathalogum, & ad eleuanda eorum corpora faciles fuiſſent; & populorum concurſus inconſiderate moueretur ad colendum aliquos tanquam ſanctos, qui cum nulla ſanctitatis nota occubuiſſent, cæperunt huiuſmodi Canonizationum cauſæ ad generalia Concilia deferri, vt teſtantur, Eugenius Tertius in Bulla Canonizationis Sancti Henrici Primi Romanorum Imperatoris, & Alexander Tertius in Bulla Canonizationis Sancti Eduardi Regis Angliæ *Bullar. nou.tom.1.fol.*18. *&* 23.

13 Recurſum poſtmodum habuerunt Principes, & populi, ad Sedem Apoſtolicam, ad quam tandem omnes Canonizationum cauſæ fuerunt auocatæ per Alexandrum Tertium, in *cap. audiuimus de reliq. & vener. Sanct.* Et ita de medio ſublatæ fuerunt particulares Canonizationes, quæ ab Epiſcopis anteà fiebant, & generales, quæ in Concilijs generalibus tractabantur. Non fuit tamen prohibitus cultus, & veneratio per concurſum populorum, oblationem tabellarum votiuarum, accenſionem lampadarum luminum &c. ad ſepulchra, & imagines, & ſimilia venerationis ſigna; cum hæc ſublata fuerint per nouiſſima decreta Vrbani VIII. quæ regiſtrabimus *par.* 5. *cap.* 2.

14 Prima Canonizatio, quæ dicitur a Romano Pontifice facta, legitur apud *Surium, ſub die* 2. *Martij*, Sancti Suithberti, Epiſcopi Vuerdæ à Leone Tertio, vbi refertur Epiſtola Sancti Lugderi, Monaſterienſis Epiſcopi, ad Rinfridum Epiſcopum Traiectenſem, in qua narratur modus, in dicta Canonizatione ſeruatus.

15 At in Bullario nouo Laertij Cherubini, prima Canonizatio legitur facta à Ioanne Papa XV. Sancti Vdalrici, Epiſcopi Ciuitatis Auguſtanæ de anno 993. in qua ſicut & in alijs pluribus vſque ad Pontificatum Cæleſtini Tertij, ſuper ſanctitate vitæ, & miraculorum veritate, non fuerunt fabricati proceſſus, ſed habitæ tantum informationes extraiudiciales, vt liquet ex Bullis Canonizationum prædicti Sancti Vdalrici, *Bullar. nou.tom.1.fol.9.* S. Petri Epiſcopi Anagniæ, per Paſqualem II. *fol.* 16. S.Henrici Primi Romanorum Imperatoris per Eugenium III. *fol.* 23. S. Bernardi Abbatis Claræuallenſis, per Alexandrum III. *fol.* 24. S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, per eumdem Alexandrum III. *fol.* 24. & S. Vbaldi Epiſcopi Eugubini, per ſupradictum Cæleſtinum III. *fol.* 31. in quibus conſtare dicitur de ſanctitate vitæ, & miraculorum veritate, per ſcripturas, atteſtationes, & teſtimonia, abſque vlla mentione iuramenti.

16 Deinde cautius procedendo in probatione ſanctitatis vitæ, & miraculorum, cæptum eſt vti teſtimonijs cum iuramento, vt legitur in Bulla Canonizationis S. Homoboni Cremonenſis, per Innocentium III. *Bullar. nou. dicto tom.* 1. *fol.* 35.

17 Poſtea per Honorium III. *in cap. venerabili de teſt.* ſtatutum fuit, vt in cauſis Canonizationum teſtes examinarentur cum ea diligentia, cum qua examinantur in alijs cauſis, imò cum maiori, cum in iſtis agatur de maiori præiudicio. Quod ipſe practicare cæpit in Canonizatione S. Laurentij Archiepiſcopi Dublinenſis, vt conſtat ex Bulla regiſtrata *d. tom.* 1. *fol.* 44. Et obſeruarunt deinde Gregor. IX. in Canonizatione Sanctorum, Franciſci de Aſſiſio, Antonij de Padua, Dominici, Prædicatorum ordinis inſtitutoris, & Eliſabeth viduæ, Andreæ Vngarorum Regis filiæ, *d. tom.* 1. *fol.* 51. 53. 56. 57. Innocentius Quartus in Canonizatione S. Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum, & S. Staniſlai Epiſcopi Cracouienſis, *d. tom.* 1. *fol.* 71. *&* 75. Alexander Quartus in Canonizatione Sanctæ Claræ virginis, de Aſſiſio, & Vrbanus Quartus in Canonizatione Sancti Riccardi Epiſcopi Ciceſtrēſis in Anglia, *d.tom.*1 *fol* 81. *&* 97. in quorum litteris fit mentio de probatione ſanctitatis vitæ, & miraculorum per teſtium depoſitiones.

18 Cautius etiam deinceps procedendo ſuper probatione ſanctitatis vitæ, & miraculorum cæptum fuit vti duplici inquiſitione, vt conſtat ex Bulla Canonizationis Sanctæ Heduigis, Duciſſæ Poloniæ, per Clementem Quartum *Bullar. d. tom.* 1. *fol.* 114. Quod licet obſeruatum non legatur in Bullis Canonizationum S.Ludouici Regis Franciæ per Bonifacium VIII. Sancti Petri de Morono, alias Cæleſtini V. per Clementem V. *fol.* 151. Sancti Ludouici filij Caroli Regis Siciliæ, & Sancti Thomæ Epiſcopi Herfordienſis, per Ioannem XXII. *fol.* 163. De ea tamen fit mentio in litteris Canonizationis S. Thomæ Aquinatis, per eumdem Ioann. XXII. *d. fol.* 163. Quæ denuo prætermiſſa videtur in Canonizatione Sancti Iuonis per Clementem VI. & S. Brigittæ viduæ, per Bonifacium VIII. *fol.* 216. *&* 233.

Digitized by Google

19 Aucta deinde plurimum fuit inquiſitio- ſuper ſanctitate vitæ, & miraculis Canonizandorum; Nam in Bulla Canonizationis Sancti Nicolai de Tolentino per Eugenium IV. *Bullar. tom.* 1. *fol.* 301. dicitur ſuper miraculis examinatos fuiſſe 371. teſtes, de quorum depoſitionibus facta relatione in publico Conſiſtorio, per Papam deputati fuerunt Cardinales, qui ſuper continuatione miraculorum inquirerent.

In litteris Canonizationis S. Bernardini Senenſis per Nicolaum V. *d. t.* 1. *fol.* 307. legitur ſuper eiuſdem ſanctitate vitæ, & miraculorum veritate, quatuor inquiſitiones præceſſiſſe; primam ſcilicet commiſſam tribus Cardinalibus; ſecundam tribus alijs Cardinalibus, qui duos Epiſcopos ſubdelegarunt; tertiam duobus Epiſcopis. Et poſtremò deputatos Epiſcopos, qui ſuper percrebeſcentia miraculorum inquirerent. Quæ omnia in primo ſecreto Conſiſtorio relata fuerunt. In alio requiſita Cardinalium vota, & in vltima Congregatione vota Prælatorum in Romana Curia exiſtentium. Poſtremò in conſiſtorio generali decreta Canonizatio. Qui tamen rigor per Pontifices ſucceſſores ſeruatus non fuit, nam.

In litteris Canonizationis S. Vincentij Ferrerij per Caliſtum III. expeditis in forma, rationi congruit, ſub Pio II. *d. tom.* 1. *fol.* 313. dicitur, Nicolaum V. commiſiſſe inquiſitionem ſuper ſanctitate vitæ, & miraculorum veritate primò tribus S. R. E. Cardinalibus, qui per ſe ipſos examinauerunt teſtes in Curia, & ſubdelegarunt Epiſcopos in partibus; fueruntque omnium teſtium depoſitiones relatæ prius in duobus Conſiſtorijs ſecretis, deindè in duobus Conſiſtorijs generalibus, & vltimò in alio conſiſtorio in præſentia Cardinalium, & Prælatorum decreta fuit Canonizatio.

Litteræ demùm Canonizationis S. Catherinæ Senenſis per Pium II. *d. tom.* 1. *fol.* 318. ſic leguntur conceptæ §. 9. Mantuam petentes, cum inter eundum apud Senenſes aliquandiu ſuperſediſſemus, & ibi in conſiſtorio publico ingentia eius merita & miraculoſa ſigna nobis eſſent expoſita, vehementeſque preces porrectæ, vt Sanctorum Chriſti honores illi decerneremus, haud quanquam ſtatim annuimus, ſed pro veteri conſuetudine tribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, vni Epiſcopo, alteri preſbytero reliquo diacono, viuæ vocis oraculo commiſimus, vt debitis habitis proceſſibus de vita, & moribus ipſius Catherinæ, deque miraculis eius, ſiuè in vita, ſiuè poſt mortem, patratis, & de reliquis, ad Canonizationem neceſſarijs, diligenter requirerent, nobiſque in ſecreto conſiſtorio, vt moris eſt, fidelem relationem facerent. Commiſſarij per annum, & vltrà rem diſcutientes, inuentis proceſſibus antiquis apud Venetos, & alibi habitis, examinatiſque de nouo teſtibus, & ſumma cum diligentia cunctis ponderatis, cum ſeorſim inter Cardinales tantùm, omnium, quæ inuenerunt, veracem nobis relationem feciſſent, ac demum per Aduocatum ea quæ nobis expoſuerant in publico conſiſtorio denuò recitari curaſſent poſtremò conuocatis in aula noſtra Romæ vniuerſis, qui tunc erant in Curia Eccleſiarum Præſulibus aſſiſtentibus nobis Cardinalibus, iterum Commiſſarij præfati, per organum venerabilis fratris noſtri Gulielmi Epiſcopi Portuenſis, qui primus eorum erat, rurſus cuncta, quæ inuenerant, & ritè probata videbantur coram explicarunt &c. Hæc, & alia quam plurima cum venerab. frater noſter Epiſcopus Portuenſis in Conuentu Cardinalium, & Præſulum expoſuiſſet, & liquidò probata eſſe affirmaſſet, rogati ſingulatim tùm omnes Cardinales, tum Præſules, qui plurimi affuerunt, ſententiam dicere, totis ſuffragijs Beata virgo digna Cœlo, & aſtris declamanda viſa eſt.

20 Ex quibus patet vſque ad tempora Pij II. qui Pontificatum rexit ab anno 1458. vſque ad annum 1464. non dum ſtabilitam fuiſſe formam in Sanctorum Canonizatione ſeruandam, licet in nonnullis codicibus, & apud *Hoſt. in cap.* 1. *de. reliq. & vener. Sanct.* aliquid notatum reperiretur, ſed viguiſſe tantùm quamdam conſuetudinem, vt dicitur in ſupraextenſa Bulla, quæ ſeruabatur ſolùm ſubſtantialiter in hoc, quod Romana Sedes non moueretur ad Sanctorum Canonizationem, niſi replicatis pluries inſtantijs Imperatorum, Regum, Magnatum, Principum &c. & habitis probationibus de ſanctitate vitæ, & miraculorum veritate, de quibus relatio fieri deberet in conſiſtorio ſecreto, & in publico, & audiri vota Cardinalium ac Præſulum in Romana Curia exiſtentium. Cæterùm quoad replicatam inquiſitionem ſuper prædictis, non ſemper ca-

dem

dem ſeruabatur forma, vt liquet etiam ex Bulla Sixti IV. Canonizationis S. Bonauenturæ, in *Bullar. nou. tom 1. fol. 366.*

21 Sub Pontificatu verò Leonis X. prodijt Ceremoniale Romanum, in quo *lib. 1. tit. 6.* deſcribitur forma procedendi ad Canonizationem, & ipſius Canonizationis, quam ad litteram referemus infra *par. 5. cap. 1.*

22 Cuius quidem Ceremonialis diſpoſitio ſeruata fuit, licèt non ſemper in totum, & totaliter vſque ad Pontificatum Vrbani VIII. a quo prodierunt nouiſſima decreta in Sacra Congregatione generalis Inquiſitionis, quæ regiſtrabimus pariter *par. 5. cap. 2.*

23 Ex quibus decretis antiqua forma procedendi in cauſis Canonizationum, & beatificationum, inter alia perfecta fuit. Primo ex prohibitione, quod in Eccleſijs, Oratorijs, & alijs locis, publicis, vel priuatis non exponantur, vel dipingantur, ſtatuæ, figuræ, vel imagines hominum, cum qualibet Sanctitatis, vel Martyrij fama defunctorum, cum coronis, laureolis, ſplendoribus radijs, palmis, aut alijs ſignis, cultum, & venerationem redolentibus, neuè ad eorum ſepulchra, quæ à reliquo Eccleſiæ, vel Cæmeterij, pauimentu differre non debent, tabellæ votiuæ, aut imagines appendantur, antequam à Sede Apoſtolica Canonizati, vel beatificati fuerint; niſi tamen cultus ab immemorabili, ſeu per centum annorum ſpatium ante eorumdem decretorum editionem cum ſcientia, & tollerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinariorum (qui dicitur caſus exceptus) fuerit præſtitus; quæ quidem immemorabilis, aut centenaria cultus, & venerationis ante prædictorum decretorum editionem, niſi per centum annos formiter probata fuerit, remouendæ ſunt omnes tabellæ votiuæ, imagines, picturæ, figuræ cum radijs, laureolis, coronis, & item lampades, lumina, candela &c. æquandumque ſepulchrum, & quodcumque aliud ſignum cultus, & venerationis tollendum.

24 Secundò in hoc, quod nulla cauſa Canonizationis, vel Beatificationis inchoari poſſit, niſi prius, & ante omnia formato proceſſu, cum interuentu, Promotoris, ſeu Subpromotoris fidei, & Promotoris Fiſcalis, vel Eccleſiæ reſpectiue in omnibus, & ſingulis actibus citandi, per Ordinarium loci, vel Delegatum Apoſtolicum præuia viſitatione Eccleſiæ, & ſepulchri, vbi poſitus dicitur illi Dei Seruus, de cuius Beatificatione, & Canonizatione tractatur, deſinitiuè ſententiatum fuerit, Decretis Papæ Vrbani VIII. in Sacra Congregatione generalis Inquiſitionis editis, ſufficienter paritum fuiſſe, atque illis in nullo contrauentum, vel conſtare de caſu excepto à prædictis decretis, quatenus agatur de tali caſu excepto.

25 Tertiò in hoc, quod in cauſis Beatificationum, & Canonizationum procedi non poſſit, niſi elapſis 50. annis à die obitus. Quod tamen non impedit, quin ab Ordinarijs locorum poſſint inſtrui proceſſus, ad effectum illos tranſmittendi ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & videndi in Sacra Rituum Congregatione, an ſint concedendæ litteræ remiſſoriales, pro conficiendis proceſſibus auctoritate eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, primò in genere, & deinde in ſpecie, qui poſtquam confecti fuerint, & ad Vrbem tranſmiſſi, cognitoque de eorum validitate in eadem Sacra Rituum Congregatione, claudi debent, & in Archiuio reponi, non aperiendi niſi elapſis annis 50. à die obitus Serui Dei, de cuius Beatificatione, & Canonizatione tractatur, & per nouam commiſſionem manu ſanctiſſimi ſignandam.

26 Quartò in hoc, quod ad Canonizationem alicuius Serui Dei, qui titulo Beati decoratus ſit, eique indulta veneratio, procedi non poſſit, niſi prius in Sacra Rituum Congregatione denuò facta fuerit plena, & diſtincta relatio, non modo eorum, quæ in proceſſibus continentur, & quorum intuitu per Summos Pontifices illi veneratio conceſſa fuit, verùm etiam eorum omnium, quæ poſt indultam venerationem ſuperuenerint, ſuper quibus noui erunt conficiendi proceſſus.

Prohibitum inſuper fuit Nuncijs Apoſtolicis ne in cauſis beatificationum, & Canonizationum vllatenus ſe intromittant, niſi à Sede Apoſtolica id ſibi fuerit ſpecialiter commiſſum, prout in litteris impreſſis in dicto libello decretorum.

Declaratum pariter fuit in litteris circularibus ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, in eodem libello impreſſis, non poſſe locorum Vrdinarios ſe in cauſis Beatificationum, & Canonizationum intromittere, poſtquam Sedes Apoſtolica manus appoſuerit.

Addita demum fuit forma proteſtationis apponendæ

Digitized by Google

ponendę libris continentibus virtutes, gratias, & miracula eorum, qui cum Sanctitatis opinione decedunt, ſi ante eorumdem Beatificationem, & Canonizationem conſcribantur.

Licet autem in ijſdem decretis, ſeu eorum declarationibus, dicatur, Auditores Rotæ formare rubricas de ijs, quæ in proceſsibus continentur, hoc tamen amplius nòn ſeruatur, quia proceſſus referuntur ab Eminentiſsimis Cardinalibus abſque rubricatione Rotæ Auditorum; ex quibus tres antiquiores tantùm in Congregationibus, tàm ſuper virtutibus, quam ſuper miraculis votum habent conſultiuum.

Digitized by Google

DE CANONIZATIONE SANCTORVM PARS SECVNDA.

AD ſolemnem Sanctorum Canonizationem duo eſſentialiter requiri, videlicet opera pietatis in vita, & miraculorum ſigna poſt mortem, apud omnes eſt inconfeſſo, nempè quod prior vita de laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis teſtimonium præbeat, 61. *di. miramur*, atque item de ſimplicitate, & humilitate, *Hoſt & Innoc. in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. gloſ. in cap. vn. eod. tit. in 6.* Hinc cum iuxta praxim, tam pro Beatificatione, quam pro Canonizatione, ſemper inquiratur in primis de omnibus, & ſingulis virtutibus, primo in genere, & deinde in ſpecie; conſequens eſt, vt prius de virtutibus agamus, deinde de miraculis.

SVMARIVM.

Actus virtutum ſtare poſſunt cum habitibus vitiorum, & è contra nu. 39.
Boni compatiuntur malis, nu. 13.
Differentia inter virtutes infuſas, & acquiſitas. nu. 36.
Habitus definitio nu. 7.
Habitus generantur ex actibus, nu. 6.
Habitus dantur in intellectu, nu. 8.
Hobitus dantur in voluntate, nu. 9.
Habitus non dantur in Brutis, nu. 10.
Habitus boni, quomodò distinguantur à malis, nu. 11.
Potentiæ ſimpliciter actiuæ non indigent determinatiuo, nu. 2.
Potentiæ rationales indigent determinatiuo nu. 3.
Potentiæ naturales non perficiuntur à ſuis actibus, nu. 5.
Romanorum virtutes, nu. 34.
Via purgatiua, illuminatiua, & vnitiua, quibus virtutibus reſpondeant. ſub nu. 22.
Virtutis nomen diuerſimodè ſumitur, nu. 1.
Virtutis definitio, nu. 20. & definitionis explicatio, nu. 21.
Virtutes diuiduntur ſecundùm obiecta, nu. 22.
Virtutes diuiduntur in veras, & falſas, & quæ ſint veræ quæ falſæ.
Virtutes diuiduntur in perfectas, & imperfectas, & qua dicantur perfectæ, quæ imperfectæ, nu. 24.
Virtutes aliæ ſunt ordinantes ad bonum, & aliæ retrahentes à malo nu. 25. & item in ſummas, & medias, nu. 40.
Virtutes diuiduntur in theologales, intellectuales, & morales, nu. 26.
Virtutes diuiduntur in ſpeculatiuas, & practicas, & quæ ſint ſpeculatiuæ, quæ practicæ, nu. 27 Et in virtutes ſimpliciter, & ſecundùm quid, nu. 41.
Virtutes morales dicuntur Cardinales, & quæ ſint nu 28.
Virtutes morales diuiduntur in politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares, nu. 29.
Virtutes exemplares, quæ ſint, nu. 29.
Virtutes politicæ, quæ ſint, nu. 30.
Virtutes purgatoriæ quæ dicantur, nu. 31.
Virtutes morales diuiduntur in naturales, acquiſitas, & infuſas, & naturales quæ ſint, nu. 33.
Virtutes acquiſitæ, quæ ſint, nu. 34.
Virtutes morales acquiſitæ à Gentilibus, & Infidelibus exerceri poſſunt, nu. 34.
Virtutes infuſæ quæ ſint nu. 35.
Virtutes morales acquiſitæ poſſunt eſſe inuicem ſeparatæ, non ſic infuſæ nu. 36.
Virtutes acquiſitæ dependent à ſuis actibus nu. 37.
Virtutes infuſæ non dependent à ſuis actibus nu. 37.
Virtutes diuiduntur in actuales, & habituales, nu. 38.
Virtutes diuiduntur in ſimpliciter dictas, & ſecundùm quid, nu. 40.
Virtutem habitualem habens poteſt actum non exercere, nu. 39.

Virtu-

Virtutes, & vitia inuicem aduerſantur, nu. 12.
Virtutes inuicem pugnant cum vitijs etiam in eodem ſubiecto, nu. 15.
Virtutes pro vitijs quandoque reputantur, & è contra nu. 17.
Virtutes à vitijs quomodo diſtinguantur, nu. 19.
Virtus inter duo extrema vitia verſatur, nu. 16.
Vitia plura ſunt quàm virtutes, nu 16.
Vitia virtutum ſpeciem aſſumunt, nu. 17. *& quare nu.* 18.
Vitioſi bonos odio proſequuntur, nu. 14.

CAPVT I.

De Virtute.

1 QVod ad nomen attinet, virtus quandoque ſumitur pro facultate, vi, ſeu proprietate, rei cuique inſita, ſic dicitur virtus calefactiua ignis, virtus ſanatiua pharmacum &c. quandoque pro eo, quod poteſt eſſe principium ad motus, & operationes; *D. Thom* 1.2. *quæſt.* 26. *art.*2. *ad* 1. *& q.* 41. *ar.* 1. *ad* 1. quandoque pro merito, & præſtantia, iuxta illud, virtute formæ id euenit, vt te deceat quidquid habes. Propriè tamen, & in rigore, prout etiam nos in præſenti ſumimus, importat potentiæ naturalis perfectionem. *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 55. *ar.* 1. 2. *&* 3. pro quo.

2 Notandum primò, potentias naturales actiuas, quæ ſunt à natura determinatæ
ad vnum actum, non indigere vlteriori
principio, à quo determinentur ad agendum. Potentias verò rationales, quæ
3 ſunt hominis propriæ, quia non ſunt à natura determinatæ ad vnum, ſed indifferenter ſe habent ad plura, vlterioribus indigere principijs, à quibus ad vnum potius actum, quàm ad alium determinentur. *Diuus Thom. dicta quæſtione* 55. *articulo* 1. ſic intellectus, cum ſe indifferenter habeat, ad aſſentiendum, vel diſſentiendum circa obiectum aliquod, indiget vlteriori motiuo, à quo determinetur ad aſſenſum potius quàm ad diſſenſum, & è contra. Et voluntas, cum ſe pariter indifferenter habeat ad amorem, vel odium circa quodcumque obiectum, indiget aliquo determinatiuo, à quo moueatur ad amorem potius, quàm ad odium, & è conuerſo.

4 Notandum ſecundò, potentias naturales, quæ ſunt tantùm principia actiua ſuorum actuum, ex proprijs actibus nullam capere perfectionem, ſic ignis, e. g. quia eſt ſolum principium actiuum combuſtionis, per quemcumque actum comburendi, nullam ſui perfectionem recipit; Po-
5 tentias verò rationales cum ſint principia tam actiua, quàm paſſiua ſuorum actuum, à proprijs actibus perfici *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 51. *ar.* 1. *per tot.* Hinc ex multipli-
6 catis actibus generatur in potentia paſſiua quædam qualitas, ſeu diſpoſitio, ad facilius & promptius agendum, quæ vocatur habitus *D. Thom. d. q.* 51. *ar.* 2. *c.*
7 Qui quidèm habitus definitur à *Philoſopho* 5. *Metaph. tex.* 25. quod ſit diſpoſitio, ſecundùm quam quis benè, vel malè diſponitur, & 2. *ethic. cap.* 5. habitus eſſe docet, ſecundùm quos ad paſſiones benè, vel malè habemus. Sic dantur habitus in
8 intellectu *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 50 *ar.* 4. Quia ex actibus ſcientificis diſponitur intellectus, ad aſſentiendum propoſitionibus & concluſionibus, *Ariſt.* 6. *ethic. cap.* 1. 3. 6. *&* 7. Et dantur habitus in voluntate *D. Thom. d. q.* 50. *art.* 5. quia ex bonis
9 actibus diſponitur voluntas, ad amandum, & proſequendum verum bonum, & ex malis actibus diſponitur ad amandum, & proſequēdum malum, ſeu falſum bonum.
10 De brutis verò animalibus aliter dicendum eſt. Quia licet à ratione hominis per quandam conſuetudinem diſponantur ad aliquid operandum ſic, vel aliter, proindè, vt inquit D. *Aug. lib.* 83. *quæſt.* 36. videmus immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus abſtinere dolorum metu, & ob id videantur habituum capacia, cum tamen deficiat habitus ratio, quantum ad vſum voluntatis, quia non habent dominium vtendi, vel non vtendi, quod pertinet ad rationem habitus *D. Aug. de bon coniug. cap.* 21. hinc propriè loquendo habitus acquirere nequeunt *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 50. *ar.* 3. *ad* 2.

11. Notandum 3. bonos habitus à malis diſtingui ſecundùm conuenientiam ad naturam, & diſconuenientiam ab ipſa. Cum bonus dicatur habitus, qui diſponit potentiam ad actus naturæ agentis conuenientes; hoc eſt, rationi conformes, & malus, qui diſponit potentiam, ad actus naturæ agentis non conuenientes, hoc eſt contra rectam rationem *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 54. *ar. c.* Ex quo autem virtus eſt ſecundùm naturam, quia congruit rationi; vitium verò contra naturam, vtpotè à natura diſſentiens, *D. Chryſ. homil.* 24 *in Matth.*

Matth. Propтereà boni habitus vocantur
virtutes, & mali dicuntur vitia *D. Thom.*
1. 2. quaſt. 55. ar. 1. quaſt. 58. ar. 2. &
quaſt. 71. ar. 1.
12 Porrò virtutes, & vitia ſibi viciſſim ad-
uerſantur, pugnantque continuò; cum
hac tamen diſparitate, quod boni, virtu-
13 te præditi, vitioſis magnoperè compa-
tiuntur, vicemque illorum dolent, nec de
fraternitatis amore quicquam diminuunt,
vndè *Apoſt.* quis infirmatur, & ego non
infirmor? ſcilicet quis infirmatur peccan-
do, & ego non infirmor compatiendo?
Hoſtien de pæn. & remiſs. §. qualiter Sacer-
dos propè fin. vitioſi verò bonos odio pro-
14 ſequuntur, & religioſis vitia conſpectis,
triſtes fiunt, tanquam onus conſcientiæ
præſentiam Sancti cuiuſque non ſuſtinen-
tes *D. Hilar. in Pſal. 118. litt. Iod.*
15 Et parum eſſet, ſi virtutes cum vitijs in
diuerſis tantum pugnarent ſubiectis; ve-
rum, & in eodem, & in quolibet talis pu-
gna conſpicitur. Duas *inquit Philo*, no-
ſtrum quiſque vxores habet in ſuo contu-
bernio, eaſque infenſas ſibi inuicem, &
animæ domum replentes contentionibus.
Et Origen. homil. 12. in Gen. in nobis quo-
que duo populi ſunt, ſicut in ventre Re-
beccæ, populus virtutum, & populus vi-
tiorum.
16 Quin imò vitia plura ſunt, quam virtutes
cum vnaquæque virtus inter duo extrema
verſetur vitia ſibi contraria, ſic fortitudo
inter timorem, & audaciam, ſeu inter igna-
uiam, & temeritatem, liberalitas inter
auaritiam, & prodigalitatem, & ſic de re-
liquis. Et ſecundum *D. Aug. relat. cap. 1.*
de pænit. di. 5. omnes virtutes ab vno vitio
detrimentum patiuntur.
17 Et quod valde dolendum eſt, vitia ſæpe
virtutum ſpeciem oſtendunt, virtutumque
pallio ſe contegunt *Iſid. ſent. lib. 2. cap. 35.*
vbi, quædam vitia ſpecies virtutum eſſe
videntur, ſed tamen virtutes non ſunt.
Nam interdum ſub prætextu iuſtitiæ cru-
delitas agitur, & putatur eſſe virtus, quod
nimirum eſt vitium; ſicuti & remiſſa ſegni-
ties manſuetudo eſſe creditur, & quod agit
torpens negligentia, putatur agere indul-
gentia pietatis. Nonnunquam etiam vir-
tutem largitatis imitatur vitium prodigæ
effuſionis, & virtutem parcitatis triſtis te-
nacitas imitatur, & vitium pertinaciæ ab-
ſconditur ſub virtute conſtantiæ. Item
timor ſub ſpecie obedientiæ occultatur, &
dicitur virtus humilitatis, quod tamen vi-
tium eſt timoris. Sed & procacitas vocis
pro veritatis libertate accipitur, & vitium
pigritiæ quietis virtutem imitatur. Porrò
vitium inquietudinis virtutem ſe vult vo-
cari ſollicitudinis; & præcipitationis faci-
litas feruor boni ſtudij creditur; & benè
agendi tarditas, conſilij mora eſſe videtur.
Tali igitur exemplo vitia ſpecies virtutum
imitantur, & inde ſe nonnulli iuſtos confi-
dunt, vnde maximè reprobantur *Et Chryſ.*
aduerſ. vituperat. vit. monaſt. fauorabilibus
appellationibus vitia obducitis, quippe
circenſibus ludis, & reliquis ſpectaculis
intereſſe, Vrbanitatem, & facetias voca-
tis; diuitijs affluere, iucunditatem, glo-
riam amare, magnanimitatem, arrogan-
tiam, confidentiam, prodigalitatem, cle-
mentiam, iniuſtitiam, fortitudinem eſſe
aſſeritis.
Sicuti è contra vitijs dediti, & minus ocula-
ti vitiorum nomine virtutes nuncupant;
» *Vnde Greg. Nanzian. in orat. de laud. Baſil.*
» morum conſtantiæ, & exactæ grauitati,
» faſtus nomen impoſuerunt; facileque mihi
» facturi videntur, vt & fortem temerarij
» nomine appellent, & prudentem, ac cir-
» cumſpectum, timidi; temperantem aggre-
» ſtis, & inhumani, & iuſtum crudelis, at-
» que ab hominum conſortio abhorrentis.
» *Et Chryſ. l. cit.* virtutem quoque contrariis
» nominibus obnubilatis, ruſticitatem qui-
» dem prudentiam vocantes; formidinem,
» modeſtiam; imbecillitatem iuſtitiam; con-
» temptum faſtus, & gloriæ, ſeruilis animi
» exiſtimantes; malorumque tollerantiam,
» ignauiam, & infirmitatem.
18 Cur autem vitia tam facile virtutum
nomen aſſumant, rationem reddit *Chryſ.*
homil. 48. in act. nimirum propter ambo-
rum vicinitatem, & quaſi cognationem,
quæ facilem ex vno in alium tranſitum fa-
cit. Sunt *inquit*, vitia cognata virtutibus,
» & iuxta dicendi libertatem pullulat teme-
» ritas, & iuxta æquitatem mollities, & pro-
» be conſiderandum eſt, ne quis putet, vir-
» tutem poſſidere, qui vitia apprehendit.
19 Quapropter ad illas diſtinguendum à vi-
tijs, tria ad rationem virtutis adducit
D. Thom. in 3. ſent. di. 26. ar. 1. c. ſcilicet
obiectum conueniens, rationem ordinan-
tem, & modum in agendo; ſeu quod quis
operetur ſciens, eligat ad finem debitum,
& immobilis perſeueret *Ariſt. 2. ethic. cap.*
4. & D. Thom. 2. 2. quaſt. 58. art. 1. c.
20 Definitur virtus à *Tacito lib. 4. hiſtor.*
proprium hominis bonum, & à *D. Aug. de*

lib. arbit. lib. 2. bonus vſus liberi arbitrij, *& eod. lib.* 2. *cap.* 18. *&* 19. bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur. Quam definitionem complecti totam virtutis rationem, & cuilibet virtuti conuenire, ſi dematur vltima pars, quæ conuenit ſoli virtuti infuſæ, teſtatur *D.Th.* 1. 2. *quæſt.* 55. *ar.* 4. *c.*

Plures alias virtutis definitiones, ſeu deſcriptiones videre eſt apud Phyloſophum, nempe *lib.* 1. *Rhet. cap.* 9. vbi eam vocat bonarum rerum conciliatricem, & conſeruatricem facultatem, *lib.* 2. *ethic. cap.* 6. *& lib.* 3. *magn. mor. cap.* 24. habitum animi iudicio ſuſceptum, in medioeritate poſitum; & habitum electiuum in mediocritate exiſtentem, determinata ratione apud nos, prout ſapiens determinabit, *& lib.* 3. *ethic.* Mediocritatem duorum vitiorum, alterius ſecundum exceſſum, & alterius ſecundum defectum, *& lib.* 1. *magn. mor.* honorabile bonum; & menſuram omnium rerum *lib.* 9. *ethic. cap.* 4. *& lib.* 8. *de Repub.* Virtus, *inquit*, in eo poſita eſt, vt bonis rebus gaudeamus, eaſque amemus, doleamuſque contrarijs. Demum *lib.* 2. *phyſic. tex.* 17. *&* 18. *&* 8. *ethic.* illam definit, quod ſit diſpoſitio perfecti ad optimum; & 2. *ethic. cap.* 6. quod ſit bona qualitas mentis, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum, cui concordat *gloſs. in cap. de pudicitia* 32. *quæſt.* 1.

21 Hæ duæ vltimæ definitiones ab omnibus ſunt receptæ, quarum poſterior de ſe clara eſt, nec indiget explicatione, per hoc enim diſtinguitur virtus à vitio, quia diſponit ad actum rationi conformem, in quo conſiſtit bonum; Vitium verò diſponit ad actum rationi contrarium, in quo conſiſtit malum, vt ſupra dictum eſt. Altera verò explicatur, vt nomine perfecti veniat potentia à natura in ſuo eſſe bene diſpoſita, *ſecundum Phyloſ.* 7. *phyſic. tex.* 17. *&* 18. & nomine optimi intelligatur vltimus finis *D. Th.* 1. 2. *quæſt.* 110. *art.* 31. *&* 2. 2. *quæſt.* 23. *ar.* 7. *c.* cui concordat *D. Aug. lib.* 2. *de morib. Eccleſ. cap.* 3. 6. *&* 14. optimum, *inquiens*, ad quod hominem oportet diſponi per virtutem, eſt Deus. Vnde virtutes per actus humanos acquiſitæ, ſunt diſpoſitiones, quibus homo conuenienter diſponitur in ordine ad naturam, qua homo eſt. Et virtutes infuſæ diſponunt hominem ad altiorem finem, qui Deus eſt *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 134. *ar.* 3. *ad* 4. Nomine autem diſpoſitionis non eſt intelligendum de diſpoſitione mere paſſiua, ſicuti diſpoſitio ceræ ad quamcumque formam; ſed de actiua, & paſſiua ſimul, cum principalis actus virtutis ſit interior electio *D. Thom. d. ar.* 3. *ad* 4.

22 Diuiduntur primò virtutes generaliter ſecundum diuerſitatem obiectorum, itaut tot ſint virtutes, quot ſunt obiecta, ad quæ tendunt actus virtutum *D.Thom.* 1. 2. *quæſt.* 54. *ar.* 2. *& quæſt.* 96. *ar.* 3. *c.*

23 Diuiduntur ſecundò in veras, & falſas. Virtutes veræ ſunt, quæ hominem dirigunt ad principale bonum, qui eſt vltimus finis *D. Th* 2. 2. *quæſt.* 23. *ar.* 7. virtutes verò falſæ, quæ ordinant hominem ad aliquem finem particularem, ſeu ad aliquod particulare bonum; de quibus ponit exemplum ibidem Sanctus Doctor in virtutibus auarorum, quorum prudentia tendit in excogitando diuerſa lucrorum genera; temperantia luxuriam, & luxuriæ, quia ſumptuoſa eſt, cohibet appetitum; Iuſtitia grauium damnorum metu contemnit aliena; & fortitudo efficit, *vt inquit Horat. lib.* 1. *epiſt.* vt per mare pauperiem fugiant, per ſaxa, per ignes. Et Diuus Auguſtinus, de *Ciuit. Dei lib.* 5. *cap.* 20. in virtutibus, quæ vel humanæ gloriæ, vel corporis voluptati deſeruiunt. Poſtquam enim tabulam commemorauit à Stoicis contra Epicureos confictam, in qua pingebant voluptatem in ſella Regali quaſi delicatam quamdam Reginam conſidentem, cui virtutes famulæ ſubijciantur, obſeruantes eius nutum, vt faciant, quod illa imperauerit. Et quæ prudentiæ iubeat, vt vigilanter inquirat, quomodo voluptas regnet, & ſalua ſit. Iuſtitiæ iubeat, vt præſtet beneficia, quæ poteſt ad comparandas amicitias corporalibus commodis neceſſarias, nulli faciat iniuriam, ne offenſis legibus. voluptas viuere ſecura non poſſit. Fortitudini iubeat, vt ſi dolor corporis acciderit, qui non compellat in mortem, per priſtinam deliciarum ſuarum recordationem, mitiget præſentis doloris aculeos. Temperantiæ iubeat, vt tantum capiat alimentorum, & ſi qua delectant, ne per immodarationem noxium aliquid valetudinem turbet, & voluptas grauiter offendatur; ſubdit deinde, non minus deformitatis habituram tabulam, in qua virtutes pingantur humanæ gloriæ deſeruientes, nempè, vt prudentia nihil prouideat, nihil iuſtitia diſtribuat, nihil toleret fortitudo,

titudo, & nihil temperantia moderetur, niſi vnde placeatur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſeruiatur.

24 Virtus vera rurſus eſt duplex, alia perfecta, & alia imperfecta. Virtutes imperfectas vocat *ibidem* Sanctus Thomas virtutes politicas, quæ directæ ſunt ad bonum publicum, ſeù ad conſeruationem reipublicæ ſecundùm fines humanos tantùm, nec ordinatæ à charitate. Eaſdem verò virtutes dicit eſſe perfectas, quatenus ordinantur à charitate, & referuntur ad finale perfectum bonum, nempè ad Deum. Hinc *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 4. cap.* 20. inter virtutes imperfectas enumerat fortitudinem Mutij Sceuolæ, qui dextram porrexit in flammas; Curtij, qui ſe pro patria in abruptam terram præcipitem dedit, & Deciorum Patris, ac Filij, qui pro exercitu ſe deuouerunt.

25 Diuiduntur tertiò virtutes in ordinantes ad bonum, vti fides, ſpes, charitas &c. & retrahentes à malo, veluti clementia, manſuetudo &c. *D. Thom. 2. 2. quæſt.* 157. *ar.* 4. *c.* vbi quod virtutes ordinantes ad bonum ſunt ſimpliciter perfectiores, quam retrahentes à malo.

26 Diuiduntur 4. in theologales, intellectuales, & morales. Virtutes theologales ſunt, quæ à ſolo Deo nobis infunduntur, ſolum Deum habent pro obiecto, per eas ordinamur in Deum, & mens humana Deo coniungitur *D. Thom. 1. 2. quæſt.* 62. *ar.* 1. *& quæſt.* 68. *ar.* 8. ſuntque fides, ſpes, charitas. *de cons. diſt. 2. cap. quia paſſus.* De quarum neceſsitate, & ſufficientia, *D. Thom. d. quæſt. 62. ar. 2.*

27 Virtutes intellectuales diuiduntur in ſpeculatiuas, & practicas. Speculatiuæ ſunt, per quas intellectus perficitur ad conſiderandum verum, cuius intellectus tres ſunt habitus, primus ſcilicet, qui dicitur intellectus, per quem perficitur, ad aſſentiendum primis principijs per ſe notis. Alter dicitur habitus ſcientiæ, per quem perficitur intellectus, ad aſſentiendum concluſionibus particularibus, ſeu vniuerſalibus in aliqua ſcientia particulari; Vltimus eſt habitus ſapientiæ, per quem perficitur intellectus, ad aſſentiendum concluſionibus vniuerſaliſsimis, complectentibus omnia ſcientiarum genera *D. Th. 1. 2. q. 57. ar. 2.* Virtutes intellectuales practicæ ſunt, quibus perficitur intellectus circa opera factibilia, quæ communiter vocantur artes *D. Thom. d. quæſt 57. ar. 3.*

28 Virtutes morales ſunt, quibus domantur paſsiones, & vires appetitiuè potentiæ perficiuntur, ad obediendum rationi *D. Thom. 1. 2. quæſt. 68. ar. 8. c.* Per eas enim pars appetitiua dirigitur in bonum rationis, hoc eſt, in id, quod eſt ſecundùm rationem moderatum, & ordinatum. Propterea circa omne id, quod per rationem ordinari, & moderari contingit, verſatur virtus moralis *D. Thom. 1. 2. quæſt. 61. ar. 3.* Quæ quidem virtutes morales ſunt quatuor, Iuſtitia, fortitudo, temperantia, prudentia, & dicuntur Cardinales, quia ſunt principales, & aliarum virtutum veluti cardo, & fundamentum, ac omnes alias complectuntur *D. Thom. d. quæſt. 61. ar. 1. 2. 3. & 4.* Quas deſignari in quatuor fluminibus, de paradiſo manantibus, indicat *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 11. c. 21. poſt. med.*

29 Diuiduntur quintò eædem virtutes morales, & Cardinales in politicas, ſeù communes, purgatorias, purgati animi, & exemplares. Virtutes exemplares non ſunt humanæ, ſed in Deo præexiſtentes; ſicuti in ipſo præexiſtunt omnium rerum rationes. Videlicet ipſa mens Diuina in Deo appellatur prudentia, Conuerſio diuinæ intentionis in ſe ipſam, temperantia; Ipſa immutabilitas Dei, fortitudo; & obſeruatio legis æternæ in ſuis operibus Iuſtitia; Dicuntur autem exemplares, quia *vt inquit D. Aug. de Mor. Eccleſ. cap. 6.* oportet, vt anima ſequatur aliquid, ad hoc, vt ei poſsit virtus innaſci, & hic eſt Deus, quem ſi ſequimur, benè viuimus *D. Thom. d. quæſt. 61. ar. 5.*

30 Virtutes politicæ, ſeù communes dicuntur ex eo, quia homo ſecundùm ſuam naturam eſt animal politicum, proinde virtutes huiuſmodi, prout exiſtunt in homine ſecundùm conditionem ſuæ naturæ, vocantur politicæ, prout ſcilicet homo ſecundùm has virtutes rectè ſe habet in rebus humanis bene gerendis *D. Thom. d. ar. 5.*

31 Virtutes purgatoriæ vocantur, quando per ipſas homo tranſit à ſtatu politico, & tendit in diuinam ſimilitudinem, ita ſcilicet, quod prudentia omnia mundana diuinarum contemplatione deſpiciat, omneſque cogitationes in ſola diuina dirigat. temperantia relinquat, in quantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit, fortitudo efficiat, vt anima non terreatur propter exceſſum à corpore, & acceſſum

ad ſuperns; iuſtitia verò, vt tota anima conſentiat ad huiuſmodi propoſiti viam *D. Thom. d. ar. 5. c.*

32 Virtutes demùm purgati animi dicuntur, quæ ſunt iam aſſequentium diuinam ſimilitudinem; ita ſeilicet, quod prudentia ſola diuina intueatur. Temperantia terrenas cupiditates neſciat, fortitudo paſſiones ignoret; Et Iuſtitia cum diuina mente perpetuo fædere coniungatur, eam videlicet imitando. Et ſecundùm hunc gradum virtutes ſunt Beatorum, vel in hac vita perfectiſſimorum *D. Thom. d. ar. 5. c.*

Aliter virtutes politicæ, dicuntur quæ paſſiones molliunt, purgatoriæ, quæ auferunt, & purgati animi quæ obliuiſcuntur D. *Thom. d. ar. 5. ad 2.*

Virtutibus communibus, ſeu politicis correſpondet via purgatiua, in qua homo imperfectionibus eſt circumdatus, quas ipſa virtus expellere naturaliter intendit. Virtutibus purgatorijs correſpondet via illuminatiua, quia animam iam purgatam poſt ſe trahit ad diuina. Virtuti verò purgati animi correſpondet via vnitiua, quia cauſat in anima diuinam ſimilitudioem. Diſtinguitur autem virtus purgatoria à virtute purgati animi ex eo, quia licet vtraque ſupponat cor purgatum à fecibus totius voluptatis, tamen virtus purgatoria operatur circa difficultates ſocordiæ volontatis vincendas, non colluctando quidem cum vitijs, ſed ſufferendo, & adiuuando. Virtus verò purgati animi totum hominem exterius, & interius mirabili ſapore, & ſuauitate perfundit; Ideoque in illo ſtatu faciliter, & prompte anima virtutibus ſuperexcedentibus omnem humanam conditionem, & modum communem, operatur; quæ omnia tangere videtur Regius Propheta, dum ait, qui ſanat omnes infirmitates tuas, qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus, qui replet in bonis deſiderium tuum. *Pſal.* 102. & Ricardus de Sancto Victore, de *præparatione ad contemplationem* explicans illud, Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? *Pſal.* 23. Rarum, *inquit*, in hunc montem aſcendere, (quod, pertinere videtur ad virtutes politicas) ſed multò rarius, In eius vertice ſtare, & ibi moram facere (quod pertinet ad purgatorias) rariſſimum autem ibi habitare, & mente quieſcere,) quod ad virtutes pertinet animi purgati.

33 Diuiduntur ſecto virtutes morales, in naturales, acquiſitas, & infuſas. Naturales ſunt ſemina quædam virtutum hominibus naturaliter inſita, *Ariſt. 6. moral. c.* 13. ideſt propenſio quædam partis ſuperioris, & rationalis ad bonum honeſtum, quod eſt proprium ipſius bonum, quamuis illud aſſequi ſine gratiæ auxilio non poſſit, vt oportet, contrarieque inclinationi partis inferioris, & ſenſitiuæ, reſiſtere. Vnde Baſilius *homil. 9. in exam. paul. ante med.* ſunt quædam apud nos virtutes ſecundum naturam, quæ ex ipſa natura nobis ineſſe videntur. *Et Damaſc. lib. 3. de fide cap.* 14. *in fine*. Naturales virtutes ſunt, & æque omnibus naturaliter inſunt, etſi non omnes ea; quæ naturæ conſentanea ſunt, operemur. Et Seneca *Epiſt.* 95. omnium honeſtarum rerum ſemina animi noſtri gerunt, quæ admonitone excirantur, non aliter quem ſcintilla flatu leui adiecta ignem ſuum explicat.

34 Virtutes acquiſitæ ſunt, quæ humano ſtudio acquiruntur; Et quas à Gentilibus, & Infidelibus exerceri poſſe conſtat ex antiquis Romanis, quorum ſummopere laudantur, amor patriæ, ac Reipublicæ, pro qua tuenda, & conſeruanda, non modo externa bona nihil pendebant, eorumque iacturam libenter faciebant, vt mallent eſſe pauperes in diuite Republica, quam diuites in paupere, ſed etiam ſanguinem ipſum, ac vitam profundere, non dubitarent. Deinde ſummum ſtudium, & obſeruantia ciuilis iuſtitiæ, atque humanæ fidei, tam domi, quam foris, tam erga ſuos ciues, quam exteros, immo & hoſtes ipſos; magnitudo præterea, & animi conſtantia, tunc etiã, cũ vincebantur, Inuicti, & in maximis cladibus erecti, & excelſi. Eximia denique & excellens prudẽtia in regendis populis; incõparabilis diſciplinę militaris excellentia, de qua plura apud *Ioſ. lib. 3. de bell. Iudai. cap.* 3. eoque Romanos celebrat *Saluſt.* quod magis in dandis, quam accipiendis beneficijs amicitiss parabant. Videatur *Antonius Moraines in ſuo Antiauſenio diſp. 19. ſect. 2. & ſeq.* vbi etiam quod huiuſmodi morales Infidelium virtutes præmium merentur, ex D. *Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei cap.* 15. qui Deum Romanis tam amplum Imperium dediſſe affirmat, tantamque fælicitatem temporalem, veluti mercedem bonorum operum, quæ intuitu Reipublicæ exercebant. Quibus *inquiens* Deus non erat daturus vitam æternã cum

Sanctis

Sanctis Angelis ſuis, ſi neque hanc eis terrenam gloriam excellentiſſimi Imperij concederet, non redderetur merces bonis actibus eorum, ideſt virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur. Quas deinde virtutes commemorans, illos, *ait*, priuatas res ſuas pro Republica contempſiſſe, auaritiæ reſtitiſſe, Patriæ conſilio libero conſuluiſſe, neque delicto ſecundum leges ſuas, neque libidini obnoxios fuiſſe.

Quas tamen virtutes acquiſitas, tanquam ſine charitate, & operatiuas boni in ordine tantum ad finem, naturalem hominis facultatem non excedentem, imperfectas vocat D. *Thom. 1. 2. quæſt. 65. ar. 2.* & per conſequens, quia gloriam non promerentur æternam, propterea veras virtutes eſſe negatur *in capit. omnes §. ex his, circa fin. 18. quæſt. 1.*

35 Virtutes morales infuſæ ſunt, quæ à Deo ſimul cum habitu charitatis infunduntur, quæ ideo dicuntur perfectæ, quia ſunt operatiuæ boni in ordine ad vltimum finem ſupernaturalem, *D. Thom. d. ar. 2. c.*

36 Et inter has virturum ſpecies hanc notat differentiam Sanctus Doctor, *d. q. 65. ar. 1.* quod virtutes naturales, & acquiſitæ dari poſſunt inuicem ſeparatæ, ſicuti videmus aliquos, vel ex naturali complexione, vel ex conſuetudine, promptos ad opera liberalitatis, non autem caſtitatis, & alios ad opera fortitudinis, non autem liberalitatis & ſic de alijs virturibus mere moralibus, vel naturalibus. Virtutes verò morales infuſæ ſtare non poſſunt inuicem ſeparatæ, cum vniantur in habitu charitatis, vt dicemus inferius *cap. 5.*

37 Inſuper virtutes morales acquiſitæ, cum à ſuis actibus dependeant, per ceſſationem ab actibus excreſcunt. Virtutes verò infuſæ, quia non dependent à ſuis actibus, ſed infunduntur à Deo, per ceſſationem ab actibus non diminuuntur D. *Thom. 2. 2. quæſt. 24. ar. 10.* virtutes demum acquiſitæ, quia per ipſas deſtruuntur contrariæ diſpoſitiones, non patiuntur difficultatem in operando. Virtutes verò infuſæ, quia per eas non auferuntur contrariæ diſpoſitionea, in operando difficultatem patiuntur, D. *Thom. d. quæſt. 65. ar. 3. ad 2.* ſi tamen actus procedat à principio noſtro operatiuo, & à virtute infuſa ſimul, minuitur, & deſtritur habitus malus contrarius, quia tales actus diſponunt ad augmentum virtutum infuſarum, ad earumque conſeruationem, & ſic ad continuationem actuum, ex quibus contrarius deſtruitur, habitus, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 92. art. 1 ad 1.*

38 Diuiduntur ſeptimò virtutes in actuales, & habituales. Virtus actualis eſt actus virtuoſus, procedens ab habitu virtutis, qui quandoque denominatur virtus; ſic, D. *Auguſtin. tract. 79. in Ioan.* ipſum actum credendi vocat fidem. Virtua verò habi-
39 tualis eſt ipſe habitus virtutis. Poteſt autem contingere, quod quis habeat virtutem habitualem, qui tamen actum non exerceat, D. *Thom. 2. 2. quæſt 137. ar. 1. ad 2.* ſicuti etiam actus vitij ſtare poteſt cum habitu virtutis, & è contra, niſi tamen ex actu excludatur habitus cauſa, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 63. ar. 2. ad 2.*

40 Diuiduntur octauo virtutes in ſummas, & medias. Summæ virtutes ſunt, fides, ſpes, charitas, nam à quibus habentur, vtique veraciter poſſidentur. Mediæ verò ſunt, quæ & ad vtilitatem, & ad perniciem poſſunt haberi, ſi de his arroganter quiſpiam tumuerit, e. g. doctrina, ieiunium, caſtitas, ſcientia, & huiuſmodi, de quibus ſcilicet & bene operari poſſumus, & male, *Iſid. ſentent. lib. 1. cap. 36. num. 7. & 8.*

41 Diuiduntur vltimò virtutes in virtutes ſimpliciter, quæ ſcilicet faciunt recte operari; & ſunt virtutes morales, per quas homo dicitur ſimpliciter bonus D. *Thom. 1. 2. quæſt. 66. ar. 3. c.* quem tetragono comparat *Philoſ. 1. ethic.* quia ſicut corpus tetragonum optime ſedet in quolibet latere, ſic virtuoſus bene ſe habet in omni euentu fortunæ, proſpera vtendo ad opera magnificentiæ, & liberalitatis, & aduerſa ad exercitium patientiæ, & longanimitatis. Et in virtutes ſecundum quid, quæ non faciunt hominem ſimpliciter bonum, ſed cum addito, hoc eſt, bonum phyloſophum, bonum geometram &c. D. *Thom. d. ar. 3. c. & quæſt. 56. ar. 3. & quæſt. 57. ar. 1. c.*

SVMMARIVM.

Apoſtaſia quid, & quotuplex, & quomodò definiatur nu. 33.
Apoſtaſia qualiter Eccleſia *ſit vtilis, nu. 34.*
Atheiſmus quid ſit, nu. 27.
Blasfemia contrariatur fidei, nu. 38.
Cæcitas mentis opponitur dono intellectus, nu. 21.
Cicero inter atheos reputatus, nu. 29.

Fides

Fides quotupliciter accipiatur nu. 2.

Fidei definitio, nu. 3. eiuſdem definitionis declaratio, nu. 4.

Fides diuiditur in diuinam, & humanam n. 5. In actiuam, & paſſiuam nu. 6. In explicitam, & implicitam nu. 7. informatam, & informem, ſeu in viuam, & mortuam nu. 8. in veterem, & nouam, ſeu de futuro, & de præterito, vel in antiquorum, & recentiorum nu. 10. Inuoluntariam, & coactam nu. 19. In actualem, & habitualem num. 13. & in fidem, quæ eſt virtus, & in eam, quæ connumeratur inter gratias gratis datas nu. 12.

Fides viua diuiditur in ſpeculatiuam, & practicam nu. 9.

Fidei ſubiectum nu. 14.

Fidei effectus nu. 20. effectus ſecundarius n. 18.

Fidei obiectum materiale, & formale nu. 15.

Fidei cauſa efficiens nu. 16.

Fidei actus interior nu. 17. exterior n. 19.

Fidei correſpondet donum intellectus, nu. 22. & donum ſcientiæ nu. 23.

Fidei meritum in quo conſiſtat nu. 24.

Fidei vnum articulum diſcredens non habet fidem formatam nu. 24.

Fidei contrariatur infidelitas, apoſtaſia, & hereſis nu. 25.

Fidei contrariatur peccatum in Spiritum Sanctum, cuius ſex ſunt species nu. 39.

Fidei contrariatur blaſfemia nu. 38.

Hebetudo ſenſus opponitur dono intellectus n. 22.

Hæreſis quid ſit nu. 35.

Idololatria quid, & quotuplex ſit n. 27. & 30.

Infidelitas alia eſt poſitiua, & alia negatiua num. 26.

Intellectus dono, quæ opponantur nu. 22.

Iudaiſmus quid ſit nu. 31.

Iudæi portant teſtimonium fidei noſtræ nu. 32.

Peccatum in Spiritum Sanctum contrariatur fidei nu. 39.

Schiſma quid ſit nu. 36.

Secta quid ſit nu. 37.

Socrates inter Atheos reputatus nu. 28.

Tentationes, tribulationes, ſunt effectus fidei num. 20.

Timor filialis, ſeruilis, & ſeruilitas nu. 19.

Virtutes ſupernaturales ſimul infunduntur, & quomodo vna ſit prior altera, vel perfectior, alteramque perficiat nu. 1.

CAPVT II.

De Fide.

1 Licet habitus virtutum ſupernaturalium ſimul infundi debeant *D. Tho.* 1. 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. *c.* Et ordine perfectionis charitas præcedat fidem, & ſpem, quia fides, & ſpes à charitate formantur, & perfectionem accipiunt, & ita charitas ſit radix omnium virtutum, in quantum eſt ſingularum forma *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 65. *ar.* 4. & 2. 2. *quæſt.* 23. *ar.* 8. ordine tamen generationis, quo materia eſt prior forma, & imperfectum prius perfecto in vno, & eodem, fides præcedit ſpem, & ſpes charitatem, quia per fidem apprehendit intellectus ea, quæ ſperat, & amat, & ex hoc, quod homo ſperat de aliquo, procedit ad ipſum amandum *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 4. *c.* Hoc igitur ordine attento, agendum primò de fide, ſecundò de ſpe, & tertio de charitate.

2 Fides in Sacris Litteris diuerſimode ſumitur. Primò ſcilicet pro conſtantia in ſeruandis promiſſis, *Pſal.* 86. 15. Secundò pro ipſa doctrina fidei, & Euangelio, cui creditur, *ad Rom.* 15. Tertiò pro complemento, ſeu impletione diuinarum promiſſionum, in veteri Teſtamento factarum, *ad Gal.* 3. 23. Quartò pro promiſſione facta in Baptiſmo, de profitenda vera Religione 1. *Tim.* 5. 12. Quintò pro æterna religionis, & fidei profeſſione, *Iacob.* 2. 24. Sextò pro aſſenſu gratiæ Dei ad tempus, *Luc.* 8. 13. Septimò pro notitia beneficiorum Chriſti, qualis eſt in pijs, *ad Rom.* 1. 11. & *ſeq.* Octauò pro fidelitate in fungendo proprio munere, *ad Tit.* 2. 10. Nono pro iuſtitia, *Pſal.* 119. 75. *ſecundum vnam verſionem.* Decimo pro fiducia conſequendi bonum aliquod terrenum, & corporale. *act.* 14. 9. Vndecimo pro notitia, & ſecuritate chriſtianæ libertatis *Rom.* 14. 1. & 22. Duodecimo pro ſpe, 1. *Petr.* 1. 5. Decimotertio pro bono opere, 1. *Reg.* 26. 23. Decimoquarto pro ſtudio, & zelo, in obſeruanda chriſtiana Religione, *Rom.* 1. 8. Decimoquinto pro certa perſuaſione de futuro aliquo miraculoſo effectu, ex reuelatione, vel particulari promiſſione concepta 1. *Cor.* 12. 9. & 13. 2. *Matth.* 17. 20. & *Luc.* 17. 6. quæ appellatur fides miraculorum. Multipliciter etiam ſumitur à Canoniſtis; quandoque ſcilicet pro Sacramento baptiſmi, 45. *di. de Iudæis*, quandoque pro caſtitate maritali, 27. *quæſt.* 2. *coniuges* quandoque etiam pro ſecuritate, ſiue pacto, 23. *quæſt.* 1. *noli* & alias, vt per *gloſ. in cap. monet.* 22. *quæſt.* 11.

3 Definitur fides generaliter *ab Aug. ſuper Ioan. tract.* 39. credere, quod non vides; ſpe-

ſpecialiter verò, ſecundum quod pertinet ad noſtrum inſtitutum, & ſumitur pro ipſo habitu, ſeù virtute fidei, ſupernaturaliter infuſa, ad *Epheſ.* 2. 8. *& Rom.* 3. 28. definitur ab *eodem Auguſt. l. cit. tract.* 40. virtus, qua creduntur, quæ non videntur, & *lib.* 2. *de peccat. merit.* & *remiſſ. cap.* 31. & *lib.* 40. *homil.* 32. ſperantium ſubſtantia, & conuictio rerum, quæ non videntur *A Baſil. de vera, & pia fide.* Aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatione, cum ſeria animi perſuaſione de eorum veritate, quæ Dei munere ſunt prædicta. *A Dionis, de diuin. nomin. cap.* Manens credentium fundamentum, collocans eos in veritate & in ipſis veritatem oſtendens. *Et à D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. *ar.* 1. *c.* Habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentiri non apparentibus.

Vera tamen, & ab omnibus approbata theologicæ fidei definitio traditur *Hebr.* 11. 1. ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

4 Dicitur *ſubſtantia*, hoc eſt prima inchoatio, ſeu fundamentum totius ſpiritualis ædificij, quia prima inchoatio rerum ſperandarum in nobis eſt per aſſenſum fidei, ſicuti in ſcientijs prima principia indemonſtrabilia ſunt ſubſtantia, hoc eſt, prima inchoatio ſcientiarum, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. *ar.* 1. *c. &* 3. *p. quæſt.* 73. *art.* 3. *ad.* 3.

Dicitur *argumentum non apparentium*, ſumendo argumentum pro argumenti effectu, quia ſicuti in ſcientijs per argumentum inducitur intellectus ad aſſentiendum alicui vero, ſic per fidem mouetur intellectus, ad firmiter adhærendum veritati, diuinitus reuelatæ *D. Thom. l. cit.*

5 Diuiditur primò fides in Diuinam, & humanam. Diuina eſt habitus ſupernaturalis, per quem aſſentimur veritatibus à Deo reuelatis, & ab eccleſia propoſitis, quæ cum innitatur primæ veritati, nullatenus, vel in minima parte deficere poteſt, iuxta illud, quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita; *Pſal.* 89. 35. & verba mea non præteribunt, *Matth.* 24. 35.

Fides humana eſt, qua credimus hominum dictis, aut factis, & definitur à Philoſophis, certitudo animi quædam de abſentibus, infra ſcientiam, & ſupra opinionem; quæ cum nitatur humano fundamento, non habet firmitatem, iuxta illud, nuſquam tuta fides. *Aeneid.* 4. *Et tarda ſolet rebus magnis ineſſe fides Ouid. epiſt.*

Et omnis homo mendax, *pſal.* 115. 11. Quo tamen non obſtante, dolet *Aug. epiſt.* 107. *ad Vital. & de prædeſtin. Sanct. cap.* 14. quod magis credatur hominibus, quàm Deo. Si tibi, *inquit*, vir grauis, & laudabilis, aliquid polliceretur, haberes vtiquè pollicenti fidem, nec te falli, aut decipi ab eo crederes, quem ſtare in ſermonibus, & actibus ſuis ſcires, nunc Deus tecum loquitur, & tu mente incredula, perfidus fluctuas?

6 Diuiditur ſecundò in actiuam, & paſſiuam. Fides actiua eſt habitus, ſeù virtus, qua credimus Deo, & hominibus. Fides verò paſſiua eſt auctoritas, ſeu probitas, aut firmitas alterius, qua ad illi credendum mouemur, *vt tot. tit. de teſt. & fid. inſtrum.* ſic in ſcripturis duobus modis fidelis dicitur, nunc vt credens, nunc vt dignus, cui fides adhibeatur, alterum hominibus, & alterum Deo conuenit. Fidelis Abraham, qui Deo credidit. Et Deus fidelis abſque vlla iniquitate. *Deuter.* 32. 5. Sic *ad hebr.* 3. fidelis dicitur Chriſtus, non credendo, ſed dignus, cui fides adhibeatur *D. Athan. in Orat.* 3. *contr. Arian.* Et aliter dicimus, non habuit mihi fidem, & aliter non ſeruauit mihi fidem, nam illud eſt, non credidit quod dixi, iſtud verò non fecit, quod dixit *Aug. in lib. de Spir. & littera cap.* 31.

7 Diuiditur tertiò in explicitam, & implicitam. Fides implicita eſt, qua generaliter credimus omnia, quæ nobis Eccleſia catholica credenda proponit. Fides verò explicita eſt, qua non modo generaliter quæcumque Deus, & Eccleſia proponunt, ſed ſingula quæquè diſtincta credimus.

8 Diuiditur quartò in formatam, & informem. Fides informis eſt, quæ charitate caret, formata verò, quæ charitati coniuncta eſt, & à charitate formatur *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. *ar.* 2. ſeu, quod in idem incidit, in viuam, & mortuam. Fides mortua eſt, quæ bonis caret operibus. *Iacob.* 2. 17. *&* 1. *quæſt.* 1. *ſicut urgere, & cap. fructus.* Fides autèm viua eſt, cui coniuncta ſunt opera, quibus, vt *inquit gloſſ. interlin.* Fides, quæ erat mortua, reuiuiſcit, & informis fit formata.

9 Diuiditur quintò fides in ſpeculatiuam, & practicam. Speculatiua eſt principium aſſentiendi veritatibus à Deo reuelatis, atque ab Eccleſia propoſitis; Et fides practica eſt principium, & cauſa agendi, & tollerandi. Vtriuſque teſtimonium habemus

mus *Habr.* 11. 3. fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent; quæ eſt fides ſpeculatiua. *Et verſ.* 4. *& ſeqq.* Plurimam hoſtiam Abel obtulit Deo; Henoch translatus eſt, ne videret mortem. Noè aptauit arcam &c. quæ eſt fides practica.

10 Diuiditur ſextò in veterem, & nouam, ſeu de futuro, & de præterito, vel, quod idem eſt, Antiquorum, & Recentiorum. Fides vetus, ſeu de futuro, & Antiquorum, eſt fides quam habuerunt Sancti Patres ante aduentum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & fides noua, ſeu de præterito, & Recentiorum eſt, quam habemus poſt eiuſdem aduentum. Quas tamen eſſe vnam fidem ſpecie, & differre tantùm ſecundùm accidentialia, tenet *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 107. *ar.* 1. Et colligitur *Matth.* 21. 9. Turbæ quæ præcedabant, & quæ ſequebantur, clamabant, Hoſanna filio Dauid. *Et Aug. epiſt.* 89 *ad Hilar.* Eadem fides Chriſti & veterum Patrum, & noſtra eſt, & *lib. de pænit. cap.* 21. Antiqui per fidem Chriſti iuſtificati, hoc credentes futurum, quos nos credimus factum; quod alibi ſæpius repetit.

11 Diuiditur ſeptimò in voluntariam, & coactam. Fides voluntaria eſt, qua liberè mouetur voluntas ad credendum; & dicitur laudabilis, quia de conceptu vere fidei eſt, importare aſſenſum ex electione, & imperio voluntatis *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 56. *ar.* 3. *&* 2. 2. *quæſt.* 4. *ar.* 5 *c.* Coacta eſt, qua cogitur mens ad credendum ex naturali perſpicacitate intellectus, quia ſigna videt infallibilia; & huiuſmodi fides reperitur etiam in Dæmonibus, *Iacob.* 2. 19. quibus tamen, quia diſplicet, quod ſigna fidei ſint tam euidentia, vt per ea credere compellantur, ideo credendo demerentur D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 5. *ar.* 2.

Porrò licet vera fides ſit volontaria, nonniſi tamen præueniente Dei gratia credere poſſumus D. *Aug. de ſpir. & litt. cap.* 34. *& lib. de prædeſtin. Sanct. cap.* 5. *vbi*, Poſſe
,, habere fidem, ſicuti poſſe habere charita-
,, tem, naturæ eſt hominum, habere autem
,, fidem, quemadmodum habere charita-
,, tatem, gratiæ eſt fidelium. Illaque na-
,, tura, in qua data eſt nobis poſſibilitas ha-
,, bendi fidem, non diſcernit ab homine ho-
,, minem, ipſa verò fides diſcernit à fideli
,, infidelem. Ac per hoc vbi dicitur, quis
,, te diſcernit? quid habes, quod non acce-
,, piſti? quiſquis audet dicere, habeo ex
,, me ipſo fidem, non ergo accepi, profectò
,, contradicit huic apertiſſimæ veritati, non
,, quia credere, vel non credere, non eſt in
,, arbitrio voluntatis humanæ, ſed in electis
,, præparatur voluntas à Domino; Ideò ad
,, ipſam, quoque fidem, quæ in voluntate
,, eſt, pertinet quis te diſcernit? quid ha-
,, bes, quod non accepiſti?

12 Diuiditur octauo in fidem virtutem, qui eſt ipſe habitus fidei, in Baptiſmo infuſus, & in fidem gratis datam, quæ pertinet ad patrationem miraculorum, *Hebr.* 11. 33. *& ſeq.* Et quæ licet poſſit eſſe firmiſſima, & perfectiſſima, ita vt montes transferat, non eſt tamen virtus, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. *ar.* 5. *in* 4. *arg.*

13 Diuiditur vltimò, in actualem, & habitualem. Fides habitualis eſt, quæ infunditur in Baptiſmo; Et fides actualis eſt actus ipſe credendi, qui dicitur fructus fidei, quatenus per ipſum ratione certitudinis experitur quis delectationem in ſuo actu credendi *D. Thom. d. ar.* 5. *ad* 4.

14 Subiectum fidei; licet ſit intellectus, quia credere eſt actus intellectus, cuius obiectum eſt verum, procedit tamen huiuſmodi actus etiam à voluntate quatenus ab ipſa mouetur intellectus, ad credendum *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 56. *ar.* 3. *c. &* 22. *quæſt.* 4. *ar.* 2. *&* 5. *c.*

15 Obiectum formale fidei eſt veritas prima, quia per fidem non credimus, niſi quatenus à Deo reuelatum eſt; obiectum verò materiale ſunt alia multa, quæ tamen ſub aſſenſu fidei non cadunt, niſi ſecundùm quod habent aliquem ordinem ad Deum *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 1. *ar.* 1. quod quidem obiectum materiale ſunt articuli fidei, qui continentur in Simbolo *D. Thom. d. quæſt.* 1. *ar.* 6. *&* 8. non tamen totale, itaut omnia credenda in Simbolo contineantur, cum in ſacris litteris, & ex traditionibus Eccleſiaſticis plura credenda proponantur, in ſimbolo non contenta *D. Anſelm. in tract. de Sacram. Altar. cap.* 15. In quo quidem Simbolo tria notat *D. Aug. in ſerm.* 15. *de temp.* quod nempè ſit ſimplex, breue, & plenum, vt ſimplicitas conſulat audientium capacitati, breuitas memoriæ, & plenitudo doctrinæ.

16 Cauſa efficiens fidei intrinſeca, & per ſe ſufficiens, eſt Deus, reuelans immediatè credibilia Prophetis, & Apoſtolis, mittens Prædicatores ad prædicandum credibilia reuelata, & mouens per gratiam volunta-

luntatem, ad aſſentiendum. Extrinſeca verò, per accidens, & inſufficiens, eſt homo, & Angelus, *D. Thom. 2. 2. quaſt. 6. ar. 1. c.*

17 Actus fidei interior principalis triplex aſſignatur, ſcilicet, credere Deo, quod habet rationem obiecti materialis fidei, quatenus ſpectat ad intellectum, quia nihil proponitur nobis ad credendum, niſi ſecundum quod ad Deum pertinet. Credere Deum, quod habet rationem obiecti formalis, ſcilicet medij, quo mouetur intellectus ad credendum. Et credere in Deum, quatenus intellectus à voluntate, quæ fertur in Deum tanquàm in bonum perfectum, mouetur ad credendum, D. *Thom. 2. 2. quaſt. 2. ar. 2.* Et ſecundum D. *Aug. ſerm. 181. de temp.* Credere Deo, eſt credere, vera eſſe quę loquitur, credere Deum, eſt credere, quod ipſe eſt Deus, & credere in Deum, eſt illum di-
„ ligere. Subdens deindè, Credere Deo,
„ & vera eſſe, quæ loquitur, etiam mali poſ-
„ ſunt, credunt enim eſſe vera, ſed ea face-
„ re nolunt. Credere ipſum Deum, & dæ-
„ mones poſſunt, iuxta illud, dæmones cre-
„ dunt, & contremiſcunt. *Iacob. 2. 19.* Et
„ exibant dæmonia à multis clamantia, &
„ dicentia, quia tu es filius Dei, *Luc. 4. 41.*
„ At credere in Deum, eſt bonorum Chri-
„ ſtianorum, qui non ſolum Deo credunt,
„ & Deum, ſed etiam in Deum, ſeruantes
„ eius præcepta, atque in eum per ſpem,
„ & dilectionem tendentes.

18 Actus ſecundarij ſunt, Timor tam ſeruilis, quàm filialis, ſed cum diſtinctione, quia timor ſeruilis eſt actus fidei informis, Filialis verò fidei formatæ, D. *Thom. 2. 2. quaſt. 7. ar. 1.* Pura tamen ſeruilitas eſt mala, D. *Thom. 2. 2. quaſt. 19. ar. 4. & 7. & ar. 9. c.* Et purificatio cordis, qua mens terrenis affectibus purificatur, vt in ſolum Deum tendat D. *Thom. d. quaſt. 7. ar. 2.*

19 Actus principalis fidei exterior eſt confeſſio fidei D. *Thom. 2. 2. quaſt. 3. art. 1.* ad quam tenentur homines de neceſſitate ſalutis, quotieſcumque per dimiſſionem talis confeſſionis honor Deo debitus, & vtilitas proximi ſubtraheretur D. *Thom. d. quaſt. 3. ar. 2.* Dicitur enim, qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt, *Matth. 10. 33.*

De cuius fidei confeſſionis extrinſecæ neceſſitate, & merito videatur D. *Aug. de Ciuit. Dei lib. 13. cap. 4. vbi.* Mirabili gratia Saluatoris in vſus iuſtitię peccati pæna conuerſa eſt. Prius enim dictum erat homini, morieris, ſi peccaueris, nunc dicitur Martyri, morere ne pecces. Tunc dictum eſt, ſi mandatum tranſgreſſi fueritis, morte moriemini. Nunc dicitur, ſi mortem recuſaueritis, mandatum tranſgrediemini. Quod tunc timendum fuerat, vt non peccaretur, nunc ſuſcipiendum eſt, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei miſericordiam, & ipſa pæna vitiorum tranſit in arma virtutis, & fit iuſti meritum etiam ſupplicium peccatoris. Tunc enim mors eſt acquiſita peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo. Verum hoc in ſanctis Martyribus, quibus alterutrum à perſecutore proponitur, vt aut deſerant fidem, aut ſufferant mortem; iuſti enim malunt credendo perpeti, quod ſunt primitus iniqui non credendo perpeſſi. Niſi enim peccaſſent illi, non morerentur, peccabunt autem iſti, niſi moriantur. Mortui ſunt ergo illi, quia peccauerunt, non peccant iſti, quia moriuntur, factum eſt per illorum culpam, vt veniretur in pænam, fit per iſtorum pænam, ne veniatur in culpam, non quia mors bonum aliquid facta eſt, quæ anteà malum fuit, ſed tantum Deus fidei præſtitit gratiam, vt mors, quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad vitam.

20 Effectus fidei principales ponuntur in quatuor operationibus, D. *Anton. in Summ. p. 4. tit. 8. cap. 3. ſub §. 6. in fin. verſ. ex his.* quarum prima eſt, altè de Deo ſentire, ſicut ſenſit Centurio, cui propterà dictum eſt à Chriſto Domino, non inueni tantam fidem in Iſrael, *Matth. 8. 10.* Secunda eſt, tranſitoria pro premio æterno contemnere, ſicuti Moyſes negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis *Hab. 11. 44.* Tertia eſt in aduerſitatibus in Deo confidere, & non deficere; ſicuti idem Moyſes non timuit animoſitatem Regis Aegypti; tranſiuitque mare rubrum tanquam per aridam. *Habr. 11. 27. 29.* Et quarta, non deficere à bono opere propter inſurgentes difficultates, exemplo Cananeæ. *Matth. 15. 22.*

Alij effectus aſſignantur. *Habr. 11. 36. & ſeqq.* nempè tribulationes, ludubria, verbera, vincula, carceres, tentationes, nuditates, egeſtates, anguſtias, afflictiones & occiſiones pati pro Chriſto Domino.

21 Virtuti fidei correſpondet donum intel-

jectus, hoc eſt lumen ſupernaturale, ad cognoſcendum ea, quæ naturali lumine percipi nequeunt, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 8. *ar.* 1. non ſolum ſpeculatiue, circa ea, quæ primò, & principaliter cadunt ſub fide, ſed etiam practicè circa omnia, quæ ordinantur ad fidem, *d. q.* 8. *art.* 3. Et dono intellectus correſpondet ſexta beatitudo, ſcilicet, Beati mundo corde *d. quæſt.* 8. *ar.* 7.

22 Cui quidem dono opponitur cæcitas mentis, per quam homo, vel voluntarie ſe auerit à conſideratione ſupernaturalium, iuxta illud, noluit intelligere, vt bene ageret, *Pſal* 35. 4. vel per occupationem mentis circa alia, quæ magis diligit, ab inſpectione ſupernaturalium auertitur, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 15. *ar.* 1. Et hæbetudo ſenſus, quæ importat quandam debilitatem mentis circa conſiderationem ſpiritualium bonorum; Ad differentiam cæcitatis mentis, quæ ipſorum cognitionis omnimodam priuationem importat, *D. Thom. d. quæſt.* 15. *ar.* 2. Quos defectus oriri ex peccatis carnalibus, docet idem S. Doctor, *d. quæſt.* 15. *ar.* 3.

23 Correſpondet pariter donum ſcientiæ, per quam habet intellectus rectum, & certum iudicium, ad diſcernendum credenda à non credendis circa res creatas, *D. Thom.* 2. 2. *d. quæſt.* 9. *ar.* 1. *&* 2. Et fides, ſcilicet certitudo fidei, quæ dicitur fructus fidei, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 8. *ar.* 8.

24 Meritum fidei conſiſtit in hoc; quod homo ex obedientia Dei aſſentiatur illis, quæ non videt, nec capere poteſt, *D. Th.* 3. *p. quæſt.* 7. *ar.* 3. *ad.* 2. Vndè qui diſcredit vnum articulum fidei, nullum habet meritum ob alia, quæ credit, quia formatam fidem habere nequit. Cum enim obiectum formale fidei ſit prima veritas, per conſequens qui non credit primæ veritati, ſcilicet Deo, manifeſtanti Eccleſiæ, non eſt Deo obediens, nec habere poteſt habitum fidei, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 5. *ar.* 3.

25 Fidei contrariantur, Infidelitas Apoſtaſia, & Hæreſis, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 10. *ar.* 1. *quæſt.* 11. *ar.* 1. *& quæſt.* 12. *ar.* 1. quia Infidelitas fidem non admitit, Apoſtaſia admiſam reijcit; Hæreſis corrumpit, & aliquo vitiat errore.

26 Diuiditur infidelitas in poſitiuam, & negatiuam. Negatiua eſt ſimplex priuatio fidei, quam quis nunquam fuit edoctus, & hæc non eſt peccatum; ſi enim *inquit Chriſtus Dominus*, non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. *Ioann.* 15. 22. Infidelitas poſitiua eſt repugnantia, qua quis poſitiuè repugnat auditui fidei; Et ſub hac infidelitate continentur, Atheiſmus, Idololatria, & Iudaiſmus.

27 Atheos, Deum negantes, complures fuiſſe legimus *apud Ciceron. in lib. de nat. Deor. & Plutar. lib.* 1. *de placit. phylos c.* 7.
28 *& Euſeb. Cæſar. lib.* 14. *de præpar. euang. cap.* 6. Inter quos enumeratum etiam Socratem, & propterea ab Athenienſibus necatum, quia Deos negaret, tradit *Tertullian. in apolog. cap.* 46. Quanquam non de vero Deo, ſed de Gentium Dijs interpretati ſint, *Clem. Alex. in orat. adhor. ad gent. & Euſeb. lib.* 13. *de præparat. Euang. cap.* 4. Et cum Atheis coniungi poſſunt antiqui Philoſophi, qui probabile dixerunt vtrumque, ſcilicet & Deum eſſe, & non
29 eſſe. Inter quos à veteribus Chriſtianis adſcriptus fuit ipſe Cicero; quem propterea libros de natura Deorum compoſuiſſe crediderunt, non magis vt probaret, Deum eſſe, quam non eſſe.

Non longè ab Atheis diſtant, qui non putant, Deum videre terrena ex longinquo, ideo quod cœlo altior ſit, & quaſi in nube latens, per caliginem iudicet, propterea quod inter nos, & cœlum aereę ſint partes, & ſuperioribus intentus, minus ima perpendat, & dum ambiendo, cardines cœli coſtringit, in inferiora non reſpiciat; vt impugnatiuè, meminit *Gloſſ. ordinar.* ſuper illa verba, Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & cardines cœli perambulat, *Iob.* 22. 14.

30 Idololatria poſt atheiſmum ſecundum locum obtinet, & illorum eſt, qui Deum admittentes, non verum, ſed falſos colunt Deos. Quæ quanta, & quam varia fuerit, incredibile dictu eſt, tum propter gentium diuerſitatem, & hominum multitudinem, tum propter Deorum varietatem. Quia non ſolum vnaquæque gens, ſed pene quilibet homo ſuos ſibi Deos confinxit, nihilque eſt in mundo, licet abiectiſſimum, & ſordidiſſimum, quod aliqui tanquam Deum non coluerint, vt videre eſt apud *Athanaſ. in orat. contr. Idola. & Arnob. in lib. contr. gent. & alios* primo enim coluerunt cælum, ſolem, lunam, & aſtra; deinde ætera, aerem, & elementa reliqua; tum homines, partim viuentes, & partim mortuos; poſtea lapides, ligna, plantas, reptilia, aquatilia, & beſtias terræ; ac de-

mum

Digitized by Google

mum ea, quæ nullo modo erant, ſed illo-
rum ſola fictione conſtabant, vt furias, &
ſimilia ab ipſis conficta; atque etiam Dæ-
mones, maxime in ſtatuis & oraculis; vt
videre eſt *Sapien. 13. & ſeqq.*

Quos quidem Deos confictos plures enume-
rat *D. Aug. de Ciuit. præſertim lib. 4. cap. 8.*
vbi, quod agrorum munus non vni alicui
Deo committendum arbitrati ſunt, ſed ru-
ra Deæ Ruſinæ, iuga Montium Deo Iu-
gatino; collibus deam Collatinam; valli-
bos Valloniam præfecerunt. Sata frumen-
ta, quamdiu ſub terra eſſent, præpoſitam
voluerunt habere deam Seiam; cum vero
iam ſuper terram ereuiſſent, & ſegetem
facerent, deam ſegetiam, frumentis verò
collectis, atque reconditis, vt tutò ſerua-
rentur, deam Tutellinam præpoſuerunt
&c. *& cap.* 21. enumerat Deos, quibus
pueros, & homines commendabant, ſcili-
cet Opi dèæ naſcentes; deo Vaticano va-
gientes; deæ Cuninæ iacentes, deæ Ru-
minæ ſugentes, deo Statilino ſtantes, deæ
Adeonæ adeuntes, Abeonæ abeuntes, deæ
Menti vt bonam mentem haberent, deo
Volumnio, & deæ volumniæ, vt bona vel-
lent, dijs nuptialibus, vt bene coniunge-
rentur; dijs agreſtibus, vt bonos fructus
caperent; deæ Victoriæ, vt vincerent, deo
Honori vt honorarentur, deæ Pecuniæ, vt
eſſent pecunioſi &c. ſubdens demum *cap.*
24. quoniam ſciebant, nemini talia bona,
niſi aliquo Deo largiente concedi, quo-
rum deorum nomina non inueniebant, ea-
rum rerum nomina appellabant Deos,
quas ab eis ſentiebant dari, aliqua voca-
bula inde flectentes, vt à bello Bellonam,
à cunis Cuninam, à Segetibus Segetiam
&c.

31 Iudaiſmus totaliter opponitur Idolola-
triæ, quia Iudæi legem, à Moyſe acceptam
retinentes, verum Deum colunt; In fide
verò tripliciter principalius peccant. Pri-
mò quod Trinitatis miſterium non intelli-
gunt. Secundo quod Incarnationis mi-
ſterium non credunt. Tertio quod Chri-
ſtum Meſſiam in lege promiſſum, adhuc
venturum expectant, & iam veniſſe ne-
32 gant. Horum conſeruationis, & per to-
tum ferè mundum diſperſionis cauſam
eam fuiſſe creditur, vt in fidei noſtræ teſti-
monium portarent hæbreos codices, ne
quis calumniaretur ea, quæ à nobis de
Chriſto dicuntur, noua eſſe, atque à nobis
Chriſtianis excogitata, & commentitia,
D. Aug. in Epiſt. 3. ad Voluſ. & Epiſt. 59.
ad Paulin. & in lib. quæſt. 65. quæſt. 61. & lib.
16. contra Fauſt. quibus in locis eos inter-
dum ſcriniarios, & capſarios chriſtiano-
rum appellat.

33 Apoſtaſia græca vox, à diſcendendo di-
cta, vt placet *D. Ambroſ. ſerm. 15. in Pſal.*
118. rebellionem ſignificat, & apoſtatam
rebellem, ſeu deſertorem, qui à proprio
Duce ad hoſtes transfugit. Vnde dicitur,
initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à
Deo, *Eccleſ.* 10. 14. & exponens, quid ſit
apoſtatare; quoniam, *inquit*, ab eo, qui
eum fecit, receſſit cor eius. Et vinum, &
mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, *Ec-*
cleſ. 19. 2. hoc eſt, à Deo recedere, & re-
bellare, vt de Salomone legitur, *3. Reg.* 19.

Definitur apoſtaſia, temerarius receſſus a ſta-
tu fidei, obedientiæ, & religionis. Et ſe-
cundum aliquos eſt duplex; altera eorum,
qui ſuſceptam fidem deſerunt, altera co-
rum, qui fidem retinentes, ad peruerſa,
quæ deſeruerunt, dogmata, ſeu opera re-
deunt. At ſecundum alios eſt triplex, ſci-
licet perfidiæ, quando receditur à fide,
2. *quæſt. 7. non poteſt.* Inobedientiæ, quan-
do transgreditur præceptum, ſeu ſacris
Canonibus obedire contemnitur, 3. *quæſt.*
4. *alieni & cap. ſi quis, de mai. & obed.* Et
irregularitatis, quando à ſtatu clericali,
vel ab aſſumpta religione receditur 47. *di.*
34 *quantum*. Quam quidem Apoſtaſiam vti-
lem, & Eccleſiæ proficuam cenſuerunt
ſancti Patres eo modo, quo corporibus
noſtris, cum male habentur, à noxijs pur-
gantur humoribus; & ſicuti frumento bo-
num eſt à paleis ſeparari. Gratulandum,
inquit, Cipr. in tract. de ſimpl. Prælat. cum
,, tales de Eccleſia ſeparantur, ne columbas,
,, & oues Chriſti ſæua ſua, & venenata con-
,, tagione prædentur. Nemo æſtimet, bo-
,, nos ab Eccleſia poſſe recedere, triticum
,, non rapit ventus, nec arborem ſolida ra-
,, dice fundatam procella ſubuertit; inanes
,, paleæ tempeſtate iactantur, inualidæ ar-
,, bores turbinis incurſione euertuntur.

35 Hæreſis pariter græca vox eſt, latinè ſo-
nans electionem, quod eam ſibi quiſque
eligat diſciplinam, quam putat eſſe me-
liorem. *D. Hieron. in cap. 4. Epiſt. ad Ga-*
lat. & in cap. 3. Epiſt. ad Tit. vel quod quiſ-
que eligat, & ſequatur ſententiam ſuam
priuatam, & propriam, communi ſanctæ
Eccleſiæ ſententia contempta, *D. Athan.*
quæſt. 72. ad Antiochum. Cui congruit,
D. Aug. lib. 2. de Bapt. contr. Donat. dicens,
,, in nullo aliter ſapere, quam res ſe habet,

" angelica perfectio eſt; aliquid aliter ſapere, humana tentatio eſt; nim.s amando ſententiam ſuam vſque ad Schiſma, vel hęreſim peruenire, diabolica præſumptio eſt.

36 Ex quibus Auguſtini verbis conuincitur, Schiſma non multum ab hæreſi differre, ſed ſolum hoc intereſſe, quod hæreſis peruerſum habet dogma, & falſa credit, Schiſma verò non fides diuerſa facit, ſed communionis ab Eccleſia diſſenſio, 23. *quæſt.* 4. *inter Schiſma, & D. Hieron. in comment. in cap.* 3. *Epiſt. ad Tit. & D. Aug. lib.* 20. *contra Fauſt. cap.* 3.

37 Hæreſis vocatur etiam Secta, quæ ſic à Schiſma diſtinguitur, quod Schiſma ſit, eadem opinantem, atque, eodem ritu colentem, quo cæteri, ſolo congregationis delectari diſſidio. Secta verò longe alia opinantem, alio etiam ſibi, ac longe diſſimili ritu diuinitatis inſtituiſſe culturam, *D. Aug. lib.* 20. *contra Fauſt. cap.* 3.

38 Contrariatur etiam fidei blasfemia, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 13. *ar.* 1. quæ de ſuo genere ſemper eſt peccatum mortale, *d. quæſt.* 13. *ar.* 2. & peccatum in ſpiritum Sanctum, cuius ſex ſunt ſpecies, videlicet, deſperatio de indulgentia peccatorum, præſumptio de miſericordia Dei abſque meritis, impænitentia, ſeu propoſitum non pænitendi, obſtinatio in peccatis, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gloriæ, *Diuus Tho.* 2. 2. *quæſt.* 14. *ar.* 2. *c.*

S V M M A R I V M.

Actus ſpei ſupernaturalis qui ſint, num. 16. *&* 17.
Beatitudinum actus connumerantur inter effectus, ſpei, nu. 23.
Charitas ſine fide, & ſpe dari nequit, nu. 13.
Conuenientia, & connexio inter fidem, & ſpem, nu. 9.
Deſperatio opponitur ſpei nu. 24. *in quo conſiſtat nu.* 26. *& unde oriatur, nu.* 25. *&* 27.
Ebrioſi ſunt bonæ ſpei, nu. 6.
Effectus ſpei qui ſint, nu. 18. *& ſeqq.*
Fides, & ſpes in quibus conueniant, & in quibus differant, nu 9. *&* 11.
Fides quoad actum generat ſpem, & ſpes charitatem nu. 13.
Fides, ſpes, charitas differunt in modo tendendi in Deum, nu. 14.
Fortitudo, & conſtantia in aduerſis eſt effectus ſpei nu. 22.
Gaudium eſt effectus ſpei nu. 20.
Hilaritas eſt effectus ſpei nu. 20.
Iocunditas eſt effectus ſpei nu. 20.
Iuuenes ſunt bonæ ſpei, nu. 5.
Lætitia eſt effectus ſpei, nu. 20.
Magnanimitas in quibus conueniat cum ſpe, & in quibus ab illa differat, nu. 29.
Obſeruantia mandatorum eſt effectus ſpei, num. 18.
Oratio eſt effectus ſpei, nu. 22.
Peccatorum timor eſt effectus ſpei, nu. 21.
Præſumptio opponitur ſpei, nu. 24. *in quo conſiſtat, nu.* 28.
Securitas conſcientiæ eſt effectus ſpei, nu. 18.
Spei encomia, nu. 2.
Spei effectus, nu. 18. *& ſeqq.*
Spei obiectum, nu. 15.
Spei opponuntur præſumptio, & deſperatio, nu. 24.
Spei in genere definitio, nu. 1.
Spei ſupernaturalis definitio, nu. 8.
Spes naturalis à quibus cauſetur, nu. 4.
Spei naturalis effectus, nu. 7.
Spes eſt ſanguis fidei, nu. 10.
Spes diuiditur in perfectam, ſeu formatam, & in imperfectam, ſeù informem, nu. 12.
Spes generat charitatem, nu. 13.
Spes, fides, charitas, quomodò differant in modo tendendi in Deum, nu. 14.
Tentationum, & tribulationum tolerantia, eſt effectus ſpei, nu. 18.

CAPVT III.

De Spe.

1 SPes in genere ſumpta eſt extenſio appetitus in appetibile, D. *Thom. in* 3.
ſent. di. 16. *quæſt.* 1. cuius plura encomia
2 ex ſanctis Patribus adducit *Pater Dandinus in ethic. Sacr. lib.* 4. *cap.* 2. nempe ſomnium ſomniantis, quia ſicuti ſomniantes vera eſſe putant, quæ in ſomno vident, itaque lætantur, & exultant, ita nos ſpe deuoramus quidquid animo concupiſcimus, D. *Baſil. in Epiſt. ad Gregor & cap.* 1. *de elect. in* 6. oſſa in corpore, & baculus, quo ſuſtentamur in præſentis vitæ peregrinatione, D. *Hilar. in Pſal.* 52. murus infractus, inuicta munitio, & turris inexpugnabilis, S. *Greg. Niſſ. in lib. de vit. mon.* Galea, & Ancora, S. *Ioann. Chryſ comm. in Pſal.* 129. portus, & tutiſſimum refugium, 1. *ad Theſſal. cap.* 5. *& ad Hebr.* 6. *& D. Gregor. lib.* 26. *mor. cap.* 16. auguſtarum rerum medicina, D *Chryſ. in Pſal.*

90. vnicum afflictis, & calamitoſis remedium, D. *Nazian. in orat. ad Ciu. Naz.* lucerna, per quam operamur in tenebris huius vitæ, *idem in orat. de paup. amor.* catena aurea, & firma, D. *Ambroſ. in prou. cap.* 31. vita vitæ, & veluti ſalſamentum, quo duriores huius vitæ moleſtiæ veluti cibi deuorantur, D. *Chryſ. epiſ.* 5. *ad Theod. lapſum*.

3 Diuiditur ſpes in naturalem, & ſupernaturalem, ſpes naturalis eſt, quæ generatur in appetitu ſenſitiuo iraſcibili, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *arg. ſed contra*, quæ reperitur etiam in brutis animalibus, *dict. quæſt.* 40. *ar.* 3. Si enim, *inquit ibidem ſanctus Doctor*, canis videat leporem, aut accipiter auem nimis diſtantem, non mouetur ad ipſam, quaſi ſub ſpecie adipiſcendi. Hanc ſpem naturalem vocat principium parandorum bonorum *Philo Hebræus in libro de Abraham*, quia ſolus vere homo eſt, qui res bonas expectat, & bona ſpe ſuſtinet; Et ſpe carens non eſt homo, ſed beſtia, humana forma prædicta, cum illi deſit ſpes, animæ proprium ornamentum. Quin ipſa ſpes eſt, quæ mouet ad agendum. Agricola enim nunquam ferret anhelus, ſi fructum laboris ſui de tempore non ſperaret. Viator prolixi itineris laborem non ſubiret, ſi pariter non ſperaret, ſe ad deſtinata peruenire. Nauta mare non intraret incertus, niſi lucris ſequentibus ſperaret, ſe viarum diſcrimina compenſaturum; filius paternæ dominationis tempore non duraret; ſi ſe paternæ ſubſtantiæ non ſperaret hæredem. *Petr. Griſol. ſerm.* 71. quod idem ferè ad verbum repetit *ſerm.* 118. verum de hac ſpe perbelle *Ouid.* 1. *de Ponto*.

Hæc Dea, cũ fugerent ſceleratas numina terras,
In Dijs inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit, vt viuat foſſor, quoq; compede vinctus,
Liberaque à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt videat cum terras vndiq; nullas,
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Sæpè aliquem ſolers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc Dea quam multos laqueo ſua colla ligantes.
Non eſt propoſita paſſa perire nece.

Et Tibullus.

Iam mala finiſſem letho, ſed credula vitam
Spes fouet & melius cras fore ſemper ait.
Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces.
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.

4 Hanc ſpem naturalem cauſari poſſe tam ab experientia, quàm ab inexperientia, tenet D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 40. *ar.* 5. cum enim obiectum ſpei ſit bonum arduum poſſibile adipiſci. *d. q.* 40. *ar.* 1. 2. *&* 5. poteſt aliquid eſſe cauſa ſpei, vel quia facit aliquid eſſe poſſibile, vt ſunt diuitiæ, fortitudo, & illud omne, quod auget hominis poteſtatem; vel quia facit hominem aliquid exiſtimare poſſibile, & hoc modo experientia eſt cauſa ſpei, in quantum per experientiam homini fit exiſtimatio, quod aliquid ſit poſſibile, quod antè experientiam impoſſibile reputabat. Quam tamen experientiam poſſe etiam eſſe cauſam defectus ſpei, ſubdit *ibidem* ſanctus Doctor; quia videlicet per experientiam homini fit exiſtimatio, quod aliquid non ſit poſſibile, quod antè experientiam poſſibile exiſtimabat.

5 Iuuenes verò ſunt bonæ ſpei, quia multum habent de futuro, quod eſt obiectum ſpei, & parum de præterito, quod attinet ad memoriam, & per conſequens parum habent de memoria, & multum viuunt in ſpe. Præterea Iuuenes ob caliditatem naturæ multis abundant ſpiritibus, ex quibus cor ampliatur, & ex huiuſmodi amplitudine cordis oritur, quod ſint animoſi, & bonæ ſpei. Et inſuper cum non ſint repulſam, neque impedimenta in ſuis conatibus experti, de facili reputant aliquid ſibi poſſibile. Quæ ſpes reperitur
6 etiam in ebrioſis, & ſtultis, deliberatione non vtentibus, propter inconſiderationem periculorum, & propter caliditatem, & multiplicitatem ſpirituum, à vino cauſatam, D. *Thom. d. quæſt.* 40. *ar.* 6.

7 Huius ſpei naturalis effectus eſt, ſupra deſiderium addere quendam conatum, & quandam animi eleuationem ad bonum arduum conſequendum D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 25. *ar.* 1. & conferre ad operationem, D. *Thom. d. quæſt.* 40. *ar.* 8. cum enim tendat in arduum poſſibile, ab apprehenſione ardui excitatur attentio, & exiſtimatio poſſibilis non retardat conatum, & ex delectatione, quam cauſat, coadiuuatur operatio, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 32. *ar.* 3. *& quæſt.* 33. *ar.* 4.

8 Spes ſupernaturalis, quæ eſt virtus theologica, definitur, certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens, D. *Thom. in* 3. *Sent. diſt.* 26. vbi

expli-

explicat, in ea reperiri omnia requiſita ad virtutem, nempè obiectum conueniens, quod eſt æterna beatitudo, modus ex parte agentis, quia eſt cum certitudine, & ratio ordinans, dum homo non inaniter ſperat, ſed ex gratia, & meritis.

9 Maxima inter ſpem, & fidem eſt coniunctio, vt colligitur ex definitione fidei *Hab.* 11. 1. cum vtraque ſit rerum non apparentium, & vtraque circa Deum verſetur. Et ideo geminam eſſe illarum connexionem, dixit D. *Bern. ſerm.* 10. *in Pſal.* 90. quia quod vna futurum credit, hoc ſibi altera futurum ſperat. *Et Clem.*
10 *Alex. in lib.* 1. *pedag. cap.* 6. ſanguinem fidei voluit eſſe ſpem; vt enim anima in ſanguine, ſic ſpes in fide continetur, quæ ſi expirauerit, perinde ac ſi ſanguis fluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur. Atque ideò alteram ſine altera ſtare non poſſe; quia quidquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtentando præſumit, D. *Ioann. Chryſ. in ſerm. de fide, ſpe, & charitate.*

11 Tres tamen differentias inter ipſas adnotauit D. *Aug. in ench. c.* 8. Videlicet, quia fides ad omne tempus pertinet, præteritum præſens, & futurum, nam & Chriſtum credimus veniſſe, quod eſt præteritum, & ſedere ad dexteram Patris, quod eſt præſens, & venturum Iudicem, quod eſt futurum. Præterea, quia fides & bona reſpicit, & mala, credimus enim, bonos conſequuturos vitam æternam, & malos gehennę ſupplicia. Spes verò bonorum tantùm eſt, quia bona, quidem ſperamus, mala autem timemus. Demum quia fides non ſolum eſt noſtrarum rerum, ſed etiam aliorum; non ſolum enim credimus, dandam nobis vitam æternam, ſed etiam omnibus bonis, & iuſtis; ſpes autem cuique propria eſt, nec de alijs, ſed de ſe vnuſquiſque ſperat.

12 Diuiditur ſpes ſupernaturalis in perfectam, ſeu formatam, & imperfectam, ſeù informem. Perfecta eſt, quæ formatur à charitate; cum enim actus ſpei ſit, expectare vitam æternam, ſi talis actus fiat ex meritis, quę quis habet, dicitur actus perfectus, & ſpes perfecta, & à charitate formata. Si verò fiat ex meritis, quæ quis nondum habet, ſed proponit in futurum acquirere, erit ſpes imperfecta, & informis, vt potè ſine charitate, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 65. *ar.* 4. *c.* & 22. *q.* 17. *ar.* 1. *ad.* 2.

13 Licet quoad actus fides generet ſpem, & ſpes charitatem, ac proindè fides ſine ſpe, & charitate ſtare poſſit, & ſpes ſine charitate D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 17. *ar.* 7. & 8. & charitas è conuerſo ſine fide, & ſpe, dari nequeat, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt* 6. *ar.* 5. *c.* adueniente tamen charitate ſpes redditur perfectior, quia vt inquit idem Sanctus Doctor, *d. ar.* 8. de amicis maximè ſperamus, & indè fit, vt ſpem formatam præcedat charitas, & merita ex charitate cauſata, *dicto ar.* 8. *ad.* 3.

14 Præterea licet tam fides, quam ſpes, & charitas, tendant in Deum, differunt tamen in modo tendendi, quia fides facit hominem inhærere Deo, in quantum eſt nobis cognoſcendæ veritatis principium; ſpes facit hominem inhærere Deo, prout eſt nobis principium perfectæ bonitatis, prout ſcilicet per ſpem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam. Charitas facit hominem inhærere Deo, propter ſe ipſum, mentem hominis vniens Deo per affectum amoris D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 17. *ar.* 6.

15 Cum autem obiectum ſpei ſit æterna beatitudo, ſecundùm quod ex auxilio diuino poſſibilis eſt haberi, per conſequens non poteſt dari ſpes in beatis, qui talem beatitudinem habent præſentem. In animabus verò in Purgatorio exiſtentibus, non eſt dubium quin detur ſpes, quia beatitudinem apprehendunt vt bonum futurum poſſibile, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 18. *ar.* 2. Et licet obiectum ſpei ſit ſimpliciter æterna beatitudo, iuxta illud, inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem, *Pſal* 118. 12. Principaliter tamen reſpicit gloriam animæ, & ſecundario gloriam corporis, *d. quæſt.* 12. *ar.* 2. *ad.* 4.

16 Actus ſpei ſupernaturalis duplex eſt, formalis ſcilicet, & virtualis. Actus formalis eſt ipſe actus, qui à volunrate circa beatitudinem ſperandam elicitur, actus autem virtualis eſt ille, per quem in exercitio alterius virtutis ipſa ſpes, qua dirigitur virtus, elucet D. *Bonau in* 3. *di* 26. *quæſt.* 4.

17 Inſuper actus formalis ſpei poteſt eſſe internus, & externus. Actus internus eſt ille, per quem deſiderat quis beatitudinem adipiſci, prout per altiſſimam ipſius æternæ glorię contemplationem proponitur. Externus vero eſt ille, per quem quis verbis, aut ſignis explicat, ſe ſperare, ac deſiderare gloriam, & vitam æternam, ex quibus actibus externis probati habitum

ſpei,

Digitized by Google

ſpei, docet *Scacch. de ſign. & not. Sanct. Sect. 3. cap. 2. ſub. §. ex his.*

18 Effectus ſpei ſunt primò, tollerantia paſſionum, tentationum, ac tribulationum. Sicuti dicitur de S. Iob. quod quamuis omnem creaturam in ipſum coniuraſſe conſpiceret, ipſumque Creatorem veluti contrarium experiretur, firmam tamen ſpem in Deum ſemper habuit; & licet poſt multas diuitias pauper, orbatus filijs impetu ventorum occiſis, corpore vlceribus pleno iaceret in Sterquilinio, & ſaniem indè ſcatentem teſta raderet, à propria coniuge deriſus, ab amicis deſpectus, & quod grauius eſt, veluti à Deo derelictus, ſenſibili deuotionis gratia carens, internis afflictionibus vexatus, & infinitis propemodum anguſtijs oppreſſus, itaut ipſi nullus ſpei, & ſalutis locus ſupereſſe videretur; tamen vir ſanctus inconcuſſa ſpe munitus, poſt mirabiles actus reſignationis, dicere ſolebat, etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. *Iob. 14.* quod ipſum refert ſacra pagina de Tobia, & Iudith, quod in omnibus tribulationibus, periculis, & anguſtis, non ſunt confuſi ab expectatione ſua.

19 Secundò, mandatorum obſeruantia, & conſcientiæ ſecuritas, qua anima ſpeciali dono gratiæ ditata, nulli peccato læthali ſe ſentit obnoxiam, iuxta illud, In pace, In idipſum dormiam, & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me, *Pſal. 4. 9. 10.* quem verſiculum egregiè commentans *Gilb. Abb. ſerm. 2. in in cant.* vtrumque amplectitur, *ait*, ſpei nomen, lectulum, & gaudium, quia in ſpe gaudemus, & in ſpe requieſcimus. Sed vnde ſpes, niſi de ſecuritate conſcientiæ? vere lectulum dixerim mentem ſecuram propter conſcientiæ bonum, liberam autem à tentatione, liberam ab exteriori occupatione, liberam à leui cogitatione.

20 Tertius effectus eſt gaudium, animique iucunditas, & lætitia; ſicuti canebat Dauid, Ego autem in Domino ſperaui, exultabo, & lætabor in miſericordia tua, *Pſal. 30. 8.*

21 Quartus effectus eſt peccatorum timor, iuxta illud, Qui timetis Deum, ſperate in illum, *Eccleſ. 2. 9.* Et beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & qui ſperant ſuper miſericordia eius, *Pſal. 146. 11.* cum hoc timore ſpes habet meritum, cum hoc metu fructuosè ſperatur. Eſt autem ipſe timor firmiſſima quædam, & efficax materia ſpei. *D. Bern. ſerm. 15. in Pſal. Qui habitat.*

22 Quintus effectus eſt oratio, dicente Pſalmographo, Spera in Domino, & fac bonitatem, ſubditus eſto Domino, & ora eum, *Pſal. 36. 5. 7.* ſpe gaudentes, orationi inſtantes *Rom. 12. 12.*

23 Sextus demum effectus eſt actus quilibet, & actus omnes, ex quibus proueniunt Beatitudines enunciatæ à Chriſto Domino in Monte, *Matth. cap. 5.* teſte D. Ambroſio *in cap. 7. Luc.*

24 Virtuti ſpei duo vitia ſunt oppoſita, inter quæ, tanquam inter duo verſatur extrema; Præſumptio ſcilicet, & deſperatio, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 64. ar. 4. ad 3.* aut

25 enim de diuina miſericordia, vel noſtris meritis nimium confidimus, & inde exoritur præſumptio, temeritas, & arrogantia.

26 Aut Diuinæ miſericordiæ minus, quam par eſt, tribuimus, & inde prouenit deſperatio; quæ eſt receſſus à termino, ad quem accedit ſpes, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 40. ar. 4.* ſicut enim vera exiſtimatio de Deo eſt, quod ab ipſo proueniat hominis ſalus, & veniam der peccatoribus, ad pænitentiam reuerſis, iuxta illud, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, *Ezech. 33. 11.* ſic falſa exiſtimatio de Deo eſt, quod peccatori pænitenti veniam deneget, vel quod peccatores ad ſe per gratiam iuſtificantem non conuertat; Et ideo ſicuti motus ſpei tanquam conformis veræ exiſtimationi de Deo, eſt laudabilis, & virtuoſus; ita oppoſitus motus deſperationis, vtpote conformis falſæ exiſtimationi de Deo, eſt vitioſus, & peccatum, D. *Thom. 2. 2. quæſt. 20. ar. 1.*

27 Quæ quidem deſperatio naſci dicitur ex luxuria, & accidia, in quantum ex affectu delectationum corporalium faſtidiuntur ſpiritualia. Ex magna enim delectione, quæ dominatur hominis affectui, videtur, quod ad bonum arduum eleuari non poſſit D. *Thom. dict. quæſt. 20. ar. 4.* & ſecundum *Chryſ. in Epiſt. 5. ad Theod. lapſum* deſperatio naſcitur ex ignauia & ignauia ex deſperatione. *Et D. Aug. in lib. de vtil.*
„ *pæn. cap. 3.* qui ſibi, *inquit*, collum ligant,
„ inde ſe occidunt, quia ad eos non intrat
„ ſpiritus aeris; qui deſperant, intus ſe ſuf-
„ focant, vt eos ſpiritus Sanctus viſitare
„ non poſſit.

28 Præſumptio importat quandam immoderantiam ſpei, per quam homo de propria virtute confidens tendit in bonum,

vt

vt ſibi poſſibile , quod tamen eius vires excedit, & per hanc preſumptionem tollitur, vel contemnitur adiutorium ſpititus Sancti, per quod homo reuocarur à peccato, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 21. *ar.* 1. quæ præſumptio opponirur fidei, in quantum homo propter inanem gloriam ſperat ſe obtinere veniam ſine pænitentia, & gloriam ſine meritis, *d. quæſt.* 21. *art.* 4.

29 Magnanitas licet conueniat cum ſpe in hoc, quod tendat in arduum, differt tamen ab ea, quia magnanimitas tendit in arduum, ſperans aliquid, quod ei competit, eiuſque potentiæ; ſpes vero ſecundum quod eſt virtus theologalis, reſpicit arduum, alterius auxilio aſſequendum, D. *Thom.* 22. *quæſt.* 17. *ar.* 5. *ad* 4.

S V M M A R I V M.

Admiratio eſt ſpecies timoris, & pars verecundia nu. 9.
Agonia eſt ſpecies timoris, nu. 11.
Audacia contrariatur timori, & an contineat quid boni vel mali, nu. 15. *& ſeqq.*
Connexio inter ſpem, & timorem, nu. 2.
Erubeſcentia eſt ſpecies timoris naturalis, numero 7.
Fides quomodo cauſet ſpem, vel timorem numero 1.
Segnities eſt ſpecies timoris naturalis, numero 6.
Seruilitas ſemper eſt mala, nu. 23.
Spei cum timore connexio, nu. 2.
Stupor eſt ſpecies timoris naturalis nu. 10.
Timor diuiditur in naturalem, humanum, & ſupernaturalem, nu. 3.
Timor naturalis quid ſit, nu. 4. *eius ſpecies, nu.* 5. *à quibus cauſetur, nu.* 12. *eius effectus nu.* 13.
Timoris connexio cum ſpe, nu. 2.
Timoris definitio, nu. 3.
Timor naturalis facit conſiliatiuos, nu. 14.
Timori naturali contrariatur audacia, numero 15.
Timor humanus, vel mundanus quid ſit, nu. 17. *ſemper eſt malus, nu.* 18.
Timor ſupernaturalis diuiditur in filialem, initialem, & ſeruilem, nu. 19.
Timor ſeruilis quid ſit, nu. 20. *diuiditur in bonum, & malum nu.* 22.
Timor initialis qualis ſit, nu. 21.
Timor filialis eſt donum Spiritus ſancti, nu. 24. *eius effectus ibidem, & nu.* 25.
Timor quomodo remaneat in patria, nu. 26.
Verecundia eſt ſpecies timoris, nu. 8.

CAPVT IIII.

De Timore.

1 Fides ſecundum quod facit apprehen-
ſionem de premijs generat ſpem, &
ſecundum quod facit exiſtimationem de
pænis, cauſat timorem, D. *Thom.* 2. 2.
quæſt. 7. *ar.* 1. *ad* 2. Itaque poſt tracta-
tum de ſpe, conſequenter agendum eſt
2 de timore. De cuius connexione cum ſpe
pulchrè *D. Gregor.* 33. *moral. cap.* 11. expli-
cans illud, non accipies loco pignoris in-
feriorem, vel ſuperiorem molam, *Deuter.*
24. 6. ſpes *inquit*, & timor ſuperior, &
inferior mola; ſpes enim ad alta ſubue-
„ hit, timor autem cor inferius præmit; &
„ ſicuti vna ſine altera mola inutiliter ha-
„ beretur, ita in peccatoris pectore inceſ-
„ ſanter ſpes, & formido coniugi debent,
„ quia incaſſum miſericordiam ſperat, ſi
„ non etiam iuſtitiam timeat; Incaſſum iu-
„ ſtitiam metuit, ſi non etiam de miſericor-
„ dia confidat. & in *Pſal.* 146. 11. Sapien-
tiæ initium eſt timor, ſpes profectus, con-
ſumatio charitas.
3 Definitur timor à D. *Aug. de Ciuit. Dei*
lib. 14. *cap.* 6. diſſenſus ab eo, quod acci-
dere nolumus. Et diuiditur in natura-
4 lem, humanum, & ſupernaturalem. Ti-
mor naturalis, ſecundum *Phyl. lib.* 2.
ethic. c. 4. eſt expectatio mali. & 5. *Rhet.*
Ex imaginatione futuri mali corruptiui,
ac dolorem inferentis, perturbatio quæ-
dam. Et ſecundum D. *Thom.* 1. 2 *quæſt.*
41. *ar.* 1. *& quæſt.* 42. *ar.* 1. Paſſio animæ
de malo futuro; ac propterea illius obie-
ctum eſt futurum malum, cui reſiſti non
poteſt *d. q.* 41. *ar.* 2.
5 Huius timoris ſex enumerantur ſpecies,
nempè ſegnities, erubeſcentia, verecun-
dia, admiratio, ſtupor, & agonia. Se-
6 gnities eſt labor grauans naturam, quan-
do ſcilicet aliquis refugit operari propter
timorem excedentis laboris. Erubeſcen-
7 tia eſt turpitudo lædens opinionem, & ſi
8 timeatur in committendo, dicitur vere-
9 cundia; Si vero timeatur de turpi iam
commiſſo dicitur admiratio; Et deſumitur
ex ratione magnitudinis, cum quis conſide-
rat aliquod magnum malum, cuius exitum
10 penetrare non ſufficit. Stupor cauſatur ra-
tione diſſuctudinis, quando ſcilicet ali-
quod malum inconſuetum noſtræ conſide-
rationi offertur, quod à nobis magnum

11 reputatur. Agonia demum naſcitur ratione improuiſionis, quando ſcilicet malo prouideri non poteſt, ob quam rationem futura inforrunia timentur, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 41. *ar.* 4.

12 Huiuſmodi timorem cauſari poſſe tum ex amore ob priuationem boni, quod amatur, iuxta illud, Res eſt ſolliciti plena timoris amor; tum etiam ex defectu adiutorij, nempè diuitiarum, roboris, multitudinis amicorum, poteſtatis &c. D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 43. *ar.* 1. & 2. diſpoſitiue tamen loquendo, nam vera cauſa efficiens timoris eſt illud à quo poteſt inferri malum, quod timetur, D. *Thom. d. quæſt.* 43. *art.* 1. *c.*

13 Timoris naturalis effectus ſunt, contractio caloris, & ſpirituum ad interiora, tremor, pallor, ac dentium ſtrepitus. D *Thom.* 2. 2 *quæſt.* 44. *ar.* 1. & 5. *ſic Virgil. lib.* 3. *Æneid.*

Tum verò ancipiti mẽtem formidine preſſus.
Obſtupui, ſteterunt, que coma & vox faucibus hæſit.

Et Lucan. lib. 1. Bell. Pharſal.

Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus.
Et tacitos muto voluunt in pectore queſtus.

Et Ouid. lib. 6. Metaph. de Arethuſa

Quid mihi tunc animi miſeræ fuit, anne quod agnæ?
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes,
Aut lepori, qui vepre latens, hoſtilia cernit
Ora canum, nullos audet dare corpore motus,
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cæruleaquè cadunt toto de corpore guttæ.

14 Facit tamen conſiliatiuos, nec retardat, imo confert ad operationem, D. *Thom. d. q.* 44. *ar.* 2. ad 4.

15 Timori naturali contrariatur audacia, quia qui timet, refugit nocumentum futurum, ab ipſo vinci metuens; Audax è contra aggreditur periculum imminens propter victoriam quaſi non incertam, & ſui fortitudinem ſuper ipſum periculum, *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 45. *ar* 1. Quæ quidem audacia licet videatur continere aliquid boni, quia conſequitur ſpem, *d. q.* 45. *ar.* 2. Habet tamen plerumque rationem mali, cum deficiat à fortitudine, quia fortes, qui ex iudicio rationis aggrediuntur periculum, licet in principio videantur remiſſi, quia tamen non ex paſſione, ſed cum debita deliberatione aggrediuntur, quando ſunt in ipſis periculis, non experiuntur aliquid improuiſum, ſed quandoque minora illis, quæ præcogitauerant, & ideo magis perſiſtunt. Econtra verò audaces, quia ſine ratione diſcurſiua omnium, quæ difficultatem afferunt, ſed ſecundum ſubitam apprehenſionem, ſecundum quam non omnia cognoſci poſſunt, quæ difficultatem afferunt, aggrediuntur pericula, ideò quando iam ipſum periculum experiuntur, maiorem ſentiunt difficultatem, quam exiſtimauerant, & conſequenter in periculo deficiunt, D. *Th.* 1. 2. *quæſt.* 45. *ar.* 4. quam Diui Thomæ ſententiam repetit *Io. Pont. lib.* 1. *de fortit.* Audaces, *inquiens*, ante pericula, laboreſque ſuſceptos nimis quam acres videntur; ſunt ad incipiendum precipites, poſtea vero magis, magiſque deficiunt, viderique incipiunt ſimiliores hæſitantibus, donec concidunt animis, apparentque ipſis etiam timidis imbecilliores. Et Natalis Comes *lib.* 1. *hiſt.* licet audaciæ laudis aliquid tribuat, ſubdit nihilominus; qui verò ſolus plures inuadit, niſi propoſita inſigni vtilitate, vt fecit Cocles; aut qui gloriam ſic appetat, vt id vitam inconſultò profundat, ille magis ſtultus, & vitæ prodigus, quam fortis iudicandus eſt. & *lib.* 5. In rebus autem bellicis non facilè dixerim, plura ne incommoda è temeritate, an e timiditate proueniant, cum altera opportuna tempora præcedat rei præclare gerendæ, altera neque matura quidem expectet.

17 Timor humanus, ſeu mundanus eſt, quando propter mala temporalia, quæ timet, homo recedit à Deo, D. *Thom.* 2. 2. *q.* 19. *ar.* 1. De quo dicitur, Qui timet hominem, citò corruet, *Prou.* 29. 25. et illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor *Pſal.* 13. 9. Et ſicut ornatus arenoſus in pariete limpido, & ſicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt, ſic cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet, *Eccleſ.* 22. 22.

18 Quem quidem timorem humanum ſemper eſſe malum, tenet D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 19. *ar.* 3. dicente Domino, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, *Matth.* 10. 28. Et dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant, *Luc* 12. 4. Et terrorem eorum ne timueritis, & non conturbemini, 1. *Petri* 3. 13. Nolite timere opprobrium hominum, &

blaſfemias eorum ne metuatis, ſicut enim
veſtimentum , ſic comedet eos vermis ,
& ſicut lanas deuorabit eos tinea, *Eſai.*
51. 7.
19 Timor ſupernaturalis diuiditur in filia-
lem, initialem , & ſeruilem. Timor ſer-
uilis dicitur, quando propter mala, quæ
timet, homo conuertitur ad Deum, ei-
que inhæret propter timorem pœnæ. Ti-
20 mor filialis quando homo conuertitur ad
Deum , eique inhæret propter timorem
culpæ; nam filiorum eſt, timere offenſam
patris, quia timor Domini odit malum.
Prou. 8. 13. Sapiens timet, & declinat à
malo, *Prou.* 14. 16. Et qui timent Domi-
num, non erunt incredibiles, inquirerent
beneplacita illius, ſanctificabunt animas
ſuas, cuſtodient mandata illius , & pa-
tientiam habebunt vſque ad circumſpe-
ctionem illius. *Eccleſ.* 2. 18. *& ſeqq.*
21 Quando verò quis conuertitur ad Deum,
eique inhæret propter vtrumque ti-
morem, culpæ ſcilicet, & pœnæ, dicitur
timor initialis, D. *Thom.* 2. 2. *q.* 19. *art.* 2.
De quo *Bern. ſerm.* 17. *ſuper cant.* Noue-
ris te, vt Deum timeas, noueris ipſum,
" vt æquè ipſum diligas , In altero initiaris
" ad ſapientiam, quia initium ſalutis timor
" Domini; Ex notitia tua venit in te timor
" Dei, atque ex Dei notitia, Dei itidem
" amor.
22 Timor ſeruilis ſubdiuiditur in bonum, &
malum; malus eſt , qui prouenit ab ex-
trinſeco , & vocatur ſeruilitas, quando
ſcilicet quis odit bonum, ſed ad illud mo-
uetur ſolum timore pœnæ , ita & taliter,
vt niſi pœnam timeret , ad illud non mo-
ueretur; Propterea timore pœnæ, non
amore iuſtitiæ fit bonum, nec fit in corde,
quod fieri videtur in opere, vt mallet ho-
mo non facere, ſi poſſet impune , *Aug.*
contra Pelagium. lib. 2. Qui quidem timor
23 ſeruilis, ſeu ſeruilitas, cum abhoreat à
charitate, ſemper eſt peccatum. *D. Thom.*
2. 2. *q.* 19. *ar* 6. quia in timore bonum agit,
ſed à malo penitus non recedit, ideoque
peccat, quia peccare vellet, ſi inultè poſ-
ſet, *D. Gregor. in moral.* Timor verò ſer-
uilis bonus eſt, quando quis reflectit qui-
dem ad pœnam, ſed non mouetur ad bo-
num principaliter ad effugiendam pœnam,
ſed amore iuſtitiæ, & ad obtinendum bo-
num contrarium pœnæ, *D. Thom. dicta*
quæſt. 19. *ar.* 4. iuxta illud Timor Domini
fons vitæ vt declinet à ruina mortis. *Prou.*
14. 27.

24 Timor filialis, qui eſt donum Spiritus
ſancti, ſicuti etiam ſeruilis bonus, facit,
vt Deum veneremur, refugiamuſque nos
illi ſubducere, atque illi adhæreamus, D.
Thom. dicta q. 19. *ar.* 9. *c.* Videatur *Caſ-*
ſian. de inſtitut. Monach. lib. 4. *vbi*, De
" timore naſcitur compunctio ſalutaris, de
" compunctione cordis procedit abrenun-
" ciatio, ideſt nuditas , & contemptus om-
" nium facultatum, de nuditate humilitas
" procreatur , de humilitate mortificatio
" voluntatum, de voluntatum mortificatio-
" ne extirpantur , atque areſcunt vniuerſa
" vitia, vitiorum expulſione virtutes fructi-
" ficant, atque ſuccreſcunt, virtutum pul-
" lulatione puritas cordis acquiritur, per
" cordis puritatem apoſtolicæ charitatis
" perfectio poſſidetur.
25 Huiuſmodi timor nullatenus contraria-
tur ſpei, quia per timorem filialem non
timemus, ne nobis deficiat id, quod per
auxilium diuinum ſperamus obtinere, ſed
timemus ab hoc auxilio nos ſubtrahere,
& ideo timor filialis, & ſpes ſibi inuicem
coherent, & ſe inuicem perficiunt , *D.*
Thom. d. ar. 9. *ad.* 1. De quo quidem ti-
more plenæ ſunt ſacræ paginæ. Et com-
muniter dicitur, Piarum mentium eſſe,
timere culpam, vbi non eſt. Et qui timet
Deum , nihil negligit . Timere Deum
eſt, nulla quæ facienda ſunt, bona præte-
rire. D. *Gregor. in moral.*
26 Huncque timorem remanere in Patria,
docet *D. Thom. d. quæſt.* 19. *ar.* 11. addu-
cens illud , columnæ cœli contremiſ-
ſcunt. & pauent ad nutum eius, *Iob.* 26
quem locum exponens D. *Gregor.* 7. *mo-*
ral. cap. 15. Ipſæ, *inquit* , virtutes cœle-
ſtium, quæ hunc ſine ceſſatione conſpi-
ciunt, in ipſa contemplatione contremi-
ſcunt, ſed idem tremor, ne ſit eis pœna-
lis, non timoris eſt, ſed admirationis,
quia ſcilicet admirantur Deum, & ſupra
ſe exiſtentem, & incomprehenſibilem.
Videatur *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 14. *cap.*
9. *vbi*, Timor ille caſtus permanens in ſæcu-
lum ſæculi, ſi erit & in futuro ſæculo (nam
quo alio modo poteſt intelligi permanere
in ſæculum ſæculi) non eſt timor exter-
rens à malo, quod accidere poteſt, ſed
tenens in bono, quod amitti non poteſt.
Vbi enim boni adepti amor immutabilis
eſt, profectò ſi dici poteſt, mali cauendi
timor ſecurus eſt. Timoris quippe caſti
nomine ea voluntas ſignificata eſt, qua
nos neceſſe erit nolle peccare, & non ſol-
licitu-

licitudine infirmitatis, ne forte peccemus, ſed tranquillitate charitatis cauere peccatum. Aut ſi nullius omnino generis timor eſſe poterit in illa certiſſima ſecuritate perpetuorum, feliciumque gaudiorum, ſic dictum eſt, Timor Domini caſtus permanens in ſæculum ſæculi, quemadmodum dictum eſt, Patientia pauperum non peribit in æternum. Neque enim æterna erit ipſa patientia, quæ neceſſaria non eſt, niſi vbi tolleranda ſunt mala, ſed æternum erit, quo per patientiam peruenitur. Ita fortaſſe timor caſtus in ſæculum ſæculi dictus eſt permanere, *quia id permanebit, quo timor ipſe perducit.* Ex quibus Auguſtini verbis non videtur omnino affirmari, an aliquis timor remaneat in Beatis, cum ſcripturæ locum, timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi, eo ſenſu dicit intelligi poſſe, quod id permaneat, quo timor ipſe perducit, ſcilicet beatitudo ipſa illis collata.

S V M M A R I V M.

Accidia contrariatur charitati, nu. 58.

Affectio erga proximum triplex, nu. 30. & 31.

Amor, dilectio, & charitas idem important, nu. 1.

Amoris nomen latius patet, quam charitas, n. 2.

Bellum, & prælium quomodo differant, & contrariantur charitati, nu. 64.

Beneficentia quid ſit nu. 45.

Charitas, dilectio, & amor, idem important, nu. 1.

Charitas duplex, nu. 4. & 12.

Charitas excellentiſſima virtutum, nu. 7.

Charitas ordinat hominem ad vltimum finem, nu. 9.

Charitas eſt virtus generalis, nu. 10. cauſatur per infuſionem Spiritus ſancti, & quomodo, nu 5.

Charitas eſt operimentum peccatorum, nu. 11.

Charitas non amittitur per peccatum veniale, nec ſtare poteſt cum mortali, nu. 11.

Charitas diſcernit inter filios Dei, *& filios diaboli, nu. 11.*

Charitas erga Deum *indita à natura, nu. 15.*

Charitas erga Proximum an ſit prior, vel poſterior charitate erga Deum, *nu. 40.*

Charitas in hac vita an poſſit eſſe perfecta, nu. 28. & 29.

Charitatis definitio, nu. 3.

Charitatis encomia, nu. 6. & ſeqq.

Charitatem habens poſſidet omnes virtutes, nu. 8. & ſeq.

Charitatem habere an quis poſſit eſſe certus, num. 67.

Charitatis obiectum, nu. 12.

Charitatis dilectio ad quæ ſe extendat, nu. 14. & pluribus ſeqq.

Charitatis ordo, nu. 37. & 38.

Charitatis tres ſpecies, nu. 16.

Charitatis præcepta, nu. 12. & 13.

Charitatis gradus, nu. 17.

Charitatis in Deum *effectus, nu. 18. & pluribus ſequentibus.*

Charitatis in proximum effectus, nu. 41.

Charitati dona correſpondentia, nu. 55.

Charitati, quæ contrarientur, nu. 56.

Concordia quid ſit, nu. 44.

Contentio contrariatur charitati, nu 61.

Correctio fraterna an ſemper adhibenda, n. 54.

Diſcordia contrariatur charitati, nu. 60.

Eleemosyna eſt opus miſericordiæ, nu. 46.

Eleæmosynæ ſpecies, nu. 47. effectus nu. 48. laudes, nu. 49.

Gratitudo, ſeu gratiarum actio quid ſit, nu. 51. An in ea attendendus ſit affectus, vel effectus, nu. 52.

Inimici ſunt diligendi, nu. 33.

Inimicorum dilectio diſtinguit diligentes à non diligentibus Deum, *nu 34.*

Iniuriæ ſunt condonandæ, nu. 35.

Irrationalia includuntur ſub dilectione proximi, nu. 36.

Inuidia contrariatur charitati, nu. 56. quid ſit, nu. 59. & quomodo differat ab odio n. 57.

Miſericordia quid ſit, & eius laudes, nu. 46. eius requiſita nu. 50.

Miſericordiæ opera quæ ſint potiora, nu. 48.

Odium contrariatur charitati, & quomodò differat ab inuidia, nu. 56. & ſeq.

Pax diuiditur in veram, & falſam, & falſæ pacis tres ſpecies, nu. 42. & ſeq.

Pueri decedentes ſine Baptiſmo vtrum Deum diligant ſub nu. 15.

Peccatores ſunt diligendi, & quomodo, n. 33.

Quilibet diligendus eſt, & quomodo, nu. 32.

Recompenſatio, & eius requiſita, nu. 53.

Rixa contrariatur charitati, & in quo conſiſtat, num. 63.

Schiſma contrariatur charitati, & quid ſit, nu. 62.

Scandalum contrariatur charitati, & quid, & quotuplex ſit, nu. 66.

Seditio contrariatur charitati, num. 56. in quo conſiſtat nu. 65. & quomodò ſedanda, ibid.

Virtutes omnes ſine charitate nudæ ſunt, nu. 8.

Virtutes omnes à charitate mutuantur, vt ſint virtutes. nu. 10.

Virtutibus omnibus conuenit nomen amoris.

CAPVT V.

De Charitate.

1 LIcèt charitas, amor, & dilectio, ge-
neraliter idem importent, Origenes
tamen conſiderans, nomen amoris etiam
prophano corporum amori competere, hac
amoris voce pro charitate cum magna cir-
cumſpectione vtendum cenſuit. Diony-
ſius verò, *in lib. de diu. nom. cap.* 4. nomen
amoris etiam diuinis rebus optimè conue-
nire demonſtrat, quippè quia corporeus
amor non eſt verus amur, ſed amoris ima-
go, aut potius à vero amore prolapſio.
Quare qui rectè, *inquit*, diuina accipiunt,
pro eodem ponunt à ſanctis Theologis
charitatis, & amoris nomen vſurpatum.
Sicuti etiam *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.*
14. *cap.* 7. vbi, Nonnulli arbitrantur, aliud
eſſe dilectionem, ſiue charitatem, & aliud
amorem. Dicunt enim dilectionem acci-
piendam eſſe in bono, amorem in malo.
Sic autem nec ipſos Authores ſecularium
litterarum loquutos eſſe, certiſſimum eſt.
Sed viderint Philoſophi, vtrum, vel qua
ratione iſta diſcernant. Amorem tamen
eos in bonis rebus, & erga ipſum Deum
magnipendere, libri eorum ſatis loquun-
tur. Sed ſcripturas Religionis noſtræ,
quarum auctoritatem cæteris quibuſque
litteris anteponimus, non aliud dicere
amorem, aliud dilectionem, vel charita-
tem, inſinuandum fuit, nam & amorem
in bono dici iam oſtendimus. Sed ne quis
exiſtimet amorem quidem, & in bono, &
in malo, dilectionem autem nonniſi in bo-
no eſſe dicendam, illud attendat, quod
in Pſalmo ſcriptum eſt, qui autem diligit
iniquitatem, odit animam ſuam; & illud
Ioannis, ſi quis dilexerit mundum, non
eſt dilectio patris in eo. Ecce in vno loco
2 dilectio, & in bono, & in malo. Licèt
autem ex ſupracitatis verbis *D. Auguſtini*,
amor, & dilectio, idem importent. Non
videtur tamen negandum, quin amoris
nomen latius pateat, quam charitatis, cum
amor ad omnia pertineat, charitas ad
Deum, & homines tantum.

3 Definitur charitas à *D. Thom. in 3. ſent.
di.* 22. Rectiſſima animi affectio, qua dili-
gitur Deus propter ſe, & proximus prop-
4 ter Deum. Ex quo patet duplicem eſſe
charitatis actum, ſcilicet erga Deum, &
erga proximum *Matt.* 22. Definitur etiam
ab eodem *D. Thom. 2. 2. quæſt. 23. ar.* 1.
mutuus amor hominis ad Deum, ſeu ami-
citia hominis ad Deum, ſuper communi-
5 catione beatitudinis eternæ fundata. *Et
eadem quæſt. 23. ar.* 2. habitus, ſeu for-
ma ſuperaddita voluntati, ipſam inclinans
ad actus charitatis, & faciens eam promp-
tè, & delectabiliter operari, quæ cauſa-
tur per infuſionem Spiritus Sancti. *Rom.*
5. 5. *& D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. ar.* 4.
non ſecundum capacitatem naturalem, ſed
prout vult. *Ioann. 3. 8. & 1. ad Cor.* 12.
11. *& D. Thom. dicta quæſt. 24. ar.* 3.

6 Plura leguntur huius ſummæ virtutis en-
comia, eius quidditatem, & qualitates
explicantia. Nempè, fortis vt mors.
Cant. 8. 6. Quia, vt inquit *D. Bern. in
mod. ben. viu. cap.* 5. ſicuti mors ſeparat
animam à corpore, ita dilectio Dei vio-
lenter ſeparat hominem à mundo, & amo-
re carnali. Via, quæ ambulantes ducit ad
cælum. *Chryſ. hom.* 19. *in epiſt. ad hebr.
& in ſerm. de charit. tom.* 5. Proprium
chriſtianæ Religionis inſigne, per quod
noſcuntur diſcipuli Chriſti. *Chryſ. hom* 6.
in epiſt. ad Tit. Caracter filiorum Dei. *D.
Aug. tract. 5. in epiſ. Ioann.* vbi, Dilectio,
inquit, ſola diſcernit inter filios Dei, &
filios Diaboli. Signent ſe omnes ſigno
Crucis Chriſti; Reſpondeant, Amen;
Cantent omnes, Alleluia. Babtizentur
omnes; intrent omnes Eccleſiam, faciant
parietes Baſilicarum; non diſcernuntur
filij Dei à filijs diaboli, niſi charitate.
Et ſuper illud, Deus charitas eſt *1. Ioann.*
5. 8. Breuis laus, *inquit* D. *Bern. in lib.
de nat. & dignit. amor. diu. cap.* 5. ſed con-
„ cludens omnia. Quidquid enim de Deo
„ dici poteſt, poteſt & de charitate dici, ſic
„ tamẽ vt conſiderata natura doni, & dantis,
„ in dãte nomen ſit ſubſtantiæ in dono qua-
„ litatis; ſed per emphaſim donum etiam
„ charitatis Deus dicatur in eo, quod ſu-
„ per omnes virtutes virtus charitatis Deo
„ cohereat, & aſſimiletur.

7 Dicitur etiam charitas excellentiſſima
virtutum, 1. *Cor.* 13. 13. D. *Thom.* 2. 2.
quæſt. 23. ar. 6. quia nulla alia virtus ha-
bet tantam propenſionem ad ſuum obie-
ctum, & tam delectabiliter operatur, *d.
quæſt. 23. ar. 2. ad.* 2. cum faciat homi-
nem adhere Deo per ſpiritus vnionem
D. *Thom. 2. 2 quæſt. 82. ar. 2. ad.* 1. eumque
conuerſari in cœlis, & conuiuere cum Deo,
& Angelis, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 65. ar. 5. c.*

8 Dicitur inſuper radix, mater, parens, &

forma

forma virtutum omnium, D. Thom. 1. 2. *quæſt. 62. ar. 4. c. & 2. 2. quæſt. 23. ar. 8.* quia ſicuti nulla vera virtus eſſe poteſt ſine charitate, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 65. *ar.* 2. *ad* 4. *& quæſt.* 71. *ar.* 4. *c. &* 22. *q.* 23. *ar.* 7. *& S. Leo in ſerm. de Epiphan. & ſerm.* 10. *de Quadrag.* vbi nudas vocat omnes ſine charitate virtutes; nec in qualibet excellentia morum poſſe diei fructuoſum, quod non dilectionis partus ediderit. Sic è conuerſo qui habet charitatem, habet omnes alias virtutes, D. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 65. *art.* 3. *&* 5. Quia in charitate pauper diues eſt, ſine charitate omnis diues eſt pauper. Hæc in aduerſitatibus tollerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis operibus hilaris eſt, in temporalibus ditiſſima, in humilitate lætiſſima; inter bonos fratres item lætiſſima, inter falſos ſapientiſſima. In Abel per ſacrificium læta, in Noë per diluuium ſecura. In Abrahæ peregrinatione fideliſſima, in Dauid tribulationibus mitiſſima; in tribus pueris blandos ignes fortiter tollerat. Caſta in Suſanna ſuper virum, in Anna poſt virum, in Maria præter virum. Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, diuina in Chriſto ad ignoſcendum *D. Auguſt. de laud. charit.*

9 Et huius rei, ſcilicet, eum charitate reliquas omnes virtutes poſſideri, rationem reddit D. *Thom. d. eſt. quæſt.* 65. *d. art.* 3. *&* 5. *c.* quia videlicet Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ, quam in operibus naturæ. Sic autem videmus, *inquit*, in operibus naturæ, quod non inueniatur principium aliquorum operum in aliqua re, quin inueniantur in ea quæcumque ſunt neceſſaria ad huiuſmodi opera perficienda. Sicut in animalibus inueniuntur organa, quibus perfici poſſunt opera, ad quæ peragenda animal habet poteſtatem. Propterea cum charitas ordinet hominem ad vltimū finem, & ſit principium bonorum operum, quæ in vltimum finem ordinari poſſunt, oportet vt cum charitate ſimul infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficiat ſingula genera bonorum operum. Sicuti pariter homo non poteſt habere amicitiā ad Deum, quæ eſt ipſa charitas, niſi per fidem eredat huiuſmodi ſocietatem, & ſperet ſe ad eandem ſocietatem pertinere.

10 Et ex hoc dicitur virtus generalis, quia ſe extendit ad omnes actus totius vitæ, eos ordinans per modum imperij ad vltimum finem. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 23. *ar.* 4. *ad* 2. *& quæſt.* 58 *ar.* 6. *& quæſt.* 75. *ar.* 1. *&* 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 4. Et D. Auguſtinus, *in lib. de mor. eccleſ.* non dubitauit affirmare, hanc vnam eſſe virtutem, quoniam ab hac vna cæteræ omnes mutuantur, vt ſint virtutes. Nihil *ait*, omninò eſt virtus, niſi ſummus amor Dei. Nam quod quadripartita dicatur virtus, ex ipſius amoris vario effectu dicitur. Temperantia enim eſt amor integrum ſe præbens ei quod amatur, hoc eſt, Deo. Fortitudo eſt amor tollerans omnia propter eum, qui amatur. Iuſtitia eſt amor ſoli amato ſeruiens, & propterea rectè dominans. Prudentia eſt amor ea, quibus adiuuatur, ab eis, à quibus impeditur, ſagaciter eligens.

11 Vocatur demum charitas operimentum omnium delictorum, *Prou.* 10. 12. Ex quo infertur, charitatem informem, ſcilicet cum peccato mortali, dari non poſſe. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 24. *art.* 12. *ad* 5. nec amitti per peccatum veniale *d. quæſt.* 24. *ar.* 10. quia peccatum veniale non contrariatur habitui charitatis, ſed tantùm feruori actus, quem minuit. *D. Thom. d. q.* 24. *ar* 8. *ad* 2. *&* 1. 2. *qu.* 71. *ar.* 4. *& q.* 74. *ar.* 2. *ad* 1. Hinc vinculi nomen explicantes, D. Ioann. Chryſ. D. Anſelmus, Theodoretus, & alij, propterea vinculum charitatem dici conſiderant, quia ligans, & continens reliquas virtutes, charitas hominem reddit perfectum; ſicut enim humanus ſpiritus partes corporis, humores, ſenſuſque ligat, alioqui facilè dilapſuros; ita charitas virtutum imperatrix, corpus reliquarum virtutum quaſi connectit, atque conſtringit, ſine illa continuo diſſoluendum.

12 Obiectum charitatis aſſignatur *Matth.* 22. 39. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis; & diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Ex quibus præceptis infert D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 44. *art.* 2. 3. *&* 7. obiectum formale charitatis eſſe bonitatem diuinam, obiectum verò materiale omne diligibile propter Deum, particeps eternæ beatitudinis actu, vel potentia.

13 Licet autem homo diligere debeat & ſeipſum, non tamen data ſunt tria præcepta, ſed dictum in his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ. *Matth.* 22. 41. vt intelligeremus, nullam aliam eſſe dile-

dilectionem, qua quiſque diligit ſe ipſum, niſi qua diliget Deum; qui enim ſe aliter diligit, ſe potiùs odiſſe dicendus eſt. D. *Thom. l.cit.*

14 Cum igitur amicitia charitatis fundetur ſuper communicatione æternæ beatitudinis, & principium influens beatitudinem ſit Deus; beatitudinem directè participans ſit homo, & Angelus, eamdemque beatitudinem per quandam redundantiam participet etiam corpus humanũ; Per conſequens Deus eſt diligendus, vt cauſa beatitudinis; corpus ſuum diligit homo, quia eſt vnum cum ipſo, & proximum diligit propter conſociationem in æternæ beatitudinis participatione. D. *Thom. 2.2. quæſt.25. art.* 12. ob quam rationem diligendi ſunt Angeli, quia cum ipſis habemus in beatitudine conſociationem, *d. quæſt.25. art.10.*

15 Dilectionem Dei non ſolum præceptã *Matth.22.39.* ſed inditam à natura præmonet. D. *Auguſtin. lib.6. conf. cap.16.* Verſa, *inquiens*, & reuerſa, & in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura ſunt omnia, & tu ſolus requies, *& lib.* 10. *cap.* 6. Cælum, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt, ecce vndique mihi dicunt, vt te amem, *& lib.* 1. *in princ.* feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.

Vtrum verò pueri decedentes ſine Baptiſmo Deum diligant. Bartholomæus Sybilla, *in Specul. Peregrin. quæſt. cap.3. primæ decadis*, relata ad longum doctrina. *D. Thom. in 2. ſent. d. 33. art.* 4. quod puerorum animæ in limbo nõ puniantur pœna ſenſibili, ſed ſolum carentia viſionis Dei, de qua tamen non affliguntur, quia ſciunt nunquam in ſua poteſtate fuiſſe cõſequi bonum, quo priuantur. Subdit deindè huiuſmodi animas in limbo, quia cognitione naturali non carent, vt affirmat etiam *D. Thom. loc. cit.* ideo de Deo, & creaturis magnam ſcientiam habere naturaliter, & maiorem, quam vnquam aliquis Phyloſophus in mundo habuerit; ac proindè cognoſcere naturaliter, ſe ad beatitudinem factos, & quod beatitudo conſiſtit in adeptione perfecti boni, non tamen quod tale bonum ſit gloria, quam Sancti in cælo poſſident, vndè cum in limbo non impediantur à perfecta cognitione naturali primæ cauſæ, & Dei, & aliarum rerum, ideo de tali cognitione naturali ipſius Dei, & creaturarum gradum aliquem delectationis habere, quia quilibet in cognitione veritatis naturaliter delectatur. Et conſequenter in hac delectatione laudãt, & laudabunt, reaſſumptis corporibus Deum cauſam cauſarum omnium rerum ab eis naturaliter cognitarum. Quæ quidem opinio, licet nullo ſacræ Scripturæ, vel ſanctorum Patrum teſtimonio roboretur, valdè tamen congruit cum adductis, à *Valen. in Pſal.* 148. vbi Regius Pſalmographus omnes creaturas ad laudandum Deum inuitat.

16 Charitatem erga Deum tripliciter diſtinguit. *D. Baſil. in prohem. ad reg. fuſ. diſp.* ſeruorum, ſcilicet mercenariorum, & filiorum. Primam metu ſupplicij, ſecundam ſpe mercedis, tertiam honeſtate ipſa, & amore erga Deum, nihil prætermittendo eorum, quæ fieri oportere officij neceſſitas poſtulat.

17 Tripliciter etiam diſtinguit, ſeu tres gradus aſſignat D. *Thom. 2.2. quæſt.24. art.* 9. videlicet Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. Quos gradus comparat *ibidem* ſanctus Doctor motui locali, in quo datur receſſus à termino, acceſſus ad terminum, & quies in termino. Ita in charitate ponendum eſt ſtudium principale, ad recedendum à peccato, & reſiſtendum concupiſcentijs, quæ in contrarium charitatis mouent, & vocatur charitas incipiens, ſeu incipientium. Deinde debet homo attendere, vt in charitate proficiat, & vocatur charitas proficiens, ſeu proficientium. Poſtremò debet principaliter incumbere, vt Deo inhæreat, & illo fruatur, & vocatur charitas perfecta, ſeù perfectorum. Eoſdem tres gradus diſtinguit *Hugo Cardinalis*, expendens illa verba. Aſcendit fumus in ira eius, ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. *Pſal.* 17. vbi in fumo aſcendente incipientium, in igne exardente proficientium, in carbonibus ſuccenſis perfectorum ſtatum conſiderat.

Pulchrè de hoc triplici ſtatu D. Antonius de Padua in ſermone Dominicę quartæ Aduentus, vbi explicans illud; Comede hoc anno, quæ ſponte naſcuntur, & in ſecundo anno pomis veſcere; in anno autem tertio ſeminate, & metite, & plantate vineas. *Eſaiæ 37.30.* Nota, *inquit*, quod triplex eſt ſtatus bonorum, qui in hoc triplici anno deſignantur, ſcilicet, incipientium, proficientium, & perfectorum: incipientes gratia gratis data præuenti, comedunt

medunt, quæ ſponte naſcuntur. Hoc eſt quod dicit Dominus, *Oſee* 14. diligam eos ſpontaneæ. Nullis enim meritis præcedentibus, ſed ſola Dei benignitate, & gratia reficiuntur. Proficientes quaſi in ſecundo anno pomis bonorum operum veſcuntur, vt bona voluntas, quæ priùs erat in affectu, ſit in effectu. Perfecti verò ſunt, quaſi in tertio anno, affluentes omnimoda copia beatitudinis, & plenitudinis. Vnde Pſalmus, Benedices coronæ, ideſt vitæ iuſtorum perfectæ, anni benignitatis tuæ, & campi tui implebuntur vbertate. Et in ſermone Dominicæ primæ poſt Epiphan. explicans illud. Tribus vicibus per annū apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit; in ſolemnitate azimorum, ideſt Paſcha, & in ſolemnitate tabernaculorū, & in ſolemnitate hebdomadarū; & non apparebit ante Dominū vacuus, ſed offeret vnuſquiſq; ſecundū, quod habuerit iuxta benedictionē Domini Dei ſui, quam dederit ei, *Deuteron.* 23. In triplici, *inquit*, ſolemnitate triplex notatur ſtatus, ſcilicet ſtatus incipientium, proficientium, & perfectorum. In ſolemnitate azimorum notatur ſtatus incipientiū, qui in azimis ſinceritatis, & veritatis debent Paſcha celebrare, & agnum cum lactucis agreſtibus, ideſt ſuorum peccatorum amaritudine comedere. In ſolemnitate hebdomadarum, in qua offerebantur duo noui panes primitiarum Domino, ſtatus proficientium, quorum interior homo renouatur de die in diem, qui nouos panes in mentis, & corporis munditiam Domino offerunt. In ſolemnitate tabernaculorum, quæ ſcenophegia, ideſt fixio tabernaculorum dicitur, ſtatus perfectorum, iuxta illud, *Eſai.* 32. Sedebit in tabernaculis fiduciæ. Quorum tabernacula pulchra ſunt, vt valles nemoroſæ, *Num.* 24. in quibus paupertatis humilitas præſtat vmbraculum contra ardorem temporalium. Super his tribus ſtatibus habes concordiam, *Leuit.* 1. vbi tria oblationum genera ponuntur. Prima fiebat de pecoribus, ſecunda de auibus, tertia de ſimila oleo conſperſa in clibano, in ſartagine, in craticula. Primam offerunt incipientes, quia peccator conuerſus, incipiens pœnitere, debet iuxta ritum offerendi animalia, in altare cordis ſui componere congeriem paſſionum Chriſti, & poſteà in confeſſione reatum denudare, & aqua lacrymarum abluere immunditiam cogitationis, & operis, & tunc ipſe fiet holocauſtum, & exhibebit corpus ſuum hoſtiam viuentem; Secundam proficientes, quia tunc oblatio fit de auibus, cum vir iuſtus pennatus virtutibus, quæ in turture, & columba propter caſtitatem, ſimplicitatem, & gemitum pœnitentię deſignantur, proficit de virtute in virtutem. Tertiā perfecti viri, quæ, vt ibi dicitur, erat de ſimila coſperſa oleo; ſimila purgatiſſima, & cādidiſſima farina eſt perfecti viri vita, quę caret furfure mundanæ vanitatis, candet munditia caſtitatis, & conſpergitur oleo pietatis, coquitur in clibano paupertatis, frangitur in ſartagine alienæ neceſſitatis, vel infirmitatis, aſſatur in craticula dominicæ paſſionis.

18 Huius charitatis in Deum perfectæ, ſeu perfectorum, decem effectus enumerat *D. Thom. opuſc* 61. Quorum primus eſt, languere vtiliter, quem exprimit ſponſa, *Cant.* 2. dicens, fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, cuius languoris cauſam aſſignat *S. Doct. loc. cit.* Primo quia talis infirmitas aufert animæ greſſum ad illicita, ad quæ prius gradiebatur. Secundò mutat ſitum, vt iaceat prona per humilitatem, quæ ſtabat erecta per elationem. Tertio mutat guſtum, vt amareſcat animæ peccatum, quod ante libuit; ſapiat aliquantulum ſummum bonum, quod ante deſipuit. Quarto mutat pulſum in brachio operis, cuius cauſa eſt ſpiritualis mutatio cordis. Et *D. Bernard. lib.* 10. *de diligendo Deum*, Quando, *inquit*, huiuſmodi experitur affectum, vt diuino inebriatus amore, oblitus ſui, factuſque ſibi ipſi tanquam vas perditum, totus pergat in Deum, & adhærens Deo, vnus cum eo ſpiritus fiat, & dicat, defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Beatum dixerim, & ſanctum, cui tale aliquid in hac mortali vita experiri donatum eſt. Te enim quodammodo perdere, tanquam qui non ſis, & à te ipſo exinaniri, & pene annullari, cæleſtis eſt conuerſationis, non humanæ affectionis.

19 Secundus effectus eſt, Deum inceſſanter quærere, ipſum inuocare, quem exprimit ſponſa, *Cant.* 1. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum. Cuius effectus tria proponit ſigna, *D. Thom. loc. cit.* nempe

lumen

lumen à Deo petere, ſcienter interrogare modum, illum inueniendi, & in nullo, quod à requiſito aliud eſt, ſiſtere.

20 Tertius effectus eſt, operari indeſinenter, & magna propter Deum; ſuper quo idem. *D. Thom. loc. cit.* Anima, *inquit*, proprie pedem ponit tripliciter, cum operatur magna, & reputat parua, operatur multa, & reputat pauca; operatur diu, & reputat breue, & videntur ei pauci dies præ amoris magnitudine.

21 Quartus eſt, ſuſtinere infatigabiliter. Quod explicans, eodem loco ſanctus Doctor; Verum, *ait*, hic gradus eleuatus eſt valde, & prædictis ſatis altior, & Deo aſcenſor rarior. Nam & ille præcipuus amator, quia omnia reliquerat, bene reſpondens, clauiger deputatus fuerat, in montem aſcenderat, in hoc ſtatu ſtare ſe credidit, paratus ſum, inquit, tecum & in carcerem, & in mortem ire. Sed eadem nocte patuit, quod nondum in eo pedem poſuerat. Probatio quidem dilectionis exhibitio eſt operis, ſed validior probatio ſuſtinentia tribulationis.

22 Quintus effectus eſt, appetere impatienter, ſponſum permanenter habere. Quod probat *ibidem D. Thom.* auctoritate D. Hieronymi dicentis. Hoc habet impatiens amor, vt quod deſiderat ſemper inuenire ſe credat. Amor impatiens non accipit ex difficultate remedium, neque ex impoſſibilitate ſolatium. Amor impatiens quod amat non poteſt non videre, nimirum enim vbi amor, ibi oculus. Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini, *Pſal.* 83. 1. Accipe Rachelem impatiens deſiderij exemplar; da mihi inquit liberos, alioquin moriar. Prè impatientia plorantes vidi, morientes vidiſſe me, non memini. Quid vita carius? quid moleſtius morte? nonne ergò impatienter deſiderat, qui minatur etiam vitam abijcere, ſi deſiderium non obtineat, mallens non eſſe, quam ſine eo, quod appetit, eſſe, & ſe, quam illo carere?

23 Sextus eſt, ad Deum velociter currere. Vnde ſponſa, Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Can.* 1. quem explicans Sanctus Doctor, *loc. cit.* refert D. Bernardum dicentem. Qui amat ardentius, currit velocius, & apprehendit citius. Nam qui in quinto gradu famem patiuntur vt canes, reſtat vt ſextum aſcendant, & circumeant ciuitatem, totum ſcilicet vniuerſum. Nec tantum circumeant, ſed circumcurrant, & in creaturis moram non faciant, ſed poſt Creatorem diſcurrant.

24 Septimus eſt, audere vehementer. Quem explicando Sanctus Doctor, *loc. cit.* hæc habet. O ſancta anima reuerenter habe, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus fortaſſe non oſculandus, ſed adorandus, quia honor Regis iudicium diligit. Sed præceps amor nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubijcitur. Hoc patet in Moyſe, qui à principio ad vocem Domini de medio rubi ardentis ipſum vocantis faciem abſcondit præ timore, poſteà verò, cum adhunc amoris gradum aſcendiſſet, audacter à Deo petebat, vt faciem ipſi oſtenderet. Idem feruentiſſimus amor audacem contra dæmonem reddit animam, illoque munitus ipſos ad pugnam prouocat, & totaliter deſpicit, vt in ſanctorum Hiſtorijs paſſim legitur, & in Antonij, Hilarionis, & ſimilium legendis, qui cæleſti hac amoris audacia confortati dæmones irridebant.

25 Octauus, qui vnionis effectus eſt, facit ſtringere indiſſolubiliter. Omnia quidem præcedentia, *inquit ibidem D. Thom.* fieri poſſunt in diſtanti. Verum hic primum eſt coniunctio amantis cum amato, qui enim ſtringit, tenet, qui tenet, tangit, qui tangit, non diſtat; ſtringens non diſtat, ſed adſtat, vel magis inſtat. In præcedentibus ergo gradibus anima amat, & amatur, quærit, & quæritur; vocat, & vocatur, in hoc autem gradu, quodam miro, & indicibili modo rapit, & rapitur; tenet, & tenetur, ſtringit, & ſtringitur, & vna vni per amoris copulam ſociatur.

26 Nonus effectus eſt, ſuauiter ardere; vnde *in Cant.* 8. aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam; Et *D. Thom. loc. cit.* calor in poſitiuo; feruor in comparatiuo, ardor in ſuperlatiuo. Calent incipientes, dicente Profeta, concaluit cor meum intra me, *Pſal.* 38. feruent proficientes. Suntque ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes, *Rom.* 12. ardent perfecti. In meditatione mea exardeſcet ignis, *d. Pſal.* 38.

27 Decimus, & ſupremus charitatis effectus eſt; ſponſam totaliter ſponſo aſſimilari. Quem explicat *D. Thomas*, dicens, oportet eum, qui cum benigno Deo loquitur, configurare ſe maximè ſimillimum, vt eſt poſſibile; ſibique conſcium eſſe benignæ operationis. Et ſecundum hoc di-

cit

eit Dominus, *Matth.* 5. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt. Et in lege, ſancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Hæc ſimilitudo habet exordium in natura, incrementum in gratia, complementum in gloria.

28 Cum autem certum ſit, charitatem in via ſemper augeri poſſe, quia ex hoc dicimur viatores, quod in Deum tendimus, qui eſt vltimus finis noſtræ beatitudinis; & ideo tanto magis in via procedimus, quanto plus affectibus Deo propinquamus, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 24. *ar.* 4. Quæ-
29 rit exinde ſanctus Doctor, vtrum charitas in hac vita poſſit eſſe perfecta. Et diſtinguendo reſpondet *dicta quæſt.* 24. *ar.* 8. ſi videlicet agatur de perfectione ex parte Dei dilecti, cum Deus ſit infinitè diligibilis, & creatura finita, non poſſe charitatem eſſe perfectam; Si verò ex parte hominis diligentis, tunc charitatem eſſe perfectam, quando homo diligit Deum, quantum poteſt, quod tripliciter contingit. Primò quando cor hominis ſemper fertur in Deum, quod pertinet ad charitatem in patria. Secundò quando homo ſtudium ſuum deputat, ad vacandum Deo, & rebus diuinis, prætermiſſis alijs, niſi in quantum neceſſitas præſentis vitæ requirit; quæ perfectio poteſt haberi quidem in via, ſed non eſt omnibus communis. Tertio quando homo totum cor ſuum ponit in Deo, & nihil cogitat, aut vult, quod diuinæ dilectioni ſit contrarium; & hæc perfectio communis eſt omnibus charitatem habentibus. Videatur hac de re *D. Bern. Serm.* 50. *in cant.* vbi, quis, *inquit* audeat ſibi arrogare, quod Paulus fatetur ſe non comprehendiſſe? *& epiſt.* 11. *ad Cartuſian.* Sanè neſciò, ſi à quoquam hominum in hac vita gradus hic charitatis perfectè apprehenditur, vt ſe homo diligat tantum propter Deum, mihi fateor videtur impoſſibile. Ac demum *in tract. de dilig. Deum*, ego puto non ante ſanè perfectè impletum iri, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, quouſque ipſum cor cogitare iam non cogatur de corpore, & anima eidem in hoc ſtatu viuificando intendere deſinat, & virtus eiuſdem releuata moleſtijs in Dei potentia roboretur; impoſſibile namque eſt, ex toto ad Deum colligere, & diuino infigere cultui, quamdiu ea huic fragili, & ærumnoſo corpori intenta, & diſtenta, neceſſe eſt ſubuenire.

30 Circa dilectionem proximi vide pulchrè diſſerentem *eumdem D. Bern. dicto Serm.* 50. *in cant.* vbi tractans illa verba, homines ſine affectione, *Rom.* 1. 31. *& 2. ad*
31 *Thimoth.* 3. 3. triplicem diſtinguit affectionem, primam, quam caro gignit. Secundam quam caro regit. Tertia, quam ſapientia. Primam ait Apoſt. legi Dei non eſſe ſubiectam, nec poſſe; Secundam perhibet conſentientem legi Dei, quoniam bona eſt. Tertia guſtat, & ſapit, quoniam ſuauis eſt Dominus. Prima dulcis, ſed turpis, ſecunda ſicca, ſed fortis, tertia pinguis, & ſuauis. *Et D. Baſ. lib. de vera virgin.* puram, nec vllius affectionis labe inquinatam oportet eſſe charitatem, nec decet nomen falſæ charitatis inſequendo, veræ dilectionis dignitatem, ac meritum tollere. Quamdiù enim propter Deum diligis fratres, & ad eum, & ad illos integra ſeruas charitatis iura; vbi verò eos non ſponſi gratia, ſed propter ſe ipſos diligere ex conſuetudine cæperis, dilectio tua corrupta prorſus efficitur, & falſam non veram habes charitatem; Sancta enim charitas carnis non tangitur vitijs. Et *D. Gregor. lib.* 5. *in* 1. *Reg.* t. adducens illud, non arabis in boue, & aſino, *Deut.* 22. 10. in boue, & aſino arari non poteſt, quia fructu eternæ mercedis anima non excolitur, ſi puritas amoris, quo Deo coniungitur, inordinato proximi amore polluitur.

32 Propterea idem *D. Greg. homil.* 37. *in Euang.* docet, vt ametur quilibet in hoc mundo, ſed in via Domini, contrarius non ametur, etiam propinquus; quia amandi ſunt proximi, impendenda charitas omnibus, & propinquis, & extraneis, non tamen pro eadem charitate ab amore Dei flectendum. Et *D. Auguſtin. lib.* 1. *Soliloq. cap.* 2. homines amo, non eo, quod animalia, ſed eo quod homines ſunt, & animas rationales habent, quas amo etiam in latronibus; licet enim mihi in quouis amare rationem. cum illum iure oderim, qui male vtitur eo, quod amo. Et *D. Bern.*
,, *d. ſerm.* 50. charitas diligit proximum, vel
,, quia diligit Deum, ſicuti bonus, & iu-
,, ſtus, vel vt diligat, ſicuti peccator, & ini-
,, micus.

33 Ex quibus patet, etiam peccatores eſſe diligendos, quatenus æternæ beatitudinis natura ſunt capaces *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 25. *ar.* 6. atque etiam inimicos *dict. quæſt.*

25.*ar.* 8. quibus beneficia, & ſigna dile-
ctionis exhibere, eſt de neceſſitate ſalutis
d. quæſt. 25. *ar.* 9. cum præcipiatur à Chri-
34 ſto Domino, *Matth.* 5. 45. Etenim inimi-
corum dilectio ſolis cæteroqui competit
diligentibus Deum, quia cæteræ virtutes
fidelibus, & infidelibus communes ſunt,
at inimicum diligere, proprium chriſtia-
norum eſt, *D. Auguſtin. ſerm.* 28. *ad fr.*
in erem. & ſerui Dei, ac diſcipuli veritatis
bellum vitijs potius, quam hominibus in-
dicunt, nulli malum pro malo reddentes,
ſed correctionem peccatorum ſemper op-
tantes. Pulchrum enim valde eſt, & di-
uinæ beneuolentiæ comparandum, ama-
re propriam etiam in hoſte naturam.
S. Leo Papa ſerm. 10. *de Quadrag.* homi-
nem diſtinguendo à peccatore, vt inimi-
cus ſit, quia peccator, amicus quia ho-
mo. Dilige hominem, odio habe pecca-
torem, dilige naturam, non vitium, odi
vitium, non naturam. Quod enim Deus
in homine fecit, amicum tibi eſt, quod
verò diabolus in homine fecit, inimicum
tibi eſt, tibique inſidiatur. In vno igitur,
eodemque homine, & amicum diligamus,
& odio habeamus inimicum, *D. Euſ. emiſſ.*
in hom. fer. 6. *poſt. cin.*

35 Ob quam rationem condonandæ ſunt in-
iuriæ, *Matth.* 6. 12. immò neque ob iniu-
rias iraſcendum. Iracundiæ, aut memo-
riæ iniuriarum, aut contentionis, nullus
prorſus, neque geſtus, neque motus, non
verbum, non oculorum aeris obtutus, non
vultus conformatio ſit vlla, non aliud
quippiam, ex quo eorum, quibuſcum viui-
mus, irritari animus poſſit, *D. Baſil. ſerm.*
1. *de inſtit. mon.* Quinimo in iniurijs tacen-
dum, *D. Ambroſ. in Pſal.* 38. & earum obli-
uiſcendum. *D. Gregor. homil.* 35. *in Euang.*
& in 3. p. paſtoralis curæ admon. 11.

36 Demum ſub dilectione proximi inclu-
duntur etiam irrationalia, quæ diligi poſ-
ſunt ex charitate, tanquam bona, quæ alijs
optamus, in quantum ſcilicet ea ad ho-
norem Dei, & hominum vtilitatem ex cha-
ritate volumus conſeruari D. *Thom.* 2. 2.
quæſt. 25. *ar.* 3.

37 Ordo charitatis eſt, vt homo ante om-
nia diligat Deum. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 26.
ar. 2. deinde ſe ipſum, *d. quæſt.* 26. *ar.* 4.
tertio coniunctiores ſecundum carnem, *d.*
quæſt. 26. *art.* 8. vxorem ſcilicet, *d. quæſt.*
26. *art.* 11. deinde patrem, & matrem, *d.*
quæſt. 26. *art.* 10. deinde amicos benefa-
ctores, & beneficiatos, *d. quæſt.* 26. *art.*
12. poſtmodum inimicos, & poſtremò cor-
pus proprium, cui præferendus eſt amor
ſalutis animæ proximi, *d. quæſt.* 26. *art.* 5.
Quem dilectionis ordinem deſumit *San-*
ctus Doctor ex deformitate oppoſiti, quia
ſicuti iniquius eſt, illos odiſſe, quibus ma-
gis debemus, vel quibus magis coniuncti
ſumus, ſic æquius eſt, plus illos diligere,
quibus magis debemus, vel ſumus magis
38 coniuncti 2. 2. *quæſt.* 27. *art.* 7. Ex alio ta-
men capite, *vt ibidem ſubdit*, Inimicorum
dilectio poteſt eſſe coniunctorum, & ami-
corum dilectione perfectior; ſi videlicet
ratio talis dilectionis ſit ſolus Deus; vel
præſuppoſito etiam, quod vterque pro-
pter Deum diligatur, fortior tamen oſten-
ditur eſſe dilectio Dei, per quam hominis
animus ad remotiora diſtenditur, ſcilicet
vſque ad dilectionem inimici; ſicuti vir-
tus ignis tantò fortior eſt, quantò mate-
riam minus combuſtibilem comburere
poteſt.

39 Hic tamen charitatis ordo recipit inter-
pretationem. Etenim amandus quidem
poſt Deum Pater, amanda Mater, aman-
dus filius; ſi autem neceſſitas venerit, vt
amor parentum, ac filiorum amori Dei
comparetur, & non poſſit vterque ſeruari,
odium in ſuos, pietas in Deum ſit. D. *Hie-*
ron. in comm. ad Matth. cap. 10. & D. Niſ-
ſenus, *homil.* 4. *in Cant.* ſuper illa verba,
Ordinauit in me charitatem, docet, quo-
modo oporteat diligere Deum, & vxo-
rem, & inimicum; Deum nempe ex toto
corde, & anima, & potentia, & ſenſu;
proximum ſicut ſe ipſum; vxorem ſi purio-
ris ſit animæ, ſicuti Chriſtus Eccleſiam;
ſin autem eſt cordis paulò magis animi
perturbationibus obnoxij, ſicuti corpus
proprium; Inimicum autem, vt non red-
dat malum pro malo, ſed pro iniuria con-
ferat beneficium. Et Origenes ſuper ea-
„ dem verba, *homil.* 1. Te vult diuinus ſer-
„ mo diligere Patrem, filium, filiam, vult
„ te diligere Deum, ſed ne prius patrem,
„ & matrem, deinde diligas Deum, aut fi-
„ liæ magis, quam Dei charitate tenearis.
„ Vt autem poſt Deum etiam inter nos ordo
„ ponatur, primum mandatum eſt, vt dili-
„ gamus parentes, ſecundum vt filios, ter-
„ tium vt domeſticos noſtros. Si autem fi-
„ lius malus eſt, & domeſticus bonus, do-
„ meſticus in charitate filij collocetur.

40 Notandum etiam, quod licet ordine
perfectionis, & dignitatis dilectio Dei ſit
prior dilectione proximi, quia dilectio

Dei

Dei eſt finis dilectionis proximi. D. *Th.* 2. 2. *quaſt.* 44. *art.* 2. ordine ramen generationis, & diſpoſitionis eſt è conuerſo. D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 68. *art.* 8. *ad* 2.

41 Effectus charitatis erga Proximum ſunt, Pax, Concordia, Beneficentia, Miſericordia, Eleēmoſyna, Gratitudo, & Correctio fraterna.

42 Pax diuiditur in veram, & falſam. Vera eſt tranquilla libertas, & vnio appetituum in vnum appetibile. *Diuus Thom.* 2. 2. *quaſt.* 29. *art.* 1. & ſecundum *D. Auguſt. de verb. Dom. cap.* 9. Pax eſt ſerenitas mentis, tranquilliras animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis, quæ ſimultares tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari; nec ad hæreditatem Domini poterit venire, qui teſtimonium pacis noluit obſeruare.

43 Falſæ pacis tres enumerantur ſpecies à D. *Aug. de clauſtro animæ lib.* 3. *cap.* 9. pacis eſtimatæ, pacis ſimulatæ, & pacis imperatæ. Dum enim, *inquit*, inter ſæculares pacem quærimus, dum diſcordes ad concordiam reuocamus, æſtimant ſæculares, quod pacem inter nos habeamus; Dum in veſtimentis ouium foris eximus, & intus quaſi lupi rapaces gregem ſimplicem furtim lacerando diſpergimus, pacem ſimulamus, ſed non habemus. Dum verò Prælati ſubditis ſuis imperant, & eos diſciplinæ legibus non coarctant ſolummodo pacem docent, & non tenent. Eſtimant pacem ſæculares; ſimulant peruerſi clauſtrales; Imperant, & non tenent lepidi Paſtores; ſic igitur eſtimatur à neſcientibus, ſimulatur à non habentibus, imperatur à non tenentibus;

Plura de pace videre eſt apud. D. *Aug. de Ciuit. Dei cap.* 11. *& ſeqq.* vbi, poſtquam dixit, tantum eſſe pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis, atque mortalibus, nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil melius inueniri, ſubdit deinde *cap.* 12. eam eſſe cuiuſcumque belli optabilem finem, & ab omnibus tam bonis, quam malis appeti, ſi non vbique, & cum omnibus, cum ſe ipſis ſaltem, & cum quibus neceſſitas poſtulat; nec non à viuentibus ratione carentibus, & ab ipſis etiam corporibus inſenſitiuis. Eamque ſingillatim definit, *cap.* 13. dicendo, Pax itaque corporis eſt ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis ordinata cognitionis actionis cōſenſio. Pax corporis, & animæ, ordinata vita, & ſalus animantis. Pax hominis mortalis, & Dei immortalis, ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus ordinata imperandi, atque obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis ordinata imperandi, atque obediendi concordia ciuium. Pax cæleſtis ciuitatis ordinatiſſima, & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Et Pax omnium rerum tranquillitas ordinis.

44 Concordia eſt vnio appetituum diuerſorum appetentium, de qua Poeta cecinit, Velle, ac nolle ambobus idem eſt. Quam inter improbos dari non poſſe vult. *Strob. Serm,* 78. ſicuti lignum rectum cum curuo, aut duo ligna curua inter ſe conuenire nequeunt. Vide quæ dicemus infra *cap.* 11. *num.*

45 Beneficium eſt exterior amicitiæ, vel charitatis actus ſecundum rationem communem, ſicuti beneuolentia eſt actus interior præſuppoſitus à beneficentia, & definitur beneficium actio beneuola, gaudium tribuens accipienti: Porrò laus beneficentiæ, *ſecundum Senecam* conſiſtit in hoc, vt qui dedit, taceat, narret, qui accepit. Extat hac de re Martialis epigramma ad poſthumum, qui collata beneficia decantare conſueuerat:

Quæ mihi præſtiteris, memini, ſemperque tenebo,
Cur igitur taceo, Poſthume tu loqueris?
Incipio quoties alieni tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt duo, ſufficit vnus
Huic operi; ſi vis, vt loquar, ipſe tace.
Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

46 Miſericordia eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio, qua ſi poſſumus, ſubuenire compellimur; ſeu, per quam ſuppletur alienis defectibus, D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 30. *art.* 4. Quæ quidem magna virtus eſt, alijſque omnibus virtutibus ſuperior. Quapropter à Græcis oleum vocatur, quia ſicut oleum in liquoribus, ita in bonis operibus miſericordia ſuperior eſt. *Euſeb. Emiſ. hom. in Dom.* 4. *poſt Pent.* Tantaque eſt eius virtus, & potentia, vt vincula peccatorum diſſoluat, fuget tenebras, ignem extinguat, vermem mortificet, ſtridorem dentium expellat. Huic

Digitized by Google

cum fiducia portæ cæli aperiuntur, & veluti Regina intrante, nullus ianitorum, aut cuſtodum, qui portis aſſiſtunt, audet interrogare. Quis es tu, vel vnde, ſed omnes eam ſuſcipiunt. D. *Ioann. Chryſ. homil. 32. in epiſt. ad Hebr.*

47 Eleëmoſyna eſt opus miſericordiæ, quo datur aliquid indigenti propter Deum. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 32. art* 1. & plus valet, quam oratio; ſicuti oratio plus, quam ieiunium. *Archid. in cap. non ſufficit de pænit. diſ.* 1. Habetque promiſſionem vitæ præſentis, & futuræ. *23. quæſt. 5. ſecundum*. Eius partes ſunt quatuordecim, ſcilicet ſeptẽ corporales; paſcere eſurientes, potare ſitientes, nudos veſtire, hoſpites recolligere, viſitare infirmos, redimere captiuos, & ſepellire mortuos. Vnde verſus.

Viſito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo. Et ſeptem ſpirituales, docere ignorantem, & conſulere dubitanti, conſolari triſtes, corrigere peccantes, remittere offendenti, ſupportare oneroſos, & graues, & pro omnibus orare. Vnde etiam verſus:

Conſule, Caſtiga, Solare, Remitte, Fer, Ora

48 Vtrum eleëmoſynæ corporales ſpiritualibus ſint potiores; Reſpondet D. *Thom. d. quæſt. 32. art. 3. cap.* comparationem attendi poſſe dupliciter. Vno modo ſimpliciter loquendo, & ſecundum hoc eleëmoſynæ ſpirituales præeminent corporalibus triplici ratione. Primò quia id, quod exhibetur, eſt nobilius, donum ſcilicet ſpirituale, quod præeminet corporali. Secundò ratione eius, cui ſubuenitur, quia ſpiritus nobilior eſt corpore. Tertiò quantum ad ipſos actus, quibus proximo ſubuenitur, quia ſpirituales actus nobiliores ſunt corporalibus, qui ſunt quodammodo ſeruiles. Alio modo comparari poſſet ſecundum aliquem particularem caſum, in quo quædam eleëmoſyna corporalis alicui ſpirituali præfertur. E. g. fame moriens paſcendus eſt potius, quam docendus; quia, *ſecundum Phyl. lib. 3. topic. cap.* 2. Indigenti melius eſt ditari, quã phyloſophari, quamuis hoc ſit ſimpliciter melius.

49 De virtute eleëmoſynæ videantur ſacræ Scripturæ teſtimonia, in quibus legitur. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmoſyna reſiſtit peccatis. *Eccleſ. 3. 33.* Conclude eleëmoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit. *Eccleſ. 29. 15.* Eleëmoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. *Tob.* 4. 11. Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam eternam. *Tob.* 12. 9. Quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.* 11. 41. & alia ſexcenta poſſent afferri.

50 Quod verò attinet ad miſericordiam ſpiritualem, quam exercere debent, qui præſunt alijs, hæc debet eſſe iuſta in corrigendo, vt non deſit vinum auſteritatis, & oleum pietatis 45. *d. diſciplina*, diſcreta in docendo, 44. *d. ſit rector*, & prompta in offenſas relaxando, maximè quando pæniteat offendentes, 23. *q.* 4. *nemo poteſt.*

51 Gratitudo, ſeù gratiarum actio, quæ, *Secundum Senec. de benef.* ad plus dandum inuitat, eſt virtus ſpecialis, reddens gratiam benefactori. D. *Thom. 2. 2. quæſt.* 106. *ar.* 1. De qua *Cicero in orat. pro Gn. Plan.* Hæc eſt vna virtus, nõ ſolum maxima, ſed etiam mater omnium virtutum reliquarũ. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? Qui ſunt boni ciues, qui bello, qui domi, qui de patria benemerentes, niſi qui patriæ beneficia meminerint? Qui Sancti, qui religionem colentes, niſi qui meritam Dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus memori mẽte perſoluunt? Quę poteſt eſſe iucunditas vitæ, ſublatis amicitijs? Quæ porrò amicitia eſſe poteſt inter ingratos? *& lib. 1. de offic.* Imitari debemus agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt; etenim ſi in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus beneficia conferre, quales in eos eſſe debemus, qui iam profuerunt?

52 In gratiarum actione an ſit attendendus affectus benefacientis, vel effectus beneficij, reſpondet D. *Thom. 2. 2. quæſt.* 106. *art. 5. cap.* beneficij recompenſationem ad tres virtutes pertinere poſſe, ſcilicet ad iuſtitiam, ad gratiam, & ad amicitiam; ad iuſtitiam pertinet, quando habet rationem debiti legalis, vt in mutuo, & alijs huiuſmodi, in quibus compenſatio debet attendi ſecundum quantitatem dati. Ad amicitiam pertinet recompenſatio beneficij, & ſimiliter ad virtutem gratiæ, ſecundum quod habet rationem debiti moralis, ſed cum diſtinctione, nam in recompenſatione amicitiæ oportet haberi reſpectum ad amicitiæ cauſam, vnde in amicitia vtilis recompenſatio fieri debet ſecundum vtilitatem, quam quis ex

bene-

Digitized by Google

beneficio conſecutus eſt; in amicitia vero boneſti debet in recompenſatione reſpectus haberi ad effectum dantis, quia hoc præcipuè requiritur ad virtutem, vt dicitur *in 8. Ethic cap.* 13. & ſimiliter quia gratia reſpicit beneficium ſecũdum quod eſt gratis impenſum, quod pertinet ad affectum, ideo gratiæ recompenſatio magis attendit ad affectum dantis, quam ad ef-
53 fectum Beneficij. Propterea cum recompenſatio gratiæ reſpiciat beneficium ſecundum voluntatem benefacientis, in quo præcipuè hoc commendabile videtur, quod gratis beneficium, ad quod non tenebatur, contulerit, ideo qui beneficiũ accepit, ex honeſtatis debito ad id obligatur, vt ſimiliter aliquid gratis impendat. Non videtur autem aliquid gratis impendere, niſi beneficij accepti quantitatem excedat, quia quamdiu minus, vel æquale recompenſat, non videtur facere gratis, ſed reddere, quod accepit. Ideoque gratiæ recompenſatio ſemper intendit, vt pro ſuo poſſe ſemper aliquid maius tribuat. *D. Thom. d. quæſt.* 106. *art.* 6. *cap.* Congruit *Alex. ab Alex. Gen. dier. lib.* 5. *cap.* 1. vbi natura vult ita comparatum eſſe, vt qui beneficium accipit, eo conſilio, & animo ſit, vt illi, à quo accepit, ad tantundem ſponte obligatus maneat, eumque pari obſequio deuinciat, vt ſimilem, ſi occaſio detur, gratiam referat, qui de ſe benemeritus fuit, idque fit, non animi appetentia, aut lucri ſpe ſuadente, ſed quod ita homini natura præſcripſit, vt ampla præmia beneficijs demus. Siquidem ad promerendum nullã efficaciter vis, quam officium manet. Atque ita hoc perſpicuũ eſt, fixum homini, ingenitumque fuiſſe, vt ſicut ſe à vi, & iniuria tutari, & illatam contumeliam vlciſci, ac talionem reddere, iubente natura compellimur, ita collatum nobis officium alio officio penſare, & conferre cogamur, nec tantum eadem menſura, ſed multo maiore, ſi poteſt, beneficium remunerari, & benè cumulatam gratiam referre docet, nec vocare ad calculos expenſorum, & acceptorum. Vide, quæ dicemus infra *cap.* 8. *num.*

54 Correctio fraterna eſt admonitio charitatiua fratris de emendatione peccatorum ex fraterna charitate procedens. *D. Thom. in 4. ſent. di.* 19. *ar.* 2. *&* 2. 2. *quæſt.* 33. *ar.* 1. & in epiſt. Iacobi Apoſtoli *cap.* 5. 19.
„ Fratres mei, ſi quis errauerit ex vobis à
„ veritate, & conuerterit quis eum, ſcire de-
„ debet, quoniam qui conuerti fecerit pec-
„ catorem de errore viæ, ſaluabit animam
„ eius à morte, & operiet multitudinem
„ peccatorum. Attamen vbi probabiliter
„ eſtimatur, quod peccator admonitionem non recipiet, ſed ad peiora labatur, eſt prætermittenda. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 6. *cap.*

55 Dona correſpondentia charitati ſunt, Gaudium ſpirituale, quod habetur de bono diuino, & bono proximi. D. *Thom* 2. 2. *quæſt.* 8. *ar.* 1. Quod tamen admixtionem triſtitiæ poteſt habere, prout aliquis triſtatur de eo, quod repugnat participationi boni diuini, vel in nobis, vel in proximis, quos tanquam nos ipſos diligimus, D. *Thom. d. quæſt.* 28. *ar.* 2. Et donum ſapientiæ, in qua conſiſtit rectitudo circa diuina, & conſpicienda, & conſulenda, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 45. *ar.* 5. Cui ſapientiæ opponitur ſtultitia, quæ dicit quandam cordis hebetudinem, & obtuſionem ſenſuum. Atque etiam fatuitas, quæ importat totalem ſpiritualis ſenſus priuationem. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 46. *ar.* 1.

56 Charitati contrariantur, Odium Dei, & proximi, Accidia, Inuidia, Diſcordia, Contentio, Schiſma, Bellum, Rixa, Seditio, Scandalum.

57 Odium, *ſecundùm Cicer. lib.* 4. *tuſc. q.* eſt ira inueterata; & *ſecundum D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 29. *ar.* 1. *ad* 2. eſt diſſonantia appetitus animalis, vel appetitus rationalis ad apprehenſum, vt diſconueniens. Differt autẽ ab inuidia, quia odiũ etiã in brutorũ natura comperitur, vt eſt inter Egithum, & Acantidem; quorum nec cruor quidem, cum interfecti fuerint, commiſceri poteſt, Inuidia verò genus humanum non excedit. *Plut. in lib de diff. inter od. & inuid.*

Huiuſmodi paſſionem, ſi contra malum vertatur, laudabilem eſſe, colligitur ex D. *Aug. de Ciuit. Dei lib* 14. *cap.* 6. vbi, Ho-
„ mo qui ſecundum Deum, non ſecundum
„ hominem viuit, oportet vt ſit amator bo-
„ ni, vnde fit conſequens, vt malum ode-
„ rit. Et quoniam nemo natura, ſed quiſ-
„ quis malus eſt, vitio malus eſt, perfectum
„ odium debet malis, qui ſecundum Deum
„ viuit, vt nec propter vitium oderit homi-
„ nem, nec amet vitium propter hominem,
„ ſed oderit vitium, amet hominem. Sanato
„ autem vitio, totum quod amare, nihil au-
„ tem, quod debeat odiſſe, remanebit.

58 Accidia tripliciter ſumitur. Primò pro triſtitia in bono ſpirituali, & ita eſt gene-

rale

Digitized by Google

rale peccatum. Secundò pro horrore ſpiritualis boni, in quantum corpori laborioſum eſt, vel moleſtum, aut delectationis eius impedimentum; & hoc modo à vitijs carnalibus non ſeparatur. Tertiò pro triſtitia de bono ſpirituali, in quantum diuinum, & ſic eſt ſpeciale peccatum, D. *Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 35. *ar.* 2. *& quaeſt.* 36. *ar.* 1. Eius partes ſunt, Pigritia, quæ dicit tarditatem ad exequendum, & Torpor, qui importat remiſſionem in exequendo *D. Thom.* 2. 2. *q.* 54. *ar.* 2. *ar.* 1.

59 Inuidia eſt dolor de alienâ fœlicitate conceptus, vel *Sec. Phyl.* 1. *top.* eſt triſtitia de apparenti fælicitate alicuius, vel triſtitia de bonis alienis. Eius quatuor ſunt actus. Primò, cum quis triſtatur de bono alterius, in quantum ex eo timet nocumentum ſibi, vel alijs. Secundo, cum quis triſtatur de bono alterius, ex eo, quod ſibi deeſt bonum, quod alius habet. Tertiò cum quis triſtatur de bono alterius, in quantum ille, cui accidit, eſt eo indignus. Quarto cum quis triſtatur de bono alterius, in quantum ipſum excedit in bonis, qui actus inuidiæ ſolùm contrariatur charitati, in quantum bonum alterius eſtimatur malum proprium, diminutiuum, ſcilicet propriæ gloriæ, & excellentiæ, non verò quatenus ex hoc putat quis ſibi damnum aliquod imminere, *D. Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 36. *ar.* 1. Quando autem eſt perſeuerans, dicitur habere radicem in medullis, *de pœn. d.* 2. *cap.* 1.

60 Diſcordia eſt quædam voluntatum diſgregatio, qua voluntas vnius fertur in vnum, & voluntas alterius fertur in aliud vel *ſec. Iſid.* eſt aliquorum diuerſio, quos prius amoris vinculum colligabat, vel *ſec. D. Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 37. *ar.* 1. eſt diſgregatio quædam voluntatum in diuerſa, ex inani gloria prouenìens, *dicta quaeſtione* 37. *ar.* 2.

61 Contentio, quæ pariter oritur ex inani gloria, eſt contrarietas in loquutione. D. *Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 38. *ar.* 1. *&* 2. vbi, quod hæc contrarietas in locutione poteſt attendi dupliciter, & quantum ſcilicet ad intentionem contendentis, & quantum ad modum; quia ſi quis contrariatur veritati, eſt vituperabile; ſi verò contrariatur falſitati, eſt laudabile; Ita etiam ſi modus contrariandi conuenit perſonis, & perſonis eſt quid laudabile; Si vero talem conuenientiam excedat, eſt damnabile.

62 Schiſma eſt ſeparatio à ſummo Pontifice, & corpore catholicæ Eccleſiæ D. *Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 39. *ar.* 1. ſeu illicita diuiſio ab vnitate Eccleſiæ per inobedientiam, 24. *q.* 1. *loquitur*, *& cap. qua in te*. Et dicitur ſciſſura, quia per eam fit, *cap. ſciſſura, ead. cauſ. & quaeſt.* Quæ autem differentia ſit inter hæreſim, & ſchiſma, *notatur ibid. q.* 2. Quia hæreſis in ſuo principio habet peruerſum fidei dogma, quod non habet ſchiſma, ſed in fine vertitur in hæreſim, vt videatur ab Eccleſia receſſiſſe. 24. *q.* 3. *inter hæreſim.* Vnde dici poteſt, quod talis ſit differentia, qualis eſt inter diſpoſitionem, & habitum; Primò enim dicitur ſchiſma, ſed cum poſteà pertinaciter inhæſit ſuæ ſectæ, aſſerens non eſſe obediendum Romanæ Eccleſiæ, quia peccat in illum articulum, vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, vertitur in hæreſim.

63 Rixa, quæ ex litibus, & contentione naſcitur, importat quamdam contrarietatem in factis. *D. Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 41. *ar.* 1. & eſt iræ filia, *d. q.* 41. *ar.* 2. *c.* Definitur per *Albert. Magn. lib.* 3. *compend. cap.* 17. audax voluntas iniuriam factam vindicandi. Propriè tamen rixa eſt mutua percuſſio, & particulare bellum inter perſonas priuatas ſine publica auctoritate, ſcilicet vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos.

64 Bellum, & prælium licet promiſcuè quandoque vſurpentur, proprie tamen bellum eſt totum tempus, & apparatus militiæ; prælium verò eſt ipſum certamen armorum. Tunc verò bellum contrariatur charitati, quando eſt iniuſtum, quod mouet ſcilicet, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus, & implacabilis animus, feritas rebellandi, & dominandi libido 23. *quaeſt.* 1. *quid culpatur, &* D. *Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 40. *ar.* 1. *c.* Vt autem dicatur iuſtum, tria requiruntur, auctoritas Principis, *d. cap. quid culpatur*, iuſta cauſa, 13. *quaeſt.* 2. *Dominus*, & intentio recta, *d. cap. quid. culpatur*, *& cap. militare, ead. cauſ. & quaeſt.*

65 Seditio eſt quietis publicè turbatio *l.* 1. *C. de ſedit.* vel mutua inter partes multitudinis, ſeu tumultus impugnatio, & præparatio ad pugnam D. *Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 42. *ar.* 1. Qualiter ſeditioni ſit occurendum, docet *Plato in dial.* 9. *de legi.* vbi, quod non eſt optandum, vt perditis alijs, alteris victoribus, pax fiat, ſed vt amicitia, & pax reconciliatione inducatur.

66 Scandalum definitur; dictum, vel factum minus rectum, præbens alteri occaſionem ruinæ

ruinæ *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 43. *ar.* 1. Diuiditur in actiuum, paſſiuum, & actiuum, ac paſſiuum ſimul; ſeu in datum, acceptum, & datum, & acceptum ſimul. Poteſt enim quis ex dicto, vel facto minus recto nullatenus ſcandallizari, quod erit ſcandalum actiuum, ſeu datum, & poteſt quis ſcandalizari ex dicto, vel facto recto quod eſt ſcandalum paſſiuum, ſeu acceptum; & demum poteſt ex eodem facto recto, vel minus recto, contingere vtrumque, quod erit ſcandalum actiuum, & paſſiuum, ſeu datum, & acceptum.

Præterea *ſecundùm D. Bern.* non omnia ſcandala ſunt æqua lance penſanda; aliter enim accipienda ſunt ſcandala puſillorum, aliter Phariſeorum; illorum quippè ſcandala de ignorantia, iſtorum de malitia deſcendunt; illi ſcandalizantur, quia veritatem neſciunt, iſti quia veritatem oderunt. Videatur *gloſſ. in cap.* 2. *de temp. ordin. & in cap. niſi cum pridem* § *pro graui, de renun. & Doct. in cap. qui ſcandalizauerit, de reg. iur. in* 6. vbi quod propter ſcandalum euitandum, non debet quis malum committere; ſicuti, non debet quis mentiri, vt proximi auertat iniuriam 22. *quæſt.* 2. *ne quis.* Nec debet quis malum committere, quantumcumque paruum, vt maius malum proximus euitet. *Innoc. quem refert, & ſequitur Abb. in cap. officij de gen. & rem.* vbi quod textus in *d. cap. qui ſcandalizauerit*, procedit in iudice, & teſte, qui iudicare, & veritatem dicere tenentur omninò, nec propter quodcumque ſcandalum prætermittere. Videantur etiam notata *in cap.* 2. *de nou. oper. nunc.* per quæ declaratur idem textus *in d. cap. qui ſcandalizauerit*, vbi pariter *Abb.* quod pro ſcandalo euitando, non debet quis in quolibet genere quicquam committere, vel omittere.

67 Notandum pro complemento, licet charitas ſit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 8. *ar.* 4. & *quæſt.* 47. *ar.* 1. *c.* nullum tamen certitudinaliter poſſe conoſcere, ſe charitatem, & Dei gratiam poſſidere, ſed ſolum per coniecturas, quatenus noſcit ſe delectare in Deo, & odiſſe ſæculum, eiuſque pompas, & diuitias; niſi tamen ſibi diuinitus reueletur, *Diuus Thomas* 1. 2. *quæſt.* 112. *artic.* 9.

SVMMARIVM.

Differentia inter Sanctos, & Hypocritas, *n.* 6.
Hypocriſis opponitur veritati, & iuſtitiæ, nu. 1. *& charitati, nu.* 2.
Hipocriſis inter omnia vitia primum locum obtinet, nu. 3.
Hipocriſis definitio, nu. 4.
Hipocritæ quomodo differant à Sanctis, nu. 6.
Hipocritæ nuſquam virtute præditi, nu. 12.
Hipocritæ vndè dicti, nu. 4.
Hipocritæ quodnam bonum electis afferant, num. 14.
Hipocritarum qualitates, nu. 5.
Hipocritarum diuiſio, nu. 7. *& ſeq.*
Hipocritarum plures ſpecies, nu. 9.
Hipocritarum ſubtile genus, nu. 11.
Hipocritarum plura genera ex Chriſto Domino, nu. 13.
Grauiua quomodo intelligendus, nu. 15.
Signa extrinſeca virtutum non ſemper indicant virtutes intrinſecus, ſub nu. 13.

CAPVT VI.

De Hypocriſi.

1 Etſi D. *Thom.* hypocriſim opponat veritati, & iuſtitiæ, 2. 2. *quæſt.* 111.
2 *ar.* 2. Attamen videtur directè contraria charitati, cum illam deſtruat, quamuis
3 eiuſdem charitatis pallio ſe contegat. Ac per conſequens inter omnia vitia primum locum tenere, docet *Iſid. lib.* 3. *de ſumm. bon.* quia cætera vitia, vel à defectu, aut exceſſu à medio virtutis, vel à paſſione rationem obnubilante, vel à ſimplicitate, vel ruſticitate poſſunt oriri; ſimulatio verò, & hypocriſis non committitur niſi à malè aſtutis, per caliditatem vitia ſub ſpecie virtutum abſcondere valentibus. Et quia virtutes truncat mucrone virtutum; Ieiunium ieiunio perimit; oratione orationem euacuat; miſericoidiam miſeratione proſternit, *D. Chrys. ſerm.* 7. *in Matth.* Et demum quia leuius malum eſt, aperte peccare, quam ſimulare, & fingere ſanctitatem. D. *Hieron. ad c.* 16. *Iſai.*

4 Definitur Hypocriſis à D. *Thom. loc. cit.* ſimulatio alienæ perſonæ. Quia Hypocritæ dicebantur olim hiſtriones, qui comedias, vel tragædias recitantes, alienas perſonas, vt plurimum ab eorum conditione diuerſas, veluti Regum, Bellatorum, exprimebant. Succeſſu verò temporis per metaphoram

phoram hæc vox tranſlata eſt ad inſinceros chriſtianos, qui nequiſſimi cum ſint, iuſtorum perſonam induunt. Qui ſcilicet, vt inquit, *D. Greg.* oſſa ieiunijs atterunt, & mente turgent; corpus deſpectis veſtibus tegunt, & elatione cordis purpuram ſuperant; iacent in cinere, & excelſa non aſpiciunt; Doctores humilium, Duces ſuperbiæ; ouina facie lupinos dentes abſcondunt.

5 Et apud D.*Petrum Chryſ.ſerm.*122. Nihil aliud Hypocrita eſt, quam ſpecies arte compoſita, quæ aliud agit in re, & aliud promit in vultu. Cui conſonat *Phylo Iudæus quæſt. 66. in Gen.* dicens, quod Hypocritæ omnia tentant officiosè agere, non ex integritate cordis, ſed vt captata opportunitate decipiant.

6 Ex quo inter Sanctos, & Hypocritas hoc intereſſe vult. *D.Greg.lib.*18.*mor. cap.* 7. quod Hypocritarum ſtudium ſit, vt quod ſunt, ſupprimant, & quod, non ſunt, eſſe hominibus innoteſcat. Refugiunt videri, quod ſunt, & ante oculos hominum ſuperducta quadam innocentia honeſtate ſe veſtiunt. Quò contra omnes Sancti non ſolum gloriam ſupra modum ſuum omninò non appetunt, ſed hoc ipſum etiam videri refugiunt, quod eſſe metuerunt.

7 Diuiditur primo Hypocriſis à. *Calu. in lex iur. eod. verbo*, quod hypocritarum alij ſint craſſi, qui lucri tantum, aut honoris gratia pietatem, & ſtudium veræ religionis externo ſermone, actionibus, veſtitu, & varijs actibus ſimulant; cum intus in corde re vera ſint epicuræi, ſciantque, ſe nulla cura pietatis affici. Tales erant Phariſæi, quos pluribus in locis increpat Chriſtus Dominus, vt referemus inferius. Alij verò ſunt ſubtiliores, & occultiores, quos Deus tantum, & ſpirituales homines diiudicare poſſunt, cum nec ipſimet ſuam hypocriſim animaduertere valeant. Tális fuit ille Phariſæus, qui cum Publicano orabat in Templo, gratias agens Deo pro ſuis bonis, ſed illa à Deo non recognoſcens. *Luc.* 18. 11. Et item diues ille, qui ſe putabat legem inde à iuuentute ſeruaſſe. *Matth.* 19. 20.

8 Diuiditur ſecundo ab eodem *Calu. loc. cit.* quia alij non ſolum amplectuntur, & profitentur, ſed etiam docent, & promouent hypocriſim, quales ſunt, qui vocantur ſeductores. Alij verò hypocriſim in ſe tantum exercent, extrinſecus veram doctrinam, & religionem oſtentando.

9 Diuiduntur tertiò, ſeù potius deſcribuntur plures hypocritarum ſpecies *à Grauina in ſuo lapide lidio lib.* 1. *cap.* 8. Quod nempè alij rerum humanarum contemptum ſimulantes, vilibus induuntur veſtimentis, vt à plebibus tanquam viri Apoſtolici, & vt Apoſtoli habeantur, & ſub colore ſanctitatis verbum Dei adulterantes, falſa dogmata, & ſcandaloſa diſſeminant. Alij ſe ſimpliciſſimos, & doli incapaces oſtendunt, vt arte tali ſubtilitatem malitiæ cooperiant, quos lana, linoque contextam veſtem gerentes vocat D. *Greg.* 8. *moral. cap.* 31. Alij exultant, ſaltant, & ſpiritu iubilare ſe ſimulant, ſpiritualia canunt, vt magna de Deo ſentire videantur. Alij ſuſpiria effundunt, gemunt, & in lacrymas ſe diffundunt, in ore frequenter habent, *Laus Deo*, quaſi Deum ſemper in corde gerant. Quos proptereà hypocritas vocat. D. *Hieron. in quad.epiſ.* quia ſtrepitu labiorum Domino benedicunt, ſed nuda mente veritati contradicunt. Alij vt ſcribit. D. *Hieron. ad Ruſt.* ſublatis in altum humeris, & intra ſe neſcio quid cornicantes, ſtupentibuſque in terram oculis tumentia verba trutinantur, vt ſi præconem addideris, putes incedere Præfecturam, *& ad Euſtochium.* Nunc ſtrictis dentibus, nunc labijs diſſolutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, ruſticum putantes omne, quod naſcitur. Alij collum contorquent, vt appareant hominibus humiles. Alij funibus, catenis, aut cingulis ferreis ſe cingunt, de quibus. D. *Hier. ad Euſt. de cul. virg.* Viros fuge, quos videris catenatos, quibus hircorum barba, & nudi patientia frigoris pedes. Alij ſub ſpecie pietatis, & charitatis, aut ſubuentionis, proximum decipiunt, dando ad vſuram, vel etiam eleemoſynam impartiendo, vt maiora recipiant, quæ magis venatio appellanda eſt, quam eleemoſyna. D. *Hieron. ad Nepot.* Alij coronam, vel roſarium præ manibus geſtant, atque etiam recitant, licet eodem contextu de rebus mundanis, vel prophanis tractent. Alij vſque ad terram ſe profunde inclinant, terram deoſculantur, & lingunt, genibus reptant, pectus contundunt, & ſimilia oſtentant. Alij de Deo aliquid audientes, vel dum ſunt in Eccleſia, ſic ad cælum inhiare videntur, ac ſi manibus rapere vellint; in actus admirationis, aut eleuationis quaſi ad ſuperna rapiantur, erumpunt.

Alij

Digitized by Google

Alij ſuas actiones ſic attemperant, vt ex ore, viſu, geſtu ſanctitatem vndique ſpirare videantur, ſe viros inutiles, peccatores, & omnibus peiores tertio quoque verbo proclamantes. Alij demum viam ſpiritus, & deuotionis ſimulantes, de nulla alia re loquuntur, nihil aliud ſe meditari, quam magnalia Dei, ſuadere procurant.

10 Vnum tamen hypocritarum ſubtile genus non adnotat ibi Grauina, de quorum numero erat quidam nobilis, & ditiſſimus vir, ſed æque ſordidiſſimus, qui pallio ſanctitatis, & humilitatis extremam auaritiam tegebat, & inter alia vilitatis indicia teſtaceo poculo pretij ſemioboli ad bibendum vtebatur. Hic quolibet veſpere, antequam accederet cubitum, letanias recitabat cum ſuo famulo, deindè illum amplectendo deoſculabatur, ac de omni ſcandalo illa die ipſi dato, deque omni verbo otioſo, & actu impatientiæ, vel minimo, veniam rogabat. Accidit autem, vt quadam die prædictus eius famulus teſtaceum poculum fregiſſet, de quo nullatenus ira incenſus eſt, nec aliquam querimoniam fecit Dominus, ſed ipſo veſpere poſt recitatas inſimul letanias, illum deoſculari, vel amplecti, neque veniam de ſcandalis, & impatientijs rogare noluit, niſi prius poculum teſtaceum à ſe fractum ſolueret; & quia ſemiobolum non habebat, dulcibus, ſuauibus, ac pijs ſermonibus ipſum ſuaſit, ad ſibi exburſandum tres quadrantes, quibus habitis omnia de more compleuit. Vtinam fuiſſet ipſe ſolus huiuſmodi picæ inquinatus; ſed proh dolor, quot ſunt, qui pias congregationes frequentant, ad inuiſendum ægrotos, eiſque inſeruiendum etiam ad Hoſpitalia accedunt, pluraque pietatis opera publicè exercent; ſed ſi illos, vel in vno quadrante, aut honoris puncto tetigeris, væh tibi; tange montes, & fumigabunt.

11 De huiuſmodi hypocriſi videatur. *D. Greg. lib. 8. moral. cap. 25. relat. in cap. citius de pæn. diſ. 2.* vbi quod ante Deum Sanctitatem nunquam habuerunt. Sepè, *inquit*, homo multis occultè peccatis inuoluitur, & in vna aliqua virtute magnus videtur, quæ ipſa quoque virtus inaneſcens deficit, quia dum innoteſcit hominibus, procul dubio laudatur, eiuſque laus inhianter appetitur, vnde fit, vt & ipſa virtus ante Dei oculos virtus non ſit, dum abſcondit, quod diſplicet, prodit quod placet. Quæ itaq; merita eſſe apud Deum poſſunt, quando & mala occulta ſunt, & bona publica? Plerumque enim latet ſuperbia, & caſtitas innoteſcit, atque ideo oſtenſa diù caſtitas circa finem vitæ perditur, quia cooperta ſuperbia vſque ad finem vitæ retinetur. Alius eleemoſynis vacat, propria diſtribuit, ſed tamen multis iniuſtijs ſeruit, vel fortaſſe linguam in detractionibus exercet, & fit plerumque, vt qui miſericors fuerat, iuxta vitæ ſuæ terminū rapacitatis, & crudelitatis ſtimulis inardeſcat. Quod valde iuſto iudicio agitur, vt perdat ante homines, vnde hominibus placuit, qui hoc, vnde Deo diſplicuit, corrigere nūquam curauit. Alius patientiæ ſtudet, ſed dum inuidet alijs, & ſeruare in corde ſuo malitiam non cauet, fit quandoque impatiens, quia diù latuit dolens. Hi itaque, & per aliquid aurum ſunt, & per aliquid lutum; atque hoc aurum quaſi lutum ſternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus, quæ publice claruerat diſſipatur.

13 Verum nemo clarius hypocritas demonſtrauit, quam ipſe Chriſtus Dominus. Attendite, *inquit Matth. 6.* ne iuſtitiam faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicuti hypocritæ faciunt in ſinagogis, & vicis, vt honorificentur ab hominibus. Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Et cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.

Ex quibus patet, ipſos actus extrinſecos virtutum, iuſtitiæ, eleemoſynæ, orationis, & ieiunij, non ſemper eſſe ſigna virtutis intrinſecæ, ſeu virtutum intrinſecarum, de quibus dicitur, Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, *Pſal.* 44. 15.

Sequitur Chriſtus Dominus. Quomodo dicis fratri tuo, ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo. *Matth.* 7. 5. Per quod datur intelligi correctionem fraternam, ab eodem Chriſto Domino commendatam, *Matth.* 18. non ſemper à ſincero corde manare. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. *Matth.* 7. 15. Ex quo colligi poteſt, non omnes verbum Dei

euagelizantes eſſe veros Apoſtolos. Miſericordiam volo, & non ſacrificium, *Matth.* 9.13. *&* 12.7. ex quo poteſt inferri, Templorum, Collegiorum, & huiuſmodi magnificas fundationes, cæteroqui Sanctiſſimas, illos parum, aut nihil iuuare, qui pauperes excoriant, eorumque ſanguinem ſugunt, & illos, qui ingrati erga parentes, conſanguineos, & attinentes, egeſtate confectos, Eccleſias, Monaſteria, vel alia pia loca inſtituunt, non quidem ex pietate, ſed ne ipſorum diuitias ad manus eorum, qui illas expendere valeant, tranſmittant. Demum, veh vobis Scribæ, & Phariſei hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & ciminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem, *Matth.* 23.23. Per quod arguuntur mali ſuperiores, qui leges, & edicta ſuper minimis contra ſubditos promulgant, ipſi verò iuſtitiam nòn ſeruant, officia conferentes indignis, & dignitates plus offerentibus vendentes.

14 Bonum tamen aliquod ex malo hypocritarum electis prouenire docet. *D.Greg. loc.cit.* Sæpe, *inquiens*, Omnipotens Deus occulta quorumdam mala diù tollerat, vt aperta eorum bona electorum ſuorum vſibus profutura diſpenſet. Nam nonnulli, mundum nequaquam funditus deſerentes, non perſeueraturi, anguſtum iter arripiunt, ſed ad quærendam anguſtam viam exemplo ſuo eos, qui perſeueraturi ſunt accendunt. Vnde plerumque contigit, vt ipſum hoc, quod benè videntur viuere, non ſibi, ſed ſolis potius electis viuā, dum exēplis ſuis ad benè viuendi ſtudia perſeueraturos alios non perſeueraturi prouocant.

15 Quæ diximus ſupra ex Grauina de actibus exterioribus vilium indumentorum, terram publicè deoſculandi, pectus tundendi, & ſimilium, quod quandoque ſint ſigna hypocriſis, ſanò modo ſunt intelligenda, cum plures Religioſi, qui ad huiuſmodi actus tenentur ex inſtituto prædicādi non ſolum verbis, ſed etiam factis, pœnitentiam, contemptum mundi, charitatem, humilitatem, manſuetudinem &c. Qui propterea non ſunt hypocritæ, etiamſi perfectio intrinſeca huiuſmodi exterioritatibus non reſpondeat, quia illis non abutuntur ad cooperienda vitia, & decipiendum proximum, in quo conſiſtit hypocriſis, ſed ſequuntur inſtitutum, quod aliquando irreuocabiliter ſunt profeſſi.

SVMMARIVM.

Aſtutia opponitur prudentia, nu. 39. quid importet, nu. 46.
Cautio eſt pars prudentia, nu. 21. ad quid ordinetur, nu. 35.
Circumſpectio eſt pars prudentia, nu. 21. eius effectus, nu. 34.
Docilitas eſt pars prudentia, nu. 21. in quo conſiſtat, nu. 27.
Dolus opponitur prudentia, nu. 39. quid importet, nu. 47.
Economica prudentia qua ſit, nu. 15.
Euſtochia eſt pars prudentia, nu. 21. quid importet nu. 29.
Fraus opponitur prudentia, nu. 39. in quo conſiſtat, nu. 48. quomodo differat à ſimulatione, nu. 49.
Imprudentia opponitur prudentia, nu. 29. quid operetur nu. 42.
Inconſtantia opponitur prudentia, nu. 39. quid importet nu. 43.
Intellectus eſt pars prudentia, nu. 21. quid ſit, num. 26.
Maturitas quid ſit nu. 37.
Memoria eſt pars prudentia, nu. 21. in quo conſiſtat nu. 22. eſt duplex, nu. 23 quomodo differat à reminiſcentia, nu. 24. plurimum illi confert naturalis contemperatio corporis, cibus &c. nu. 25.
Militaris prudentia qua ſit, nu. 16.
Monaſtica prudentia qua ſit, nu. 17.
Negligentia opponitur prudentia, nu. 39. In quo conſiſtat, nu. 44.
Perfectorum eſt ſolidus cibus nu. 6.
Præcipitatio opponitur prudentia, nu. 39. eius effectus, nu. 41.
Prouidentia eſt pars prudentia, nu. 21. quid importet, nu. 33.
Prudentia inter virtutes morales primum locum obtinet, nu. 1. & 19.
Prudentia præualet corporis fortitudini, nu. 2.
Prudentia definitio, nu. 3.
Prudentia diuiditur in infuſam, & experimento acquiſitam, nu. 4. In veram, & perfectam, & falſam, nu. 8. in generalem, & ſpecialem, nu. 11. in regnatiuam, politicam, æconomicam, militarem, & monaſticam, num. 13.
Prudentia vera, & imperfecta qua ſit, nu 9.
Prudentia vera, & perfecta qua dicatur, nu. 10. eiuſque nouem regula, ibidem.
Prudentia experimentalis requiſita, nu. 7.
Prudentia ſecundum habitum datur in pueris baptizatis nu. 5.

Prudentia quomodo præſtituat finem alijs virtutibus, nu. 12.
Prudentia politica quid importet, nu 14.
Prudentiæ obiectum, nu. 18.
Prudentia ſine alijs virtutibus moralibus ſtare non poteſt, nu. 20.
Prudentiæ partes integrales, nu. 21.
Prudentia vt acquiratur, opus eſt eruditione, num. 28.
Prudentiæ correſpondet donum Conſilij, cui correſpondet quinta beatitudo, nu. 53.
Prudentiæ virtutes particulares, & earum officium nu. 38.
Prudentiæ vitia oppoſita, nu. 39.
Prudentia carnis opponitur virtuti prudentiæ, nu. 39. quid importet, nu. 45.
Ratio, ſeu ratiocinatio eſt pars prudentiæ, nu. 21. quid ſit, nu. 31. Diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem, nu. 32.
Regnatiua prudentia quid importet, nu. 13.
Solertia eſt pars prudentiæ, nu. 21. in quo conſiſtat, nu. 30.
Sollicitudo eſt pars prudentiæ, nu. 21. quid importet, nu. 36.
Sollicitudo temporalium opponitur prudentiæ, nu. 39. quid importet, nu. 50.
Sollicitudo futurorum opponitur prudentiæ, nu. 39. quid importet, nu. 51 & quando non improbetur, nu. 52.

CAPVT VII.

De Prudentia.

1 INter omnes virtutes morales, & cardinales primum locum obtinet prudentia, cum ſit omnium perfectiuà, & quę dat omnibus, modum, & formam eaſque coadiuuat, in omnibus operando. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 47. ar. 5. ad 2. & ar. 6. ad 3. & q. 166. ar. 2. ad. 1.* Docetque qualiter præteritorum reminiſcendo, præſentia dirigas, & futura prouideas. D. *Aug. ad Erem. ſerm. de prud.*

2 Quantum corporis fortitudini pręemineat animi prudentia, pcibellè cecinit *Ouid. Metamorph. lib. 13.* Vliſſem inducens contra Aiacem hæc loquentem.

Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides; tu tantum corpore prodes,
Nos animo; quantoque ratë qui temperat anteit
Remigis officium; quantum eſt Dux milite maior,
Tantum ego te ſupero.

3 Definitur prudentia ſecundum. *D. Aug. lib. 1. de lib. arb.* Appetendarum rerum, & euitandarum ſcientia. *ſecundum Macrobium*, virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa, quæ cogitat, quæque agit, ac nihil præter rectum, & laudabile facit. *ſecundum Ciceron. lib. 2. Rhetor.* rerum bonarum, ac malarum ſcientia. *Et ſecundum Philoſophum lib. 1. Rethor.* mentis virtus, qua be bonis, ac malis, quæ ad fælicitatem pertinent, benè poſſumus conſulere, *& in 6. Etihc.* Recta ratio agibilium, ſeù agendorum; quam canonizat *D. Tho. 2. 2. quæſt. 47. ar. 2.*

4. Diuiditur primo prudentia in infuſam, &
experimento acquiſitam. Prudentia infu-
ſa eſt recta ratio agendorum circa ea,
quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, quæ datur
in omnibns habentibus gratiam gratum
facientem, vt probauimus ſupra *cap.* 5. Si-
5 cuti etiam in pueris baptizatis, rationis
vſum nondum habentibus, datur ſecun-
dum babitum, licet non ſecundum actum,
atque etiam in amentibus. In ijs vero, qui
rationis vſum iam obtinuerunt, datur
etiam ſecundum actum, qnantum ad ea,
quę ſunt de neceſſitate ſalutis; & per exer-
citium meretur augmentum, quouſque
perficiatur, ſicut & ceteræ virtutes. Per
hoc dicit *Apoſt. ad. Hebr. 5. 14.* quod per-
fectorum eſt ſolidus cibus, eorum ſcilicet,
qui pro conſuetudine exercitatos habent
ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. D.
Thom. 1. 2. quæſt. 47. art. 14. ad 3. Et ſi
per peccatum amittatur, per pænitentiam
reſtituitur. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 53. art. 1.
ad 3.*

7 Prudentia experimentalis, ſeù experimento acquiſita eſt, quæ acquiritur per exercitium recte percipiendi, *D. Thom. d. quæſt. 47. ar. 16. ad* 2. Generatur autem vt *Iamblico placet*, primum à ſincera perfectaque mente, atque ſic genita in ipſam mentem intuetur, à qua perficitur, modumque, & exemplar inde ſibi pulcherrimum omnium ſuarum actionum habet. Ec enim vir prudens hoc maxime requirit, vt natus ſit ingenium ſolers, memor & ingenioſum; deinde ſtatim à puero animum exerceat, ratiocinetur, circa exactas ſpeculationes, & rectam phyloſophiam verſetur; poſtea de Deo legibus, & vitijs hominum experientiam adipiſcatur. Duo enim ſunt, quæ prudentiæ habitum gignunt, quorum alterum eſt, vt mens diſciplinis, & cognitione ſit munita. Alterum ſpectacula, & negotia multa, quæ partim ipſummet vnumquemque ſpectaſ-

ſe oportet, partim ab alio percepiſſe. Nam neque ij, qui mox ab incunabulis, rationibus, diſciplinis, atque exquiſitis contemplationibus animum exercitauit, ad prudentiam ſatis idoneus eſt; neque ille, qui iam dictorum nihil conſequutus eſt, ſed in multis alijs, hiſtorijs, & rebus, experiendo verſatus. Prior enim ad ſingularia perpendenda cæcum habet animum, alter in vniuerſalium contemplatione nihil videt. Quemadmodum enim aliquis computando, partibus coniunctis, totum ex ipſis reſultans colligere poteſt; Ita in rebus quoque ratio quidem ſpeculationem vniuerſalem delineat, experientia verò ſingularia iudicat.

8 Diuiditur ſecundo prudentia in veram, & perfectam, in veram, ſed nun perfectam, & in falſam, falſa prudentia non eſt proprie prudentia, ſed dicitur prudentia per ſimilitudinem; cum enim prudens ſit, qui benè diſponit ea, quæ pertinent ad aliquem finem; Ille qui propter malum finem, eidem congruentia diſponit, dicitur quidem prudens, ſed falſa prudentia, de qua *Rom.* 8. Prudentia carnis mors eſt, *D. Thom. 2.2. quæſt. 47. art. 13. cap.*

9 Prudentia vera, ſed imperfecta eſt, quæ adinuenit vias, ad finem vere bonum accommodatas, ſed deficit vel in actu principali prudentiæ, veluti cum quis recte conſiliatur, & benè iudicat de ijs, quæ pertinent ad totam vitam, ſed non efficaciter præcipit, qui eſt principalis actus prudentiæ. *D. Thom. dict. quæſt. 47. art. 8.* vel quia illud bonum, quod ſibi pro fine ſtatuit, non eſt communis totius humanæ vitæ finis, quæ prudentia in malis æque, ac in bonis eſſe poteſt. *D. Thom. 2.2. quæſt. 7. art. 13. cap. & ad 3.*

10 Vera demum, & perfecta prudentia eſt, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè cōſiliatur, iudicat, & præcipit. Hæcque ſola dicitur ſimpliciter prudentia, & quæ in malis eſſe non poteſt. *D. Thom. dicto art. 3. corp. & quæſt. 50. art. 3. ad 2. & quæſt. 51. art. 1. ad 3.* Cuiuſque nouem regulas, totius humanæ vitæ directiuas conſtituit. D. *Anton. in Summ part. 4. tit. 2. cap* 4. Quarum prima eſt, dirigere intentiones in vltimum finem, qui eſt ſummum bonum; qui enim prudens eſt, omnia, quæ facit, ad Dei laudem, & honorem facere debet; quia quamuis licitum, & laudabile ſit, Domino cæleſtis præmij intuitu deſeruire, iuxta illud, Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem, *Pſal.* 118. 119. non tamen ad puritatem intentionis pertingit, qui non ſolo placendi Deo mouetur affectu. Qui enim alijs motiuis operatur, non ſeruum fidelem, ſed mercenarium; non filium beneuolum, ſed ingratum imitatur. D. *Gregor. lib. 8. moral. cap. 30.* Secunda regula eſt, Dirigere cogitationes, quæ debent in vltimum finem vniri, firmæ, ſtabiles, & humiles; quia continua Dei memoria, ſiue præſentia, vel cogitatio perfectam cauſat Dei notitiam. Tertia dirigit illuſtrationes; Et in hoc ſicuti duplex eſt oculus, duplex requiritur intellectus; ſpeculatiuus ſcilicet circa cognoſcibilia, & practicus circa operabilia, vt à veris falſa, & mala à bonis ſecernantur. Quarta dirigit exempla probatæ vitæ, ac morum ſanctitatem, quibus quilibet non ſolum conſcientiæ ſuæ prouideat, ſed etiam proximum bonis exemplis inſtruat. Quinta dirigit locutiones, quia in ſermonibus potiſſimum eſſe moralis prudētiæ iudicium monet ſapiens. Qui enim moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. *Prou. 10. 19.* Sexta dirigit operationes in vltimum finem, non tarde, ſed prompte, quæ exemplificantur, à D. *Anton. ibidem* in actibus pietatis, alijſque bonis operibus, præcipuè vero in Eccleſiarum, & ſacramentorum frequentatione, & dolendo de peccatis, quia in his ominibus ordinate exercendis reſplendet prudentia. Septima dirigit fructificationes, quæ exemplificantur, *ab eodem D. Anton. ibid.* in amore caſtitatis. Octaua dirigit gubernationes, vtriuſque ſcilicet appetitus moderationes, *D. Anton. ibidem* Nona dirigit diſciplinationes, ſeu alios docendi modum.

11 Diuiditur tertio prudentia in ſpecialem, quatenus eſt ſpecialis virtus, perficiens intellectum in via cognoſcitiua, & ratione practica. *D. Thom. 1.2. quæſt. 57. art. 3. & quæſt. 58. art. 3. ad 1. & 2.2. qu. 47. ar. 1. & ſeqq.* & in generalem, quatenus eſt generalis regula, & perfectio omnium virtutum, dans eis modum, & formam, eaſque adiuuans, in omnibus operando, ac illas dirigens, præſtituendo finem, & quæ ſunt ad finem eligendo. *D. Thom. 1.2. quæſt. 66. art. 3. ad 3. & 2.2. qu. 47. art. 5. ad 2. art. 6. ad 3. & art. 7. &*
12 *quæſt. 119. art. 3. ad 3.* Quod ita intelligendum eſt, non vt prudentia virtutibus moralibus finem præſtituat, quia hoc na-

tura-

turalis rationis opus eſt, ſed quod attingat modũ rationis, qui cuiuslibet moralis virtutis, eſt finis & diſponat de ijs, quæ ſunt ad finem. D. *Thom. 1. p. quæſt. 22. art. 1. ad 1. & 2. 2. quæſt. 47. art. 6. cap. & 7.*

13 Diuiditur 4. in Regnatiuam, Politicam, Economicam, Militarem, & Monaſticam. Regnatiua pertinet ad Principes in regendo, & præcipiendo, quæ ideo ponitur ſpecialis virtus, quia in ea inuenitur ſpecialis ratio regiminis, cum valde diuerſum ſit, regere ſolũ ſeipſũ, & regere communitatẽ Ciuitatis, vel Regni *D. Tho. 2. 2. q. 50. ar. c.*

14 Politica eſt propria ſubditorum, per quã ſeipſos dirigunt in obediendo Principibus. D. *Thom. d. q. 50. ar. 2. c.* quia vt inquit *Phyloſ. 6. & hic cap. 8.* Prudentia in Principe eſt ad modum artis architectonicæ, in ſubditis verò ad modum artis operantis.

15 Aeconomica ponitur media inter regnatinam, & politicam, cum pertineat ad regimen vnius domus, vel familiæ, quia ſicuti vna perſona eſt pars domus, ita domus eſt pars Ciuitatis, vel Regni. *D. Tho. d. quæſt. 50. ar. 3. c.*

16 Militaris ideo ponitur pars prudentiæ, quia ad ipſam ſpectat, dirigere media ad reſiſtendum extrinſecis impugnantibus, & corruptiuis. D. *Thom. d. q. 50. ar. 4. c.* fuit enim inſtituta ad propulſandas iniurias, & vindictam inferendam, *23. q. 1. §. 1.* non verò pro libidine dominandi, crudelitate vlciſcendi, & cupiditate nocendi *33. q. 2. quid in bello.*

17 Monaſtica eſt eadem ac prudentia ſimpliciter dicta, quæ ordinatur ad bonum proprium perſonale. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 47. art. 11.* Qua ſcilicet quis in proprijs actionibus ritè obeundis ſeipſum dirigit, & reſpicit, quid agere debeat, proprium bonum intendens.

18 Obiectum prudentiæ eſt, ponere medium in virtutibus *D. Thom. d. quæſt. 47. art. 7.* Nomine autem medij venit æqualitas inter exceſſum, & defectum. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 64. art 1. cap.* Quia, *vt inquit ibidem Sanctus Doctor*, cum virtus de ſui natura ordinet ad bonum, & virtus moralis propriè ſit perfectiua appetitiuæ partis animæ circa aliquam determinatam materiam, menſura, & regula motus appetitiui circa appetibilia eſt ipſa ratio. Bonum autem cuiuſlibet regulati, & menſurati conſiſtit in hoc, quod conformetur ſuæ regulæ ſicuti bonum in artificiatis eſt, vt artis regulam ſequatur; malum autem conſiſtit in hoc, quod à ſua regula, vel menſura diſcordet, quod contingit tam per exceſſum, quam per defectum; Medium autem inter exceſſum, & defectum eſt æqualitas, ſeu conformitas, quæ conſiſtit in indiuiſibili, ſicuti veritas; Econtra verò exceſſus, & defectus ſuſcipiunt magis, & minus, ſicuti falſitas. Vnde inoleuit adagium: Bonum ex integra cauſa, malũ autem ex ſingulis defectibus, & verſus:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra, citraq; neſcit conſiſtere rectum.

19 Licet autem prudentia cæteris virtutibus moralibus ſit nobilior D. *Thom. 1. 2.*
quæſt. 66. ar. 1. corp. & 2. 2. quæſt. 23. ar.
6. corp. quæſt. 56. ar. 1. ad 1. & quæſt. 123.
20 *ar. 12.* Cum alijs tamen eſt taliter connexa, vt ſicuti nulla moralis virtus ſine ipſa dari poteſt. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 58. ar. 4. & 2. 2. quæſt. 47. ar. 4.* ſic etiam ipſa ſine alijs moralibus virtutibus inueniri nequit *D. Tho. 1. 2. q. 57. ar. 4. & q. 58. ar. 5. & 65. art. 1, & 2. 2. quæſt. 43. ar. 13. ad 2.*

21 Partes integrales prudentiæ ſunt Memoria, Intellectus, Docilitas, Euſtochia, Solertia, Ratio, ſeu Ratiocinatio, Prouidentia, Circumſpectio, Cautio, Sollicitudo in exequendo, & Maturitas in conſulendo, & conſiliando. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 47. ar. 9. & quæſt. 49. per tot.*

22 Memoria, *Sec. Cic. 1. tuſc. quæſt.* eſt ſignatarum rerum in mente veſtigium. *Sec. Ariſt. lib. de mem. & remin.* eſt iterata reſumptio alicuius apprehenſi ſenſu, vel intellectu, *& ſec. D. Thom. 2. 2. q. 49. ar. 1.* memoria eſt, per quam plurium præteritorum habetur experimentum.

23 Duplex eſt memoria, naturalis ſcilicet, quæ noſtris animis eſt inſita, & ſimul cum cognitione nata; & artificioſa, quam confirmat inductio quædam, & ratio perceptionis, *vt apud Rhetor.*

24 Differunt memoria, & reminiſcentia, *ſecundum Ariſt. lib. de mem. & reminiſc.* Primò ſecundum tempus, quia licet vtraque ſit circa præteritum, attamen reminiſcentia requirit obliuionem in tempore intermedio, non autem memoria. Secundò, quia memoria bene conuenit etiam brutis animalibus, non ſic autem reminiſcentia.

25 Memoriæ plurimum confert naturalis contemperatio corporis, & adiuuatur tota ratione victus, cibis, potionibus, exercitamentis, quiete, ſomno &c. *Ludou. Viu. in lib. de anim.*

26 In-

Digitized by Google

26 Intellectus *ſec. Ariſt. lib.6.& hic* eſt ha-
bitus principiorum, ſeù habitus circa prin-
cipia intelligibilia. Altius tamen ſumitur
hic, quatenus importat quamdam rectam
æſtimationem alicuius extremi principij,
quod accipitur, vt per ſe notum. *D. Thom.*
2. 2. *quaeſt.* 49. *ar.* 2.

27 Docilitas, ad quam pertinet, vt quis
diſciplinæ ſit bene ſuſceptiuus, ponitur
pars prudentiæ, quia cum prudentia ver-
ſetur circa particularia operabilia, in qui-
bus quaſi infinitæ ſunt diuerſitates, hæ nō
poſſunt ab vno tantum homine ſufficien-
ter conſiderari, nec per modicum tempo-
28 ris, ſed per diuturnitatem. Propterea in
ijs, quæ ad prudentiam pertinent, maxi-
me indiget homo, vt ab alijs erudiatur,
præſertim à ſenibus, qui ſanum intelle-
ctum circa fines operabilium ſunt adepti.
D. *Thom. d.quaeſt.49.ar.3.*

29 Euſtochia eſt bene coniecturatiua de
quibuſcumque, ſeu bona coniecturatio ſi-
ne ratione, hoc eſt ſine diſcurſu, & velox,
quando ex improuiſo aliquid agendum
occurrit. D. *Thom. 2. 2. quaeſt. 49. art. 4.
corp.& ad 2.*

30 Solertia definitur *à Phyl. lib. 1. poſt cap.*
27. quædam bona coniectatio in non per-
fecto tempore medij; ſeù perſpicacitas
quædam, per quam cuiuſque rei medium,
& cauſa nobis ſtatim occurit, *& ſecundum
Alber. Magn. in poſter.* eſt ſubtilitas quæ-
dam medij inueniendi parua deliberatio-
ne. *At ſecundum D. Thom.* eſt habitus, qui
prouenit ex repentino, inueniens, quod
congruit, *d. art.* 4. vbi paruum ab euſto-
chia differre videtur.

31 Ratio, ſeù ratiocinatio eſt inquiſitio ex
quibuſdam alijs procedens. D. *Thom. d.
quaeſt.49. ar.* 5. ſeu diſcurſus intellectus,
quo applicantur vniuerſalia principia agi-
bilium ad particularia, varia, & incerta
agibilia. *Macrob. in comm. ad ſomn. Scip.*
32 Diſtinguitur in ſuperiorem, & inferiorem.
Ratio ſuperior eſt, quæ intendit æternis
conſpiciendis, aut conſulendis. Conſpi-
ciendis quidem, vt ſecundum ea in ſe ipſis
ſpeculetur. Conſulendis verò, vt ex his
regulas agendorum accipiat. Ratio infe-
rior eſt, quæ temporalibus rebus intendit.
D. Auguſtin. lib. 12. de Trin.

33 Prouidentia eſt notio futurum perctra-
ctans euentum; cuius officium eſt, ex præ-
ſentibus futura perpendere, aduerſus ad-
uenientem calamitatem ſe conſilio præ-
munire. *D. Aug. de Spir. & litt.* &, *ſecun-
dum* D. *Thom. d. quaeſt. 49. art. 6.* impor-
tat reſpectum quemdam alicuius diſtantis
ad ea, quæ in præſenti occurrunt, & or-
dinanda ſunt. Hanc prouidentiam à ſa-
piente in quolibet actu habendam vult
Imperator, §. *non autem, in Auth. de hared.
& falc. coll.* 1.

34 Circumſpectio facit vt homo id, quod
ordinatur in finem, comparet etiam cū ijs,
quæ circumſtant. D. *Thom. d. quaeſt.* 49.
art. 7.

35 Cautio ordinatur ad hoc, vt mala, quæ
vt plurimum accidere ſolent, & ratione
poſſunt apprehendi, vel totaliter vitentur,
vel minus lædant, *d. q. 49. ar.* 8.

36 Sollicitudo eſt ægritudo animi cum co-
gitatione. *Cic. lib. 4. tuſc. q.* ſeu, eſt ratio-
nale ſtudium adhibitum ad aliquid conſe-
quendum. *D. Thom. 2.2. quaeſt. 47. art. 9.
corp.* quod maius eſt, vbi timor, minus vbi
ſecuritas. *D. Thom. 2. 2. quaeſt. 55. art. 6.*
Accipitur tamen hic, prout importat ce-
lerem conſiliatorum exequutionem, iuxta
illud; oportet operari velociter conſiliata,
conſiliari autem tarde, *Ariſt. 6. & hic.* Hæc
37 autem tarditas in conſulendo dicitur ma-
turitas, licet vocetur etiam maturitas vi-
rorum grauitas, quæ in cultu, geſtu, &
voce conſiſtit. *Specul. tit. de aduoc. §. 1. verſ.
cum autem.*

38 Virtutes adiunctæ prudentiæ, ſeù po-
tius actus prudentiæ ſunt, Eubolia, Syne-
ſis, & Gnome. Eubolia importat bonita-
tem conſilij, & dicitur ab *eu*, quod eſt bo-
num, & *bule*, quod eſt Conſilium, quaſi
bene conſiliatiua. D. *Thom. 2.2. q. 51. ar.*
1. Syneſis dicit bonum iudicium de inuen-
tis, & conſiliatis, *d. q. 51. art. 3.* Gnome
vero importat quandam perſpicacitatem
iudicij, ad iudicandum aliqua principia
altiora, quam ſint regulæ communes *d. q.
51. art.* 4.

39 Vitia oppoſita virtuti prudentiæ ſunt,
imprudentia, præcipitatio, inconſideratio,
inconſtantia, negligentia, prudentia car-
nis, aſtutia, dolus, fraus, ſollicitudo tem-
poralium, & ſollicitudo futurorum.

40 Imprudentia tripliciter ſumitur, nega-
tiue ſcilicet prout importat ſolam caren-
tiam prudentiæ. Priuatiue, in quantum
quis caret prudentia, quam natus eſt, &
habere debet. Et contrariè, quando quis
ſpernit ea, quæ ad prudentiam pertinent,
& in actu prudentiæ conſideranda ſunt,
2.2. *q. 53. art.* 1.

41 Præcipitatio facit, vt quis feratur ad
agen-

agendum per impetum voluntatis, vel paſſionis, abſque debito conſilio; ratiocinatione, circumſpectione, deliberatione &c. D. *Thom.* 2.2. *qu.* 53. *art.* 3. *c.* ſub qua continetur etiam temeritas, quia magnam cum ipſa conſanguinitatem habet.

42 Inconſideratio efficit, vt quis in recte iudicando deficiat, ex hoc, quod contemnit, vel negligit ea attendere, ex quibus rectum procedit iudicium. *D.Thom. dicta qu.* 53. *art.* 4.

43 Inconſtantia, ſeù leuitas, eſt animi comptus effectus, quo fit, vt homo non perſeueret in recto propoſito, aut officijs recte ſuſceptis, ſed nulla pietatis, & virtutis habita ratione, ſubinde mutat ſententiam, conſilia, & actiones ad aliorum voluntatem, à quibus commoda, vel incommoda ſibi poſita iudicat; vel breuius, importat receſſum à bono propoſito definito, 17. *qu.* 1. *qui bona*, D. *Thom. d. quæſt.* 53. *art.* 5.

Hæc autem quatuor vitia, ſcilicet imprudentiam, præcipitationem, inconſiderationem, & inconſtantiam, oriri ex luxuria, tenet idem. D. *Thom. d. q.* 53. *art.* 6.

44 Negligentia conſiſtit in defectu debitæ ſollicitudinis ſecundum interiorem actum. D.*Thom.* 2.2. *q.* 54. *ar.* 1. Differt à pigritia, & torpore, quia pigritia eſt tarditas in exequendis prudentiæ præceptis, torpor vero remiſſio in exequutione, poſtquã quis incæperit, qui ſunt actus exteriores.

45 Prudentia carnis proprie dicitur, quando, ſeu ſecundum quod aliquis bona carnis habet pro vltimo fine vitæ ſuæ, D.*Th.* 2. 2. *qu.* 55. *art.* 1. Circa quod videtur vtendum diſtinctione; nam ſi in cura carnis conſtituatur vltimus finis totius vitæ, tunc eſt peccatum mortale, cum per hoc homo auertatur à Deo. Si vero contingat, vt aliquis inordinate feratur ad aliquid delectabile carnis abſque hoc, quod auertatur à Deo, nec finem totius vitæ in delectatione carnis conſtituendo, eſt tantum peccatum veniale, ſi demum actu curam referat in honeſtum finem, e. g. cum aliquis ſtudet comeſtioni propter corporis ſubſtentationem, non vocatur prudentia carnis, quia ſic homo cura carnis vtitur, vt ad finem licitum. D.T*hom. d. quæſt.* 55. *art.* 2.

46 Aſtutia dicitur, quando quis ad ſuum finem ſiue bonum, ſiue malum aſſequendum, vtitur vijs non veris, ſed ſimulatis, & apparentibus. D.T*hom. d q.* 55. *art.* 3.

Plura exempla de aſtutia tam bona, quam mala, leguntur in ſacris paginis, vt de Rebecca. *Gen.* 27. 15. de Gabaonitis, *Ioſuè* 9.4. de Balaam, *num.* 24. 14. De Salomone, 3. Reg. 3. 25. De muliere thecuitide, 2. *Reg.* 14. quando tamen in malam ſumitur partem, dicitur verſutia.

47 Dolus importat executionem aſtutiæ tam per dicta, quam per facta. D. T*hom. d. q.* 55. *art.* 4. Definitur *à Farin. q* 88. *ex Vulp. in l,* 1. *§.* 1. *ff. de dol. mal.* Machinatio ad decipiendum, fallendumque alterum adhibita, cum aliud agitur, & aliud ſimulatur, & diuiditur in verum, & præſumptum, vt apud eumdem *Farin. d. q.* 88. *per tot.* vbi materiam plene tractat.

48 Fraus verò importat executionem aſtutiæ per facta tantum. D.*Thom. d. q.* 55. *ar.* 5. Definitur à *Farin. d. q.* 88. *nu.* 35. Actus malitioſus tendens de permiſſo ad prohibitum. Differt à ſimulatione; quia ſimulatio eſt, cum id, quod agimus, non verè agere intendimus; fraus autem eſſe poteſt etiam cum intentione agendi id, quod fit,
49 ſed cum alterius deceptione. *Farin. dict. quæſt.* 88. *nu.* 42. *vbi nu. ſeq.* quod fallacia, calliditas, machinatio, & impoſtura, ſunt eiuſdem fraudis ſpecies.

50 Sollicitudo temporalium, quæ ſuffocat ſpiritualia. 49. *d. cap. h. c. circa med.* tripliciter accidit. Primo, ſcilicet quando temporalia tanquam finem quærimus. Secundo, ſi propter ſuperfluum ſtudium circa temporalia retrahatur aliquis à ſpiritualibus, quibus principaliter inſeruire debet. Et Tertio quando quis timet, ne faciendo quod debet, neceſſaria ſibi deficiant. D. T*hom.* 2.2. *q.* 55. *ar.* 6.

De hac ſollicitudine videatur. D. *Greg. in moral.* vbi Amant, *inquit*, peruerſi homines pro huius mundi gloria tribulationes, cunctiſque pro ea ſudoribus libenter inſeruiunt, & grauium laborum iugo deuotiſſime colla ſubmittunt; quod bene ſub Ephraim ſpecie, Oſea prophetante, deſcribitur, qui ait. Ephraim vitula docta, diligens trituram. Vitula enim trituræ laboribus aſſueta, relaxata plerumque, ad eumdem laboris vſum etiam non compulſa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi ſeruitio dedita, & rerum temporalium fatigationibus aſſueta, etiam ſi ſibi libere vacare liceat, ſubeſſe tamen terrenis ſudoribus feſtinat.

51 Sollicitudo futurorum conſiſtit in hoc, quod quis ante tempus ſollicitus ſit de rebus

bus, de quibus ſufficit ſuis loco, & tempore ſollicitum eſſe; quæ damnatur à Chriſto Domino, dicente, Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, ſufficit enim diei
52 malitia ſua. *Matth. 6. 34.* Non improbatur tamen, quod quis humano more procuret id, quod in craſtinum probabiliter credit poſſe deficere; nam & ipſe Dominus ad informandam Eccleſiam loculos habere dignatus eſt; Et in actis Apoſtolorum ſcriptum reperimus, ea quæ ad victũ erant neceſſaria, procurata fuiſſe in futurum propter imminentem famem. D. *Th. 2.2. q. 55. art. 7. ad 3.* Porrò hæc vltima ſex vitia ab auaritia procedere, docet idem D. *Thom. d. q. 55. ar. 8.*

53 Prudentiæ correſpondet donum Conſilij. Cum enim ratio æterna ſit ſuprema regula omnis humanæ rectitudinis, prudentia, quæ importat rationis rectitudinem, maximè perficitur, & iuuatur, ſecundum, quod à Spiritu Sancto mouetur, & regulatur; quod pertinet ad donum Conſilij. D. *Thom. 2.2. q. 52. art. 2.* Cui
54 dono correſpondet quinta beatitudo, quæ eſt de miſericordia, quia conſilium eſt proprie de ijs, quæ ſunt ad finem, ad quem maxime vtilis eſt. D. *Thom. d. qu. 52. ar. 4.*

SVMMARIVM.

Acceptio perſonarum quid ſit, nu. 69. In quibus committi poſſit, nu. 70.
Adulatio quid ſit, & quando peccatum mortale, vel veniale nu. 58.
Affabilitas, & eius effectus, nu. 57.
Amicitia eſt pars iuſtitia, nu. 29. plura de eius natura, & qualitatibus, nu. 56.
Amicitia charitatiua quæ ſit, nu. 60.
Auaritia opponitur liberalitati, & in quo conſiſtat nu. 62.
Defectus à ratione quomodo attendatur, nu. 3.
Debitum legale. & morale, nu. 4. & 5.
Defferentia inter ius Canonicum, & ciuile quoad finem, nu. 21.
Epicieia ſeu equitas eſt pars Iuſtitiæ, nu. 29. quid importet, nu. 64.
Aequalitas in Iuſtitia quomodò accipienda, nu. 25. & 26.
Fictio defert à ſimulatione, nu. 52.
Gratia, ſeu Gratitudo eſt pars iuſtitiæ, nu. 29. in quo conſiſtat, nu. 40.
Gratitudo in ſolo ſapiente reperitur, nu. 41.
Hypocriſis opponitur veritati, nu. 53.
Iactantia opponitur veritati, nu. 49. quid ſit. num. 54.
Ingratitudo opponitur gratitudini, nu. 42. In aliquibus non cadit, nu. 44.
Ingratis eſt benefaciendum, nu. 43.
Inobedientia opponitur obedientiæ, nu. 39.
Ironia opponitur veritati, nu. 49. quid importet, nu. 55.
Iniuſtitia quotuplex, nu. 66. quæ ſub ea contineantur, nu. 67.
Iuſtitia definitio, nu. 1. & 11.
Iuſtitia eſt virtus ad alterum, nu. 2.
Iuſtitia diuiditur in vniuerſalem, & particularem nu. 6.
Iuſtitia vniuerſalis quæ ſit, & eius effectus, n. 7.
Iuſtitia eſt virtus perfectiſſima, nu. 8.
Iuſtitia, & iuſti ſigna, nu. 9.
Iuſtitia particularis definitio, nu. 10. & 11.
Iuſtitia diuiditur in diſtributiuam, & commutatiuam, nu. 24.
Iuſtitia partes integrales, nu. 27. & 28.
Iuſtitia partes potentiales, nu. 29.
Iuſtitia correſpondet donum pietatis, cui correſpondet 2. beatitudo, nu. 65.
Iuſtitia quæ vitia opponantur nu. 66.
Iuſtitia diſtributiua opponitur acceptio perſonarum, nu. 69. & in quibus committi poſſit, num. 70.
Ius quid ſit, nu. 12.
Ius diuiditur in diuinum, naturale, & poſitiuum, nu. 13. & ſeqq.
Ius gentium quale, nu. 15.
Ius naturale auctum per poſitiuum, nu. 16. & quare dicatur poſitiuum, nu. 18.
Ius poſitiuum diuiditur in Canonicum, & Ciuile, nu. 18.
Ius Canonicum quibus contineatur, nu. 19.
Ius Ciuile quibus contineatur, nu. 20.
Ius Canonicum & Ciuile quomodo in fine differant, nu. 21.
Ius, & lex quomodo differant, nu. 22.
Ius quomodo accipiatur in definitione iuſtitiæ, num. 23.
Liberalitas eſt pars iuſtitiæ, nu. 29. eius qualitates, & effectus, nu. 61. vitia illi oppoſita, nu. 62.
Litigium quid ſit nu. 59.
Mendacium opponitur veritati, nu. 49. quid ſit, & quot eius ſpecies, nu. 50. quomodo diſtinguatur à falſitate, 51.
Obedientia, in quo conſiſtat, eius qualitates, encomia ordo &c. nu. 35. & ſeqq.
Obſeruantia eſt pars Iuſtitiæ, nu. 29. quid importet, nu. 32. quæ contineat, nu. 33.
Pietas eſt pars iuſtitiæ, nu. 19. quid importet, nu. 30. eſt omnium virtutum fundamentum, nu. 31.

Prodi-

Prodigalitas opponitur liberalitati, & quid importet nu. 62. & 63.
Simulatio opponitur veritati, nu. 49. quid importet, nu. 52. differt à fictione ibid.
Veritas eſt pars Iuſtitia, nu. 29. eius definitio, nu. 48. qua vitia illi opponantur, nu. 49.
Vindicatio, ſeu vindicta eſt pars Iuſtitiæ, nu. 29. Eſt duplex, vna bon a, & altera mala, nu. 45. & 46. quomodo exercenda nu. 47.

CAPVT VIII.

De Iuſtitia.

1 IVſtitia definitur à *Tull. lib. 2. de inuen:*
Habitus animi communi vtilitate con-
ſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem.
& ad Herenn. Aequitas vnicuique tribuens
pro dignitate vniuſcuiuſque. *& 1. de offic.*
ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos,
& vitæ communitas continetur. *Et à Phy-
loſ. lib. 1. Rhet.* Virtus qua ſinguli ſua ſe-
cundum leges poſſident. *& lib. 6. ethic.*
Virtutum præclariſſima, & omnis virtus.
Ab omnibus tamen vniuerſaliter, tam theo-
logis, quam legum, & canonum profeſ-
ſoribus approbatur definitio tradita in *l.
Iuſtitia ff. de iuſt. & iur.* quod nempe ſit
coſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum
vnicuique tribuens, ſeu tribuendi.
2 Ex qua definitione colligitur, iuſtitiam
eſſe virtutem ad alterum, D. *Thom. 2. 2. q.
58. ar. 2. &* 10. cum eius actus ſit, redde-
re vnicuique quod ſuum eſt, *d. q. 58. ar.* 11.
vel quod debetur, licet non ſecundum
æqualitatem. E. g. cum homo non poſſit
æquale, ſeu tantum reddere Deo, quan-
tum illi debet, iuſtitia mandat, vt illi red-
dat, quod poteſt, nempè religionem, quæ
conſiſtit in cultu, cura, & cæremonijs. Sic
etiam parentibus cum æquale reddere ne-
queat, iuſtum eſt, vt pietate ſuppleat. Quod
pariter accidit in virtute, cui cum æquale
præmium dari non poſſit, per obſeruan-
tiam homines dignitatibus præcellentes
quodam cultu, & honore proſequimur.
3 Defectus verò à debito, ſeu ratione de-
biti poteſt attendi, ſecundùm quod debi-
4 tum legale ſit, vel morale. Debitum le-
gale eſt, ad quod reddendum quis adſtrin-
gitur lege; Et circa tale debitũ propriè ver-
ſatur iuſtitia, quæ eſt ſpecialis virtus. De-
5 bitum verò morale eſt, quod debetur ex
honeſtate virtutis; Et quod duplicem gra-
dum habet; quoddam enim eſt ita neceſſa-
rium, vt ſine illo morum honeſtas conſer-
uari non poſſit, exempl. gr. quod homo
talem ſe exhibeat in verbis, & factis, qua-
lis eſt; cui ſatisfit per veritatem. Quod-
dam verò neceſſarium ad maiorem hone-
ſtatem, cui ſatisfit per liberalitatem, affa-
bilitatem, & huiuſmodi. D. *Thom.* 2. 2.
q. 80. *ar.* 1.
6 Diuiditur primò Iuſtitia in vniuerſalem,
& particularem, ſeu ſpecialem. *D. Thom.*
2. 2. *q.* 58. *art.* 3. 6. *&* 8. Iuſtitia vniuer-
7 ſalis eſt illa virtus abſoluta, & perfecta
Domina, & Regina virtutum, qua neque
Heſperus, neque lucifer maiorẽ excitat ad-
mirationẽ, quæque omnes virtutes, & om-
nium legum obedientiam complectitur;
ex qua vna viri boni appellamur, & de qua:
Ariſt. lib. 5. Ethic.

Iuſtitia in ſe virtutes continet omnes.

Scilicet quæ moris ſunt, nam quæ in ratione,
& intelligentia conſiſtunt, nihil habent
cum Iuſtitia commercij, cum hæc verſetur
circa operationes, non circa paſſiones. D.
Thom. 2. 2. *q.* 58. *ar.* 9. Dicitur autem vir-
8 tus perfectiſſima, quia in ea ineſt actus vir-
tutis vndique perfectæ, & qui ea prædi-
tus eſt, non in ſe ſolum virtutem exercet,
ſed etiam in alios, & non modo ad ſuam,
ſed ad ſuorum, & aliorum vtilitatem.
Hocque modo iuſtitiam in ſacris litteris
ſæpiſſime legimus nominatam, & iuſtum
hominem appellatum. Sic Noe iuſtus di-
» citur *Gen.* 6. quo loco *D. Ioan. Chriſ. hom.*
» 23. iuſtus omnem virtutem amplectitur,
» hoc enim nomine conſueuimus dicere de
» his qui omnigenam exercent virtutem.
Quod idem repetit, *in Pſal.* 4. ſuper illa
verba, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ,
& ſuper illa verba, qui ingreditur ſine ma-
cula, & operatur iuſtitiam, *Pſal.* 14. & D.
Anſelmus, *in Dialog. de verit. cap.* 13. ſub-
tiliter de iuſtitia diſputans, eam definiuit
eſſe rectitudinem voluntatis propter ſe
ſeruatam; iuſtumque eſſe eum, qui facit,
quod debet; & iuſtum dici rectum corde,
9 imò rectum abſolutè. Huiuſque iuſtitiæ,
& iuſti ſigna tradit in Elucidario, dicens,
iuſti ſibi bene conſcij, & de futura ſpe cer-
ti, ſunt vultu hilares, oculis quadam gra-
tia micantibus, inceſſu modeſto, de abun-
dantia cordis dulces in verbis.

Videatur. *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.* 2.
cap. 21. vbi Scipionem memorat apud Tul-
lium hæc dicentem. Vt in fidibus, & ti-
bijs, atque cantu ipſo, ac vocibus con-
centus eſt quidam tenendus ex diſtinctis
ſonis, quem immutatum, ac diſcrepan-

tem aures eruditæ ferre non poſſunt,iſque concentus ex diſſimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur,& congruens; ſic ex ſummis, & medijs, & infimis interiectis ordinibus, vt ſonis moderata ratione ciuitatem conſenſu diſſimillimorum continere; & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in Ciuitate concordiam, arctiſſimum, atque optimum omni in Republica vinculum incolumitatis, eamque ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe.

10 Iuſtitia particularis, ſeù ſpecialis, quæ legalis dicitur, eſt illa, ad quam pertinent ius, & iuriſprudentia; quæ definitur, Di-
11 uinarum, & humanarum rerum notitia, iuſti, atque iniuſti ſcientia, *l. iuſtitia, ff. de iuſt.& iur.* ius verò eſt ars boni,& æqui,
12 *text. in l.1.eod.tit.* Quæ tria, nempè iuſtitiam, ius, & iuriſprudentiam,inter ſe comparat, *gloſſ.in l.2.eod.tit.* vt iuſtitia ſit virtus, ius ſit eius executio, iuriſprudentia ſit iuris ſcientia, *ſeu*, vt iuſtitiæ ſit, tribuere ius ſuum vnicuique, ius ad hoc adiuuat, & iuriſprudentia doceat, qualiter fiat.

13 Ius diuiditur in Diuinum, quod habemus in ſacris paginis; in naturale, quod diuinum etiam vocatur, eo quod conſiſtat in quibuſdam principijs,à Deo huma-
14 næ naturæ inditis; & in poſitiuum, ſeù humanum. Ius naturale ſub ſe continet Ius gentium, quod bifariam diuiditur, in primarium ſcilicet, & ſecundarium. Ius gentium primarium conſiſtit, vt diximus, in quibuſdam principijs, ſeù notitijs à natura, hoc eſt, à Deo mentibus hominum inditis, *§.naturalia Inſt.de iur.nat. gen. & ciu.* quod quidem ius, & quæ principia cum ipſo humano genere prodita ſunt. *l.1.*
15 *ff.de acq. rer. dom.* Ius gentium ſecundarium, quod aliqui etiam naturale ſecundarium vocant, eſt illud, quo omnes vbique humanæ gentes vtuntur. *l. 1. §. vult. ff.de iuſt.& iur.*

16 Cum autem ius naturale ſimplex eſſet, & paucis contentum præceptis(quæ vt recte perciperentur, & arctius obligarent, Deus ipſe viua voce renouauit in Decalogo, *D.Thom. 2.2.quæſt.122. ar.*) non videbatur omnibus humanis negocijs ſufficiens propter corruptos effectus, niſi latius determinaretur, & per ſingulorum circumſtantias diſtribueretur, proptereà prodijt ius poſitiuum, quod huiuſmodi naturales notitias latius extendit, format,
17 diſtribuit, & ad humanas functiones applicat. Dicitur autem poſitiuum quaſi ab hominibus poſitum ciuili quadam, & politica argumentatione ad extendendum
18 ius naturale. *Calu.in lex.iur.verbo ius omne.* Quod quidem ius poſitiuum diuiditur
19 in canonicum, & ciuile. Primum continetur in Conſuetudinibus,& Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, Concilijs Generalibus, Prouincialibus, & Diœceſanis, Decretis Pontificum, & Dictis Sanctorum, quæ compilantur in decreto, Decretalibus antiquis, & Sexto, Clementinis, & Ex-
20 trauagantibus. Secundum continetur in Pandectis, ſeu Digeſtis, & Codice, Iuſtiniani Cæſaris iuſſu compilatis, cũ addito nouo IureAutẽticorum, Nouellis conſtitutionibus, & libris fæudorum.

21 Quamuis autem vtrumque ius intendat, homines inducere in commune bonum, differunt tamen in fine, licet videatur idẽ; Nam Ius Ciuile intendit, hominem inducere in bonum commune, ſecundũ quod congruit humanæ ſocietati,ciuiliter, & tẽporaliter viuenti. Ius verò Canonicum intendit, hominem dirigere ad bonum commune, non ſolum ſecundum quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter, ſed etiam chriſtiane viuenti, & vitam æternam expectanti. Ac proinde plura vetat, quæ à Iure ciuili non prohibentur; ſicuti etiam plura iubet, quæ à ciuili non imperantur.

22 Ius, & lex, licet quandoque promiſcue ſumantur, & videantur idem importare, nomen iuris tamen eſt generale, legis verò ſpeciale; quia ius ad non ſcriptum etiam extenditur, lex verò ad ſcriptum tantum. *Calu. in lex. iur. eodem verbo.*

23 Notandum verò,in definitione iuſtitiæ nomen iuris non accipi pro iure ipſo, ſed quatenus importat id, quod lege præcipitur, ſeu pro eo,quod in vim iuris debetur.

24 Diuiditur ſecundo iuſtitia in diſtributiuam, & commutatiuam. Ad primam pertinet,diſtribuere præmia,& pœnas pro ratione, & varietate meritorum; & ſecunda verſatur circa contractus, & æquabilium rerum permutationes, pareſque cõpenſationes. Vtriuſque tamen medium eſt æqualitas, D. *Thom.2.2. qu. 58. ar. 2.*
25 quæ quidem æqualitas *ſec. Ariſt.* in iuſtitia diſtributiua ſumi debet proportione geometrica; quia ſi munera decernantur, habenda eſt ratio perſonarum, & laboris, itaut alia munera ſenioribus, alia iunioribus

bus

bus competant *l. ſemper ff. de iur. immun.* ſic etiam in infligendis pœnis, quod pertinet ad vindicatiuam, non omnes iiſdem pœnis coercendi ſunt; *l. non omnes ff. de re mil.* De qua quidem iuſtitia vindicatiua, ſeu vltrice, vide *D. Auguſtin. in ſerm. 14. ad fratr. in Erem.* vbi eam vocat virgam, qua percuſſa petra manat in fluenta, quia lapidea ſubditorum corda, iudicio iuſtitiæ fracta, in virtutum exuberāt flumina. Virgam Aaron, quæ frondet, dum mente concipitur, floret dum viriliter exercetur, & fructificat, dum ſubditi corriguntur. Et item ventilabrum, quo granum à palea ſeparatur. Quam tamen vindicatiuam tēperantiæ freno moderandam iubet *D. Gregor. homil. 3. in Ezech.*

26 In iuſtitia verò commutatiua æqualitas ſumenda eſt proportione aritmetica, quia in contractibus, & commercijs, omnia ad proportionem aritmeticam exiguntur. Quæ clarius explicantur *à D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. ad* 2. videlicet, cum iuſtitia particularis ordinetur ad aliquam priuatam perſonam, quæ comparatur ad Communitatem, ſicuti pars ad totum, poteſt ad aliqam partem duplex ordo attendi, vnus quidem partis ad partem, qualis eſt ordo vnius perſonæ priuatæ ad aliam, quem dirigit commutatiua iuſtitia, quæ conſiſtit in his, quę mutuo ſunt inter perſonas ad inuicem. Alius ordo attenditur totius ad partes, qualis eſt ordo communis, ad ſingulas perſonas, quem dirigit iuſtitia diſtributiua rerum omnium communium, ſecundum proportionabilitatem cuique parti debitam; ſecundum quam ex iuſtitia diſtributiua tantò plus alicui de bonis cōmunibus datur, quanto illa perſona maiorem habet principalitatem in Communitate. Quæ quidem principalitas in Ariſtocratia attenditur ſecundum virtutem, in Oligratia ſecundum diuitias, in Democratia ſecundum libertatem, & in alijs aliter. Ideoque in iuſtitia diſtributiua non accipitur medium ſecundum æqualitem rei ad rem, ſed ſecundum proportionem rerum ad perſonas, vt ſcilicet ſicut vna perſona excedit aliam, ita etiam res, quæ datur vni perſonæ, excedat rem, quæ datur alteri; & ex hoc inquit *Ariſt. 5. Ethic. cap. 3.* quod in iuſtitia diſtributiua ſeruatur proportio geometrica, in qua non attenditur æquale ſecundum quantitatem, ſed ſecundum proportionem; veluti ſi dicamus, ſicuti ſe habent ſex ad quatuor, ita ſe habent tria ad duo, quia vtrobique eſt ſexquialtera proportio, in qua maius habet totum minus, & mediam eius partem; non tamen eſt æqualitas exceſſus ſecundum quantitatem, quia ſex excedunt quatuor in duobus, tria verò excedunt duo in vnum. In commutationibus autem redditur aliquid alicui ſingulari perſonæ propter rem eius, quæ accepta eſt, vt vel maxime patet in emptione, & venditione, in quibus primo inuenitur ratio commutationis, ſcilicet æqualitatis rei ad rem, vt quanto iſte plus habet de eo, quod eſt alterius, tantundem reſtituat ei, cuius eſt, ac proinde fit æqualitas ſecundum aritmeticam proportionem, ideſt ſecundum parem quātitatis exceſſum, ſic quia quinque eſt medium inter ſex, & quatuor, quia in vnitate excedit, & exceditur; ſi a principio vterque habet quinque, & deinde vnus accipiat vnum de eo, quod eſt alterius, accipiens habebit ſex, & alteri relinquentur quatuor; ac proindè ſecundum iuſtitiam reducendo vtrumque ad mediū, accipietur vnum ab eo, qui habet ſex, & dabitur ei, qui habet quatuor, & ita vterque habebit quinque, quod eſt medium. *D. Thom. d. qu. 61. ar.* 2. qui dicitur actus *reſtitutionis, de quo late idem* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 62. per tot.*

27 Partes integrales iuſtitiæ duæ tantum aſſignantur. Diuerte à malo, & fac bonum, *Pſal. 33. 14.* quia ad iuſtitiam generalem pertinet, facere bonū debitum in ordine ad communitatem, vel ad Deum, & vitare malum oppoſitum; & ad iuſtitiam ſpecialem facere bonum ſub ratione debiti in comparatione ad proximum, & vitare malum oppoſitum, quod ſcilicet eſt proximo nociuum. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt. 79. ar. 1.*

28 In Iure autem tres aſſignantur iuſtitiæ partes integrales, honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere, quę dicuntur Iuris præcepta in *l. 10. ff. de iuſt. & iur.* Ad quæ omnes leges humanas referri, inquit *Calu. in lex. Iur. verbo Iuris præcepta.* Vbi quod honeſtè viuendo, caſtratur libido; ſi neminem lædimus, coercetur ira; ſi cuique ſuum ſinitur, reprimitur cupiditas.

Ex hoc autem vltimo maximum deſumit argumentum Iuſtitiæ D. *Gregor. Naz. in orat. de fun. patr. ſui.* Illius Iuſtitiæ, *inquit*, quod maius illuſtriuſque argumentum deſumi poteſt, quam quod in magnis Rei-

publicæ muneribus, adminiſtrationibuſq; verſatus, ne teruntio quidem facultates ſuas auxerit? Idque cum alios cerneret publicis bonis Briarei manus, vt dici ſolet, inijcientes, ac ſcelerato quæſtu turgentes.

29 Partes potentiales Iuſtitiæ ſunt, Religio erga Deum, qui eſt nobis primum principium eſſendi, & gubernationis D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 81. de qua dicemus *cap. ſeq.* Pietas erga parentes, & patriam, *D. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. Obſeruantia erga Superiores, & perſonas in dignitate conſtitutas. 2. 2. *quæſt.* 102. *ar.* 1. Gratia, ſeu Gratitudo. 2. 2. *quæſt.* 106. *ar.* 1. Vindicatio, ſeu Vindicta, 2. 2. *quæſt.* 109. *ar.* 1. Amicitia, ſeu affabilitas, 2. 2. *quæſt.* 114. *ar.* 1. Liberalitas 2. 2. *quæſt.* 117. *ar.* 1. Epicieia, ſeu æquitas 2. 2. *quæſt.* 120. *ar.* 1.

30 Pietas quandoque ſumitur pro dono, quo aliquis propter Dei reuerentiam bonum operatur ad omnes, & ſic pro fundamento virtutum omnium *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 68. *ar.* 4. *ad.* 2. Quandoque pro miſericordia, vt notat D. *Auguſt.* 10. *de Ciuit. Dei*. Et ſecundum hanc acceptionem Deus dicitur pius *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. *ad.* 2. Et quandoque in ſua vniuerſali acceptione includit etiam Religionem, & Diuinum cultum. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 4. *ad.* 2. Propriè tamen, quatenus eſt ſpecialis virtus, importat, cultum, officium, & obſequium, quibus verſamur, & verſari tenemur erga parentes, patriam, conſanguineos, & omnes Conciues, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. *c.* Per quam tamen abſtrahi non debemus à cultu diuino. D. *Thom. d. quæſt.* 101. *ar.* 3. iuxta illud, qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. *Matth.* 10. 32.

31 De hac virtute videatur *Cicer. in or. pro Plan.* vbi eam vocat omnium virtutum fundamentum, *& lib.* 1. *de nat. Deo*. Pie-
„ tate, *inquit*, aduerſus Deos ſublata, fides
„ etiam, & ſocietas humani generis, & vna
„ excellentiſſima virtus Iuſtitia tollatur neceſſe eſt. *Et Elian. var. hiſt. lib.* 3. *cap.* 24. refert, Græcos Aeneæ pietate oblectatos vniuerſas poſſeſſiones ei reliquiſſe, confitentes, erga eos, qui pietatem in Deos exercent, qui parentes reuerenter colunt, etiā natura inimicos, non poſſe, non æquos, & placatos ſe exhibere.

32 Obſeruantia eſt virtus debitum honorem, & cultum exteriorem exhibens Superioribus, & perſonis in dignitate conſtitutis, in recognitionem earumdem perſonarum excellentiæ. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 102. *ar.* 1. *&* 2. *& quæſt.* 103. *ar.* 1. Cuius duæ ſunt filiæ, dulia ſcilicet, & obedientia; nam ſicuti per obſeruantiam honoramus perſonas in dignitate conſtitutas, & ſuperiores, *dicta quæſt.* 103. *ar.* 2. *&* 3.

33 Ita per duliam ſerui honorant dominos ſuos, milites ducem, diſcipuli magiſtrum &c. *d. quæſt.* 103. *ar.* 3. *&* 4.

34 Obedientia definitur, voluntatis propriæ ſubiectio, D. *Damaſc. lib.* 4. *cap.* 3. Quam eſſe de Iure Diuino, habetur *Deu.* 17. 10. Facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum. Super cathedram Moiſi ſederunt ſcribi & Phariſei; Omnia omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite. *Matth.* 23. 2. Anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas niſi à Deo; Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. *Rom.* 13. 1. *&* 59. Et obedite Præpoſitis veſtris, & ſubijcite vos eis 1. *Petr.* 2. 13.

35 Huius virtutis neceſſitatem adducit. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 104. *ar.* 1. Quia videlicet, ſicuti actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita etiam humanæ operationes ex humana voluntate procedunt. Vnde ſicut oportuit, quod in rebus naturalibus ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam virtutis naturalis diuinitus collatæ; ſic etiam oportuit in rebus humanis, quod ſuperioris voluntas moueret inferioris voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem per rationem, & voluntatem, eſt præcipere. Et ideò ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto in rebus naturalibus neceſſe habent inferiora ſubijci motioni ſuperiorum. Ita etiam in rebus humanis ex ordine Iuris naturalis, & diuini, tenentur inferiores ſuis Superioribus obedire.

36 Quamque laudabilis obedientia ſit, ex eo dignoſci poteſt, quod præponitur actibus Religionis, dicente Domino, Obedientiam volo, & non ſacrificium. *Matth.* 9. 13. Et nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini. Melior eſt enim obedientia quàm victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare,

& quaſi

& quaſi ſcelus Idololattiæ,nolle acquieſce-
re . 1. *Reg.* 15. 22. Er idem Dominus No-
ſter IESVS CHRISTVS humilauit ſemet.
ipſum, factus obediens vſque ad mortem,
mortem autem crucis , propter quod , &
Deus exaltauit illum . *Phyl.* 28. itaut niſi
ſe humiliaſſet, non fuiſſet exaltatus , cum
dictio,*propter* denotet cauſam impulſiuam.
Barboſ. in tract. var. dict. 292. *nn.* 1.

37 Qualis eſſe debeat obedientia , vide D.
Bern. in Cant. vbi ait . Bonus obediens
dat ſuũ velle,& ſuũ nolle,vt poſſit dicere,
Paratũ cor meũ Deus,paratũ cor meũ,para-
tũ quodcũq; preceperis facere , paratũ ad
nutũ citius obedire , paratum ſibi vacare,
proximis miniſtrare , me ipſũ cuſtodire,&
in cæleſtium contemplatione requieſcere,
& de pracept. & diſ. verus obediens manda-
tum non procraſtinat , ſed ſtatim parat
aures auditui , linguam voci , pedes itine-
ri, manus operi , & ſe totum intus colligit,
vt mandatum peragat imperantis; non at-
tendit verus obediens , quale ſit , quod
præcipitur , hoc contentus , quia præcipi-
tur . Perfecta obedientia legem neſcit ,
terminis non arctatur, nec contenta angu-
ſtijs profeſſionis , largiori voluntate fertur
in latitudinem charitatis , & ad omne .
quod iniungitur , ſpontaneo vigore libe-
ralis , alacriſque animi,modum non conſi-
derans , in infinitam libertatem extendi-
tur , *& iterum* . Siue Deus , ſiue homo
Dei Vicarius mandatum quodcumque
tradiderit , pari profectò obſequendum
eſt cura , pari reuerentia deferendum , vbi
tamen Deo contraria non præcipit homo.
Quidquid enim vice Dei præcipit homo,
haud ſecus omnino accipiendum eſt, quã
ſi præcipiat Deus . Quid enim intereſt ,
vtrum per ſe , an per ſuos miniſtros , ſiuè
homines , ſiuè Angelos , hominibus inno-
inuoteſcat ſuum beneplacitum Deus ? *&
infra* . Imperfecti cordis , & infimæ vo-
luntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtu-
dioſius diſcutere , hærere ad ſingula , quæ
iniunguntur , exigere de quibuſque ratio-
nem , & malè ſuſpicari de omni præcepto,
cuius cauſa latuerit , nec vnquam libenter
obedire , niſi cum audire contigerit , quod
forte libuerit, aut quod non aliter licere ,
ſeu expedire monſtrauerit,vel aperta ratio,
vel indubitata auctoritas . Delicata ſa-
tis , immò nimis moleſta eſt huiuſmodi
obedientia , non plane hæc illa eſt , quæ
ex regula traditur , obedientia ſine mora .
diſputare profectò hoc eſt in actu cordis ,
non in auditu auris obedirẽ ; carnalem
animam non modo premi , ſed & opprimi
pondere præſumptæ perfectionis neceſſe
eſt ; ſolus ſpiritus experitur iugum eſſe
ſuaue , & onus leue . Bona cuſtos volun-
tatis eſt obedientia , ſiuè imperij illa ſit,
ſiuè conſilij , ſiuè ſubiectionis , ſiuè ſolius
charitatis . *& ibidem in tract. de vit. ſolit.
ad frat. de monte* Dei. Purius , ac dulcius,
ſecundum Apoſtolum Petrum , ad pares ,
ſeu etiam ad minores ſuos filij obedientiæ
caſtificant corda ſua in obedientia chari-
tatis , quam ad maiores ſubigant per obe-
dientiam neceſſitatis . In illa enim ſola
vel præcipit , vel conſulit, vel obedit cha-
ritas ; hic autem pœnam timet , vel mina-
tur imperioſa neceſſitas .

38 Habet obedientia ſuum ordinem , qui
eſt , vt prius obediatur Deo , tanquam
omnium primo motori . D. *Thom.* 2. 2. *qu.*
104. *ar.* 4. *c.* Deinde ſuperioribus ſecun-
dum ordinem , ſcilicet , vt prius maiori
ſemper , & digniori , *d. qu.* 104. *ar.* 5. *&
qu.* 105. *ar.* 1. etiam ſæcularibus , & non
ſolum bonis , ſed etiam diſcolis . D. *Tho.
d. q.* 104. *ar.* 6. *& ad Tim.* 3. *t. &* 1. *Petr.*
2. 23.

39 Huic virtuti opponitur inobedientia,
quæ de ſuo genere peccatum eſt mortale ,
quatenus contemnuntur præcepta Diuina,
vel Superiorum . D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 106.
ar. 1. Qui enim poteſtati reſiſtit , Dei or-
dinationi reſiſtit, *ad Rom.* 13. Eiuſque gra-
uitas deſumitur tum ex parte præcipien-
tis , quia licet omnem curam homo appo-
nere habeat ad hoc , vt quibuſlibet Supe-
rioribus obediat , magis tamen ſuperiori ,
quam inferiori poteſtati obedire tenetur .
Tum ex parte præceptorum , quatenus
ſunt magis tendentia ad finem , vel magis
de intentione præcipientis . D. *Thom. d.
q.* 105. *ar.* 2. *c.*

40 Gratia , ſeù Gratitudo, eſt virtus , per
quam recompenſamus gratiam benefa-
ctoribus , à quibus beneficia percepimus.
D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 106. *ar.* 1. *&* 3. de qua
41 diximus ſupra , *cap.* 5. *num.* 51. & quam
Seneca in ſolo ſapiente reperiri poſſe con-
tendit . Ait enim , *ad Lucill. epiſt.* 81. ſolus
ſapiens examinabit ſecum , quantum ac-
ceperit , à quo , quando, vbi , quemadmo-
dum , itaque negamus , quemquam ſcire
gratiam referre , niſi ſapientem . Hoc cer-
te inquam iuſtitiæ conuenit, ſuum cuique
reddere beneficio gratiam , iniuriæ ratio-
nem . Non omnes grati ſciunt debere be-
nefi-

publicæ muneribus, adminiſtrationibuſq; verſatus, ne teruntio quidem facultates ſuas auxerit? Idque eum alios cerneret publicis bonis Briarei manus, vt dici ſolet, inijcientes, ac ſcelerato quæſtu turgentes.

29 Partes potentiales Iuſtitiæ ſunt, Religio erga Deum, qui eſt nobis primum principium eſſendi, & gubernationis D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 81. de qua dicemus *cap. ſeq.* Pietas erga parentes, & patriam, *D. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. Obſeruantia erga Superiores, & perſonas in dignitate conſtitutas. 2. 2. *quæſt.* 102. *ar.* 1. Gratia, ſeu Gratitudo. 2. 2. *quæſt.* 106. *ar.* 1. Vindicatio, ſeu Vindicta, 2. 2. *quæſt.* 109. *ar.* 1. Amicitia, ſeu affabilitas, 2. 2. *quæſt.* 114. *ar.* 1. Liberaliras 2. 2. *quæſt.* 117. *ar.* 1. Epicieia, ſeu æquitas 2. 2. *quæſt.* 120. *ar.* 1.

30 Pietas quandoque ſumitur pro dono, quo aliquis propter Dei reuerentiam bonum operatur ad omnes, & ſic pro fundamento virtutum omnium *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 68. *ar.* 4. *ad.* 2. Quandoque pro miſericordia, vt notat D. *Auguſt.* 10. *de Ciuit. Dei.* Et ſecundum hanc acceptionem Deus dicitur pius *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. *ad.* 2. Et quandoque in ſua vniuerſali acceptione includit etiam Religionem, & Diuinum cultum. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 4. *ad.* 2. Propriè tamen, quatenus eſt ſpecialis virtus, importat, cultum, officium, & obſequium, quibus verſamur, & verſari tenemur erga parentes, patriam, conſanguineos, & omnes Conciues, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 101. *ar.* 1. *c.* Per quam tamen abſtrahi non debemus à cultu diuino. D. *Thom. d. quæſt.* 101. *ar.* 3. iuxta illud, qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me diguus. *Matth.* 10. 32.

31 De hac virtute videatur *Cicer. in or. pro Plan.* vbi eam vocat omnium virtutum fundamentum, *& lib.* 1. *de nat. Deo.* Pietate, *inquit*, aduerſus Deos ſublata, fides etiam, & ſocietas humani generis, & vna excellentiſſima virtus Iuſtitia tollatur neceſſe eſt. *Et Elian. var. hiſt. lib.* 3. *cap.* 24. refert, Græcos Aeneæ pietate oblectatos vniuerſas poſſeſſiones ei reliquiſſe, confitentes, erga eos, qui pietatem in Deos exercent, qui parentes reuerenter colunt, etiã natura inimicos, non poſſe, non æquos, & placatos ſe exhibere.

32 Obſeruantia eſt virtus debitum honorem, & cultum exteriorem exhibens Superioribus, & perſonis in dignitate conſtitutis, in recognitionem earumdem perſonarum excellentiæ. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 102. *ar.* 1. *&* 2. *& quæſt.* 103. *ar.* 1. Cuius duæ ſunt filiæ, dulia ſcilicet, & obedientia; nam ſicuti per obſeruantiam honoramus perſonas in dignitate conſtitutas, & ſuperiores, *dicta quæſt.* 103. *ar.* 2. *&* 3.

33 Ita per duliam ſerui honorant dominos ſuos, milites ducem, diſcipuli magiſtrum &c. *d. quæſt.* 103. *ar.* 3. *&* 4.

34 Obedienria definitur, voluntatis propriæ ſubiectio, D. *Damaſc. lib.* 4. *cap.* 3. Quam eſſe de Iure Diuino, habetur *Deu.* 17. 10. Facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominns, & docuerint te, iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum. Super cathedram Moiſi ſederunt ſcribi & Phariſei; Omnia omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite. *Matth.* 23. 2. Anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas niſi à Deo; Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. *Rom.* 13. 1. *&* 59. Et obedite Præpoſitis veſtris, & ſubijcite vos eis 1. *Petr.* 2. 13.

35 Huius virtutis neceſſitatem adducit. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 104. *ar.* 1. Quia videlicet, ſicuti actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita etiam humanæ operationes ex humana voluntate procedunt. Vnde ſicut oportuit, quod in rebus naturalibus ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam virtutis naturalis diuinitus collatæ; ſic etiam oportuit in rebus humanis, quod ſuperioris voluntas moueret inferioris voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem per rationem, & voluntatem, eſt præcipere. Et ideò ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto in rebus naturalibus neceſſe habent inferiora ſubijci motioni ſuperiorum. Ita etiam in rebus humanis ex ordine Iuris naturalis, & diuini, tenentur inferiores ſuis Superioribus obedire.

36 Quamque laudabilis obedientia ſit, ex eo dignoſci poteſt, quod præponitur actibus Religionis, dicente Domino, Obedientiam volo, & non ſacrificium. *Matth.* 9. 13. Et nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini. Melior eſt enim obedientia quàm victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare,

& quaſi

& quaſi ſcelus Idololatriæ, nolle acquieſcere. 1. *Reg.* 15. 22. Et idem Dominus Noſter IESVS CHRISTVS humiliauit ſemet ipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum. *Phyl.* 28. itaut niſi ſe humiliaſſet, non fuiſſet exalratus, cum dictio, *propter* denotet cauſam impulſiuam. *Barboſ. in tract. var. dict.* 292. *nu.* 1.

Qualis eſſe debeat obedientia, vide D. *Bern. in Cant. vbi ait*. Bonus obediens dat ſuũ velle, & ſuũ nolle, vt poſſit dicere, Paratũ cor meũ Deus, paratũ cor meũ, paratũ quodcũq; preceperis facere, paratũ ad nutũ citius obedire, paratum ſibi vacare, proximis miniſtrare, me ipſũ cuſtodire, & n cæleſtium contemplatione requieſcere, *& de precept. & diſ.* verus obediens mandaum non procraſtinat, ſed ſtatim parat ures auditui, linguam voci, pedes itinei, manus operi, & ſe totum intus colligit, vt mandatum peragat imperanris; non atendit verus obediens, quale ſit, quod præcipitur, hoc contentus, quia præcipiur. Perfecta obedientia legem neſcit, erminis non arctatur, nec contenta anguſtijs profeſſionis, largiori voluntate fertur n latitudinem charitatis, & ad omne. uod iniungitur, ſpontaneo vigore libetlis, alacriſque animi, modum non conſietans, in infinitam libertatem extendiur, *& iterum*. Siue Deus, ſiue homo Dei Vicarius mandatum quodcumque adiderit, pari profectò obſequendum t cura, pari reuerentia deferendum, vbi men Deo contraria non præcipit homo. uidquid enim vice Dei præcipit homo, iud ſecus omnino accipiendum eſt, quã præcipiat Deus. Quid enim intereſt, rum per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiuè omines, ſiuè Angelos, hominibus innoteſcat ſuum beneplacitum Deus? *& fra*. Imperfecti cordis, & infimæ vontatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtuoſius diſcutere, hærere ad ſingula, quæ unguntur, exigere de quibuſque ratiom, & malè ſuſpicari de omni præcepto, ius cauſa latuerit, nec vnquam libenter edire, niſi cum audire contigerit, quod re libuerit, aut quod non aliter licere, expedire monſtrauerit, vel aperta ratio, indubitata auctoritas. Delicata ſa, immò nimis moleſta eſt huiuſmodi edientia, non plane hæc illa eſt, quæ regula traditur, obedientia ſine mora. putate profectò hoc eſt in actu cordis, non in auditu auris obedire; carnalem animam non modo præmi, ſed & opprimi pondere præſumptæ perfectionis neceſſe eſt; ſolus ſpiritus experitur iugum eſſe ſuaue, & onus leue. Bona cuſtos voluntatis eſt obedientia, ſiuè imperij illa ſit, ſiuè conſilij, ſiuè ſubiectionis, ſiuè ſolius charitatis. *& ibidem in tract. de vit. ſolit. ad frat. de monte* Dei. Purius, ac dulcius, ſecundum Apoſtolum Petrum, ad pares, ſeu etiam ad minores ſuos filij obedientiæ caſtificant corda ſua in obedientia charitatis, quam ad maiores ſubigant per obedientiam neceſſitatis. In illa enim ſola vel præcipit, vel conſulit, vel obedit charitas; hic autem pœnam timet, vel minatur imperioſa neceſſitas.

38 Habet obedientia ſuum ordinem, qui eſt, vt prius obediatur Deo, tanquam omnium primo motori. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 104. *ar.* 4. *c.* Deinde ſuperioribus ſecundum ordinem, ſcilicet, vt prius maiori ſemper, & digniori, *d. qu.* 104. *ar.* 5. *& qu.* 105. *ar.* 1. etiam ſæcularibus, & non ſolum bonis, ſed etiam diſcolis. D. *Tho. d. q.* 104. *ar.* 6. *& ad Tim.* 3. 1. *&* 1. *Petr.* 2. 23.

39 Huic virtuti opponitur inobedientia, quæ de ſuo genere peccatum eſt mortale, quatenus contemnuntur præcepta Diuina, vel Superiorum. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 106. *ar.* 1. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, *ad Rom.* 13. Eiuſque grauitas deſumitur tum ex parte præcipientis, quia licet omnem curam homo apponere habeat ad hoc, vt quibuslibet Superioribus obediat, magis tamen ſuperiori, quam inferiori poteſtati obedire tenetur. Tum ex parte præceptorum, quatenus ſunt magis tendentia ad finem, vel magis de intentione præcipientis. D. *Thom. d. q.* 105. *ar.* 2. *c.*

40 Gratia, ſeù Gratitudo, eſt virtus, per quam recompenſamus gratiam benefactoribus, à quibus beneficia percepimus. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 106. *ar.* 1. *&* 3. de qua
41 diximus ſupra, *cap.* 5. *num.* 51. & quam Seneca in ſolo ſapiente reperiri poſſe contendit. Ait enim, *ad Lucill. epiſt.* 81. ſolus ſapiens examinabit ſecum, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, quemadmodum, itaque negamus, quemquam ſcire gratiam referre, niſi ſapientem. Hoc certe inquam iuſtitiæ conuenit, ſuum cuique reddere beneficio gratiam, iniuriæ rationem. Non omnes grati ſciunt debere beneſi-

neficium. Poteſt enim, & imprudens, & rudis, & vnus de turba, ignorat autem, quantum pro rè debeat, ſapienti notum, quanti res quæque taxanda ſit; nam ſtultus, etſi bonæ voluntatis eſt, aut minus quam debeat, aut tempore, aut quo non debeat loco, reddit id, quod referendum eſt; effundit, atque abijcit. Nemo igitur gratiam referre ſcit, niſi ſapiens, ſtultus autem vtcumqne ſcit, & quemadmodum poteſt, referat, ſcientia illi potius quam voluntas deeſt. Sapiens omnia inter ſe comparabit, maius enim, aut minus ſit, quamuis idem ſit, tempore, loco, cauſa, *& infra*, Gratus ſum, non vt alius mihi libentius præſtet priori inuitatus exemplo, ſed vt rem iocundiſſimam faciam. Credimus itaque nihil eſſe grato animo honeſtius, omnes hoc vrbes, omnes etiam hoc barbaris regionibus gentes conclamant. In tanta iudiciorum diuerſitate referendã benemerentibus gratiam, omnes vno ore affirmabunt; In hoc diſcors turba conſentiens.

Gratitudini opponitur ingratitudo, quę
42 conſiſtit in hoc, quod quis beneficium nõ retribuat, vel diſſimulet, quaſi non demonſtrans, ſe beneficium accepiſſe, vel non recognoſcat, ſiue per obliuionem, ſiue alio quocumque modo; aut, quod peius eſt, retribat mala pro bonis, aut beneficium vituperet, aut quaſi maleficium reputet. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 107. *ar.* 2. *&* 3. Ingratis tamen ex parte noſtra benefacien-
43 dum eſt, niſi fortaſſe ex multiplicitate beneficiorum ingratus peior euadat, *d. qu.* 107. *ar.* 4.

Pleroſque tamen ab ingratitudinis vi-
44 tio, licet beneficia non referant, excuſandos eſſe, quia non poſſunt, docet *Senec. de benef. lib.* 4. *cap.* 21. Duo ſunt, *inquiens*, genera grati hominis; dicitur gratus, qui aliquid pro eo, quod acceperat, reddit. Hic fortaſſe oſtẽtare ſe poteſt, habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gratus, qui bono animo beneficium accepit, bono debet; hic intra conſcientiam occluſus eſt; quæ illi contingere poteſt vtilitas ex affectu latenti? Atque etiam hic, ſi vltra facere nil poteſt, gratus eſt, amat, debet, referre gratiam cupit, quidquid vltra deſideras, non ipſi deeſt. Artifex eſt etiam, cui ad exercendam artem inſtrumenta non ſuppetunt, nec minus canendi peritus, cuius vocem exaudiri fremitus obſtrepẽtium non ſinit. Volo referre gratiam, poſt hoc aliquid ſupereſt, non vt gratus, ſed vt ſolutus ſim, ſæpe enim, & qui gratiam retulit, ingratus eſt, & qui non retulit gratus. Nam vt omnium aliarum virtutum; ita huius ad animum tota æſtimatio redit.

45 Vindicatio, ſeu vindicta duplex eſt, Altera quæ reſpicit propriæ iniuriæ, contumeliæquè illatæ punitionem, & hæc ſemper eſt mala, & prohibita. Dicitur enim, Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. *Leu.* 19. 18. Nec dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. *Prou.* 24. 29. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniurię. *Eccleſ.* 10. 6. Ego dico vobis, nõ reſiſtite malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram. *Matth.* 5. 40. & diligite inimicos veſtros, benefacite illis, qui oderũt vos. *Matth.* 5. 45.

46 Altera, quæ non reſpicit propriam iniuriam, & non fit animo inferendi malum, ſed principaliter propter aliquod bonum ſcilicet vel ad emendationem peccantis, vel ad eius cohibitionẽ, & aliorũ quietem, ad iuſtitiæ conſeruationem, & Dei honorem exercetur, in debitis tamen circumſtantijs, & iuxta pœnas à iure ſtatutas. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 108. *ar.* 1. *ad* 3. Quæ dicitur virtus ſpecialis, quia ad hoc inclinat natura, & conſiſtit in medio duorum vitiorum, crudelitatis ſcilicet, & ſeuitiæ ſecundum exceſſum; & remiſſionis ſecundum defectum, *d. qu.* 108. *art.* 2. *per tot.* quæ pro-
47 pterea ſemper ad zelum iuſtitiæ referenda eſt, non vt odium exerceatur, ſed ſimpliciter vt prauitas corrigatur, 23. *qu.* 4. *cap. vlt.* & ſolum animo medendi, 36. *d. odio*, *& cap. ſeq.* Ad quem finem in delinquentes ſeueritas cum benignitate temperanda eſt, 45. *d. diſciplina*, *& cap. ſunt.*

48 Veritas definitur, *ab Ariſt. lib.* 2. *Metaph.* adæquatio rei ad intellectum, & à D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 109. *art.* 1. Virtus per quam quis dicitur verax, quæ attenditur ſecundum debitum morale, in quantum ſcilicet ex honeſtate vnus homo debet alteri veritatis manifeſtationem, *d. qu.* 109. *ar.* 3. Cuius virtutis encomia ſexcenta poſſent adduci ex ſacra Scriptura, verum hoc vnum omnia excellit, quod Dominus noſter IESVS CHRISTVS ſeipſum in recto veritatem vocat, *Ioan.* 14. 6. alijſque præcipit, ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non *Matth.* 5. 38.

Diui-

Diuiditur veritas quadrupliciter à . *D. Thom. p. p. quaeſt. 16. art. 4. ad 3.* ſcilicet in veritatem communem, quæ competit rebus ipſis, & conuertitur cum ente. In veritatem, quæ eſt virtus, ſecundũ quã homo io dictis, & factis ſe oſtendit vt eſt. In veritatem vitæ, ſecundum, quam homo in vita ſua implet illud, ad quod ordinatur per intellectum diuinum. Et in veritatem iuſtitiæ, ſecundum quam homo ſeruat id, quod alteri debet ſecundum legum ordinem.

Veritati opponuntur Mendacium. D. *Thom. 2. 2. quaeſt.* 110. *art.* 1. Simulatio, Hipocriſis, Iactantia, & Ironia. D. *Thom. 2. 2. quaeſt.* 111. 112. *&* 113. *rt.* 1.

Mendacium definitur, falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, 2. 2. *quaeſt.* 1. *beatus* §. *ille ergo*. Et diuitur in perniioſum, iocoſum, & officioſum. Primum ſt, quando intenditur nocumentum alterius. Secundum, quod ordinatur ad onum delectabile. Tertium, quod ro fine habet vtilitatem, ſeu iuuamen um alterius. D. *Thom. d. quaeſt.* 110. *rt.* 2.

Alias diuiditur mendacium in ſeptem enera, quorum Primum ponitur in dorina fidei, cum intentione ſubuertendi, ccundum, quod nulli prodeſt, & obeſt alij ıi. Tertium, quod prodeſt vni, & nocet lreri. Quartum, quod ſola meotiendi, ıllendiue libidine fit, veluti medacium iſtrionum, & ſimiliuin. Quintum, quod : placendi cupiditate, vt adulatotum. extum, quod nolli nocet, & prodeſt alii. Septimum, quod non obeſt alicui, d prodeſt ad caſtitatis conſeruationem a. *quaeſt.* 1. *cap.* 1. Quodlibet tamen ſemr eſt malum, & fugiendum. Cum enim oces naturaliter ſint ſigna conceptus loentis, innaturale eſt, & indebitum, quod quis voce ſignificet id, quod in mente n habet. D. *Thom. d. quaeſt.* 110. *art.* 3. deatur D. Auguſt. ſuper illa verba. Pers omnes, qui loquuntur mendacium, *al.* 2. 5. vbi ſunt mendacia quædam pro ute, vel commodo alicuius, non mali, ſed benigoitate, vt obſtetrices, quæ erunt pro filijs Iſtael falſum Pharaoni; c autem mendacia non in re, ſed in dolaudantur, & qui ſic mentiuntur, meountur aliquando ab omni mendacio erari. Eſt etiam mendacium ioco, quod n fallit, ſcit enim, cui dicitur, cauſa ioci diei. Et hæc duo genera non ſunt ſine culpa, ſed non cum magna. Perfectis non conuenit mentiri nec pro temporali vita, cuius motte ſua, vel alterius occiditur anima, licet autem, ſi non aliud dicere, verum tacere, vt ſi quis non vult hominem ad mortem perdere, verum taceat, ſed non falſum dicat, nec pro corpore alterius animam ſuam occidat.

51 Inter mendacium, & falſum magna eſt differentia, quia falſum dicit, quicumque aliud, quam verum eſt, loquitur, quod tamen poteſt eſſe dupliciter, vno modo quando credit verum dicere, & de eo probabilem rationem habet, alio modo quando credit dicere falſum, & contra meotem loquitur, quod eſt proprie mendacium, nam mentiri eſt, contra mentem ire; Immo etiam dicendo veritatem, ſed contra mentem, quando credit dicere falſum, *vt apud Summiſtas*.

Etſi nunquam mentiendum ſit, cum mendacium intrinſece, & de ſui natura ſit malum, nihilominus aliquando veritas reticeri poteſt, vt docet *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 16. cap. 19. & lib. de mendac. cap.* 10. Non eſt, *inquiens*, hoc occultare veritatem, quod eſt, proferte mendacium. Quamuis enim omnis, qui mentitur, velit celare, quod verum eſt, non tamen omnis, qui vult, quod verum eſt, celare, mentitur. Plerumque eoim verum, non mentiendo occultamus, ſed tacendo. Neque enim mentitus eſt Dominus, vbi ait, Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo, vera tacuit, non falſa loquutus eſt quibus veris audiendis eos minus idoneos iudicauit, *& infra*, Qui aſſerunt aliquando mentiendum, non conuenienter commemorant, Abraham hoc feciſſe de Sara, quam ſororem ſuam dixit, non enim dixit, non eſt vxor mea, ſed dixit, ſoror mea eſt, quod erat re vera tam propinqua genere, vt ſoror non mendaciter diceretur. Aliquid ergo veri tacuit, non falſi aliquid dixit, quando tacuit vxorem, dixit ſororem.

52 Simulatio eſt mendacium in factis exterioribus, quando, per aliqua ſigna factorum, vel rerum, aliquod ſignificatur contrarium eius, quod habetur in mente. *D. Thom. 2. 2. quaeſt.* 111. *ar.* 1. Differunt inter ſe ſimulatio, & diſſimulatio, quia ſimulamus ea eſſe, quæ non ſunt, & diſſimulamus ea non eſſe, quæ ſunt, *not. in l. 1. §. ex reſcripto ff. de ven. inſp.*

Fictio

Fictio licet videatur conuenire cum ſimulatione, vt *apud Calu. in lex. iur. verbo ſimulatio*, hoc tamen intereſt inter vtramque, quia ſimulatio in malam ſumitur partem pro deceptione, *Calu. l. cit.* fictio vero in bonam, cum definiatur, legis aduerſus veritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio. *Calu. in lex. iur. eodem verbo.*

53 Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ, quando ſcilicet peccator ſimulat perſonam iuſti. D. *Thomas.* 2. 2. *quæſt.* 111. *ar.* 2. Contra quam inuehit Chriſtus Dominus *Matth.* 21. *per tot.* Et de qua diximus ſupra *cap.* 6. *per tot.*

54 Iactantia eſt inanis, & ſtulta de ſe prædicatio, ſeu per quam quis ſe extollit ſupra id, quod in ſe eſt, vel ſupra id, quod de eo alij opinantur. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 112 *ar.* 1.

55 Ironia eſt, quando aliquis minora dicit à veritate declinans, puta cum aſſerit de ſe aliquod vile, quod in ſe non recognoſcit, vel cum negat de ſe aliquid, quod tamen ſe percipit habere. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 113. *ar.* 1.

56 Amicitia eſt amor mutuæ beneuolentiæ ſuper aliqua communicatione fundatus, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 23. *ar.* 1. ſeu quæ ordinat hominem ad alios homines in communi conuerſatione, tam in dictis, quam in factis, vt ſcilicet ad vnumque ſe habeat, ſecundum quod decet, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 114. *ar.* 1. Eius effectus eſt, gaudere de alterius bono, & de malo triſtari, quæ tamen ſi fiant vltra modum, vertitur in adulationem, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 115. *ar.* 1. Diſtinguitur ſecundum finem, qui triplex eſt, vtilis ſcilicet, delectabilis, & honeſti, *Ariſt.* 8. *Ethic. cap.* 3. Et ſecundum diuerſam communicationem, quæ quadrupliciter accidit; Naturalis inter patrem, & filium, cæteroſque conſanguineos, inter quos debet eſſe communicatio pertinentium ad naturam. Domeſtica, vel æconomica inter domeſticos in his, quæ ad domus diſpenſationem pertinent. Ciuilis, vel politica, qua fit communicatio inter Ciues, vt eſt conuerſari, & conferre in operibus ciuilibus. Et diuina, qua omnes homines communicant in vno corpore Eccleſiæ, actu, vel potentia, quæ dicitur charitas, vſque ad inimicos extenſa. D. *Thom. in* 3. *ſent. diſt.* 20. *ar.* 10. Conſeruatur item quadupliciter; ſcilicet permanentia in habitu virtutis, conuenientia in effectu, reſidentia in conuictu, & correſpondentia in affectu. Probatur tribus, beneuolentia in interiori affectu, concordia in multiplici actu, & beneficentia in exteriori effectu. Diſſoluitur demum quadrupliciter, videlicet propter finis defectionem, quod maximè contingit in amicitia vtilis, & delectabilis; propter amoris ſimulationem, cum amor deprehenditur ſimulatus; propter criminis commiſſionem, quando crimē committitur incorrigibiliter; & propter virtutis perfectionem, cum alter amicorum in virtute excedit, alio permanente in defectu, tunc diſſoluitur propter diſſimilitudinem.

57 Affabilitas licet non habeat perfectam rationem amicitiæ, habet tamen eius ſimilitudinem, cum ſit virtus, qua homo ſe habet ad conuerſationem in dictis, & factis delectabiliter ad omnes non æquabiliter. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 114. *ar.* 1. Et quamuis eius principaliter ſit, conuiuantes delectare, quando tamen oporteat, eos contriſtare non veretur, propter bonum promouendum, vel malum vitandum.

58 Eſtque media inter adulationem, & litigium,, quæ ſunt duo vitia amicitiæ virtuti oppoſita. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 115. *ar.* 1 & *quæſt.* 116. *ar.* 1. Adulatio enim eſt exceſſus, alios verbis, aut factis delectandi. *d.*
59 *quæſt.* 115. *ar.* 1. & litigium eſt contradictio in verbis, non ex defectu amoris animas vnictis; ſed ex hoc, quod quis perſonam contriſtare non veretur, *dicta quæſt.* 116. *ar.* 1. Porrò Adulatio tunc eſt peccatum mortale, quando aliquem laudamus de aliquo peccato mortali, iuxta illud, Veh qui dicis malum bonum. *Eſai.* 5. 20. Et quando quis adulatur alicui, vt ei fraudolenter, vel in corpore, vel in ſpiritu noceat. & cum quis adulatione ſua dat occaſionem, mortaliter peccandi. Et tunc ſolum veniale, quando exceditur laudando, ſola auiditate placendi, vel delectandi; quando exceditur, vt euitetur aliquod malum; & quando exceditur, ad conſequendum in neceſſitate bonum aliquod ſine alterius detrimento. *d. quæſt.* 115. *ar.* 2.

60 Amicitia charitatiua eſt, quando proximum diligimus, non propter aliquas vtilitates noſtras, vel propter conſanguinitatem, ſed quia eſt naturæ participes. *de pan. d.* 2.

61 Liberalitas eſt animi voluntas ab auaritia & alijs vitijs libera, *l.* 1. *ff. de don. int. vir. & vx.* ſeu virtus beneficiorum ero-

gatrix

ıtrix ; vel mediocritas circa pecunias ındas, nam liberalis dat propter honeıtem, & rectè, quibus oportet, & quan‑) oportet. *Ariſt.lib.* 4. *Ethic.* Seu, eſt virs bene diſpenſandi diuitias in bonos vſus bi, ſuiſque, & alijs. D. *Thom.* 2. 2. *q.* t7. *artic.* 1. liberalitas enim pulchra eſt, ıæ indigentibus temperatè, non ſuperıè impendit. 86. *di. pulchra*, *& cap. Doinus* :

De hae virtute *Alex.ab Alex. Gen.Dier. b.* 5. *cap.* 1. hæc habet. Qui magnificus, liberalis eſt, & ſpontè largitur, is proᶝo ita liberalis eſt, vt quod dedit bene:ium non mercetur, & qnanto quiſque ıagno, & erecto animo eſt, vt ingentia rgiatur, ita magni putat fuiſſe, multo lura, & maiora ſi poſſet largiri, neque eneficij eollati vnquam pænitere. Alioui qui opis, emolumentiue cauſa largitur, irtutis nomen amittit, ingentiaque ei ıimi bona fædare neceſſe eſt; neque ıim, vt Cicero inquit, ſi ob tuam cauſam, ıique commodes, beneficium id putanum eſt, ſed fænetatio.

Liberalitati opponuntur Auaritia, & rodigalitas. Auaritia definitur immodeıtus amor habendi; Dum ſcilicet aliquis ıpra debitum modum vult acquirere, vel :tinere diuitias, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 18. *ar.* 1. Et ex hac prodeunt obduratio ɔntra miſericordiam, quia cor auari non nollitur, vt de diuitijs ſuis ſubueniat mi:ris; inquietudo, quæ ingerit homini ɔllicitudines & curas ſuperfluas; Violenæ, fallaciæ, proditiones, periuria, dois, fraus, & ſimilia, *d. q.* 118. *ar.* 2.

Prodigalitas, *ſecund. Ariſt. lib.* 4. *Et*‑*c.* eſt pecuniarum profligatio, & conſiſtit ı dando, ſine ordine, quibus non debet, : in defectu in acquirendo. D. *Thom.* 2. 2. *uæſt.* 119. *art.* 1. vbi quod auaritia, & proigalitas differunt ſecundum ſuperabunantiam, & defectum diuerſimode, nam ı affectione diuitiarum auarus ſuperabūat, plus debito eas diligens; prodigus ıtem deficit, minus debito earum ſolliitudinem gerens. Circa exteriora vero rodigalitas excedit in dando, deficit au:m in retinendo, & acquirendo. Auaria è contra deficit in dando, & ſuperaundat in accipiendo, & retinendo.

Epicieia, ſeu æquitas eſt quoddam tem:ramentum, ex cauſa recedens à comıunibus regulis iuris, ſeu iuſtitia dulco· miſericordiæ temperata. *Abb. in cap. ex parte, de tranſact.* ſecundum tamen, quod naturalis ratio perſuadet; quando ſcilicet in aliquo caſu ſpeciali bonum exiſtimatur, vt prætermiſſis verbis legis, ſequamur id, quod iuſtitiæ ratio, & communis vtilitas poſtulat, Cum enim actus huma;i, de quibus dantur leges, in ſingularibus contingentibus conſiſtant, quæ infinitis modis variari poſſunt, non fuit poſſibile, aliquam regulam legis inſtitui, quæ in nullo deficeret; ac proinde in condendis legibus neceſſe fuit, attendere ad id, qnod in pluribus accidit; quas tamen leges in aliquibus caſibus ſeruare, eſt contra bonum iuſtitiæ, & contra commune bonum. e. g. lex iubet, quod depoſita reddantur, qnia hoc vt in pluribus, iuſtum eſt; ſi autem furioſus depoſuit gladium, & eum repoſcat, dum eſt in furia, malum eſt, ſequi verba legis, ſed attendenda eſt legis ratio, & communis vtilitas, quæ conſiſtit in non reddendo gladium furioſo, ne aliquod malum committat. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 120. *ar.* 1.

65 Virtuti iuſtitiæ correſpondet donum pietatis, cui correſpondet ſecunda Beatitudo, ſcilicet Beati mites. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 121. *per tot.*

66 Eique opponitur iniuſtitia, quæ duplex eſt, vna illegalis, quæ fit contra leges, & altera, quæ dicitur ſecundum inæqualitatem quamdam ad alterum, quatenus ſcilicet homo vult habere plus de bonis, diuitijs, honoribus, & minus de malis, labotibus, ac damnis. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 59. *art* 1:

67 Sub iniuſtitia illegali continetur quidquid contra decem præcepta decalogi, contra ius poſitiuum, canonicum, & ciuile, vniuerſale, & particulare, ſeù municipale patratur. Item iniuſta defenſio coram Iudice, tam per principalem, D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 64. *art.* 4. quam per Aduocatum 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 3.

68 Continentur item iniuriæ verbales, cōuitium, contumelia, quæ oritur ex ira, & conſiſtit in verbis importantibus alicuius dehonorationem; atque item detractio, ſuſurratio, maledictio, quæ eſt imprecatio mali, niſi tamen imprecetur malum propter bonum, tranſgreſſio, per quã contrauenitur præcepto negatiuo; & quæcumque important prætermiſſionem boni debiti; atque etiam vſura. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 72. *art.* 1. *quæſt.* 73. *art.* 1. *&* 2. *quæſt.* 74. *art.* 1. *quæſt.* 75. *art.* 1. *quæſt.* 76. *art.* 1. *qu.* 79. *art.* 2. *&* 3. *& quæſt.* 78. *art.* 1.

69 Iuſtlriæ diſtributiuæ opponitot acceptio perſonarum, quæ definitur, ſeù deſcribitur, iniuſtitia, qua perſona perſonæ præferrur in conferendo ei aliquid, quod ex debito iuſtitiæ alteri conferendum eſt, ratione alicuius conditionis tranſitoriç nõ congruentis ad ipſam rem, exiſtentis cir|ca perſonam, puta diuitiarum, terrenæ poteſtatis, vel carnalis cognationis, & non ob meritum eius ad rem ipſam. *Alex. de Aleſ. 2.2.tract.de accept.perſ.* vel breuius, eſt inæqualitas iuſtitiæ deſtributiuæ, in quantum aliquid tribuitur alicui præter proportionem. D.*Thom.* 2.2.*q. 63. ar. 1. & 4. c.* Et committi poteſt in pœnitentiæ impoſitione, 26. *qu.7. Sacerdos*. In pœnæ definitione 3. *quæſt. 9. neceſſe.* In ſpiritualium diſtributione. D.*Th.*2. 2. *qu. 63.art.* 2. in hoſpitum acceptatione, 42. *d. quieſcamus*. in eleemoſynarum largitione, 16. *q. 1. ſi cupis.* in dignitarum promotione, 40. *d. multi*. In iudiciorum declaratione, 4. *quæſt. 4. nullus*. Et in honoris exhibitione, 1. *q. 1. viliſſimus*, cum honor ſit quoddam teſtimonium virtutis eius, qui honoratur; ex quo ſola virrus eſt cauſa honoris in ſe, vel in alio. Vnde poteſt quis honorari tam propter virtutem propriam, quam etiam propter virtutem alterius. Sicuti Principes, & Prælati honorantur, etiam ſi ſint mali, in quantum gerunt perſonam Dei, & Communitatis, cui præficiu-tur. Item Parentes, & Domini honorantur propter participationem diuinæ dignitatis, quia Deus eſt omuium Pater, & Dominus. Senes autem honorandi ſunt propter ſenectutem, quæ eſt ſignum virtutis, licet aliquando deficiat; & Diuites propter maiorem locum, quem in Communitatibus obtinent, non vero propter ſolas diuitias, quia tunc peccaretur in perſonam acceptione. D.T*hom.2.2.quaſt.63. art. 3.*

Iniuſtitiam commirti, & indicia eludi quatuor modis, ſeu potius quatuor ob cauſas, odio, nempè, gratia precio, & timore, veterum ſcitis traditum refert. *Alex. ab Alex. Gen.dier.lib.5.cap.* 14. ſi tamen quis improbum, aut perniciosum iudicem nactus fuerit, qui iudicio, & legibus abuti velit, innumeris fere modis iudicia eludi, & præuaricari ſolere, contra ius, faſque, quorum aliquos *ibidem*; Addens *lib. 6. cap.7.* ſe cauſarum patrocinijs poſthabitis, & forenſibus negotijs prætermiſſis, ad mitiora ſtudia dediſſe, ob eam cauſam, quod leges, quæ ad commmem vtilitatem editæ, ſtudio, & labore maximo quæſitæ, & meditatæ nobis forent, neque ab his, qui iura darent, coli, neque perindè vt oporteret, percipi videret, doleretque iuri dicundo illos plerumque præſidere, qui eas, vel turpiter ignorarent, vel per gratiam, & ſordes facile corrumpi ſe ſinerent, & quibus ſeruandarum legum præcipua imminet cura, hi maximè legum ſcita contemnerent, quibus rebus effici, vt tot ſcita, & decrera veterum monumentis nobis tradita, maximiſque ingenijs elaborara, & tam penſicularè expenſa, vnus homunculus nequiſſimus, audaciſſimuſque, ignarus legum, iudiciorum, & fori, qui magiſtratui preęſſet, non ſalubri temperamento, nec diſceptatione ac iudicio, ſed auſu temerario, & omni iure neglecto, ad ſuam libidinem per ſcelus, & nequitiam euerteret.

SVMMARIVM.

Adiuratio per diuini Nominis aſſumptionem eſt actus religionis, nu. 7. quid importet, n. 26. quæ adiurari poſſint ibidem.

Adoratio eſt actus religionis, nu. 7. & 18. eſt triplex Dulia *Hiperdulia, & Latria nu. 19.*

Auaritia comparatur Idolatria, nu. 31.

Caſtitas an precellat paupertatem, nu. 48. eſt virtus angelica, nu. 49. remouet alia vitia, nu. 50. non caret laude martyrij, nu. 51.

Caſtitatis effectus, nu. 43.

Contemplatio eſt deuotionis cauſa, nu. 9. quid importet nu. 10.

Deuotio eſt actus religionis, nu. 7. Quid importet, nu. 8.

Decima pertinent ad religionem, nu. 20.

Diuinatio opponitur religioni, nu. 28. quotuplex ſit, nu. 32. & ſeqq. vſque ad 36.

Idololatria opponitur religioni, & quid importet, nu. 28. & 30.

Iuramentum eſt actus religionis, nu. 7. quid importet, nu. 22. eſt triplex, nu. 23. Quando ſit licitum nu. 24.

Laudatio diuini Nominis per voces, & cantica eſt actus religionis, nu. 7. in quo conſiſtat, num. 27.

Letitia eſt effectus deuotionis, & quid importet, nu. 11. & 12.

Meditatio eſt deuotionis cauſa, nu. 9. quid importet, nu. 10.

Obedientia eſt potiſſima virtus, nu. 52.

Obedientia effectus, nu. 43.

Oblationes ſunt actus religionis, nu. 20.

Obſer-

eruantia artis notoria opponitur religioni, n. 28. quid importet, nu. 37.
tio eſt actus religionis, nu. 7. qui ſint eius fectus, nu. 13. quæ eius partes nu. 14. uſdem neceſſitat, & quantum proficua, um. 15.
tio duplex eſt, mentalis, & vocalis, n. 16.
pertas quid, & quotuplex, nu. 47.
pertatis effectus, nu. 43.
urium opponitur riligioni, nu. 28. quid nportet nu. 39.
nitia pertinent ad religionem, nu. 20.
gionis definitio, nu. 1. Ethimologia, nu. 2.
gio non eſt virtus Theologica, ſed moralis, um. 3.
gio conſiſtit in actibus interioribus, & exrioribus, nu. 4.
gionis actus qui ſint nu. 7.
gioni vitia oppoſita, nu. 28.
gio dupliciter ſumitur, pro virtute, nu. 5. pro certo ſtatu perſonarum, nu. 6. &. hoc ltimo modo quid importet, & quibus conituatur, nu. 42.
gio vocatur martyrij genus, nu. 46.
gionum obſeruantia ad quæ reducantur, n. 44.
gio quænam primum locum obtineat, nu. 53.
gioſi ſtatus bonitas, nu. 45.
ficium eſt actus religionis, nu. 7. & 20. cuius ratione ſunt decimæ, oblationes, & imitiæ, ibidem
legium opponitur religioni, nu. 28. & uid ſit, nu. 40.
nia opponitur religioni, nu. 28. quid, & otuplex ſit, nu. 41.
rſitio opponitur religioni, nu. 28. in quo nſiſtat nu. 29.
atio Dei opponitur religioni, nu. 28. in o conſiſtat, nu. 38.
ſitus de vna Religione ad aliam an ſit li us nu. 54.
m eſt actus Religionis, nu. 7. quid ſit, & omodo definiatur, nu. 21.

CAPVT. IX.

De Religione.

REligio definitur à Tull. lib. 2. *Rhet.* quæ ſuperioris naturæ, quam diuinam vocant, curam, cæremoniamque affert, *& à D. Aug. lib. de quan. anim.* qua ſe ima vni Deo, vnde ſe peccato ſepararat, reconciliatione ligat. *& lib. de vera relig.* ſtudium ſapientiæ.

De eius ethimologia variæ diſſerunt Authores. Etenim *Cic. lib. 2. de nat. Deor.* Religionem à religendo dictam voluit. *At Lactan Firm. in lib. de vera ſapien cap.* 28. mauult à religando deriuare, quaſi nos, qui à Deo conditi, creationis ipſi vinculo ſumus obſtrici, obſequijs & religionis cultu religemur arctius. Quod placuit etiam D. *Bern. in lib. de nat. & dign. amor diu. cap.* 15. Nõ ſic D. Auguſtino, qui *lib. de vera rel. cap. 15. & l. 10. de Ciuit. Dei cap.* 4. ab eligẽdo, vel etiã religẽdo dictã credit. Propterea *D. Thom. 2. 2. quaſt. 81. ar. 1.* ſiue, *inquit*, dicatur à frequenti electione, ſiue ex iterata electione eius, quod negligenter amiſſum eſt, ſiue dicatur à religatione, religio propriè importat ordinem ad Deũ, quia ipſe eſt, cui principaliter alligari debemus tanquam indeficienti principio, ad quem etiam noſtra electio aſſiduè dirigi debet ſicuti in vltimum finem, quem negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem præſtando, recuperare debemus.

3 Licet autem religio ſit, quæ Deo cultum debitum affert, non eſt tamen virtus theologica, quia Deus non comparatur ad virtutem religionis tanquam materia vel obiectum, ſicuti ad virtutes fidei, ſpei, & charitatis; ſed eſt mera virtus moralis, cuius materia, & obiectum eſt, verſari ſolum circa ea, quæ ſunt ad finem, non autem circa ipſum finem, ſcilicet ſolum circa illos actus, quibus Deus colitur, puta ſacrificium, oblationes, & ſimilia.

4 *D. Thom. 2. 2. quaſt. 81. ar. 5.* Conſiſtit enim religio non ſolum in actibus interioribus, ſed etiam exterioribus, quia in diuino cultu neceſſe eſt, aliquibus corporalibus vti, vt eis quaſi ſignis mens hominis excitetur ad actus ſpirituales. Ideoque religio habet interiores actus quaſi principales, & per ſe ad religionem pertinentes; Exteriores verò quaſi ſecundarios, & ad interiores actus ordinatos. D. *Thom. d. quaſt. 81. ar. 7.*

5 Dupliciter tamen hoc nomen religionis accipitur. Primò prout importat virtutem, ad quam pertinet exhibere reuerentiam Deo, in quantum eſt primum principium creationis, & gubernationis rerum.

6 D. *Thom. d. quaſt. 81. art. 7.* Secundo prout certarum perſonarum in Eccleſia militanti ſtatum ſignificat, de quo dicemus *hoc eod. inferius*.

7 Religionis, quatenus virtutis, actus ſunt, Deuotio, Contemplatio, & Medi

tatio, Lætitia, Oratio, Adoratio, Sacrificium, ſeu Oblationes, Primitiæ, Decimæ, Votum, Iuramentum, Adiuratio, & Diuini nominis laudatio. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 82. *ar.* 2. 3. *&* 4. *quæſt.* 83. *art.* 3. *quæſt.* 84. *ar.* 1. *quæſt* 85. *ar.* 1. *& ſeqq. quæſt.* 86. *quæſt.* 87. *quæſt.* 88. *art.* 5. *quæſt.* 89. *art.* 4. *q.* 90. *ar.* 1. *& q.* 91. *ar.* 1.

8 Deuotio eſt pius, & humilis affectus in Deum ex conſcientia propriæ infirmitatis, & diuinæ clementiæ conſideratione, ſeù voluntas quædam, per quam homo promptè ſe tradit ad ea, quæ ad Dei famulatum pertinent. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 82. *ar.* 1. *c.*

9 Contemplatio, & meditatio ſunt ipſius deuotionis cauſa, in quantum ſcilicet homo per contemplationem, & meditationem concipit, quod ſe diuino tradat obſequio. Ad quod duplex inducit conſideratio. Vna ex parte diuinæ bonitatis, & ipſius beneficiorum, ſecundum illud, Mihi adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam *Pſal.* 72. 26. Hæcque dilectionem excitat quæ eſt proxima deuotionis cauſa. Altera ex parte hominis, proprios defectus conſiderantis, ob quos indiget, vt Deo vniatur, iuxta illud, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram *Pſal.* 120. 1. 2. & hæc conſideratio excludit præſumptionem, per quam quis impeditur, ne Deo ſe ſubijciat, dum ſuæ virtuti innititur. D. *Tho. d. quæſt.* 82. *art.* 3. *c.*

10 Meditatio, & contemplatio, quatenus diſtinguuntur à cogitatione, & conſideratione, ita exemplificantur, quod cogitatio ſit reſpectus animi ad euagationem pronus; meditatio ſit intuitus occupatus in inquiſitione veritatis. Contemplatio liber animi contuitus in res. Cōſideratio ſit omnis operatio intellectus, vel proceſſus rationis ex principijs pertingentibus ad contemplationem veritatis. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 180. *ar.* 4.

11 Lætitia eſt effectus deuotionis, quia deuotio per ſe, & principaliter ſpiritualem lætitiam mentis cauſat, licet ex conſequenti, & per accidens triſtitiam. Cum enim, vt ſupra dictum eſt, deuotio ex duplici conſideratione procedat, ex conſideratione ſcilicet Diuinæ bonitatis, & propriorum defectuum, ex prima ſequitur delectatio, iuxta illud, Memor fui Dei, & delectatus ſum, *Pſal.* 76. 3. per accidens verò quandam cauſat triſtitiam in ijs, qui nondum plene fruuntur Deo, iuxta illud, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuū, *deindè*, fuerunt mihi lacrymæ meæ &c. *Pſal.* 41. 2. 3. Ex ſecunda verò cauſatur triſtitia, recogitando proprios defectus, lætitia verò propter ſpem diuinæ ſubuentionis. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 82. *ar.* 4. *c.*

12 At, generaliter loquendo, lætitia eſt exultatio quædam animi cum gaudio efferuentiori ob euentum rerum expetitarum. *Aul. Gell. lib.* 2. *noct. attic. cap.* 27. ſeù expreſſio, vel affectus interior, ſecundum quod ipſe affectus roboratus, & perfectus ex coniunctione appetitus dilatatur. Diciturque lætitia, quaſi latitia. *D. Thom.* 4. *ſent. d.* 49. *quæſt.* 1. *ar.* 1. Hinc lætitia in animo eſt commotio ſuauis iucunditatis in corpore. *Cic. lib.* 2. *de fin. bon. & mal.*
» De qua lætitia. *D. Chryſ. hom.* 36. *de vict. &*
» *vit.* ſicut domum pulchram, cum aer ap-
» propinquauerit, ſplendidam oſtendit; iri-
» dem & aſpectum ſpecioſum hilaritas ani-
» mæ meliorem exhibet, ſi verò in triſtitia,
» deformior redditur.

13 Oratio definitur, ſeù deſcribitur animi affectus in Deum, *de conſ. d.* 1. *quando.* Eſt proprie actus religionis, quia ad religionem pertinet, reuerentiam, & honorem Deo exhibere, ac propterea omnia illa, per quæ Deo reuerentia tribuitur, pertinent ad religionem. Per orationem autem exhibetur reuerentia Deo, in quantum homo illi ſe ſubijcit, & profitetur orando, ſe illo, veluti ſuorum auctore bonorum, indigere, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 3. *c.* Ponuntur autem quatuor conditiones, quibus concurrentibus ſemper aliquis impetrat, quod petit, ſcilicet, vt pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, piè, & perſeueranter *d. quæſt.* 83. *art.* 15. *ad* 2.

14 Partes orationis ſunt, Oratio, Obſecratio, Poſtulatio, & Gratiarum actio. *D. Tho. d. quæſt.* 83. *ar.* 13. Oratio eſt aſcenſus ad Deum, ſeu oris ratio, per quam noſtri cordis intima Deo manifeſtamus, *D. Tho.* 4. *ſent. diſ.* 15. Obſecratio eſt ad miſericordiam imploratio, ſeu per ſacra conteſtatio. D. *Thom. d. art.* 17. *c. & ad* 1.

15 Orationis neceſſitas inſinuatur. *Luc.* 18. Oportet ſemper orare, & non deficere; & ſine intermiſſione orate, 1. *ad Theſſalon. c.* 5. Videatur *D. Ambr. lib.* 2. *de pæn. cap.* 6. *vbi*, Tu, *inquit*, homo es, & vis rogari, vt ignoſcas, & putas Deum tibi non roganti ignoſcere?

Eiuſdem

Eiuſdem verò vtilitas prædicatur, à D. *Chryſoſt. hom.5. de incomprah. natur. Dei*, vbi, Aptiſſima arma oratio eſt, theſaurus perpetuus, diuitiæ inexauſtæ, portus quietis, occaſio tranquillitatis, denique author, parens, fons, & radix omnium bonorum, *& paulò poſt*. Oratio vim ignis extinguit, impetum leonum cohibet, bella componit, prælia remouet, tempeſtates ſuſtulit, vincula mortis diſrumpit, anguores eijcit, offenſas compreſſit, vrbes erremotu nutantes firmauit, plagas cæli rruentes, inſidias hominum, mala denique omnia deleuit.

Duplex eſt oratio, mentalis, & vocalis; lla mentis, hæc oris, & vocis, potiſſima ntem quæ fit in Eccleſia. Ait enim, *D. hryſoſt. hom. 79. ad popul.* Vis diſcete, uanta ſit orationis in Eccleſia ſactæ po:ntia? Vinctus olim erat Petrus, multiſue circundatus catenis, oratio autem ebat ſine intermiſſione ab Eccleſia pro o, & ſtatim eum à carcere liberauit, quid ac oratione potentius, quæ columnam, : Eccleſiæ turrim adiuuit? *& hom. 3. de comp. nat. Dei* Etſi quoque detur domi andi facultas, tamen fieri non poteſt, vt omi tam benè ores, quam in Eccleſia, i tot Patres, vbi clamor fælici ſocietaexitus ad Deum immortalem refertur, on pariter exoras, eum ſolus Dominum ſecras. Eſt enim in hoc plus aliquid, ncordia, conſpiratio, copula amoris, charitas, ſacerdotum clamores.

De veteri orationum ritu ſule *Pater zndinus in ethic ſacr. lib. 39. cap. 11.* Vt licet baptizati cum non baptizatis non arent. Coniugati cum eſſent oraturi, ab u coniugij abſtinerent. Criminoſi exudebantur. Manus abluebant. Inuicem utabant, & oſculabantur. Ad orienn vertebantur. Tempore Paſchali ſtanorabant. Toto reliquo anni tempore nua flectebant. Nudis pedibus nunquã ibant. Signo Crucis ſe ſignabant. Quod imum tantum hodie practicatur.

Adoratio ad religionem pertinet, quia eam Deo reuerentia exhibetur. Cum em nos duplici natura ſimus compoſiti, ellectuali, & ſenſibili, duplicem Deo rationem offerimus, ſpiritualem, quæ ſiſtit in interiori mentis deuotione, & poralem, quæ in exteriori hominis huiatione. Verum quia in omnibus actiæ latriæ id, quod eſt exterius, refertur id, quod eſt interius, ſicut ad principalius, ideo ipſa exterior adoratio fit propter interiorem, vt videlicet per ſigna humilitatis, quæ corporaliter exhibemus exeitetur noſter affectus ad ſe ſubijciendum Deo, quia connaturale nobis eſt, vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus. D. *Thom. 2.2. q. 84. art. 2. c.*

19 Tripliciter diſtinguitur adoratio, in duliam, hyperduliam, & latriam, Prima conuenit Deo, ſecunda B.V. Mariæ eiuſdem Matri. Tertia Sanctis omnibus.

20 Sacrificium dicitur actus religionis, quia per id, quod offertur exterius, ſignificatur ſpirituale ſacrificium, quo anima ſe ipſam offert Deo, iuxta illud, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. *Pſal. 50. 19.* D. *Th. 2.2. q.85. art.2.* quod habet locum etiam in oblationibus, primitijs, & decimis. D. *Thom. 2. 2. q.86. & 67.* vnde quadruplex dicitur ſacrificium, Altaris, Orationum, Eleæmoſynarum, & contriti cordis, *13. qu. 2. non æſtimemus, & de pæn. d. 1. in actione*, oblatio verò duplex, ſpiritualis, quæ eſt corpus & ſanguis Chriſti Domini, & temporalis, quæ tribuitur in rebus temporalibus, *de conſ. d. 2. cap. tribus in fin.*

In quo conſiſtat perfectio ſacrificij in genere exponit. *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 10. cap 6. dicens.* Verum ſacrificium eſt omne opus, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſumus. Vnde & ipſa miſericordia, qua homini ſubuenitur, ſi propter Deum non fit, non eſt ſacrificium, *& infra* Ipſe homo Dei nomini conſecratus, & Deo deuotus, in quantum mundo moritur, vt Deo viuat, ſacrificium eſt, *& infra*, corpus etiam noſtrum eum pertemperantiam caſtigamus, ſi hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, vt non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo, ſacrificium eſt, *& infra*, ſi ergo corpus, quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam inſtrumento vtitur anima, cum eius bonus, & rectus vſus ad Deum refertur, ſacrificium eſt; quanto magis anima ipſa cũ ſe refert ad Deum, vt igne amoris eius accenſa, formam concupiſcentiæ ſæcularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ ſubdita, reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit ſacrificium?

21 Votum definitur, voluntaria, & determinata

minata promiſſio factaDeo de meliori bono. Et probatur eſſe actus religionis ex eo, quia ordinatio actuum cuiuſcumque virtutis in ſeruitiumDei eſt proprius actus religionis. Vnde cum promiſſio ſacta Deo nihil aliud ſit, quam ordinatio quædam eius, quod promittitur, in eum, cui promittitur, per conſeques votum eſt propriè actus latriæ,ſeu Religionis. D. *Thom.2.2. quaſt.88. ar. 7.*

Concordant omnes Theologi cum. D. *Thom. d. quaſt.88. art. 6.* opera, quæ vi, & ratione voti fiunt, eſſe maioris meriti apud Deum, quam ſi ſecus fierent, nam. vouens non ſolum dat opus, quod facit, ſed ſeipſum,ſicuti plus tribuit,qui dat fructus, & arborem, quam qui ſolos fructus. *D.Anſelmus de ſimilitud.*

Sicuti autem non tenetur quis votum emittere, ſic emiſſum tenetur neceſſario adimplere. *Domin.in cap.licet de vot.*quia regulatur à natura contractus, qui à principio eſt voluntaris, ex poſt facto neceſſitatis *l.ſicut C. de action.& oblig.*

22 Iuramentum eſt inuocatio diuini teſtimonij in dicti, vel facti alicuius confirmationem. *D.Thom.2-2.quaſt. 89.ar.*1. Dicitur actus religionis, quia hoc ipſo quod homo per Deum iurat, profitetur Deum potiorem, vtpote, cuius veritas eſt indefectibilis, & cognitio vniuerſalis, & ſic Deo aliquo modo reuerentiam exhibet. *Vnde D.Hieron:ſuper Matth.cap.* 5. dicit, quod qui iurat, aut veneratur, aut diligit Deum, per quem iurat, *D. Thom. d. quaſt.89. art.4.*

23 Triplex eſt iuramentum: Aſſertorium quando diuinum teſtimonium inducitur ad confirmationem præſentium, vel præteritorum. Promiſſorium, quando inducitur ad confirmationem alicuius futuri. Et execratorium cum aliquis ſe, vel aliquid ad ſe pertinens ad pœnam obligat. D.*Thom.d quaſt.89. art. 1.c.& ad 3.*

24 Dicitur licitum iuramentum in ſex caſibus. Pro pacis & amoris connexione, *22. q. 1. cap. 1.* Pro purgatione propriæ infamiæ. *2. q. 5. cap. presbyter, & duobus capit. ſeqq.*Pro fide, & fidelitate, *de conſ. d. 1. Ego Berengarius 15. qu. 6. alius.* Pro obedientia, ſiue reuerentia, *23. di. quanquam.* Pro veritate inquirenda, ſiue in teſtibus, ſiue in alijs, *14. qu. 2. quanquam, & 22. quaſt. 1. omne.* Et pro damno dato, vel dando, *2. quaſt. 1. in primis*, vnde verſus.

Pax, ac fama, fides, reuerentia,cautio damni,
Defectus veri, ſibi poſcunt ſacra tueri.

25 Et generaliter trescomites ſemper iuramentum habere debet, iuſtitiam, veritatem, & iudicium. D. T*hom. d. qu. 89. art. 3.*

26 Adiuratio per diuini nominis aſſumptionem, per quam, ad ſimilitudinem quandam iuramenti,alium ad aliquid agẽdum prouocamus, pertinet ad religionem ex eo, quia hominem adiurando, eius voluntatem per rei ſacræ reuerentiam intendimus immutare. D. *Thom. 2.2.quaſt.90. art.1. ad 3.* quam quidem adiurationem non niſi in ſubditos cadere poſſe, tenet *ibidem* D. *Thom.* licitumque eſſe, adiurare dæmones per virtutem Diuini nominis, & tanquam inimicos repellere, ne nobis ſpiritualiter, vel corporaliter noceant; nõ autem ad aliquid ab eis addiſcendum, vel aliquid per eos obtinendum, D. *Thom.d. qu. 90. ar.2.* ſicuti etiam licitum eſt,adiurare creaturas irrationales duplici modo, ſcilicet per modum deprecationis ad Deũ directæ, quod pertinet ad eos, qui diuina inuocatione miracula ſaciunt, & per modum compulſionis, quæ refertur ad Diabolum, qui in nocumentum noſtrum vtitur irrationabilibus creaturis, & talis eſt modus adiurandi in Eccleſia exorciſmis, per quos dæmonum poteſtas ab irrationabilibus creaturis excluditur. D. *Thom. d. qu.90. ar. 3.*

27 Laudatio demum Diuini nominis per vocem, & cantica ſpectat ad religionem, quia per vocales hymnos, & cantica, deuotio ſpiritualis excitatur. D.T*hom. 2.2. qu. 91. ar. 2.ad* 1.

28 Vitia Religioni oppoſita ſunt,Superſtitio,Idololatria,Diuinatio, ſeu futurorum prænunciatio, Obſeruantia artis notoriæ, Tentatio Dei, Periurium, Sacrilegium,& Simonia. D.*Thom. 2.2. qu. 92. art. 1. qu. 94.95.96.97.98.99.&* 100.

29 Superſtitio eſt, qua diuinus cultus exhibetur, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet, D. *Thom.2.2.qu. 92.ar.1. c.* Poteſt enim in diuino cultu reperiri aliquid pernicioſum multipliciter. Vel ſcilicet Deo cultum exhibendo contra modũ, diuina auctoritate ab Eccleſia inſtitutum, vel iuxta legales obſeruantias poſt Chriſti aduentum. *D.Thom. 2.2. qu. 93. art. 1.* vel ſi aliquid fiat, quod quantum eſt de ſe non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc,quod mens hominis feratur in Deum,

ut quo carnis concupiſcentiæ immoderatæ refrenentur, vel ſi ſit præter Dei, & Eccleſiæ inſtitutionem, vel contra communem obſeruantiam, & conſuetudinem, *l. qu. 93. ar. 2. c.*

Nominis ethimologiam fuſe tractat, *Delr. diſq. mag. lib. 1. cap. 1.* ſentiens cum B. Iſidoro, *lib. 8. orig. cap. 3.* quod ſuperſtitio dicatur quaſi ſuperflua, vel ſuper ſtatura, obſeruatio. Alijs verò dictam à ſenibus, qui multis annis ſuperſtites, per ætatem delirant, & errant ſuperſtitione quadam neſcientes, quæ vetera colunt, aut quæ veterum ignari aſciſcunt.

Adducens item opinionem, *Seruij* dicentis, quod ſuperſtitio eſt, ſuperſtantiũ rerum, ideſt cæleſtium, & diuinarum, quę per nos ſtant, inanis, & ſuperfluus timor. Et Ciceronem relatum per, D. *Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 30.* vbi hæc habet, Non enim Philoſophi ſolum, verum etiam maiores noſtri Religionem à ſuperſtitione ſepararunt, nam qui totos dies præcabantur, & immolabant, vt ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.

Concludens demum, à Chriſtianis ſcriptoribus nomen ſuperſtitionis in malum ſumi ſolere, etiam in illo B. Pauli, Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos eſſe video. *Act. 17 22.* eo ſcilicet, quod vano dæmoniorum timore, lapides, ligna, ſpiritus, ignota quoque, & ambigua numina colerent.

Idololatria dicitur, quando diuinus cultus exhibetur ei, cui non competit, cum ſoli Deo exhibendus ſit. Et definitur, cultus Deo debitus, creaturæ exhibitus. ſeu falſa religio, qua cultus ſoli Deo debitus, Idolo exhibetur. *D. Thom. 2. 2. qu. 94. ar. 1.*

Idololatriæ comparat Apoſtolus auaritiam, *ad Eph. 5. 5.* Quia ſicut Idolatra ſeruit ſimulachro, ſic auarus ſeruit theſauro; ille cultum Idololatriæ diligenter amplíat, & iſte cum ſollicitudine pecuniæ cumulum augmentat. Ille cum omni diligentia colit ſimulachrum, & iſte cum omni cura cuſtodit theſaurum. Ille ſpem ponit in Idololatria, & iſte in pecunia; ille timet mutare ſimulachrum, & iſte timet minuere theſaurum.

Diuinatio, quæ à Petris inuenta dicitur, *16. qu. 4. igitur* quadrifariam diuiditur; in ſpiritualem ſcilicet, naturalem, communem, & diabolicam. Spiritualis diui-

33 natio vocatur prophetia, ſpiritualis dicta, quod inſtinctu, afflatuque Spiritus Sancti fundatur; & ad hanc referuntur omnia ſacræ ſcripturæ vaticinia miraculis, & ſignis confirmata, certiſque euentibus ſancita, de qua ſuo loco dicemus.

34 Naturalis eſt, quæ intuetur, & conſiderat naturas rerum conditarum, ſcrutaturque, quibus quæque viribus ſint prædita, quid natiua vi ſua efficiant, quibus vſibus ſint addictæ, quibus cauſis naturæ rerum, vel vitientur, ac deprauentur, vel diſſoluantur prorſus, ac deſtruantur; ſeriem denique, ac connexionem cauſarum ſecundarum peruestigat, & qua vi quæque ſibi coniunctam, & copulatam cauſam moueat, atque efficiat, quas qualitates corporibus imprimat; & ex cauſis de effectibus ſecutis ratiocinatur, ac viciſſim ex effectibus naturas rerum, & facultates æſtimat, oſtenditque.

35 Communis, ſeu vulgaris, popularis, vel plebeia diuinatio imperitis, & vulgo in vſu eſt, qui non inquiſitis ſollicite cauſis euentuum in natura, nec conſiderato ſignorum cum rebus ſignificatis conſenſu, ex ijs ſolum, quæ vt plurimum eodem modo euenire iiſdem antegreſſis ſignis animaduerterunt, & notarunt, artemque, & regulas effecerunt, ex quibus de multiplicibus euentibus, de tempeſtatum, cælique conuerſionibus, ac commutationibus, de frugum, fructuumque prouentu de vbertate, vel caritate annonæ, de acris ſalubritate, vel infectionibus, & huiuſmodi ſæpè diuinant.

36 Diabolica demum diuinatio continet omnia vaticinia extra ſpirituales, vel naturales cauſas, ſiue fiant per ſomnia, ſiue per mortuorum apparitionem, ſiue per homines viuos, ſeù Pythones, ſiue per figuras, & ſigna, quæ in rebus inanimatis apparent, ſiue per motus, & volatus auium, ſeu quorumcumque animalium, ſiue per ſternutationes hominum, vel membrorum ſaltus, ſiue per verba abſque intentione dicta, ſiue demum per lineas manuum, vel aliorum membrorum. D. *Thom. 2. 2. qu. 95. art. 3. & plurb. ſeqq.* Permittit enim Deus quandoque per diuinationes illudi hominibus malis, vt probentur boni, an in dilectione Dei ſint firmi, *37. diſt. nec mirum.*

Eſt & alia diuinatio, de qua Salomon, diuinatio, *inquit* in labijs regis, in iudicio non errabit os eius, *Prou. 16. 10.* quæ per-

pertinet ad ſagacitatem in occultis,& perplexis indiciorum latebris eruendis, iudici neceſſariam, cum ſit quædam in iudiciarijs dininatio metaphorica, qua ea, quæ præterita ſunt, & quorum veritas ignoratur,ſolerti diſcuſſione conijciuntur. Prout accidit in iudicio Salomonis, cum veræ matri filium reſtituit, *3. Reg. 3.* & in Danielis inquiſitione, qua ſenum perfidia detecta, Suſannam vitæ, honori, marito reſtituit. *Dan. 13.* Et in pluribus huiuſmodi exemplis adductis à, *Delr. diſq. mag. lib. 4. cap.* 1. vbi de Ariopharne,qui minimo Cimmeriorum regis filio regnum adiudicauit, quia in Patris cadauer prout alij fecerant, iaculari detrectauit. Et de Theodorico Gotborum Rege, à quo iuſſa mulier, accipere in maritum iuuenem, quem filium negabat, ne in maritum reciperet, filium ſuum eſſe libere faſſa fuit.

37 Obſeruantia artis notoriæ conſiſtit in inſpectione quarumdam figurarum, vel prolatione quorundam verborum ignotorum, vel ſuſpenſione diuinorum verborum ad collum, & huiuſmodi, ad ſcientiam addiſcendam, vel ad ſanitatem tuendam, ſeu recuperandam, vel ad prænoſcendum aliqua futura, aut ad præcauendum ab infortunijs, vel ad aliud huiuſmodi generis D. *Thom. 2. 2. q. 96. per tot.*

Definitur à *Delr. diſq. Mag. lib. 3. q. 1.* Magia ſuperſtitioſa, qua commodum aliquod ſperatur ex re, quæ nec ſupernaturaliter eo pertinet,neque naturaliter id præſtare poteſt. *Et q. 3.* in quatuor diuidit ſpecies. Quarũ prima eſt,quando expectatur commodum in rebus exterioribus, ſeu fortunæ, vt in animalibus, ſegetibus, vineis,bonaque aeris cõſtitutione &c.Secunda, quando expectatur bonum aliquod corporis, vt ſanitas, liberatio a carcere, hoſtibus, ferro, igne, aequa, & huiuſmodi,quia ſic ſe quis putat fore innoxiũ.Tertia, quando expectatur bonum animæ naturale, vt ars aliqua, vel ſcientia. Quarto quando expectantur bona ſupernaturalia, vt ſunt remiſſio peccatorum, per aliquas certas orationum formas, vel verſiculos pſalmorum, vel ſacræ alterius ſcripturæ. & alia huiuſmodi, ab Eccleſia, vel à Deo ad hoc non ordinata. Videatur idem *Delr. d. lib. 3.* per plures quæſtiones rem mirabiliter, & plenè tractans.

38 Tentatio Dei eſt, quando abſque neceſſitate,vel vtilitate committit ſe quis diuino auxilio in ſuis petitionibus,vel factis, quaſi velit eius potentiam, ac voluntatem experiri. *D. Thom. 2. 2. quaſt. 97. ar. 1. c.*

Quam Dei tentationem omninò fugiendam docet *D.Aug. lib.19. de Ciuit. Dei cap. 19.*& clarius cõtra *Fauſtum Manicheum lib. 22. cap. 36. his verbis.* Dicet aliquis, cur non potius ita de ſuo præſumpſit Abraham, vt fateri non timeret vxorem? nunquid enim Deus ab illo mortem non poterat repellere, quam timebat, cumque cum coniuge ſua ab omni pernicie in illa peregriuatione turari,vt nec vxor eius,quamuis eſſet pulcherrima, appeteretur ab aliquo, nec propter illam ipſe necaretur? poterat ſanè hoc efficere Deus, quis ita ſit demens, vt hoc neget? ſed ſi interrogatus Abraham illam fæminam ſuam eſſe indicaret vxorem, duas res tuendas committeret Deo, & ſuam vitam, & coniugis pudicitiam. Pertinet autem ad ſanam doctrinam, quando habet, quod faciat homo, non tentare Dominum Deum ſuum. Neque enim & ipſe Saluator non poterat tueri diſcipulos ſuos, quibus tamen ait. Si vos perſecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam. Cuius rei prior exemplum præbuit; nam cum haberet poteſtatem ponendi animam ſuam, nec eam poneret, niſi cum vellet, in Egyptum tamen infans portantibus parentibus fugit, & ad diem feſtum non euidenter, ſed latenter aſcendit, cum alias palam loqueretur Iudæis iraſcentibus, & inimiciſſimo animo audientibus, nec tamen valentibus in eum mittere manus, quia nondum venerat hora eius, non cuius horę neceſſitate cogeretur mori, ſed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Qui ergo palam docendo, & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in ſe aliquid non ſinendo, Dei demonſtrabat poteſtatem, idem tamen fugiendo, & latendo, hominis inſtruebat infirmitatem, ne Deum tentare audeat, quando habet, quod faciat, vt, quod cauere oportet, euadat. Neque enim & Paulus Apoſtolus deſperauerat adiutorium, protectionemque diuina, fidemque perdiderat, quando per murum in ſporta ſubmiſſus eſt, vt inimicorum manus effugeret. Non ergo in Deum non credendo ſic fugit, ſed Deum tentando fugere noluiſſet, cum ſic fugere potuiſſet. Proinde cum inter ignotos propter excellentiſſimam pulchritudinem Saræ, & eius pudicitia, & Mariti vita eſſet in dubio, nec vtrumque tueri poſſet Abraham, verun-

untamen vnum horum poſſet, id eſt viam, ne Deum ſuum tentaret, fecit quod ootuit, quod autem non potuit, illi comniſit. Qui ergo ſe hominem occultare ion valuit, maritum ſe occultauit, ne occideretur, vxorem Deo credidit, ne ollueretur.

Periurium definitur tranſgreſſio iuranenti, 22. *quæſt.* 4. *inter cætera*, ſeu nendacium iuramento firmatum D.*Thom.* . 2. *quæſt.* 98. *art.* 1. Quod lætale eſt non olum in peierante, ſed etiam in peieranti cauſam tribuente. Nam ille, qui prouoat hominem ad iurandum, & ſcit eum alſum iuraturum, homicidam vincit, quia homicida corpus occidit, ille aninam, immo duas animas, eius ſcilicet, quem iurare prouocauit, & ſuam; ſcit nim verum eſſe, quod dicit ipſe, falſumque quod alius, & tamen iurare compelit, propterea ille idem perit, qui de alteius morte ſatiari voluit. 22. *q.* 5. *ille*

Sacrilegium eſt rei ſacræ violatio, & ſurpatio. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 99. *art.* 1. umitur autem violationis nomen pro quaumque irreuerentia, vel dehonoratione; um & ipſum ſacrilegij nomen largius, & trictius accipi poſſit. Si enim ſtricte ſumaur, ſacrilegium propriè eſt illud peccaum, quod perſona Deo ſacra in ſe comnittit, vt ſi ſacerdos fornicetur. *Angel. verbo ſacrilegium, nu.* 2. Si vero largius, ribus modis committi dicitur, ratione cilicet perſonæ, cum quis lædit perſonam Deo ſacram, 17. *quæſt.* 4. §. *qui autem.* atione loci, ſicuti cum violatur immunias Eccleſiæ, vel cæmeterij *d.* §. *qui autem, & cap. ſeqq.* & ratione rei, auferendo ſarum de ſacro, ſacrum de non ſacro, & on ſacrum de ſacro. *gloſſ. in cap. quiſquis* 7. *quæſt.* 4. largiſſime demum, ſicuti quod ugæ in ore ſacerdotum ſint ſacrilegium, icut blaſphemiæ. D. *Hieron.*

Simonia definitur ſtudioſa voluntas mendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, el ſpirituali annexum, 1. *quæſt.* 1. *ſtudet.* D. *Thom. quæſt.* 100. *ar.* 1. ſub quo nomie emptionis, & venditionis intelligitur mnis contractus non gratuitus. *d. ar.* 1. *d* 5. Et item munus ab obſequio, vel à ingua, quando ad aliquid pretio æſtimaile comparatur, ſeu ordinatur. *d. quæſt.* oo. *ar.* 5. De Simonia beneficiali cantanur verſus.

atuor Eccleſias portis intratur ad omnes,
Cæſaris, & Simonis, ſanguinis, atq; Dei
Prima patet magnis, & nummis altera, charis
Tertia, ſed paucis quarta patere ſolet.

42 Religio, prout ſignificat certum ſtatum perſonarum in Eccleſia militanti, eſt quædam diſciplina, ſeu exercitium ad perfectionem perueniendi. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 2. *c.* Vnde ille, qui tranſit ad Religionem, profitetur ſe velle adhibere ſtudium ad perfectionem acquirendam *d. ar.* 2. *ad* 1.

43 Ad hanc autem perfectionem obtinendum, primum fundamentum eſt voluntaria paupertas, iuxta illud, ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, *Matth.* 19. 21. quia nutrimentum charitatis eſt diminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. *D. Aug. qu. lib.* 83. *qu.* 36. *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 186. *ar.* 3. *c.* Secundnm fundamentum eſt continentia perpetua. Cum enim ad ſtatum religionis requiratur abſtractio eorum, per quæ impeditur homo, ne totaliter feratur in Deum, ſeu in Dei ſeruitium, per conſequens, & neceſſario requiritur abſtractio carnalis copulæ, quæ retrahit animum, ne totaliter feratur in Dei obſequium, tum propter vehementiam delectationum, ex cuius feruenti experientia augetur concupiſcentia; Tum propter ſollicitudines, quæ ingeruntur homini ex gubernatione vxoris, filiorum, & rerum temporalium. D. *Tho. d. quæſt.* 186. *ar.* 4. *c.* Tertium fundamentum eſt obedientia, quia perfectio Religionis maxime conſiſtit in imitatione Chriſti, in quo præcipue commendatur obedientia, ſecundum illud, Factus eſt obediens vſque ad mortem mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum. *Ad Philip.* 2. 8. Præterea cum ſtatus Religionis ſit quædam diſciplina, ſeu exercitium tendendi in perfectionem, neceſſe eſt, vt qui inſtruuntur, vel exercitantur, alicuius ſequantur directionem, ſecundum cuius arbitrium inſtruantur, & excitentur, vt ad perfectionem perueniant. Et per conſequens in ijs, quæ pertinent ad religioſam vitam, alicuius inſtructioni, & imperio ſubdantur, quod fieri non poteſt niſi per obedientiam. D. *Thom. d. q.* 186. *ar.* 5.

44 Ad hæc tria vota, & fundamenta omnes aliæ Religionum obſeruantiæ diriguntur; nam inſtituta ad procurandum victum, e. g. labor, mendicitas, & alia huiuſmodi referuntur ad paupertatem. Illa, quibus maceratur corpus, vt vigiliæ, ieiunia, &

Digitized by Google

ſimilia, ordinantur ad votum continentiæ. Et illa, quæ pertinent ad humanos actus, quibus quis ordinatur ad dilectionem Dei, & proximi, vt lectio, oratio, viſitatio infirmorum, & cætera huiuſmodi, ſub obedientiæ voto continentur. *D. Thom. d. q. 186. art. 7. ad 2.*

45 De bonitate ſtatus religioſi tractat idem *D. Thom. d. ar. 7. c.* vbi quod poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo ſecundum quod eſt exercitium tendendi in perfectionem charitatis, & ſecundum hoc remouentur illa, per quæ homo poſſet impediri, ne totaliter eius affectus tendat in Deum, in quo conſiſtit perfectio charitatis. Nempe per votum paupertatis tollitur cupido exteriorum bonorum, per votum continentiæ tollitur concupiſcentia ſenſibilium delectationum, inter quas præcellunt venereæ, & per votum obedientiæ excluditur inordinatio humanæ voluntatis. Alio modo ſecundum quod animum quietat ab exterioribus ſollicitudinibus; Et ſecundum hoc per votum paupertatis aufertur ſollicitudo circa diſpenſationem exteriorem rerum; per votum continentiæ amputatur ſollicitudo circa gubernationem vxoris, & filiorum, & per votum obedientiæ tollitur ſollicitudo circa diſpenſationem propriorum actuum. Tertio modo ſecundum quod eſt quoddam holocauſtum, per quod aliquis totaliter ſe, & ſua offert Deo, & ſecundum hoc per votum paupertatis offertur bonũ rerum exteriorum, per votum continentiæ offertur Deo bonum proprij corporis; & per votum obedientiæ offertur Deo bonum animæ, propriam ſcilicet voluntatem, per quam omnibus animæ potentijs, & habitibus vtitur homo.

46 Martyrij genus vocant Sancti Patres Religionem, nempe *D. Ioann. Damaſ. in hiſt. Barlaam. cap.* 12. D. *Gregor. hom.* 35. *in Euang. & D. Auguſtin. ſerm.* 250. *de tempore*, vbi, iracundiam mitigare, libidinem fugere, auaritiam contemnere, ſuperbiã humiliare, pars magna martyrij eſt. *Et D. Bern. ſerm. 1. de oct. Paſch.* Eſt & martyrij genus, & quædã effuſio ſanguinis in quotidiana corporis afflictione. Sic quippe infirmis, & puſillis corde neceſſe eſt, vt quem ſemel pro Chriſto ponere non ſufficiunt, ſaltem mitiori quodam, ſed diuturniori martyrio ſanguinem fundant. *& ſerm. 30. in cant.* Genus martyrij eſt, ſpiritu facta carnis mortificare, illo nimirum, quo membra ceduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius.

47 Paupertas multiplex eſt, & in quinque genera, *ex homil. 40. Authoris ſermon. ad fratr. in Erem.* diuidit *Pater Dandinus in Ethic. ſacr. lib. 45. cap.* 1. Prima vocatur infelicitatis, quam habet mendicus, eſtq; flagellum, & miſeria, quæ ſemper affligit. Volunt enim, & appetunt huiuſmodi pauperes ea commoda, quibus priuantur, & innumeris deſiderijs ſe ipſos miſerrimè cruciant. Secunda dicitur cupiditatis, quam habet auarus, & vocatur venenoſa, ſeu venenum, quia necat. Tertia ſuperfluitatis, quam habet prodigus, & dicitur ventilabrum, ſeu ventoſa, quia inflat. Quarta doloſitatis, quæ vocatur paries dealbatus, ſeu vmbraculum, ſcilicet hypocritarum. Quinta voluntatis, qua gaudent pauperes Chriſti, eſtque glorioſa, quia coronat.

Tres verò tantum ſpecies ponit *Hugo de clauſ. anim. lib. 1. cap.* 9. Quarum prima eſt eorum, qui temporalibus rebus egent, ſed inuiti; & hæc vocari ſolet egeſtas, cum tales egeant rebus, & bona voluntate. Secunda eorum, qui rebus abundantes, ſunt tamen ſpiritu pauperes; Vocaturque aurea paupertas, quia licet diuitiæ affluant, cor tamen non abundat. Tertia eorum, qui mediocritatem, ſeu frugalitatem exercent.

Communiter tamen cum *D. Thom. cont. gent. lib.* 2. dupliciter paupertas diuiditur, In coactam, ſeu neceſſitatis, & in voluntariam, ſeu voluntatis. Prima eſt illorum, qui pauperes nati, aut facti ſunt; & altera illorum, qui cum eſſent diuites, ac locupletes, maioris boni cupidi, facultates omnes abiecerunt. Priorem *D. Ioann. Chryſ. lib. 3. de Sacerdot.* malum dixit inſatiabile querimonia ſemper, & ingratitudine plenum: Quia niſi ex corde, & affectu pauper ſis, paupertas ipſa non eſt virtus ſed miſeria iudicãda, *Euſeb. Emiſs. hom. 4. ad Monach.* non enim paupertas virtus reputatur, ſed paupertatis amor. D. *Bern. Epiſ.* 100. Alteram vero idem *D. Bern. ſerm. 4. in vigil. Nat. Dom.* cunctis præponit opibus, cunctiſque theſauris ſæculi. *& ſerm. 4. de aduen. Dom.* ſuper illa verba, Beati pauperes ſpiritu, quorum ipſorum eſt Regnum Cœlorum. *Matth. 5. 3.* Magna, *inquit*, eſt penna paupertatis, qua tam citò volatur in Regnum Cœlorum, nam in alijs virtutibus, quæ ſequuntur, promiſ-

ſio

lo futuro tempore indicatur, paupertati non tam promittitur, quam datur.

Nec ſolùm pauperes iuuat paupertas, ſed etiam diuites; Paupertatem ſiquidem voluit Deus eſſe, vt ſuſtinentes per patientiam coronarentur, & diuites eis benefaciendo, in ipſis mererentur, 47. *di. ſicut.*

Caſtitas paupertatem præcellit, quia maior in ea, quàm in paupertate labor eſt, quoniam voluptas naturalis corpori noſtro eſt inſita, & ingenita; pecuniarum autem cura nequaquam. *D. Chryſ. hom. 36. ad popul.* maiuſque continentiæ, quam nummorum certamen eſt; facilè abijcitur, quod hæret extrinſecus; inteſtinum bellum pericoloſius eſt, *D. Hieron. epiſt. ad Pamm. de obit. Paul. cap. 5.*

Propterea angelica prorſus virtus eſt, & angelica caſti hominis vita; In carne enim viuere, & carnis motus non ſentire; atque ita in carne eſſe, ac ſi in carne non eſſes, angelicum eſt, non humanum. Nulla virtute, *inquit. Ioann. Caſſian. lib. de ſpir. fornic. cap. 6.* tam propriè homines æquantur Angelis, quam caſtitate, per quam adhuc in terra degentes, habent municipatum in Cælis, teſte *Apoſt. Phil. 3.* cui concordat *D. Bern. ſerm. 2. de altit. & beat. cord.* Vita celebs, vita celeſtis, incorruptio facit proximum Deo.

Hinc *D. Chryſ.* ſuper illud, Ecce vir, Oriens nomen eius, *Zaccar. 6.* omnia vitia à caſtitate remouere contendit; Caſtitas, *inquiens,* diſcordiæ non conuenit, ebrietati, impudicitiæ, iracundiæ, malitiæ, adulationi, ſubdolæ menti, laudibus humanis inhærenti, cupiditati, auaritiæ, diſſenſioni, zelo, liuori, inuidię, contentioni, his vitijs non coniungitur caſtitas. Et *D. Hier. lib. aduer. Iouin. cap. 23.* omnes virtutes caſtitati coniuuxit. Adducens enim illud, Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, *Gal. 5.* omnium virtutum ſpiritus, veluti fundamentum ſolidiſſimum, & ſublime culmen, à continentia ſuſtenrari, ac protegi adnotauit:

Nec caret etiam caſtitas ſua laude Martyrij D. *Hieron. in epiſt. ad Demotria. cap.* 1. *Et.* D. *Cipr. in lib. de dupl. mart.* Si deeſt, *inquit*, Tirannus, ſi tortor, ſi ſpoliator,, non deerit concupiſcentia, martyrij nobis quotidianam materiam exhibens, *& paulo poſt* Etſi Eccleſia Martyres appellet eos, qui violenta morte deceſſerunt, apud Deum tamen quicumque carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs, martyres ſunt, nec martyrum Corona fraudabuntur.

52 Obedientia verò potiſſimum locum obtinet, quia per votum obedientiæ aliquid maius offertur Deo, ſcilicet ipſa volontas, quæ potior eſt, quam corpus proprium, quod offertur Deo per continentiam, & quam res exteriores, quæ offeruntur Deo per votum paupertatis. Propterea D. *Gregor. lib. 35. moral. cap. 10.* referens illud, Melior eſt obedientia, quam
„ victimæ, 1. *Reg.* 15. 22. Obedientia victi-
„ mis iure, *inquit*, præponitur, quia per vi-
„ ctimas aliena caro, per obedientiam ve-
„ rò voluntas propria mactatur, dum ante
„ Dei oculos, repreſſa arbitrij ſui ſuperbia,
gladio præcepti ſe imolat. Vide quæ diximus ſupra, *cap. 11. nu. 34. & ſeqq.*

53 Summum gradum inter Religiones obtinent illæ, quæ ad docendum, & prædicandum ordinantur, & quæ Epiſcoporum perfectioni ſunt propinquiſſimæ. Secundum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem. Et tertius earum, quæ circa exteriores actiones occupantur. In ſingulis autem horum graduum poteſt attendi præeminentia, ſecundum quod vna Religio ordinatur ad altiorem actum in eodem genere. Sicuti inter opera actiuæ vitæ potius eſt, redimere captiuos, quam hoſpites recipere; Et in operibus vitæ contemplatiuæ potior eſt oratio, quam lectio. Poteſt etiam attendi præeminentia, ſi vna ex ipſis ad horum plura ſit ordinata, vel ſi conuenientiora ſtatuta, ad finem propoſitum conſequendum habeat. D. *Thom. 2. 2. quaſt. 188. ar. 6. c.*

Quæ vero Religio ſit ſtrictior, non debet ſimpliciter conſiderari ex diſpoſitione regulæ originalis, ſed etiam ex ſtatu regulæ qui duriorem viuendi modum inducit. *cap. ad noſtram de appell. & cap. 1. de ſtat. Monach.*

54 Quamuis tranſire de vna Religione ad aliam non videatur laudabile; poteſt tamen quis de Religione ad Religionem in pluribus caſibus ſine culpa tranſitum facere. Primo quidem zelo perfectioris Religionis. Secundo propter declinationem Religionis à debita perfectione; puta, ſi in aliqua arctiori Religione incipiant Religioſi remiſſius viuere. Laudabiliter enim tranſit quis ad Religionem etiam minorem, ſi melius obſeruetur. Tertio pro-

pter infirmitatem, vel debilitatem, ex qua interdum prouenit, quod non poſſit aliquis arctioris Religionis ſtatuta ſeruare, poteſt autem ſeruare ſtatuta laxioris. Et in hoc vltimo caſu requiritur diſpenſatio. In primo vero ſufficit ſuperioris licentia; & in ſecundo ſuperiorum iudiciũ D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 189. *ar.* 8. *c.* Quæ tamen per *Concil. Trid. ſeſs.* 25. *de regul. cap.* 19. & per nouiſſima decreta aliter diſpoſita fuerunt, ſuper quo videndi ſunt doctores citati à *Barboſ. in d. cap.* 19. *&* *Gratian. diſceptat. forens cap.* 434.

SVMMARIVM.

Ambitio opponitur fortitudini, nu. 35. *Quid importet nu.* 41. *&* 42. *quantum ſit pernicioſa, nu.* 43.
Ambitio eſt ſimia charitatis. nu. 44.
Ambitioſi quantum ſe humilient, nu. 45.
Audacia opponitur fortitudini, nu. 35. *quid importet, nu.* 39.
Conſumptio quid ſit, nu. 50.
Conſtantia eſt pars fortitudinis, nu. 7. *quid importet nu.* 29. *conuenit cum patientia. n.* 30.
Fiducia eſt pars fortitudinis, nu. 7. *in quo conſiſtat nu.* 13.
Firmitas differt à conſtantia, nu. 29.
Fortitudo duplex, corporis, & animi, nu. 1.
Fortitudinis diuiſio, nu. 2. *& ſeq.*
Fortitudinis definitio, nu. 4.
Fortitudo triplex, hypocritarum, Philoſophorum, & fidelium, nu. 5.
Fortitudinis duplex actus, nu. 6.
Fortitudinis partes, nu. 7.
Fortitudini vitia oppoſita, nu. 35.
Inanis gloria opponitur fortitudini, nu. 35. *in quo conſiſtat, nu.* 36.
Inanis gloria opponitur magnanimitati, n 47. *eſt vitium capitale, nu.* 48.
Intimiditas opponitur fortitudini, nu. 35. *quid importet nu.* 38.
Longanimitas eſt pars fortitudinis, nu. 7. *in quo conſiſtat nu.* 28. *conuenit cum patientia num.* 30.
Lucretia interemptio non tribuitur fortitudini ſed vitio nu. 37.
Magnanimitas eſt pars fortitudinis, nu. 7. *quid importet, & eius effectus, nu.* 8. *& ſeqq.*
Magnanimitati conferunt bona fortuna, n. 11.
Magnanimus non magni facit fortuna bona, num. 12.
Magnifiсentia eſt pars fortitudinis, nu. 7. *in quo conſiſtat nu.* 17.
Magnificentia obiectum, nu. 18.
Magnificus quis dicatur, nu. 19. *qualiter ſe gerere debeat nu.* 20.
Mollities opponitur fortitudini, nu. 35. *in quo conſiſtat, nu.* 51.
Multis dat Deus dilectionem ſui, quibus non dat perſeuerantiam, nu. 33.
Paruificentia quid ſit, nu. 49.
Patientia eſt pars fortitudinis, nu. 7. *Quid importet, nu.* 21. *circa quæ verſetur, nu.* 22. *In quibus conſiſtat, & quibus partibus, nu.* 23. 24. *non datur ſine charitate, nu.* 25.
Patientia comparatur martyrio, nu. 26.
Patientia non opponitur iraſci contra malum, num. 27.
Perſeuerantia eſt pars fortitudinis, nu. 7. *& quare, nu.* 32. *quid importet nu.* 31. *eſt duplex, nu.* 33. *conuenit cum conſtantia, num.* 34.
Pertinacia opponitur fortitudini, nu. 35. *quid importet, nu.* 52.
Præſumptio opponitur fortitudini, nu. 35. *in quo conſiſtat, nu.* 40.
Puſillanimitas opponitur fortitudini, nu. 35. *quid importet, nu.* 48.
Securitas eſt pars fortitudinis, nu. 7. *quid ſit nu.* 14. *In via non poteſt perfecte haberi, nu.* 15. *eſt mater negligentia nu.* 16.
Timor opponitur fortitudini, nu. 35. *quid importet, nu.* 36.

CAPVT X.

De Fortitudine.

1 NOmen fortitudinis interdum corporis robur, ac potentiam ſignificat, interdum animi virtutem. In priori ſignificationem diabolum quoque fortem legimus appellatum à Chriſto Domino, dicente. Quomodo poteſt quiſquam intrare domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem? *Matth.* 12. 29. fortem enim, robuſtum, ac viribus valentem dixit, quia genus humanum potuit tenere captiuum. *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 20. *cap.* 7. Et in ſacris litteris celebris eſt fortitudo Sampſonis, quæ tamen non fuit virtus, ſed corporis robur, & vires à Deo tributæ.

2 In ſecunda verò ſignificatione, quatenus eſt animi virtus, diuiditur in generalem, & ſpecialem. Generalis importat quandam animi firmitatem, qua nos ipſos & immoderatos affectus noſtros ſuperamus, & omnes actus rationi ſubijcimus. *D. Ambr. lib.* 1. *de offic. cap.* 36. ſicque non

tam

tam eſt virtus, quam conditio cuiuslibet virtutis, quia ſecundum. *Phyl.* 3. *Ethic cap.* 4. ad virtutem requiritur, firmiter, & immobiliter operari. Specialis verò importat firmitatem in ſuſtinendis, & repellendis ijs, in quibus maxime difficile eſt firmitatem habere; ſcilicet in aliquibus periculis grauioribus, & ſpecialiter mortis. D. T*hom.* 2-2. *q.* 123. *art* 4. *&* 5. & in hac acceptione definitur *à Tull. lib. 2. de inuent.* quod ſit conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Quam definitionem repetit. *D. Auguſt. lib. quaſt.* 83. *quaſt.* 31. *&* D. T*hom. d. quaſt.* 123. *art.* 2. *c.* & ab eodem. *D. Auguſt lib.* 1. *de lib. arb. cap.* 13. vocatur etiam affectio animæ, qua omnia incommoda, & damna rerum, non in noſtra poteſtate conſtitutarum contemnimus. Cum enim dupliciter impediatur humana voluntas, ne rectitudinem rationis ſequatur; vno modo per hoc, quod trahitur ab aliquo delectabili ad aliquod cõtra rectitudinem rationis, quod impedimentum tollitur à temperantia. Alio modo per hoc, quod voluntatem repellit ab eo, quod eſt ſecundum rationem, propter aliquod difficile, quod incumbit; & ad hoc impedimentum tollendum requiritur fortitudo mentis, quæ huiuſmodi difficultatibus reſiſtat. *D. Thom. d. quaſt.* 123. *art.* 1. *c.*

Triplicem fortitudinem diſtinguit. D. *Auguſt. ſerm.* 13. *ad fratr. in Eremo*, vnam hypocritarum, qui multa ſuſtinent, & tolerant, vt fortes appareant, mundique gloriam venentur, quæ non eſt virtus, ſed vitium; & de qua dicitur, Fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat. *Eſai.* 1. 31. Et D. Greg. *lib.* 3. *mor. cap.* 7. ſuper illud, Inebriauit me abſinthio, T*hren.* 3. Ebrius, *inquit*, quod patitur, neſcit. Eſtque ſimilis abſynthio ebrius, qui præ amore huius mundi ſuſtinens, laboris amaritudinem ignorat.

Alteram Phyloſophorum, de qua, *Cic.* 2. T*uſc. quaſt.* neceſſe eſt, qui ſit fortis, eumdem eſſe magni animi, qui magni animi, inuictum, qui inuictus, eum humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari, deſpicere autem nemo poteſt eas res, propter quas ægritudine affici poteſt, niſi fortis, ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici, omnes autem ſapientes fortes. Quæ quidem fortitudo potuit eſſe virtus moralis, ſed non perfecta, neque illis ad æternam beatitudinem quicquam profuit, cum fide, & charitate caruerit, quæ virtutis omnis, & perfectæ actionis eſt forma.

Tertiam bonorum fidelium, qui quotidie certant vſque ad mortem. Quæ virtus perfecta eſt, cum ſit charitate formata, & proprijs meritis non innitatur, ſed virtuti Dei. D. *Auguſt. in Pſal.* 31. Et cui, vti Dono Dei reſpondet quarta beatitudo eorum, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam D. *Tho.* 2. 2. *q.* 139. *art.* 1. *&* 2.

6 Virtutis fortitudinis duplex eſt actus, Aggredi, & Suſtinere, qui eſt principalis. *D. Thom. d. quaſt.* 123. *ar.* 3. *&* 6. *& quaſt.* 128. *ar.* 1. *c.* cum ipſius ſit, timores reprimere, & audacias moderare. Verſatur tamen magis circa timores reprimendos, quam circa audacias moderandas, *d. quaſt.* 123. *ar.* 6. *c. & per tot.* Maximeque in repentinis locum habet, *d. quaſt.* 123. *art.* 9. *c.* vbi quod in fortitudine duo ſunt conſideranda, vnum quantum ad electionem ipſius, in qua opus eſt præmeditatione circa pericula, vt eis reſiſti poſſit, & facilius tollerentur, & aliud in opere, & tunc maxime eſt circa repentina, quia in repentinis periculis manifeſtatur ſpecialiter habitus fortitudinis, vt inquit. *Phyl.* 3. *Ethic. cap.* 8.

7 Partes fortitudis ſunt, magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, patientia, longanimitas, perſeuerantia, conſtantia, *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 128. *art.* 1. & Martyrium, *quaſt.* 124. *ar.* 2. de quo *cap. ſeq.*

8 Magnanimitas definitur à D. T*hom.* 2. 2. *quaſt.* 129. *art.* 3. Virtus tendens ad maxima ſecundum rectam rationem, & à *Phyl. lib.* 5. *Ethic.* ornatus omnium virtutum, *&* 1. *Rhet. cap.* 9. magnarum rerum, & excelſarum beneficientia. Verſatur enim circa magnos honores, & inhonorationes, ſecundum veram exiſtimationem, quod nempè quis ſtudeat facere, quæ ſunt magno honore digna. Sicut enim honores contemnere, vt pro eis adipiſcendis nihil inconueniens fiat, neque vt nimis appetantur, eſt laudabile; ſic non curare facere, quæ ſunt honore digna, eſt vituperabile. D. *Thom. d. quaſt.* 129. *art.* 1. *ad* 2.

9 Propterea magnanimi eſt, honeſtè ſuſtinere omnia, quæ ad gloriam ferant, & obuiantia contraria; non admirari, vel obſtupeſcere aliorum rebus, non elientelis

lis

lis moueri, non rerum affluentia, non victorijs animum extollere, honorem, qui vulgaribus, & abiectis viris, atque ob paruas res exhibetur, aſpernari, ſic pariter contemptum, & ignominiam; Nihil ſeruiliter, non rectè, neque occulte dicere, aut facere, ſed omnia aperte, &propalam; Proſperis rebus neque lætari nimis, neque aduerſis mœreri; Iniurias non recordari, beneficia conferre; fortunæ mutationes fortiter ſuſtinere.

10 Ponitur pars fortitudinis, quia eius eſt, animum firmare in maximis bonis ſperandis, vel adipiſcendis, & vt pro ijs, quæ ſunt vere magna, promptiſſime periculis ſe exponat, *D.Tho. d. q. 129. ar. 5.*

11 Licet autem ad magnanimitatem conferant bona fortunæ, quia ad actus vrtutum organice fortunæ bona deſeruiunt, cum per diuitias, potentias, & amicos detur nobis facultas operandi, D. *Thom. d.*
12 *qu. 129. ar. 8.* Magnanimus tamen non exiſtimat exteriora bona fortunæ quaſi aliquod magnum; ac proindè de eis nec multum extollitur, ſi adſint, nec in eorum amiſſione multum deijcitur *d. art. 8. ad 3.*

13 Fiducia eſt ſpes futuri auxilij, dictis aliorum, vel ex his, quæ ſunt in ſe, vel in alio, concepta. D. *Thom. 2.2. quæſt. 129. art. 6.* Ponitur comes magnanimitatis, quia importat quoddam robur ſpei, proueniens ex aliqua conſideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono aſſequendo *d. art. 6.* Cuius virtutis terminos aſſignat *Valer. Max. lib. 3.* dum vult, eam fiduciam eſſe laudabilem, quæ exiſtimationem ſui certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu, & inſolentia diſtare ſatis eſt.

14 Securitas eſt animi perfecta quies à timore, per quã deponit quis curam prout debet, & in quibus timere non oportet, D. *Thom. d. quæſt. 129. ar. 7.* & licet dicatur, quod ibi eſt ſecuritas, vbi eſt perfecta dilectio, & nihil ſic valere ad ſecuritatem, vt bona conſcientia, 23. *qu. 1. non turbatur.* Hanc tamen ſecuritatem, ſaltem perfectam, haberi non poſſe in hac vita, docet *D. Greg. in moral.* Sæpe, *inquiens*, quem tentationis certamen ſuperare non potuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit, & ſæpe mens, dum virtutis ſuæ ſecuritate reſoluitur, inſidiante aduerſario, inopinatæ culpæ telo perforatur, & inde à Deo in æternum longe fit, vnde ei ad tempus ſine cauthelæ cuſtodia propinquauit, & *infra, in paſtorali.* Quibuſdam ſæpe magnitudo virtutis occaſio fuit perditionis, vt cum de confidentia virium inordinate ſecuri eſſent, per negligentiam inordinate morerentur, mater enim negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas, & *D. Bern.* Nuſquam eſt ſecuritas fratres, nec in cælo, nec in paradiſo, multo minus in mundo. In Cælo enim cecidit Angelus ſub præſentia diuinitatis, in paradiſo Adam de loco voluptatis; in mundo Iudas de Schola Saluatoris. Vnde ſecuritas vera eſt ex legis obſeruantia. Et beatus vir, qui ſemper eſt pauidus.

Non ſolum autem nocet ſecuritas reſpectu vitæ æternæ, ſed etiam reſpectu virtutum mere moralium, prout ad finem bonæ ſocietatis humanæ directę ſunt. Videatur, *Saluſtius de bello Iugurtino*, vbi, Qui, ante Carthaginem, deletam populus, & ſenatus Romanus placide, modeſteque inter ſeſe Remp. tractabant, neque gloriæ, neque dominationis certamen inter diues erat, metus ab hoſtibus in bonis artibus ciuitatem detinebat; ſed vbi illa formido mentibus deceſſit, ſcilicet ea, quæ ſecundas res amat, laſciuia, atque ſuperbia inceſſere; Ita quod in aduerſis rebus optauerant otium, poſtquam adepti ſunt, aſperius, acerbiuſque fuit; namque cepere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebs libertatem in libidinem vertere. Quod elegantius refert. *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 30. his verbis.* Scipio Pontifex Maximus veſter, ille iudicio totius ſenatus vir optimus, iſtam vobis metuens calamitatem (ſecundis ſcilicet rebus ea mala oriri in moribus, quæ ſæuientibus peiora ſunt hoſtibus) nolebat æmulam tunc Imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti, vt dirueretur, contradicebat Catoni, timens infirmis animis hoſtem ſecuritatem, &, tanquam pupillis ciuibus idoneum tutorem, neceſſarium videns eſſe terrorem, nec eum ſententia fefellit, re ipſa probatum eſt, quam verum diceret; Deleta quippe Carthagine, magno ſcilicet terrore Romanæ Reipublicæ depulſo, & extincto, tanta de rebus proſperis orta mala continuo ſubſequuta ſunt, & corrupta, diruptaque concordia, prius ſæuis cruentiſque ſeditionibus, deindè mox malorum connexione cauſarum, bellis etiam ciuilibus tantæ ſtrages ederentur, tantus ſanguis effunderetur &c.

17 Magnificentia deſcribitur, *ab Ariſt.* rerum

rum

rum magnatum, & excelſarum, cum animi ampla quadam, & ſplendida proportione cogitatio, & adminiſtratio, ſeu executio. Ponitur pars fortitudinis, in quantum adiungitur ei ſicut virtus ſecundaria, quia conuenit cũ fortitudine in hoc, quod ſicut fortitudo rendit in aliquod arduum, & difficile, ita etiam magnificentia habet difficultatem propter diſpendium rerum, quod eſt multo minus, quam perſonæ periculum. *D.Thom.2.2.quæſt.134.ar.4.*

Obiectum magnificentiæ eſt circa magnos ſumptus, *d.quæſt. 134. art. 3.* quæ propterea licet proprie ſecundum actum extrinſecum, in paupere dari nequeat, attamen ſecundum animi preparationem poteſt inueniri, atque etiam proportionabiliter, & per comparationem *d. ar. 3. ad 4.*

Et licet magnificus proprie dicatur, qui magnum facit opus in ordine ad Deum, & Dei honorem *d. q. 134. ar. 2.* ubi quod magnificentia coniungitur ſanctitati; poteſt tamen quis eſſe magnificus etiam in ijs, quæ ad ipſum pertinent, veluti in nuptijs, & ſimilibus *d. q. 134. ar. 1. ad 3.* Dummodo facultates ad res, quæ ſuſcipiuntur, accomodentur; nec ſolum quid opus, ſed etiam quid eum, qui ſumptus facit, deceat, *Ariſt. lib. 4. ethic. cap.* Hinc Plato cernens Agrigentinos magnis impenſis multa ædificia conſtruentes, dixiſſe fertur, Agrigentini ædificant, quaſi ſemper victuri, & comedunt, quaſi ſemper morituri; notando ſcilicet vanam illam ædificiorum condendorum magnificentiam, cum homo fragile, & caducum animal, facile tugurium habere poſſit, in quo ad paucos annos, quibus in hoc mundo, quaſi in alieno ſolo perambulat, à tempeſtatis intemperie ſe defendat *Elian. lib. 12. de var. hiſt.*

Patientia definitur à *Cicer. in Rhet.* Virtus contumeliarum, & omnis aduerſitatis impetus æquanimiter portans; & à *D.Thom. 2.2. quæſt. 136. ar. 4.* honeſtatis, & vtilitatis cauſa rerum arduarum, aut difficilium voluntaria, & diuturna perpeſſio. Ponitur pars fortitudinis, quia ſicuti fortitudinis eſt, illa ſuſtinere, quæ pertinent ad pericula mortis, ſic ad patientiam ſpectat, mala æquanimiter perpeti. Actus enim fortitudinis non ſolum conſiſtit in hoc, quod aliquis in bono perſiſtat contra timores futurorum periculorum, ſed etiam vt non deficiat propter præſentem triſtitiam, ſiue dolorem *d. ar. 4.*

22 Porrò cum tripliciter manſuetudo pulſetur, verborum ſcilicet iniurijs, rerum damnis, & corporis læſione, in his tribus eſt omnis exhibitio patientiæ, omnis exercitatio manſuetudinis; videlicet & cum à Deo flagella tolleramus, & a diabolo tentationes, & à proximo perſecutiones, damna, & contumelias, *D. Bern. ſerm. 2. de conu. S.Paul. & D. Greg. hom.35. in euang.*

23 Non conſiſtit autem patientia in hoc, quod quis, veluti humano ſenſu totaliter carens, illatas contumelias, & afflictiones non ſentiat, ſed quod illas ſentiendo, magna virtute tolleret. Poteſt enim eſſe in homine quæ iudicetur patientia, ſed tamen non ſit rationabilis, nam qui non ſentit iniuriam, ideoque non reddit, videtur patiens, ſed talis patientia non eſt virtus, vt inquit *Origen. hom. 9. in exod.*

24 Propterea duabus partibus vera patiẽtia conſtare debet, ſcilicet, & mala ab alijs illata, & quæ ſentiuntur, æquanimiter perpeti, & contra illum, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Hinc D. *Greg. hom. 35. in euang.* explicans illud, Charitas patiens eſt, benigna eſt, *1. ad Cor. 13.* patiens, *inquit*, vt aliena mala toleres, benigna, vt ipſos etiam, qui mala intulerunt, diligas; nam virtus coram hominibus eſt, aduerſarios tollerare, ſed coram Deo, illos diligere.

25 Ex quo infertur, patientiam ſine charitate dari non poſſe, cum à charitate cauſetur, quia quod aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amiſſione dolor cauſari poteſt, pertinet ad charitatem, quæ ſuper omnia Deum diligit. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 136. art.3.* Videatur. *D.Ciprian.Martir.intract. de bono patien.* vbi patientiam dicit eſſe, quæ nos Deo, & commendat, & ſeruat; quæ iram temperat, linquam frenat, mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium ſimultatis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laborioſam caſtitatem, in coniunctis, & maritatis indiuiduam charitatem; facit humiles in proſperis, in aduerſis fortes, contra iniurias, & contumelias mites, docet delinquentibus citò ignoſcere, ſi ipſe delinquas, diu, & multum rogare, tentationes expugnat, perſecutiones tolerat, paſſiones, & martyria conſumat; ipſa eſt,

eſt, quæ fidei noſtræ fundamenta firmiter munit. *Et D. Greg. d. hom. 35.* comparat
26 illam martyrio, duplex aſſignans martyrij genus, vnum in opere aperto, & alterum in occulta cogitatione, per patientiam, & iniuriarum tollerantiam. Quod pariter ſenſit. D. *Cypr. lib. de dupl. mart.* Si deeſt, *inquiens*, Tyrannus, hæc ipſa mala, quæ ſecum deſert vita mortalium, martyrij coronam nobis præbebit, ſi placide, ſi cum gratiarum actione pertulerimus.

27 Cui quidem virtuti patientiæ non opponitur, quod quis, quando fuerit opus, inſiliat contra eum, qui malum operatus eſt, quia in iniurijs proprijs patientem eſſe, eſt laudabile, iniurias autem Dei patienter ſuſtinere, nimis impium. D. *Thom. d. q. 136. ar. 4. ad 3.*

28 Longanimitas dicitur, per quam quis habet animum tendendi in aliquod, quod in longinquum diſtat, & boni ſperati dilationem ſuſtinet, D. *Thom. 2. 2. quæſt. 136. art. 5. c.* Vnde magis reſpicit ſpem quam timorem, audaciam, vel triſtitiam. D. *Thom. ibidem.* Porrò inter longanimitatis exempla, quæ nobis exhibentur in ſacra Scriptura, maxime laudatur in Abraham, qui diu prolem expectans ex Sara, tandem centenarius ſuſcepit. *Gen. 25. 5.*

29 Conſtantia eſt, quæ facit ſuſtinere laborem in continuata boni operis exequutione, D. *Thom. d. ar. 5. c.* Definitur à D. *Hier. in lib. de caſt.* Rectum, & immotum animi robur, non elati externis, aut fortuitis non depreſſi. Differt conſtantia à firmitate, quia firmitas eſt virtus faciens permanentiam in opere, cõſtantia in propoſito, D. *Thom. in 3. ſent. diſt. 33. quæſt. 3 ar. 13.*

30 Dicuntur autem hæ duæ virtutes conuenire cum patientia, quia in eius definitione continentur, dum dicitur, quod ſit honeſtatis, & vtilitatis cauſa, voluntaria, ac diuturna perpeſſio rerum arduarum, ac difficilium. Quod enim venit ſub nomine *arduarum* pertinet ad conſtantiam in bono; quod venit ſub nomine *difficilium* ſpectat ad grauitatem mali, quam reſpicit patientia. Quod additur, *diuturna*, pertinet ad longanimitatem, D. *Thom. 2. 2. quæſt. 136. ar. 5.*

31 Perſeuerantia, quæ definitur à *Cicer. in Rhet.* In ratione bene inſtituta ſtabilis, & perpetua permanſio, eſt virtus, ad quam pertinet, in operibus virtuoſis diuturnitatem, prout neceſſe eſt, ſuſtinere. Vnde ad perſeuerãtiam pertinet, vt quis vſq; ad terminum vitæ in operibus virtuoſis perſeueret; cum quarundam virtutum actus per totam vitam durare debeant, ſicuti fidei, ſpei, & charitatis, quia finem vltimum totius humanæ vitæ reſpiciunt. D. *Thom. 2. 2. q. 137. ar. 1.*

32 Ponitur pars fortitudinis, quia ſicuti fortitudo firmitatem ſeruat in his, iu quibus difficillimum eſt perſiſtere, ſcilicet in periculis mortis, ſic laus perſeuerantiæ conſiſtit in ſuſtinendo aliquid difficile, nempe in ſuſtinendo difficultatem, quæ ex boni operis diuturnitate prouenit, *dicta quæſt. 137. ar. 2.*

33 Eſt autem duplex perſeuerantia, habitualis ſcilicet, & actualis. Habitualis eſt ipſa virtus, quæ proinde indiget dono gratiæ habitualis, ſicut & aliæ virtutes, *de pæn. diſ. 2. quærendum.* Actualis vero eſt actus perſeuerantiæ, durantis vſque ad mortem; & ſecundum hoc non ſolum indiget gratia habituali, ſed etiam gratuito Dei auxilio, vſque ad vitæ finem hominem in bono conſeruantis, D. *Thom. d. q. 137. ar. 4.* Quia multis dat Deus dilectionem ſui ſed non dat perſeuerantiam *d. cap. quærendum.*

34 Conuenit hæc virtus cum conſtantia in fine, quia ad vtramque pertinet, firmiter in aliquo bono perſiſtere; Differunt autem ſecundum ea, quæ difficultatem afferunt ad perſiſtendum iu bono, nam virtus perſeuerantiæ proprie facit hominem perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ ex actus diuturnitate prouenit. Conſtantia vero facit firmiter præſiſtere in bono contra difficultatem, quæ ex quibuſcumque exterioribus impedimentis inſurgit, *Diuus Thom. d. q. 132. ar. 3.*

35 Vitia fortitudini oppoſita ſunt, timor, intimiditas, audacia, præſumptio, ambitio, inanis gloria, puſillanimitas, paruificentia, conſumptio, mollities, & pertinacia. D. *Thom. 1. 2. quæſt. 125. 126. 127. & pluribus ſeqq.*

36 Timor accipitur hic pro appetitu inordinato, qando quis fugit ea, quæ ratio dictat eſſe ſuſtinenda, ne deſiſtat ab ijs, quæ magis proſequi debet; ſeu quãdo quis refugit id, quod non eſt ſecundum rationem fugiendum. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 125. ar. 1. & 2. c.* veluti ſi quis eligat mori vt paupertatẽ, vel moleſtias fugiat; ob quã rationem *D. Au. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 19.*

non

non virtuti, ſed vitio tribuit Romanæ Lucretię, quod à Tarquinij filio vi oppreſſa ſe ipſam interemerit. Non fuit, *inquit*, pudicitiæ charitas, ſed pudoris infirmitas. Romana mulier laudis auida verita eſt, ne puraretur, quod eſt paſſa, cũ viueret, libenter paſſa, ſi viueret; vnde ad oculos hominũ mentis ſuę teſtes illam pœnã adhibendã putauit, quibus conſcientiã demonſtrare non potuit, ſociã quippe facti ſe credi erubuit, ſi quod alius fecerat in ipſa turpiter, ferret ipſa patienter. *Et eod. lib. cap.* 22. Quicumque hoc in ſe ipſis perpetrauerunt, animi magnitudine fortaſſe mirandi, non ſapientiæ ſanitate laudandi. Quamquam ſi rationem diligentius conſulas, nec ipſa quidem animi magnitudo recte nominatur, vbi quiſque non valendo tollerare, vel quæque aſpera, vel aliena peccata, ſe ipſe interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quæ ferre non poteſt, vel duram ſui corporis ſeruitutem, vel ſtultam vulgi opinionem, maiorque animus merito dicendus eſt, qui vitam erumnoſam magis poteſt ferre, quam fugere, & humanum iudicium, maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conſcientiæ luce, ac puritate contemnere. Quod ante ipſum tradiderat. *Ariſt. lib.* 3. *ethic. cap.* 7. Mortem, *inquiens*, ſibi conſciſſere, vt vel paupertatem, vel amorem, vel moleſti quidpiam fugiamus, fortis viri minime eſt, ſed potius timidi, quippe cum laborioſa fugere moleſtum ſit, neque hanc mortem ſuſtinet quiſpiam, quia honeſtum ſit, ſed vt malum euitet, ac fugiat; *vbi Euſtratus* nonnulla ſunt, quæ licet ad ignauum, & imbellem hominem ſpectent, ſpeciem tamen quandam fortitudinis præſeferunt, vt paupertatis, vel amoris, vel moleſtiæ alienius euitandæ cauſa mortem ſibi conſciſſere; moleſtias enim fugere quocumque modo velle, mollis, ac languidi hominis eſt. *Et Ioſeph* in præclara illa orat. quam habuit ad ſocios, vt eos à voluntaria nece reuocaret, quæ extat *lib.* 3. *de bell. Iud. cap.* 14. *& apud Egeſippum lib.* 3. *cap.* 18. Timidus eſt, *ait*, & qui non vult mori, quando oportet, & vult, quando non oportet. & infra quis enim ignorat, fœmineæ timiditatis eſſe, & muliebris formidinis, ne moriare, velle mori. An quia grauiora ſupplicia exacturus eſt aduerſarius, ideo præueniendum putatis? An viri fortis eſt, ſemet occidere, immo verò ignauiſſimi, quantum opinor, nam & gubernatorem timidiſſimum puto, qui tempeſtatem metuens, ante vim turbinis, nauem ſponte ſubmergit. Quin etiam propria manu perire à communi omnium animalium natura diſcrepat, eoque modo in Creatorem noſtrum Deum ſummum ſcelus admittitur.

38 Intimiditas eſt, quando quis minus, quam debet, mortem timet, vel alia temporalia mala; quod quandoque contingit ex animi ſuperbia de ſe præſumentis. Quandoque verò ex defectu rationis hominis inſani, indolentis, & impudentis, vt ratiocinatur, *Ariſt. lib.* 4. *moral.* Propterea ſtulti propter ſtultitiam nihil timent. *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 126. *ar.* 1.

39 Audacia importat exceſſum paſſionis in iraſcibili, quia *Secund. Phyl. in* 3. *ethic. cap.* 7. Audaces ſunt volentes, & præuolantes ante pericula, ſed in ipſis periculis propter ſuperuenientem timorem deficiunt. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 127. *artic.* 3. vide, quæ diximus ſupra *cap.* 4. *verſ. Timori naturali contrariatur audacia*.

40 Præſumptio conſiſtit in hoc, quod aliquis aſſumat ad agendum ea, quæ ſuæ virtuti præferuntur; & ita opponitur magnanimitati, quia magnanimus tendit quidem in maximum, ſed non in maiora, quã ſibi conueniat. Præſumptuoſus vero proportionem ſuæ facultatis excedit. D. *Tho.* 2. 2. *q.* 130. *art.* 1. *&* 2. De quo vitio præſumptionis exclamat. D. *Bern. de* 12. *grad. humil.* O' ſuperba præſumptio, & præſumptuoſa ſuperbia, quæ non ſolum Angelos Deo voluit æquare, ſud homines præſumpſit deificare. Porrò quos erexit, depreſſit, & quos exaltauit, humiliauit. Hæc turrim euertit, linguam confudit, Goliath proſtrauit, Aman ſuſpendit.

41 Ambitio venit ab ambio, quod proprie ſignificat circundo; & per methaphoram aliquando ambire eſt blandiri, & circumuenire. Hinc quia Romani, dum honores, & Magiſtratus affectabant, pro ſuffragijs ſingulos circuire, dextras prenſare, rogareue conſueuerant, factum eſt, vt ambire capiatur pro eo, quod eſt, honores, & magiſtratus quærere. Hoc autem intereſt inter hæc duo nomina, ambitus, & ambitio, quia ambitus eſt, cum ad publicos honores, & magiſtratus turpibus, ac inhoneſtis actibus, vt puta, blanditijs, precibus, largitione contenditur, *vt tot. tit. ff. & C. ad l. Iul. de amb.* Ambitio verò

42 eſt, honorum, & laudis immoderata cu-
piditas; ſeù dignitatis appetitus immode-
ratus ratione honoris. D. *Thom*. 2. 2. *q*. 131.
ar. 2. quod tripliciter contingere poteſt,
vel ſcilicet, quod aliquis appetat teſtimo-
nium de excellentia, quam non habet,
quod eſt appetere honorem ſupra ſuam
proportionem, vel per hoc, quod hono-
rem ſibi cupit, illum in Deum non refe-
rendo; vel quod appetitus eius in ipſo ho-
nore quieſcat, illum ad aliorum vtilita-
tem non ordinans. *d. q*. 31. *art*. 1.

43 De malitia huiuſmodi vitij vide, D.
Ambroſ. ſuper Luc. lib. 3. vbi, hoc ipſo, *in-
quit*, pernicioſior ambitio, quod blanda
eſt conciliatricula Dignitatum, & ſæpe
quos vitia nulla delectant, quos nulla po-
tuit mouere luxuria, nulla auaritia ſub-
uertere, facit ambitio criminoſos. *Et* D.
Bern. in ſerm. quadr. Ambitio ſubtile ma-
lum, ſecretum virus, peſtis occulta, do-
li artifex, mater hypocriſis, liuoris pa-
rens, & vitiorum origo, tinea ſanctitatis,
excęcatrix cordium, ex remedijs morbos
creans, ex medicina languorem generans.
Et Petr. de Rau. in quodam ſerm. Ambitio
44 eſt quędam ſimia charitatis: charitas enim
patiens eſt pro æternis, ambitio patitur
omnia pro caducis; Charitas benigna eſt
pauperibus, ambitio diuitibus; Charitas
omnia ſuffert pro veritate, ambitio pro
vanitate; vtraque omnia credit, omnia
45 ſperat, ſed longe diſſimili modo. Ambi-
tioſus ſemper eſt attentus, ne quid dicat,
vel faciat, quod hominum offendat ocu-
los, humilitatem ſimulat, honeſtatem
mentitur, affabilitatem exhibet, benigni-
tatem oſtendit, ſubſequitur, & obſequitur,
cũctos honorat, omnibus inclinat, frequẽ-
tat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & am-
plectitur, applaudit, & adulatur. Bene no-
uit illud poẽticũ, etſi pilus erit nullus, tunc
excute nullum. Promptus, & feruidus,
vbi placere cognouerit, remiſſus, & tepi-
dus, vbi diſplicere putauerit. Improbat
mala, deteſtatur iniqua, ſed alia cum alijs
probat, & improbat, vt iudicetur ido-
neus, vt reputetur acceptus, vt laudetur
ab omnibus, vt à ſingulis approbetur.

46 Inanis gloria conſiſtit in manifeſtatione
propriæ excellentiæ, D. *Thom*. 2. 2. *quaſt*.
123. *ar*. 2. 4. *&* 5. quæ poteſt tripliciter
contingere. Primò ex parte rei, de qua
quis gloriatur, ſeu gloriam quærit, e. g.
cum quis gloriam quærit de eo, quod nõ
eſt. Secundo ex parte eius, à quo quis
gloriam quærit, puta, hominis, cuius iu-
dicium non eſt certum. Et tertio ex parte
ipſius, qui gloriam appetit, quia videli-
cet appetitum gloriæ ſuę non refert in de-
bitum finem, nempè ad honorem Dei, &
proximi ſalutem *d. quaſt*. 132. *art*. 1.

47 Opponitur autem magnanimitati, quia
magnanimus magis curat veritatem, quã
opinionem; & inanis gloriæ cupidus glo-
riatur in ijs, quæ magnanimus parua exi-
ſtimat; atque etiam gloriam, quam appe-
tit, reputat aliquid magnum, & ad eam
tẽdit ſupra ſuã dignitatem, *d. q*. 132. *art*. 2.

Eſt etiam vitium capitale, quia ex ipſa
oriuntur, iactantia, inobedientia, hypo-
criſis, contentio, pertinacia, diſcordia, &
nouitatum præſumptio, *d. quaſt*. 132. *art*.
4. *&* 5. licet non ſemper ſit peccatum
mortale, quando videlicet charitati non
opponitur. *d. quaſt*. 132. *art*. 3.

48 Puſillanimitas *ſecund. Ariſt*. eſt vitium,
quo impotentes videntur animi ad fælici-
tatem, infælicitatemque, honorem, &
dedecus ſuſtinendum. Vndè puſillani-
mitatis eſt, nec honorem, neque ignomi-
niam, nec fælicitatem, nec infortunia
ferre poſſe; ſed honoratum, & leui ſuc-
ceſſu intumeſcere, proſpero efferri, igno-
miniam autem nè minimum ferre valere.
At *ſecundum* D. *Thom*. 2. 2. *q*. 133. *art*. 1.
conſiſtit in hoc, quod quis à propoſito
ſuæ potentiæ deficiat, dum recuſat ten-
dere in id, quod eſt ſuæ potentiæ com-
menſuratum. Et opponitur magnanimi-
tati ſecundum rationem magnitudinis, &
paruitatis. D. *Thom*. 2. 2. *qu*. 135. *art*. 1.

49 Paruificentia conſiſtit in deficientia à
proportione, quæ debet rationabiliter eſſe
inter ſumptus, & opus. *D. Thom*. 2. 2. *q*.
135. *art*. 1.

50 Conſumptio vero è contra in exceſſu
proportionis, quæ ſecundum rationis re-
gulam inter ſumptus, & opus eſſe debet.
D. *Thom. d. quaſt*. 135. *art*. 2.

51 Mollities oppoſita perſeuerantiæ facit,
vt quis propter triſtitias cauſatas ex de-
fectu delectationum ab opere bono rece-
dat. *D. Thom*. 2. 2. *quaſt*. 138. *art*. 1. ſeu
per quam quis deficit à ratione in ijs re-
bus, quibus plerique obſiſtere poſſunt, &
obſiſtunt, & item per quam quis ijs volu-
ptatibus ſuccumbit, quibus plerique re-
ſiſtunt. *Ariſt*. 7. *ethic. cap*. 7. *&* 2. *magn.
mor. cap*. 6.

52 Pertinacia demum, quæ pariter oppo-
nitur perſeuerantiæ, eſt nimia viciſſitudi-
nis

›is contentio, cum opere, vel ſermone, ›imium, quam par eſt, pertinaciter con- ›certamus; & quæ operatur, vt quis perduret in ſuo propoſito, pluſquam oportet, vel inordinate contra multas difficultates perſiſtat, D. *Thom.* 2.2. *q.* 138. *art.* 2. Differunt pertinacia, & perſeuerantia in hoc, quia perſeuerans eſt, quantum oportet, pertinax verò pluſquam oportet. Porrò pertinaces propriæ ſententiæ defenſores ſunt indocti, & agreſtes, ac in eo vel voluptatem ſequuntur, vel dolorem, volu- ›ptatem enim ex victoria percipiunt, ſi de ›ſententia non dimoueantur; & iniquo fe- ›runt animo, ſi eorum dicta, quaſi decreta, ›collantur, & infirmentur. *Ariſt. lib.* 7. *ethic.* ›*cap.* 9.

S V M M A R I V M.

›nfeſſoribus quando veneratio tribui cepta, num. 14.
›artyres qui dicantur. nu. 2.
›artyribus ſemmper veneratio tributa n. 13.
›artyr quis efficitur non ob pœnam, ſed ob cauſam, num. 6.
›artyrium dupliciter ſumitur, latè, & ſtrictè, & in qualibet ſignificatione quid importet, n. 3. 4. *&* 5.
›artyrij cauſa, quæ poſſit eſſe, nu. 7.
›artyrium cuius virtutis actus ſit, nu. 8.
›artyrij requiſita, nu. 9. *&* 11.
›artyrium gerit vicem baptiſmi, nu. 10.
›artyrij effectus nu. 11.
›artyrium ſumma perfectio charitatis, nu. 12.
›rtem, qui ſibi ſponte conſciuere, ſub nu. 7.
›ligio duobus modis propagata eſt, nu. 1.

CAPVT. XI.

De Martyrio.

DVo præcipua fuerunt teſtimonia, quibus Chriſti Domini Religio in animis hominum ſtabilita eſt; miracula ſcilicet, vt habetur *Marc. vlt.* & martyria. Quod tamen vltimum illuſtrius eſſe probat *Cyprian.* quia nullum indubitabilius Inſtrumentum, quam quod Chriſti, ac tot martyrum ſanguine ſignatum eſt. Quod confirmat D. *Chryſ. homil.* 4. *in* 1. *ad Cor.* ſuper illa verba, Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus Chriſtum Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. 1. *Cor.* 22. Inferens ex hoc maximam Dei virtutem, cum illi, quia ſigna, & ſapientiam quærebant, per omnino contraria, hoc eſt per crucem, & mortem perſuaſi fuerint.

2 Illi igitur, qui propter teſtimonium Chriſti diuerſis paſſionibus humiliati, vſque ad mortem pro veritate certarunt, martyres appellati ſunt, quia martyr græce, latinè redditur teſtis, & martyrium teſtimonium. *D. Aug.* ſuper illa verba, Aufer à me opprobrium, & contemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui. *Pſal.* 119. 22.

3 Porrò martyrium dupliciter ſumitur, latè ſcilicet, ſeu per ſimilitudinem, & ſtrictè; latè, & per ſimilitudinem Martyrium dicitur, quando propter fidem, & amorem Chriſti ſuſtinet aliquis vel tormenta extrinſeca in corpore, vel paſſiones in animo, prout de B. M. V. Dei Genitrice dicitur quod fuerit Martyr, quãuis in pace vitam compleuerit. D. *Hieron. in ſerm. de Aſſumpt.* Et de Sancto Ioanne Euangeliſta, quod à Domitiano Principe ob Domini martyrium in Pathmos inſulam relegatus fuerit. D. *Hieron. cont. Iouin. lib.* 1. Et de caſtè, & pie viuentibus inquit D. *Gregor. homil.* 3. *in Euang.* Quamuis occaſio perſecutoris deſit, habet tamen pax ſuum martyrium, quia & ſi carnis colla ferro non ſubijcimus, ſpirituali tamen gladio carnalia deſideria mente trucidamus. *Et D. Cyprian. in lib. de dupl. mart.* Licet Eccleſiæ conſuetudo Martyres illos appellet, qui in tormentis vſque ad mortem in profeſſione nominis Chriſti perducarunt, & euangelicum inſtrumentum ſanguine ſuo velut obſignarunt, omnis tamen, qui mortem ſubire propter nomen Domini paratus ſit, & in tormentis confeſſus, omnis, qui carnem ſuam crucifixit cum vitijs & concupiſcentijs, Chriſto vere commortuus, & omnis omnino quiſquis hoc animo iuſtitiam ſequitur, vt mortem potius admiſſurus ſit, quam velit à iuſtitia deflectere, huic voluntas pro martyrio reputatur.

5 Strictè vero, prout loquimur in præſenti, & ad effectum, vt quis dicatur Martyr, requiritur, vt mortem pro Chriſto ſubeat. Cum enim de ratione Martyrij ſit, vt homo fidei teſtimonium prebeat, opere oſtendens, ſe omnia præſentia contemnere, vt ad futura, & inuiſibilia perueniat, quamdiù vita temporalis remanet, nondum opere docuit, ſe cuncta temporalia

deſpicere, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 124. *ar.* 4. *c.* Et in hac ſtricta acceptione definitur martyrium, voluntaria mortis perpeſſio, ſiue tollerantia propter fidem Chriſti, vel alium virtutis actum in Deum relatum. *Ioan. Viguer. inſtit theol. tit. de fortitud. cap.* 6. §. 1. *verſ.* 1.

6 Ex quo patet, Martyrem effici non ex acerbitate pœnæ, ſed ex bonitate cauſæ. D. *Bern. epiſt.* 77. *ad Hug. de S. Vict.* D. *Aug. in Pſal.* 68. & D. *Petr. Chryſ. ſerm.* 101. Quia hoc tantum intereſt, non qualia, ſed qualis quiſque patiatur. D. *Aug. Ciuit. Dei lib.* 1. *cap.* 8.

7 Quæ quidem cauſa licet ſit veritas fidei; cum tamen ad fidei veritatem pertineat non ſolum ipſa credulitas cordis, ſed etiam exterior proteſtatio, quæ fit non tantum per verba, quibus aliquis confitetur fidem, ſed etiã per facta, qubus fidem ſe habere demonſtrat, propterea omnium virtutum opera, ſecundum quod referuntur in Deum, ſunt quædam proteſtationes fidei, per quam nobis innoteſcit, quod Deus opera huiuſmodi à nobis requirit, & nos pro illis remunerat, & per conſequens poſſunt eſſe cauſa martyrij. *D. Tho. d. qu.* 124. *art.* 5. *c.* Propterea B. Ioannis Baptiſtæ Martyrium in Eccleſia celebratur, qui non pro neganda fide, ſed pro reprehenſione adulterij mortem ſuſtinuit. Et B. Thomæ Cantucienſis Antiſtitis, qui pro defenſione libertatis Eccleſiaſticæ occiſus fuit; Et plurium Sanctarum Virginũ quæ pro tuenda virginitate diuino inſtinctu mortem ſibi conſciuere D. *Thom. d. q.* 124. *art.* 1. *ad* 2.

Cæterum ſicuti legitur de pluribus Sanctis, qui ſponte ſe martyrio obtulere, ſic etiam multi, ſapientes habiti, mortem ſibi conſciuerunt, qua ſe huius vitæ miſerijs eximerent, & veluti à tempeſtate in portum ſe reciperent. Prout Licurgus Lacedemoniorum legiſlator, vt tradit *Plut.* Cato Vticenſis, & Empedocles, qui ſe in ignem coniecit, vt meminit *Acurſ. in l. ſi quis filio exhæredato ff. de iniuſt.* Cleombrotus Ambachiotes, qui lecto Platonis libro de animæ immortalitate, ſe in mare præcipitem dedit. *Cic. lib.* 1. *tuſc. qu. Lactant. lib.* 3. *cap.* 18. & D. *Aug. de Ciuit. Dei lib.* 1. *cap.* 22. Item Zeno ſtoicus, qui ſe ipſum ſtrangulauit, & ex ipſius ſchola Cleantes, qui inedia vitam finiuit, & vtriuſque teſtis eſt, *Lactant. vbi ſupra.* Calanus ex Indorum phyloſophis, quos Gymnoſophiſtas vocant, ſeſe in rogum præcipitauit, apud *Strob. lib.* 15. Propterea multos tormenta tolleraſſe vitio non virtute, pertinacia, non conſtantia, diabolo poſſidente, non perſequente, tradit. D. *Aug. contra Creſcon. Gramm.* & D. *Hieron. contra Iouin. cap.* 20. *lib.* 1.

Hinc tria ad rationem Martyrij, ex D. *Chryſ. homil.* 66. *in Matth.* requirit. *Aug. Triumph. de pot. Eccleſ. quæſt.* 94. *art.* 2. quorum primum eſt, propriæ voluntatis, & propriæ vitæ abdicatio. Secundum eſt, mortis non naturalis, ſed violentæ, & opprobrioſæ illatio; quia non mors quæcumque facit martyrem, ſed talis mors, quæ violenter inferatur, & quanto magis opprobrioſa, tanto perfectius eſt opus martyrij. Tertium eſt, iuſtæ cauſæ terminatio; quia non mors qualitercumque recepta facit martyrem, niſi pro Chriſto, & pro defenſione chriſtianę fidei recipiatur. Multi enim Phyloſophi multas pænas, & eruciatus ſuſtinuerunt, non propter Chriſtum, ſed vt mortificatis paſſionibus carnalibus liberius phyloſophiæ vacarent. Prout notat D. *Hieron. contr. Iouin. lib.* 2. de Platone, qui academicam villam elegit, non ſolum deſertam, ſed & peſtilentem, vt cura, & aſſiduitate morborum libidinis impetus frangerentur. Sic etiam Hæretici, quamuis dicant, ſe pati pro Chriſto, non tamen patiuntur ſecundum eius doctrinam in eccleſia, & ideo martyres eſſe non poſſunt. D. *Greg. lib.* 18. *moral. cap.* 14.

Quinque verò requiruntur à *Laurent. Beierlinck. in theat. vitæ humanæ tom.* 5. *verbo martyrium* §. *requiſita, pag.* 279. *cum ſeqq.* Primò ſcilicet, vt mors irrogetur in odium Chriſti, & Religionis Chriſtianæ, aut propter opus alicuius virtutis, cum martyriũ ſit opus externum, quo illud patiens teſtificatur de Chriſto, illius doctrina, aut aliqua virtute: Secundo acceptatio mortis ob cauſam honeſtam, & piam, ita tamen vt actus conſenſus in eam debeat eſſe ſupernaturalis, ſeù ex motione Spiritus Sancti, cum ſolis viribus naturæ quis nequeat opus producere tam heroicum. Cauſa verò pia, mouens ad acceptandam necem multiplex eſſe poſſit, nempè diuinum præceptum, dignitas fidei, exemplum Chriſti, ædificatio proximi, ſpes beatitudinis cum horrore inferni, & ſimiles. Tertiò vt martyrium patiens, non reſiſtat illud inferenti, qui enim reſiſtit, mortem pati videtur, non voluntariè, ſed ex neceſſita-

te.

te. Quartò; vt idem ſupernaturali fide credat veritatem, pro qua tuenda mortem eligit. Ex quo ſequatur, non poſſe dici martyres, qui mortem ſuſtinent pro veritate fidei cognita naturali ratione, non autem propter auctoritatem, & fidem Chriſti. Quinto, vt martyrium ſuſtinens ſit in ſtatu gratiæ, vel in legitima ad illam obtinendam diſpoſitione.

8 Diſputant Doctores, vtrum martyrium ſit actus fortitudinis, vel charitatis? Et vtriuſque virtutis actum eſſe, docet D. *Thom. d. qu.* 124. *art.* 2. *ad* 2. ſcilicet charitatis vt imperantis, fortitudinis vt elicientis. Eſt enim actus fortitudinis, quia in Martyrio firmiter confirmatur homo in bono virtutis, dum fidem, & iuſtitiam non deſerit propter imminentia pericula mortis, ac proindè de martyribus canit Eccleſia, Fortes facti ſunt in bello. Et eſt actus, & quidem perfectiſſimus charitatis, quia tantò magis oſtenditur quis rem aliquam amore proſequi, quanto pro ea id, quod magis amat, contemnit, & quod magis odioſum eſt, eligit. Manifeſtum eſt autem, quod inter omnia bona præſentis vitæ, maxime vita diligitur, & è contra mors odio maximo habetur, præſertim cum doloribus corporalibus, & corporalium tormentorum. Ac propterea ex hoc patet, martyrium præcellere omnes actus humanos ſecundum genus ſuum, quia maximæ charitatis eſt ſignum. *Ioan.* 15. 13. D. *Thom. d. quæſt.* 124. *art.* 3. *c.*

Eſt etiam actus fidei, quatenus martyrium comparatur ad fidem, ſicuti ad finem; Atque item ſpei, dum in Martyrio oſtendit quis, ſe omnia præſentia, etiam propriam vitam contemnere, vt ad futura, & inuiſibilia bona perueniat *d. quæſt.* 124. *ar.* 4. *c.* & eſt actus patientiæ, quatenus patientia deſeruit fortitudini ad actum principalem martyrij, *d. quæſt.* 124. *art.* 2. *ad* 2. *&* 3.

9 Cum vero ad martyrium, pro Chriſto ſuſtinendum, duo copulatiue requirantur; recta voluntas, & iuſta cauſa. D. *Bonau. in* 4. *ſent. d.* 4. *p.* 2. *dub.* 1. propterea ad ſaluandum martyrium paruulorum Innocentium, qui ab impio Herode pro Chriſto occiſi fuere, dixerunt quidam, ipſis miraculosè fuiſſe acceleratum vſum liberi arbitrij, itaut etiam voluntarie martyrium paſſi fuerint. Quos tamen confutat D. *Thom. d. quæſt.* 124. *art.* 2. *ad* 1. cum id per auctoritatem ſacræ Scripturæ non cōprobetur. Et melius dicendum aſſerit, quod martirij gloriam, quam in alijs voluntas meretur, illi paruuli occiſi per Dei
10 gratiam ſint aſſecuti. Cum enim effuſio ſanguinis propter Chriſtum Baptiſmi vicem gerat, *cap. baptiſmi vicem, de conſ. d.* 4. Sicuti in paruulis baptizatis per gratiā baptiſmalem meritum Chriſti operatur ad gloriam; ſic etiam in occiſis propter Chriſtum Martyrij meritum operetur ad eiuſdem martyrij palmam conſequendam.

11 Martyrij effectus eſt, omnia delere peccata, tam actualia, quam originale, vt habetur *in cap. Cathecumenum, & cap. baptiſmi vicem de conſ. d.* 4. Pulchre more ſuo D. *Aug. de Ciuit. Dei cap.* 6. *in fin. & cap.* 7. Mors, *inquit*, eſt pœna peccati, hominiſque naſcentis; tamen ſi pro pietate, iuſtitiaque pendatur, fit gloria renaſcentis, & cum ſit mors peccati retributio, aliquādo impetrat, vt nihil retribuatur peccato Nam quicumque etiam non percepto regenerationis lauachro pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Qui enim dixit, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cælorum, alia ſententia illos fecit exemptos, vbi non minus generaliter dixit. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. Et alio loco; Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Hinc eſt, quod ſcriptum eſt, Prætioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius; Quid enim prætioſius quam mors, per quam fit, vt etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur? neque enim tanti ſunt meriti, qui cum mortem differre non poſſent, baptizati ſunt, deleriſque omnibus peccatis ex hac vita migrarunt; quanti ſunt hi, qui mortem differre cum poſſent, ideo non diſtulerunt, quia maluerunt Chriſtum confitendo finire hanc vitam, quam eum negando ad eius baptiſmum peruenire. Quod vtique ſi feciſſent, etiam hoc eis in lauachro dimitteretur, quod timore mortis negauerant Chriſtum, in quo lauacro, & illis facinus tam immane dimiſſum eſt, qui occiderant Chriſtum. Mors igitur prętioſa Sanctorum, quibus cum tanta gratia præmiſſa, & prorogata mors Chriſti, vt ad eum acquirendū ſuam non cunctarentur impendere; in eos vſus redactum

eſſe

Digitized by Google

eſſe monſtrauit, quod ad pœnam peccantis antea fuerat conſtitutum, vt indè iuſtitiæ fructus vberior naſceretur. *Et D. Clem. lib. 5. conſtit. Apoſt. cap. 7.* qui martyrium conſequi meruit, gaudeat in Domino, quod tanquam coronam adeptus eſt, & quamuis fuerit cathecumenus, lætus diſcedat. Paſſio enim, quam pro Chriſto ſuſtinet, cedet ei in veriorem baptiſmum, quoniam re ipſa commoritur Chriſto, alij in figura. *Et D. Ciprian. epiſt. 73.* Nunquid poteſt vis batiſmi eſſe maior, aut potentior, quam confeſſio, quam paſſio? vt quis coram hominibus Chriſtum confiteatur, & ſuo ſangnine baptizetur! *Et Proſper lib. ſentent.* qui non percepto regenerationis lauachro pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis valet ad ablnenda peccata, quam ſi abluerētur fonte baptiſmatis. Et *D. Bern. epiſ. 77.* quemadmodum baptiſmus remittit omnem culpam, & pœnam, & baptizatus, ſi tunc moriatur, ſtatim euolat in cælum, ita etiam martyres. Videatur *Origen in 2. lib. ad cap. 2. epiſt. ad Rom* vbi explicans illud, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, Beatus cui non imputauit Dominus peccatum. *Pſal. 31. 1.2.* Iniquitates remitti, *ait*, per baptiſmum; Peccata tegi per pœnitentiam; & non imputari per Martyrij gloriam.

12 Cum igitur Martyrium ſit ſumma perfectio charitatis, quæ in hac vita poſſit haberi. *Ioann. 15. 13.* maximum præmium & maximam gloriam apud Deum meretur. Si enim compatimur, & conglorificabimur. *Rom. 8. 17.* & Prætioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius; *Pſal. 115. 15.* Prætioſa ſcilicet, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accipit coronam de conſumatione virtutis. *D. Cipr. epiſ. 6. lib. 2. ad martyr.*

13 Hinc Martyres ſemper vſque ab initio naſcentis Eccleſiæ in maximo honore ſunt habiti. Illos enim in carceribus viſitabant Chriſtiani, eorumque catenas, ac vincula deoſculabantur, *Tertull. libr. 2. ad vxor. cap. 4.* Eorum corpora poſt martyrium conquirebant, condebantque diligenter ſub altaribus, ſuper quibus ſacrificia offerre conſueuerant, *D. Ambroſ. in epiſ. ad Marcellin. Soror.* Illorum hiſtorias, & martyria diligenter conſcribi mandauit Clem. PP. Primus, ad quod ſeptem Notarios Romæ inſtituit, vt habetur in eius vita. Extructa templa, & celebrata eorum feſta, vt refert *Abdias lib. 7.* & legitur *8. Conſt. Apoſt. cap. 39.* Ad illorum ſepulchra conuenire ad orandum, & pſallendum; ibidemque vigilias celebrare, *D. Ambr. in Serm. de Mart. S. Agnet.*

14 Diſputat Auguſtinus Triumphus, *de pot. Eccleſ. quæſt. 44. ar. 3.* Vtrum plus faciat ad perfectionis ſtatum martyrium, an Religionis Votum? Et exponendo quadruplex Sacrificium, quod affertur Deo. Primum ſcilicèt de rebus exterioribus, quando res temporales homo propter Deum pauperibus elargitur, ſecundum illud Beneficientiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus, *ad Hebr. vlt.* Secundum de proprio corpore per vitiorum mortificationem, quando aliquis carnem ſuam crucifigit cum vitijs, & concupiſcentijs; De quo Sacrificio *Paul. ad Rom. 12.* Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Tertium de corde, & propria voluntate, cum quis totum ſpiritum, & totam voluntatem dat Deo in ſeruitutem, de quo dicitur, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. *Pſal. 50. 18.* Quartum de propria vita, cum quis ſe ipſum tradit in mortem, vitam temporalem pro Chriſto contemnendo; Infert deindè, hoc vltimum ſacrificium maioris eſſe perfectionis, quam alia omnia; quia nullus plus impendit, quàm qui ſe ipſum impendit. Vndè cum in primis tribus ſacrificijs conſiſtant tria Religionis vota; paupertatis quantum ad primum, caſtitatis quantum ad ſecundum, obedientię quantum ad tertium; Quantò Sacrificium propriæ vitæ excedit illa tria, tantò martyrium vota Religionis excedit.

Diſputat inſuper, *d. quæſt. 47. art. 4.* Vtrum ſemper ſit actus perfectionis, vt homo ſe mortis periculo propter Chriſtum exponat? Et quatuor caſus adducit, in quibus à Scriptura laudatur, hominem ſe periculo mortis exponere. Primò propter gregis, vel populi liberationem, exemplo Dauidis, qui dicebat, Vertatur obſecro manus tua in me, & in domum patris mei, & populus iſte non percutiatur. *1. Paralip. 21.* Secundò propter Fidei, & Iuramenti obſeruationem; de quo exemplū ponit *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 15.* de Marco Regulo Romanorum Imperatore, qui detentus in carcere à Carraginenſibus, Romam miſſus pro impetranda pace, præ-

ce, pręſtito iuramento, de reuertendo. Quam cum non impetraſſet, propter huiuſmodi iuramentum, quod pręſtiterat, abſq; vlla dilatione ad hoſtes remeauit, à quibus occiſus fuit. Tertiò propter Reipublicæ defenſionem. De quo pariter exemplum adducit idem *D. Auguſtin. de Ciuit.* Dei *lib. 5. cap.* 12. Et quartò propter veritatis, & iuſtitiæ teſtificationem, exemplo S. Ioann. Baptiſtæ, *Marc.* 6. Cętera de Martyrio videantur infra *p. 4. cap.* 21. *&* 22.

S V M M A R I V M.

Abſtinentia eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 27. Quotupliciter exerceatur, num. 28.

Abſtinentia alia eſt diſueta, & alia indiſueta, num. 29.

Affabilitas eſt pars temperantiæ, num. 5. quis ſit eius effectus, num. 15.

Amicitia eſt pars temperantiæ, num. 13. qualis eſſe debeat, num. 14.

Auſteritas opponitur temperantiæ, num. 49. quid importet, num. 71.

Beneuolentia eſt pars temperantiæ, num. 5. in quo conſiſtat, num. 16.

Benefaciendum eſt omnibus; etiam ingratis, num. 11.

Caſtitas eſt pars temperantiæ, nu. 5. circa quæ verſetur, num. 33.

Clementia eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 41.

Concordia eſt pars temperantiæ, num. 5. eius effectus, num. 17.

Continentia eſt pars temperantiæ, num. 5. eſt duplex, num. 39. eius effectus, num. 40.

Crudelitas opponitur temperantiæ, nu. 49. quid importet, num. 66.

Curioſitas opponitur temperantiæ, nu. 49. quid importet, & circa quæ verſetur, n. 69. & 70.

Eutrapelia eſt pars temperantiæ, nu. 5. in quo conſiſtat, num. 47.

Feritas opponitur temperantiæ, num. 49. quid importet, num. 67.

Frugalitas eſt pars temperantiæ, num. 5. quis ſit eius effectus, num. 21.

Grauitas eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 12.

Gula opponitur temperantiæ, num. 49. Eius ſpecies, filiæ, & pluræ, num. 51. & ſeqq.

Honeſtas eſt pars temperantiæ, num. 5. eius effectus, num. 25.

Humilitas eſt pars temperantiæ, num. 5. & 43.

Ieiunium eſt pars temperantiæ, num. 5. quomodò diuidatur, num. 30. quando ſit Deo gratum, num. 31.

Imperatorum Theodoſij, Arcadij, & Honorij clementia, num. 41.

Incontinentia opponitur temperantiæ, num. 49. circa quæ verſetur, num. 58.

Inſenſibilitas opponitur temperantiæ, num. 49. quid ſit, num. 51.

Intemperantia opponitur temperantiæ, num. 49. eſt peccatum puerile, num. 50.

Ira opponitur temperantiæ, num. 49. quid ſit, num. 59. poteſt eſſe bona, num. 60. poteſt attendi dupliciter, & quantum ad appetitum, & quantum ad modum, num. 61. & 62.

Ira quæ mala generet, num. 64.

Iræ, ſeu iracundiæ tres ſpecies, num. 63.

Iræ tàm exceſſus, quàm defectus eſt malus. n. 65.

Liberalitas eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 6. requirit modum, & multas cautiones, num. 7. & 9.

Liberalitate nihil naturæ hominis accommodatius, num. 8.

Liberales aliqui ob vanam gloriam, num. 10.

Luxuria opponitur temperantiæ, num. 49. quid importet, num. 56. eius damna, num. 57.

Manſuetudo eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, & eius effectus, num. 42.

Moderatio eſt pars temperantiæ, num. 5. In quo conſiſtat num 19.

Modeſtia eſt pars temperantiæ, num. 5. eius effectus, & partes, num. 45. quomodò differat à clementia, num. 46.

Parſimonia eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 22.

Pudor eſt pars temperantiæ, num. 5. in quo conſiſtat, num. 18.

Pudicitia eſt pars temperantiæ, num. 5. in quo conſiſtat, num. 34. quomodò differat à Virginitate, num. 35.

Silentium, vide Taciturnitas:

Sobrietas eſt pars temperantiæ, num. 5. quid importet, num. 32.

Studioſitas eſt pars temperantiæ, nu. 5. & quare, num. 44.

Superbia opponitur temperantiæ, num. 49. & directè humilitati, num. 68.

Superfluus ornatus opponitur temperantiæ, nu. 49. quomodò attendatur, num. 72.

Taciturnitas eſt pars temperantiæ, n. 5. quando ſeruanda, num. 20.

Temperantia quid importet, num. 1. & 3. circa quæ verſetur, num. 4.

Temperantiæ definitio, num. 2.

Temperantiæ partes, num. 5.

Vrbanitas eſt pars temperantiæ, nu. 5. in quo conſiſtat, num. 48.

Verecundia eſt pars temperantiæ, num. 5. eius effectus num. 23. omnibus conuenit, nu. 24.

Virgi-

Virginitas eſt pars temperantię, num. 5. quid importet, num. 36. eſt triplex, num. 37.
Virginitatis pulchritudo, & decor, num. 38.
Vitia temperantia oppoſita, num. 49.

CAPVT XII.

De Temperantia.

1 TEmperantia quandoque ſumitur pro
ſobrietate,& caſtitate, *de conſ.di.5.*
nihil. Quandoque pro complexu plu-
rium virtutum particularium; & in hac
2 vltima acceptione definitur, quod ſit vir-
tus, quæ animi noſtri motus, & affectio-
nes in voluptatibus corporis appetendis
fugiendiſue, regit, ac moderatur ſic, vt
illis fruatur, prout Diuinæ voluntati, na-
turæ, & rationi, atque ordini perſona-
rum, locorum, & temporum conſenta-
neum eſt. Breuius tamen definitur à *Tull.*
lib. 2. *Rhet.* Quod ſit rationis in libidi-
nem, atque alios non rectos impetus ani-
mi, ſumma, & moderata dominatio. *Et*
lib. 2. de fin. bon. & mal. Mediocritas cir-
ca voluptares corporis. Et *à D. Aug. de lib.*
arbitr. Affectio coercens, & cohibens
appetum ab his, quæ turpiter appetuntur.
3 Ex quibus patet, Temperantiam impor-
portare moderationem quandam circa
paſſiones, tendentes in bona ſenſibilia,
ſcilicet circa concupiſcentiam, & dele-
ctationes; atque item circa triſtitias, quæ
ex talium delectationum abſentia contin-
4 gunt, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 141. *ar.* 3. *c.*
Propterea temperantia verſatur primario
circa delectationes venereorum,& tactus,
quæ pertinent ad conſeruationem naturæ.
Secundario autem circa delectationes gu-
ſtus *d. quæſt.* 141. *art.* 4. Reſpicit inſu-
per huius vitæ,& officiorum neceſſitatem,
ſicut regulam delectabilium, quibus vti-
tur, vt ſcilicet tantum eis vtatur, quan-
tum neceſſitas huius vitæ poſtulat. Ac
proinde in delectationibus, quibus vti-
tur temperatus, conſiderare debet, vt
non ſint impeditiuæ ſalutis, & bonæ va-
letudinis corporalis, hoc eſt contra ho-
neſtatem; & neque ſupra ſubſtantiam, *d.*
qu. 141. *ar.* 6. *c. & ad* 3.
5 Partes temperantiæ, ſunt, verecundia,
honeſtas, abſtinentia, ieiunium, ſobrie-
tas, caſtitas, pudicitia, virginitas, conti-
nentia, clementia, manſuetudo, humi-
litas, ſtudioſitas, modeſtia, eutrapelia,
ſeu iocnnditas, & vrbanitas, D. T*hom.* 2.
2. *qu.* 143. *ar.* 1. Et ab alijs adduntur pu-
dor, moderatio, taciturnitas, frugalitas,
parſimonia, concordia, beneuolentia,
affabilitas, amicitia, grauitas, & libe-
ralitas.
6 Liberalitas, ex *Ariſt. lib. 4. ethic.* eſt
mediocritas circa pecunias dandas. Nam
liberalis eſt, qui dat propter honeſtatem,
& recte, quibus oportet, & quando
oportet. *Et ſec.* D. *Auguſtinum* eſt mo-
tus quidam animi faciens, & approbans
liberas largitiones ſine ſpe retributionis.
Et ſec. D. Thom. 2. 2. *qu.* 117. *art.* 1. eſt
virtus bene diſpenſandi diuitias in vſus
bonos ſibi, ſuiſque, & alijs. Propterea
7 in hac virtute adhibendus eſt modus tam
rerum, quam perſonarum. Rerum, vt non
omnia vni tantum ſed ſingulis quædam
præſtentur, vt pluribus prodeſſe poſſimus,
iuxta illud; Diſperſit, dedit pauperibus.
Pſal. 111. 8. Perſonarum vero, vt pri-
mum iuſtis, deinde Peccatoribus, D. *Greg.*
in Epiſt.
8 Porrò nihil hominis naturæ accomo-
datius liberalitate, ſed cum multa cautio-
ne tractanda. Videndum enim eſt primo,
ne obſit benignitas, & ijs ipſis, quibus
9 videtur bene fieri, & cæteris. Nam qui
alijs nocent, vt in alios liberales ſint,
non liberales, ſed pernicioſi iudicandi
ſunt. Deinde ne maior ſit benignitas,
quam facultas, nam qui benigniores eſſe
volunt, quam res patitur, in eo peccant,
quod iniurioſi ſunt in proximum. Vide-
re etiam licet pleroſque, non tam natu-
ra liberales, quam quadam gloria indu-
ctos, vt benefici videantur, facere mul-
ta, quæ magis videntur profici ab oſten-
tatione, quam à voluntate. Tum illud
conſiderandum eſt, vt pro dignitate cu-
iuſque tribuatur; in quo mores erunt ſpe-
ctandi eius, in quem beneficium confer-
tur. *Cic. lib.* 1. *de offic.*
11 Ingratis benefaciendum eſſe docet
Senec. de Benef. Officium, *inquiens*, libe-
ralitatis eſt, omni petenti dare, Deos imi-
tari. Si Deos imitaris, da etiam ingratis,
nam & ſceleratis ſol oritur, piratis ma-
ria patent. Dij rerum omnium optimi
authores ignorantibus beneficia dare in-
cipiunt, ingratis perſeuerant. Non ceſ-
ſant Dij beneficia congerere, vnam ſor-
titi intentionem, ſcilicet prodeſſe. Imi-
temur illos, demus etiamſi in irritum
multa data ſint. Ingratus eſt; non facit
mihi iniuriam, ſed ſibi, nam gratum be-
neficium

neficium ſemper delectat, ingratum ſemel. Quæ ſententia congruit cum verbis Chriſti Domini. Eſtote filij Patris veſtri, qui ſolem ſuum otiri facit ſuper bonos, & malos, ſuper iuſtos, & peccatores, *Matth.* 5.46.

12 Grauitas eſt virtus, per quam loco tempori, ac perſonæ animus conſentaneus, talem etiam corporis, & ſermonis habitum gerit cum dignitate; Cuius extrema ſunt moroſitas, & abiectio. Seu breuius, eſt firmitas, & animi conſtantia in moribus, vultu, verbis, in rebus agendis quædam ſeueritas. *Caluin. in lex. Iur. verbo graues perſonæ*. In Iure dicuntur etiam graues perſonæ, quibus fides ſit adhibenda. *text. in cap. cum in tua, de ſponſ. & matrim. Et in cap. item in criminali* 4. *quæſt.* 3. graues perſonæ dicuntur ex grauitate, & temperantia motuum, etiam ſi ſine dignitate, vel honore, *Et in cap.* 1.36.*qu.*6.graues appellantur ſeniores quia ſenibus magis creditur, *l. vltim. ff. de fid. inſtr.* Senectutis comes ſolet eſſe grauitas, licet interdum non ætatis, ſed naturæ ecmes inueniatur, vnde fit, vt & iuuenes graues, & ſeniculos leues quandoque videamus.

13 Amicitia definitur à *Phyl. lib.* 8. *ethic.* Beneuolentia pacis non latens, *A Cic.* 1. *de inuent*, Voluntas erga aliquem bonarum rerum illius cauſa, quem diligit, cum eius pari voluntate. *Et à* D. *Auguſt. epiſt.* 45. omnium humanarum, diuinarumque rerum cum beneuolentia, & charitate ſumma conſenſio.

14 Debet eſſe firma, & ſtabilis, tam in malis, quam in bonis, iuxta illud, omni tempore diligit, qui amicus eſt. *Prou.* 17. Inſuper grata, honeſta, & integra. Vide quæ diximus ſupra, *cap.* 8. *verſ. Amicitia eſt amor*.

15 Affabilitas eſt virtus, qua homo ſe habet ad conuerſationem in dictis, & factis delectabiliter, ad omnes non æqualiter. Cuius eſt principaliter conuiuantes delectare, eſtque media inter adulationem, & litigium *Aegid. de regim. princ. lib.* 2. Multumque animos conciliat. *Cic.* 2. *de offic.* 1

16 Beneuolentia eſt bonorum voluntas erga proximum, cui opponuntur odium, & inuidia. *Plut. libell. de inuid. & od.* Quæ quidem beneuolentia non adoleſcentulorum more, ſcilicet ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potius, & conſtantia indicanda eſt. *Cic. lib.* 1. *de offic.*

17 Concordia deſcribitur vnio appetituũ diuerſorum appetentium, dicta à concordo, quod idem eſt ac conuenio, & concors eiuſdem cordis, ideſt mentis, & animi, de qua diximus ſupra, *cap.* 5. *num.* 34. Quam virtutem laudat *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.* 4. *cap.* 15. *dicens*, Quod maior fælicitas ſit, vicinum bonum habere concordem, quam vicinum malum ſubiugare bellantem. De concordia membrorum Eccleſiæ gloriatur Deus. 11. *q.* 3.

18 Pudor eſt timor iuſtæ vituperationis, ſeu metus infamiæ, qui reprimit animum ne procaciter, aut turpiter, vel inordinate quid agat. Vnde *Secundum Senecam*, plures pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abſtinent. Differt pudor à verecundia, quia pudor eſt rei turpiter actę, verecundia vero etiam recte facti, & honeſti. Pudor virgines maxime decet, D. *Ambroſ. lib.* 2. *de virgin.* vbi quod indiuiduus virginitatis comes eſſe debet, ſine qu o non poteſt eſſe virginitas.

19 Moderatio ſumitur quandoque pro modi, & formæ impoſitione. *Archid. in cap. quamuis, de offic. ordin. in* 6. *At ſecundum Andronicum* eſt, qua excluditur ſuperflua ſollicitudo, ſeu qua quis contentatur his, quæ contingunt. Quam in omnibus tenendam eſſe, docet *Apoſt.* 1. *Cor.* 7. 5. *&* 14. 40. *& ad Tim.* 5. 1.

Hanc virtutẽ maximis diuitijs pręfert *D. Aug. de Ciu. Dei lib.* 4. *cap.* 3. dicẽs, Duorum hominum pauperem vnum, vel potius mediocrem, alterum prædiuitem cogitemus, ſed diuitem timoribus anxium, mæroribus tabeſcentem, cupiditate flagrantem, nunquam ſecurum, ſemper inquietum, perpetuis inimicitiarum contentionibus anhelantem, augentem ſane his miſerijs patrimonium ſuum in immenſum modum, atque illis augmentis curas quoque amariſſimas aggerantem; Mediocrem vero illũ re familiari parua, atque ſuccinta ſibi ſufficientem, chariſſimum ſuis cognatis, vicinis, amicis, dulciſſima pace gaudentem pietate religioſum, benignum mente, ſanum corpore, vita parcum, moribus caſtum, conſcientia ſecurum. Neſcio vtrum quiſpiam ita deſipiat, vt audeat dubitare quem præferat.

20 Taciturnitas in ſilentio, & ſecreta ſeruando conſiſtit. Quæ tamen ſuos habet terminos; nam taciturnitas in dicendis nõ minus mala eſt, quam locutio in tacendis, *ſecundum Diuum Thomam* Veluti in

peccati confeſſione, *de pæn. diſ.1. taciturnitas.* In veritatis defenſione, 11. *quæſt.* 3. *quiſquis, & cap. nolite timere*. Et in ſubditorum correctione, propter quod Prælati canes muti dicuntur, 14. *di. ſit rector*. Videatur hac de re, *Valer. Epiſc. in quod ſerm.* vbi, & loqui, & tacere, *inquit*, perfectio eſt, quia vtriuſque partis cauſa verborum tenuiſſe menſuram. Aliquoties vero nimia taciturnitas ſtultitiæ adſcribitur, ſicuti verborum nimietas ad furorem loquelæ, ſecundum illud ſapientis, Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & tacens ſciens tempus apti ſermonis, de qua te ſi noſtri ſententiam requiras arbitrij, iam malo aliquis in tacendo ſtultus, quam nimium loquendo iudicetur inſanus. *Et D. Ambroſ. lib. 1. de offic.* Quamplures vidi loquendo in peccatū incidiſſe, vix quemquam tacendo. Ideoque tacere noſſe difficilius eſt, quam loqui, ſcio pleroſque loqui, cum tacere neſciant. Sapiens eſt ergo, qui nouit tacere. Videatur hac de re, *Nauarr. comment. in cap. inter verba 11. qu. 3. prælud. 2.* vbi vtrum ſilentio dignior ſit locutio, hinc, inde rationes adducit. Et de ſilentio antiquorum monachorum, *Marul. lib. 4. cap. 6.*

21 Frugalitas eſt virtus, quæ res proprias cuſtodit, & vtiliter collocat, vitat ſumptus non neceſſarios, & tamen vbi ratio poſtulat, quantum eſt opus expendit. Vicina eſt liberalitati, nam liberalitas auaritiæ, & tenacitati, frugalitas profuſioni, & prodigalitati contrariatur. Dicitur virtutum genetrix, *Iuſtin. lib. 20. hiſt.* & bonæ valetudinis mater, inimica luxurioſis epulis, aliena nimij vini abundantiæ, & ab immoderato vſu veneris auerſa. *Valer. Max. lib. 2. cap. 5.* Ab aliquibus verò ſtrictè & propriè ſumitur pro cibi potuſque mentis frugi, ac bene compoſitæ moderatione.

22 Parſimonia, quæ videtur idem cum frugalitate, facit, vt honeſti, & vtilis cauſa bona cuſtodiantur, & tueantur, nec inutiliter, inhoneſteque conſumentur. Et dicitur à verbo, parcere, quod inter alia ſignificat, abſtinere; vnde parcere pecuniæ, abſtinere ab expendenda pecunia, ſiue parum expendere de pecunia, & parcere labori, parum, aut nihil laborare. Proptereà parſimonia, moderatio, & parcitas, idem importare videntur.

Hac virtute quantum dotati fuerint, eamque exercuerint priſci Romani, videre eſt *apud Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 3. cap. 11.* vbi inter alia, quod Q. Aelius Tubero prætura deiectus fuit, & deſpectui habitus, quod in funere Aphricani populum Romanum publico epulo hædinis pellibus, & teſtis ſamijs, ac lectis igneis excepiſſet; De eadem virtute hæc habet, *Thomas Morus*.

Vtere diuitijs tanquam moriturus, & idem
Tanquam victurus parcito diuitijs.
Parcere diuitijs, qui tempore nouit, & vti,
Ille modum ſeruans, inter vtrumque ſapit.

23 Verecundia, *Sec. Ariſt. lib. 2. Rhet.* eſt dolor quidam, & perturbatio ex malis, aut præſentibus, aut futuris, quæ infamiam irrogant, proueniens. Hæcque iacit prima temperantiæ fundamenta, *D. Tho. 2. 2. q. 144. art. 4. c.* Et proprie reſpicit culpam dupliciter; vt quis ſcilicet deſinat vitioſe agere, et vt in turpibus, quæ agit, propter timorem vituperij conſpectus publicus vitet. Primum pertinet ad erubeſcentiam, ſecundum ad verecundiā. Vnde qui verecundatur, occultat ſe in his, quæ agit, qui vero erubeſcit, in inglorationem timet incidere. D. *Thom. d. quæſt. 144. ar. 2. c.* Hæc virtus non facta tantum, ſed etiam dicta reſpicit. *D. Ambroſ. lib. 1. de offic.* vbi, Pulchra virtus eſt verecundia & ſuauis gratia, quæ non ſolum in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus, ne modum progrediaris loquēdi, ne quid indecorum ſermo reſonet tuus, ſpeculum enim mentis plerumque in verbis refulget, ipſum vocis ſonum libret in modeſtia, ne cuiuſque offendat aurem.

24 Porro verecundia licet ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus, & locis apta, tamen adoleſcentes, & iuueniles annos maximè decet; vt artifex in materia commodiori melius operari ſolet. Nam quid amabilius verecundo adoleſcente, & quā ſplendida gemma morum eſt verecundia in vita, & vultu adoleſcentis, quam vera, & minime dubiam bonæ ſpei nuncia, bonæ indolis index, virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix veritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſti. *D. Bern. ſerm. 86. ſuper cant.*

25 Honeſtas eſt motuum caſtitas, & diſciplina, verbo Dei conſentiens, quæ in rebus externis, & publicis legibus ſancita eſt, & in omni ordinum genere apparet; ad eamque ſpectat id, quod eſt homini turpiſſimum, & indecentiſſimum, ſcilicet bru-

brutales voluptates repellere. D. *Thom.* 2.2. *quaeſt.* 145. *art.* 4. *c.* Generalius verò
honeſtum dicitur id, quod propria ſua vi
eſſentiali nos trahit, & allicit, & hoc per
ſe appetimus, vt nihil vtilitatis, vel dele-
ctationis nobis afferat. *Alber mag. de nat.
& orig. anim. tract.* 2. *cap.* 6. Fac ea, *inquit
Pitagoras*, quæ honeſta ſunt, & eſſe iudi-
caueris, etiamſi poſtquam feceris, inglo-
rius futurus ſis. Omnis honeſtæ rei malus
Iudex eſt vulgus. Quorum igitur laudes
contemptui haberes, eorumdem vitupe-
peria quoque ſperne. *Stob. ſer.* 44.

26 Abſtinentia dupliciter accipi poteſt.
Vno modo ſecundum, quod abſolute ci-
borum ſubtractionem deſignat, & ſic ac-
cepta ſe habet indifferenter ad virtutem,
& non virtutem. Alio modo ſecundum,
quod eſt à ratione regulata, in quo conſi-
ſtit virtus, vt videlicet homo ſumat de ci-
bis, vel à cibis abſtineat, prout oportet
pro congruentia hominum, cum quibus
viuit, & perſonæ ſuæ, ac pro ſuæ valetu-
dinis neceſſitate *D. Thom.* 2.2. *quaeſt.* 146.
27 *ar.* 1. *c. & ad* 2. Vndè virtus abſtinentiæ
conſiſtit in hoc, quod ciborum delectatio-
nes refrenet, quæ natæ ſunt hominem ab-
ſtrahere à bono rationis, tum propter ea-
rum magnitudinem, tum etiam propter
neceſſitatem ciborum, quibus indiget ho-
mo ad vitæ conſeruationem, ac proindè
quam maximè deſiderat. Et ſecundum
hanc acceptionem definitur, A cibo, po-
tuque, pro ſola corporis caſtigatione, ceſ-
ſatio. *D. Auguſt. de fid. ad Pet.*

28 Generaliter verò, prout dicit ſimplici-
ter ciborum ſubtractionem, ſex modis cõ-
tingere poteſt, illo verſu contentis.

Abſtinet, æger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtus.

Aeger abſtinet à cibis propter ſanita-
tem acquirendam, & poſtquam adeptus
fuerit, conſeruandam. Egens propter pe-
nuriam. Cupidus propter auaritiam. Gu-
loſus propter delectationem, quæ ſequi-
tur commeſſationem, Simia, ſcilicet hypo-
crita propter vanam gloriam. Virtus pro-
pter Deum, quando quis propter amorem
Dei à cibis abſtinet.

29 Quæ tamen bona abſtinentia diuiditur
in diſcretam, & indiſcretam. Diſcreta eſt,
quæ perſonæ valetudinem, temporis op-
portunitatem, ciborum qualitatem, &
quantitatem reſpicit, 41. *di. quod dicit, &
cap. quiſquis, & cap. non mediocriter de conſ.
di.* 5. & regulatur à ratione, quod fit, quan-
do, vt ſupra diximus, quis abſtinet à ci-
bis, vt oportet pro congruentia perſona-
rum, cum quibus viuit, & perſonæ ſuæ,
& pro ſuæ valetudinis neceſſitate, quæ nõ
pertinet ad Regnum Dei, niſi cum ſit ra-
tionabiliter ex Dei dilectione. Indiſcreta
verò tripliciter accidit. Primò cum ſub-
trahuntur neceſſaria vitæ, quia de rapina
holocauſtum offert, qui temporalium bo-
norum, vel ciborum nimia egeſtate, vel
manducandi, aut ſomni penuria immode-
rate corpus affligit. *de conſ. di.* 5. *non me-
diocriter.* Secundo cum ſubtrahuntur ne-
ceſſaria valetudini, & quæ ſecundum lo-
corum, officiorum, & perſonarum cir-
cumſtantias debentur. Tertiò cum per eã
omittuntur vtiliora. Rationabiliter, *in-
quit D. Hier.* dignitatem amittit, qui ie-
iunium charitati, vel vigilias ſenſus inte-
gritati præfert. *D. Thom.* 4. *ſent. di.* 15.
qu. 3. *art.* 1.

De priſcorum abſtinentia, non ſingula-
rũ perſonarum tantum, ſed prouinciarum,
& nationum, videatur apud *Alex. ab Alex.
Gen. dier. lib.* 3. *cap.* 11. *per tot.* vbi in ſpe-
cie quod vini vſus adeo priſcis mulieribus
interdictus fuit, vt vinum bibiſſe perinde
eſſet, ac ſi in adulterio, aut graui crimi-
ne deprehenſa mulier capitali iudicio
plectenda foret; Populum Romanum
multa ſæcula non pane, ſed pulte victitaſ-
ſe, piſtoreſque per annos ferè ſexcentos
vſque ad Perſicum bellum nullos Romæ
fuiſſe. Epicurum quoque, prout refert
*Laertius in eius vita, Diocles, & aliorum
auctoritate Elian. de var. hiſt. lib.* 4. ſum-
mum voluptatis aſſertorem, victu fruga-
li, & modeſto contentum, aqua & polen-
ta, aut pane hordeaceo victum quæſiuiſſe,
contraque paupertatem inuictum ani-
mum geſſiſſe; non quod voluptates auer-
ſaretur; ſed quod in tenui victu ſe plus
voluptatis experiri diceret; cuius rei ar-
gumentum eſt, quod oleribus, & pomis,
ac vilibus cibis, quibus viuendum cen-
ſuit, libros refarſerit.

30 Ieiunium diuiditur in ieiunium ieiuni,
& ieiunium ieiunantis. Ieiunium ieiuni,
ſeu ieiunium naturæ, quo quis dicitur
ieiunus, antequam comedat, cum in pura
negatione conſiſtat, non eſt actus virtu-
tis. Ieiunium verò ieiunantis, quo quis
ex rationabili propoſito aliqualiter à ci-
bis abſtinet, eſt actus abſtinentiæ, & vir-
tutis, qui purgat animam, mentemque
ſubleuat, *de conſ. di.* 5. *ſit tibi.* carnem
ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, &

Digitized by Google

humiliatum, concupiſcentiæ diſpergit nebulas, libidinum ardores extinguit, charitatis lumen accendit. D. *Thom.* 2.2. *quæſt* 147. *art.* 1. *c. & ad* 3.

31 Hoc autem ieiunium quando ſit Deo gratum, habetur *Eſai.* 58. Quando ſcilicet eum ipſo coniunctæ ſunt aliæ virtutes, ſine quibus reprobatur. Ecce, *inquit*, in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam, nũquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi? *D*iſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe, frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque indue in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam, ne deſpexeris. *Et D. Baſil. apud* D. *Anton. ſerm. de ieiun.* Non in ſola abſtinentia ciborum ieiunij bonũ adſcribas, ſed etiam in malorum alienatione; carnem non comedis, ſed comedis fratrem, abſtinens à vino, ſed ab iniurijs non temperas, veſperam expectas ad ſumendum cibum, ſed inſumis diem in cauſis forenſibus. Quid iuuat ieiunare corpore, animam verò innumeris malis repleri? Non in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma ieiunij, aut fructuoſe corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate reuocetur. *Sanct. Leo Papa ſerm.* 4. *de quadrag.* Videatur de ieiunio pulchrè diſſerentem *Marul. lib.* 3. *cap.* 10. *& lib.* 4. *cap.* 1.

32 Sobrietas eſt virtus, qua remouetur rationis impedimentum, quod oritur ex potu inebriante, & ſua fumoſitate cerebrum perturbante. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 149. *ar.* 2. *c.* de qua dicit D. *Auguſt.* quod ſit mentis, & ſenſus, membrorum omnium, corporiſque tutela, caſtitatis pudicitiæq; nutrimentum, honeſtati ſemper coniuncta, criminumque, & vitiorum omnium profuga, recti iudicij tenax, ſecretorum cuſtos, arcani velamen, doctrinæ capax, ſtudiorum, & artium bonorum diſciplina, bonæ famæ ſemper auida, ſalubria, & vtilia creans, virtutis ſingulare auxilium, cuncta cum ratione diſponens; temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officijs obtemperat, ſuperbiam deteſtatur, domum, familiamque cum moderatione gubernat. Sobrietatis vero perſeuerantia ineſtimabilis animi fortitudo.

33 Caſtitas verſatur ſpecialiter circa venerea, ſic dicta à caſtigatione concupiſcentiæ, quæ ad modum pueri refrenanda eſt. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 151. *ar.* 1. Definitur *à D. Aug.* quod ſit virtus ſub iugo rationis impetum libidinis refrenans. Diuiditur in voluntariam, & coactam; Sed vera caſtitas, & quæ Deo placet, eſt, quam non facit neceſſitas, ſed voluntas. 33. *quæſt.* 5. *tunc ſaluabitur*. Diuiditur in mentis, & corporis, vt dicemus infra de virginitate; quarum prima violentiam pati non poteſt. 33. *q.* 5. *cap. non poteſt, & capit ſeq.*

34 Pudicitia, *ſecund. D. Aug. de Ciuit. Dei lib.* 14. *cap.* 18. eſt virtus, qua quis verecundatur de actibus, de quibus homines maxime verecundantur, vt ſunt actus venerei. Et verſatur non ſolum circa commixtionem, ſed etiam circa quæcumque ſigna, videlicet aſpectus impudicos, oſcula, tactus, & huiuſmodi. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 151. *ar.* 4. *c.* Et dicitur virtus animi, quæ violentiam non ſentit. 33. *q.* 5. *cap.* 3. ſeu quæ magis vult, mala quæque tollerare, quam malis conſentire *cap. itane. ead. cauſ. & quæſt.*

35 Differt à virginitate, quia pudicitia eſt animi, virginitas etiam corporis, & illa integra in animo permanente, poteſt hæc corpori violenter auferri, & e contra cum hæc integra manet in corpore, poteſt illa in animo laſciui voluntate corrumpi. *D. Auguſt. contra Iulia lib.* 4.

36 Virginitas eſt in carne corruptibili Incorruptionis perpetua meditatio, ſeu continentia, qua carnis integritas ipſi carnis, & animæ creatori vouetur, & conſecratur. D. *Tom.* 2. 2. *q.* 152. *ar.* 1. Datur in hac virtute materiale, & formale. Materiale eſt integritas carnis citra quodlibet experimentũ venereæ delectationis; formale vero eſt propoſitũ a venerea delectatione perpetuò abſtinendi. *d. q.* 152. *ar. c.* Hinc tri-
37 plex aſſignatur virginitas; mentis & corporis, mentis & non corporis, corporis & non mẽtis. Virginitas corporis & nõ mentis eſt, quando caſti corpore, fornicantur,

vel

vel adulterantur in mente. Virginitas mentis & non corporis, quando ſine conſenſu quis tollerat, quod alius operatur, 25. *quæſt.* 5. *cap. ſicut, cap. Paulus, & cap. cauſa*. Virginitas mentis & corporis dicitur integra, & glorioſa. 32. *quæſt.* 5. *ſicut.*

Quod vero mentis virginitas, corrupto corpore, poſſit illæſa ſeruari, teſtatur D. *Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 1. *cap.* 16. dicens, Sit poſitum, atque firmatum, virtutem, qua recte viuitur, ab animi ſede, membris corporis imperare, ſanctumque corpus vſu fieri ſanctæ voluntatis. Qua inconcuſſa, & ſtabili permanente, quicquid aliud de corpore, vel in corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non valeat euitari, præter culpam eſſe patientis. Et *eod. lib.* 1. *cap.* 18. Cum pudicitia ſit animi virtus, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tollerare, quam malo conſentire decernat; nullus autem magnanimus, & pudicus in poteſtate habeat, quid de ſua carne fiat, ſed tantum quid annuat mente, vel renuat, quis tandem ſana mente putauerit, ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit, nec pertinebit ad ea bona, quibus bene viuitur. Si autem bonum animi eſt, etiam oppreſſo corpore non amittitur. Quod *cap.* 25. *&* 26. & alibi repetit.

38 Cum autem caſtitati attribuatur decor, virginitati per conſequens attribuitur excellentiſſima pulchritudo, teſte D. *Ambroſ. lib. de virgin.* vbi Pulchritudinem quis poteſt maiorem æſtimare decore virginis, quæ amatur à Rege, probatur à Iudice, dedicatur Domino, conſecratur Deo. Et *in lib. de offic.* Quanta eſt virginitatis gratia, quæ meruit à Chriſto eligi, vt eſſet corporale Dei templum, in qua corporaliter inhabitat plenitudo diuinitatis. Virgo genuit mundi ſalutem, Virgo peperit vitam vniuerſorum, & *de Viduis*. Supergreditur virginitas conditionem naturæ humanæ, per quam homines aſſimilantur Angelis; maior tamen eſt victoria Virginum, quam Angelorum; Angeli enim ſine Carne viuunt, Virgines verò in Carne triumphant. Et *D. Ciprian. in lib. de Virgin.* Virginitas eſt ſoror Angelorum, victoria libidinum, Regina virtutum, poſſeſſio bonorum omnium.

Apud Gentiles etiam ipſa Virginitas in ſummo habebatur honore, quod inde conſtat, quod Conſules, & Imperatores, & in curribus triumphantes, qui de ſuperatis gentibus trophea referebant, & omnis dignitatis gradus veſtalibus de via cedere tenebantur: D. *Hieron. lib.* 1. *contra Iouin.*

Nec caret virginitas laude Martyrij, teſte D. *Ambroſ. lib.* 1. *de Virgin.* & vt vidimus ſupra, *cap.* 8. *nu.* 50.

39 Continentia poteſt dupliciter ſumi, vel ſcilicet per quam quis abſtinet ab omni delectatione venerea, & ita continentia perfecta principalis eſt Virginitas, ſecundaria viduitas; vel per quam aliquis reſiſtit concupiſcentijs prauis, quæ in eo vehementes ſint, quæ ideo habet rationem virtutis, quia ratio firmata eſt contra paſſiones, ne ab eis deducatur. Tunc verò attingit perfectam rationem virtutis, quādo etiam appetitus ſenſitiuus rationi ſubditur ſic, vt in eo vehementes paſſiones rationi contrariæ non inſurgant, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 155. *art.* 1. *c.*

40 Importat igitur continentia paſſionem quandam, in quantum tenet ſe aliquis, ne paſſionem ſequatur; & ideo continentia propriè dicitur circa illas paſſiones, quæ impellunt ad aliquid proſequendum in ijs, in quibus laudabile eſt, vt ratio retrahat hominem à proſequendo, *d. quæſt.* 155. *art.* 2. *c.*

41 Clementia eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis, & exterioris punitionis moderātia. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 157. *art.* 1. ſeu, Temperantia animi in vlciſcendi poteſtate. Quæ moderatio prouenit ex quadam affectus dulcedine, qua quis abhorret id omne, quod alium contriſtare poteſt. *d. quæſt.* 157. *art.* 3. *ad* 1. Clementem animum vocat, *Hug. de S. V.* quando eſt tener ad compatiendū, facilis ad remittendum, promptus ad ſubueniendum. Quantum hac virtute ditati fuerint Imperatores Theodoſius, Arcadius, & Honorius, colligitur, ex *tex. in l. vn C. ſi quis Imp. maled.* vbi, Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbolentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit, cum pœnæ nolumus ſubiugari, neque durum aliquid, nec aſperum volumus ſuſtinere, quoniam ſi id ex leuitate proceſſerit, contemnendum, ſi ex inſania, miſera-

tio-

tione digniſſimum; ſi ab iniuria, remittendum.

42 Manſuetudo eſt virtus, quæ reddit hominem contrectabilem, mitem, facilem, & lenem ad omnes, D. *Anſel. ad cap. 5. epiſ. ad Gal. & ad cap. 4. epiſ. ad Epheſ.* Definitur, *ab Ariſt.* Moderatio circa iram, *& ab eod. in Rhet.* Depreſſio iræ, atque ſedatio. Et accuratius, *ad Nicom. lib. 5. cap. 5.* mediocritas circa exceſſum, & defectum iræ. Exceſſus eſt, iraſci, cui non debeas, quando non debeas, & pluſquam debeas, quod eſt nimio affectu perciri. Defectus vero, non iraſci, quando, & propter quod, & quantum eſt iraſcendum, quod ſtolidi, & inſenſibilis hominis eſt, qui perindè ſe habet, acſi nullius rei ſenſum haberet. Manſuetus autem inter vtrumque ſe habet, quia nimio affectu, & perturbatione non ducitur, ſed ratione, cuius dictamine quando, & quatenus, & quibus, & propter quod oportet, iraſcitur, potius tamen ad defectum accedit, quam ad exceſſum, quia propenſior adueniam dandam, quam ad repetendam vltionem.

Porro manſuetudo non ſolum eſt ſuperioris ad inferiorem, ſed cuiuslibet ad quemlibet, D. *Thom. 2. 2. quæſt. 157. ar. 1.* quin, & erga beſtias, & animalia bruta; dicente D. *Ioan. Chryſ. hom. 29. in epiſt. ad Rom.* Sunt ſanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes, non ſolum erga domeſticos, ſed & alienos, itaue hanc ſuam manſuetudinem etiam ad animantia bruta extendant.

Videatur de hac virtute D. *Hieron. in commentar. ad cap. 4. epiſt. ad Gal.* vbi, manſuetudo vera eſt, quæ nulla paſſione turbatur. *Et Ioann. Caſſian. in coll. 12. Abb. Cheremonis cap. 6.* vbi multis oſtendit, mitem, ac manſuetum hominem in multitudine pacis viuere, nec vllis impugnari vitijs, præſertim libidine. Et ex *D. Ioan. Chryſ. hom. 34. in Gen.* nihil animam ita in tranquillitate, & quiete eſſe facit, vt manſuetudo, & modeſtia. Hæc *inquit*, omni diademate poſſidenti ſe vtilior; hæc omni claritudine, & gloria conducibilior. Quid enim beatius, quam inteſtino bello liberari?

Ex quo autem manſuetudo non eſt ſtoliditas, ſenſuſque vacuitas, vt ſupra diximus, ſed ſtabilitas animi, qua non facile, nec pluſquam oportet, quis commoueatur, & vbi res poſtulat, & ratio ſuadet, quantum, & vt oportet, promoueatur, in hoc maxime conſiſtit eius laus, vt in ſuſcipienda aduerſus alicuius negligentiam indignatione, talis indignatio ſit ratione temperata. Nam gladijs vtuntur & medici, vtuntur & homicidæ, ſed alio, atque alio modo, illi ad ſalutem, iſti ad perditionem. D. *Baſil. in conſtit. mona. cap. 14.* & vt pro alienis potius, quam pro noſtris vlciſcamur iniurijs, D. *Baſil. in com. Pſal. 44.* vbi, manſueti, *ait*, eſt, quæ in ipſum commiſſa ſunt, remittere, iniuria vero affectos vlciſci Et D. *Chryſ. in eodem Pſal. 44.* Mitis ille eſt, qui ferre poteſt, quæ in ipſum peccata ſunt, qui alijs factam iniuriam propulſat, & eis fert opem, & eſt vehemens vltor eorum, qui probra ingerunt. Qui autem non eſt huiuſmodi, ſed hebes, deſes, & ſomnolentus, & mortuo nihilo melius effectus, non eſt mitis, nec manſuetus.

43 Humilitas eſt pars modeſtiæ. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 4.* de qua plene dicemus, *cap. ſeq.*

44 Studioſitas ponitur pars temperantiæ ex eo, quia ad ipſam pertinet moderatio appetitus, per quem homines immoderate ſcientiam appetunt, cum enim ex parte animæ inclinetur homo ad hoc, quod rerum cognitionem deſideret, ſtudioſitas operatur, vt talem inclinationem refrenet. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 166. ar. 2. c. & ad 3.*

45 Modeſtia, dicta à verbo moderor, vnde etiam moderatio, prouenit ex quadam dulcedine affectus, quo quis horret omne, quod poteſt alium contriſtare. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 157. art. 3.* Duplex eſt, interior, & exterior. Interior non differt a manſuetudine, & humilitate. Exterior eſt, quæ motus, & actus corporales externos moderatur. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 143. ar. 1.* ex quibus interiores coniecturantur. *D. Anſel in comm. in cap. 1. epiſt. ad Rom.* nam ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo, *Eccleſ. 19.* Videatur *D. Baſil. in ſerm. de inſtit. monach.* vbi, Non iracundiæ, ac iniuriarum memoriæ, aut inuidiæ, aut contentionis vllum prorſus vult eſſe ſignum, aut geſtum, aut motum, aut verbum, non oculorum aciem obtutum, non vultus conformationem vllam, non aliud quidpiam, ex quo eorum, quibuſcum viuimus, irritari animus poſſit.

Hinc ſerena facies, & tranquillitas vultus quietem, & appetitionum omnium com-

compoſitionem, ac Diuini ſpiritus abundantiam, & optimum interiorem animi ſtatum demonſtrat. Sic Diuum Antoniũ Aegiptium ſcribit, *D. Athanaſius*, florido ſemper, lætoque vultu fuiſſe, quod ſi quis ignarus illius in monachorum multitudinem incidiſſet, nullo indicante, ad Antonium accurrebat, ex corporis ſpeculo animæ cernens pulchritudinem. Diuum item Martinum à nullo mærentem vnquam viſum fuiſſe, narrat *Seuerus*, cæleſtem lætitiam ſemper in vultu præſeferentem. In D. Bernardi vultu cæleſtis, non terrena claritas præfulgebat. Quia abundantia cordis tranſit in decus corporis. *Emiſſ. in hom. de S. Steph.* Sicuti è contra oris triſtitia perturbationes, & commotiones animi declarat. Maioribus enim maiora monſtrantur, vultuque, & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia, dum luxurioſa, & laſciua mens lucet in facie, ſecreta cordis motu corporis, & geſtibus indicantur. *D. Hieron. ad cap. 8. Ezech.*

Oculi non vagi, neque elati, aut curioſi huc, atque illuc ſpectantes, ſed fere demiſſi, neque in alterius ora defixi, modeſtiæ interioris maximum præbent indiciũ, iuxta illud, Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidum erit, ſi autem fuerit nequam, totum corpus tenebroſum erit, *Matth. 6.*

Modus item in veſtibus, qui ſit ad propoſitum cuiuſque finem accommodatus, cum decore, ac dignitate, habita ratione loci, temporis, & perſonæ; qui videlicet perſonæ gradum deceat, & non excedat. In omnibus autem mundicies luceat, & vitentur ſordes. Licet enim. D. *Hieron. ad Ruſtic.* ſordidas veſtes eſſe candidæ mentis indicia, & vilem tunicam contemptum ſæculi probare dicat; Sordidas tamen, non maculatas, & inquinatas, ſed viles, & abiectas appellat. Etenim *in epiſt. ad Nepot. de vita Cleric. cap. 11.* & ornatum, & ſordes pari modo fugiendas aſſerit, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Et *D. Auguſtin. in 2. lib. de ſer. Dom. in mon. cap. 111.* non in ſolo, *inquit*, corporearum rerum nitore, atque pompa, ſed in ipſis ſordibus luctuoſis poteſt eſſe iactantia, & quidem periculoſior, quam in nitidis.

Veſtes nimis longas, & ad ſummos vſque pedes demiſſas damnat *Clem. Alex. in 2. lib. pedag. cap. 10.* Quia nimis longa veſtis, & ambulationem impedit, & ſordes ſecum trahit, arrogantiæque, & ſuperbiæ indicium præbet. Sint etiam veſtes cingulo, ſeu zona compoſitæ, colligatæque, vt ex Sanctis Patribus refert *Dand. in ethic. Sac. lib. 3. cap. 7.*

Riſus licet videatur modeſtiæ contrarius, cum Chriſtianum oporteat non ridere, nec aliquo modo ridiculorum ſectatoribus operam dare, D. *Baſil. in epiſt. ad can. & in regul. breu.* 31. vbi nullũ vult omnino locum dari fideli, in quo ridere debeat. Attamen his, & ſimilibus dogmatibus non omnem, ſed nimium, & immoderatum riſum tantummodo damnat. Ait enim, *in regul. fuſ. diſput.* 17. Qui colendæ pietati ſtudent, cauere debent, ne in riſum præter modum effuſi ſint, quandoquidẽ non abeſſe à ſe intemperantiam ſignificat is, qui profuſo nimis, petulantique riſu teneatur, ſeſeque animi ſui motus nequaquam ſedatos, eiuſque mollitiem, ac veluti laxitatem nequaquam ratione ſeuera habere compreſſam declarat. Veruntamen modice victum deducere, eoque modo animi ſui diffuſionem leuiter ſignificare, non eſt contra decorum, quatenus illud tantum indicetur, quod ſcriptum eſt *Prou. 15.* Cor gaudens exhilarat faciem. *Et D. Ioan. Chryſ. hom. 15. in epiſt. ad hebr.* non eſt malum riſus, ſed malum quod fit importuno tempore, & immoderate. Riſus ineſt animæ noſtræ, vt remiſſionem aliquando habeat anima non vt diffundatur. Sit riſus mixtus grauitate, & plenus honeſti motus. *D. Aug. in lib. de ſpir. & anim. cap 62.*

Modum loquendi ſic componit modeſtia, vt & loquacitas euitetur, & nimia taciturnitas, veluti extrema vitioſa. Vſque ad tempus tacebit ſapiens. *Eccleſ. 20.* Tempus tacendi, & tempus loquendi, *Prou. 3.* Et *D. Greg.* ſuper illud, Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circũſtantiæ labijs meis, *Pſal. 140.* oſtiũ *inquit* aperitur, & clauditur. Qui ergo ori ſuo non obſtaculum, ſed oſtium petijt, aperte docuit quod & per diſciplinam retineri lingua debeat, & ex neceſſitate laxari, quatenus os diſcretum, & congruo tempore vox aperiat, & rurſus congruo taciturnitas claudat.

Porrò de loquendi modo plures dederunt regulas Sancti Patres. Siquidem D. *Ambroſ. in 1. lib. de offic.* Ipſum vocis ſonum libret modeſtia, ne cuiuſquam offendat aures vox fortior; non ſit remiſſa,

non

non tracta. nihil fœmineum ſonans; Sit pura, ſimplex, & diſtincta pronunciatio, & plena ſucci virilis, vt agreſtem, & ſubruſticum fugiat ſonum, non vt rythmum affectet, ſed miſticum ſeruet. *Et D. Bern. in ſpec. mon.* ſi vocatur ad colloquium, leniter, & ſine riſu, pauca verba, & rationabilia loquatur, & antequam ea pronunciet, bis ad lineam veniant, quam ſemel ad linguam. *Et D. Baſil. in Conſt. mon. cap.* 12. hanc vult eſſe verborum noſtrorũ vtilitatẽ, quod aut ſint de virtute, aut de re, quæ facienda inſtet, aut ad audientium ædificationem referantur. Subdens, *cap.* 13. Si remittendæ aliquantulum triſtitiæ cauſa ſermone ad hilaritatem excitari debemus, ſpirituali lepore referta ſit oratio noſtra, & euangelico ſale condita, vt recte quæ interius ſit ſapientiæ, gratum foras odorem aſpiret, dupliciterq; auditorem, & animi relaxatione, & intelligentiæ feſtiuitate delectet. Et D. *Greg. Naz.* ita coarctat modum in loquendo, vt ne de Deo quidem multum loquendum cenſuerit. Ait enim *in or. ad eos, qui ipſum acciuerant, nec poſtea occurerant*, Pietatem non in multum, & ſæpe de Deo loquendo, ſed plurimum tacendo, poſitam eſſe indiceris. Lingua enim niſi rationis magiſterio gubernetur, in lapſum facile homines impellit. Semperque exiſtimetis, minus periculum eſſe, audire, quam loqui. Ac proinde de Deo lubentius quidpiam diſcatis, quam doceatis, ſermone minimum, operibus maiori ex parte Deum colatis, legiſque potius obſeruatione, quam legislatoris laude, ac mirifica prædicatione veſtrum erga eum amorem declaretis.

Inceſſus demum, & motus corporis ſic à modeſtia gubernatur, vt *ſec. D. Aug. lib. de ſpir. & an. cap.* 62. actus, & vſus totius corporis ſit purus, modeſtus, totius expers inſolentiæ, & laſciuiæ, & leuitatis, & ignauiæ. *Et D. Baſil. in or. de humil. & van. glor. & epiſ. 7. ad Greg.* Inceſſus neque lentus, vt qui animi diſſoluti ſit ſignum, neque celer, & concitatus, & qui impetus ipſius perturbatos, ac temerarios eſſe demonſtret. Et D. *Ambroſ. lib. 1. de offic. cap.* 18. quem refert D. *Bern. in tract. de ord. vi & mor.* & rurſum *in formula honeſta vita*. Sit inceſſus tuus maturitate plenus, grauis, & honeſtus, videlicet non fractis greſſibus ambules, aut ſcapulas dextrorſum, aut ſiniſtrorſum vergendo, non erecta ceruice, non prominente pectore, ſeu etiam inclinato capite ſuper humerum. Quæ omnia, aut leuitatem redolent, aut elationem oſtentant, aut hypocriſim ſapiunt.

Ex dictis patet, modeſtiam actus exteriores moderari quo ad duo, nempe ſecundum conuenientiam propriæ perſonæ, & ſecundum conuenientiam ad perſonas, negotia, & loca. Et ideo circa huiuſmodi actus exteriores ponũtur duo, Ornatus ſcilicet, qui reſpicit conuenientiam propriæ perſonæ tam in verbis, quam in factis &c. Et bona ordinatio, quæ reſpicit conuenientiam ad diuerſa negocia, & ad ea, quæ circumſtant *D. Thom. 2. 2. quæſt.* 168. *ar. 1. c.*

46 In Iure Ciuili ponitur differentia inter hanc virtutem & clementiam in hoc, quod modeſtia conueniat ſuperioribus, & inferibus, clementia vero ſit tantum à ſuperibus ad inferiores *l. in ipſius C. fam. erciſc.*

47 Eutrapelia, ſeu iucunditas eſt virtus, per quam refrenatur homo ab immoderantia ludorum. Cum enim ſapientem deceat, interdum aciem rebus agendis intentam remittere, hæc animi remiſſio fit per ludicra verba, ex quibus quæritur delectatio animalis tantum. Circa quæ tria conſideranda ſunt, nempe quod prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus, vel rebus turpibus, & nociuis; ne totaliter animi grauitas reſoluatur; & vt congruat perſonæ, tempori, & loco, & ſecundum alias circumſtantias debite ordinetur. *D. Thom. 2. 2. q.* 168. *ar. 2.*

48 Vrbanitas eſt illa, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuue deprehendi poſſit. *Quint. lib. 6. cap. 3.* Propria eſt eorum, qui in vrbibus agunt, quorum vita omnis lepore, ſalibus. & venuſtate amenius condita eſt, quam eorum, qui in agris degunt.. Sumitur etiam nonnunquam pro rebus ipſis vrbanis, & pro vita vrbana, vt apud *Cic. pro Treba*.

49 Vitia temperantiæ oppoſita ſunt, intemperantia, inſenſibilitas, gula, ebrietas, incontinentia, ira, ſeu iracundia, crudelitas, feritas, & læuitia, ſuperbia, curioſitas, auſteritas, & ſuperfluus ornatus.

50 Intemperantia dicitur peccatum puerile, quia eſt peccatum ſuperfluæ concupiſcen-

piſcentiæ, quæ aſſimilatur puero, qnoad tria. Primo quantum ad id, quod appetitur, ſicuti enim puer, ita & concupiſcentia appetit aliquid turpe, ſeu ioordinatum, & contra rationem. Secundo qnantum ad euentum, quia ſicuti puer, ſi relinquatur ſuæ propriæ voluntati, creſcit in eadem ſua propria voluntate, ita etiam concupiſcentia, ſi ei ſatisfiat, maius robnr acquirit. Tertio quantum ad remedium, quod vtrique adhibetur, ſicut enim puer per diſciplinam coercetur, ſic etiam concupiſcentia, dum ei reſiſtitnr, ad debitum honeſtatis modum reducitur. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 142. *ar.* 2. *c.*

51 Inſenſibilitas conſiſtit in hoc, quod qnis in rantum delectationes fugiat, vt ea, quæ ad naturæ conſeruationem neceſſaria ſunt, prætermittat, quaſi ordini naturali tepugnans. Cum eoim natura delectationem quamdam appoſuerit operationibus ad hominis vitam oeceſſarijs, oaturalis ordo requirit, vt homo in rantum huiuſmodi delectationibus vtatur, quantum humanæ ſaluti neceſſarium eſt, vel quantum ad conſeruationem indiuidni, vel quantum ad conſeruationem ſpeciei; quatenus non ſit oeceſſarium, vel vtile pro contemplatione ab hniuſinodi abſtinere. *D. Thom.* 2. 2. *d. quaſt.* 142. *ar.* 1. *c.*

Hanc inſenſibilitatem damnat. *D. Aug. de Ciuit. Dei lib.* 14. *cap.* 9. dicens. Etſi nonnulli tanto immaniore, quanto rariore vanitate hoc in ſe ipſis adamauerint, vt nullo prorſus erigantur, & excitentur, nullo flectantur, atque inclinentur affectu, humanitatem totam potius amittunt, quã veram aſſequantur tranquillitatem, oon enim, quia durum aliquid, ideo rectum, aut quia ſtupidum eſt, ideo ſannm.

52 Gula eſt immoderata cibi cupiditas, ſeù inordinatus appetitus cibi, & potus. D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 148. *ar.* 1. *& Alb. Mag. in comp. lib.* 3. *cap.* 30. eſtque peccatum mortale, cum quis delectationi ciborum, & potus ita inhæret, vt paratus ſit agere contra Dei præcepta, vt delectationes huiſmodi conſequatur. Veniale vero, quando in immoderata concupiſcentia delectabilium guſtus quis contra legem diuinam nihil agere intendit.

3 Eius quinque ennmerantur ſpecies, ſeu potius qualitates, & circumſtantiæ, tres ſcilicet circa comeſtibile, quantum ad ſubſtantiam, cum cibaria nimis prætioſa quæruntur, quantum ad qualitatem, cum cibaria nimis accurata, & qnantum ad quãtitatem, cum maior debito quantitas ſumitur. Et duæ quantum ad modum. Nimirnm cum præuenitur cibi tempus, & cum debitus noo ſeruatur modus. *D. Tho. dict. quaſt.* 148. *ar.* 4. quæ omnes illo verſu continentur, *relat. de conſ. di.* 5. *quandoque.*

Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe.

Quinque pariter ſunt eius filiæ, videlicet inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multilnquium, & hebetudo ſenſus, ſiue mentis circa intelligentiam, *d. quaſt.* 148. *art.* 6.

Diuiditur gula in comeſſationem, & ebrietatem, quæ prohibentur, *Rom.* 13: Comeſſatio eſt inordinatus appetitus, & vſus cibi, & ebrietas eſt inordinatus vſus, & concupiſcentia vini, D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 150. *art.* 1. *c.* quæ quidem ebrietas dicitur mater litium, & furoris, ſuſcitans vitia, & mentis exilium indncens, 25. *di. cap. ante omnia, & cap. luxuria.*

54 Nntandum vero, non cibum, ſed appetitum cibi io vitio eſſe, quia & lautiores cibns plerumque ſine culpa ſumimus, & abiectiores oon ſine reatu concupiſcentiæ deguſtamus. D. *Gregor. lib.* 3. *mor. &* D:
55 *Bern. in Apol.* Melius eſt exiguo ſagimine veſci, quam ventoſa legumina vſque ad ructum exſaturari; præcipuè cum & Eſau non de carne, ſed de lente ſit reprehenſus, & de ligno Adam, nnn de carne damnatus, & Ionathas de guſtu mellis, non carnis, morti adiudicatus. E contra vero Elias innoxie caroem comedit. Abraham gratiſſime carnibus pauit, & de ipſis ſua fieri ſacrificia Deus præcepit.

56 Luxuria, *ſec. Iſid. in lib. ethim.* eſt ſolutio in volupates. *Sec. Hug. in lib. de Sacr.* eſt concupiſcentia experiendæ voluptatis, vel concubitus deſiderium ſupra modum, vel contra rationem afferens. Et *ſec.* D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 153. *ar.* 1. eſt appetitus inordinatus venereorum. Eius filiæ ſunt, ſtultitia; cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, incooſtantia, amor ſui, odiũ Dei, affectus præſentis ſæculi, & odium futuri. *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 46. *ar.* 3. *& q.* 153. *ar.* 5. Eius ſpecies ſunt, fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprnm, raptus, ſacrilegium, brutalitas, & vitium contra naturam. *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 154. *art.* 3.

57 Huius vitij malum videre eſt apud. D. *Gregor. in mor.* vbi, Ex qno, *inquit,* luxu-

ria ſemel mentem alicuius occupauerit, vix eum bona cogitare permittit. Sunt enim deſideria viſcoſa; quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio.

58 Incontinentia poteſt attendi circa aliquid tripliciter. Vno modo proprie, & ſimpliciter, ſcilicet circa concupiſcentias delectationum tactus, ſicuti, & intemperantia. Secundo modo propriè quidem, ſcilicet in quantum homo recedit ab eo, quod eſt ſecundum rationem, ſed non ſimpliciter; veluti eum quis non ſeruat modum in concupiſcentia honoris, diuitiarũ, & huiuſmodi, quæ ſecundum ſe videntur bona. Tertio modo non proprie, ſed ſecundum ſimilitudinem, veluti circa concupiſcentias eorum, quibus non poteſt quis male vti, qualis eſt virtus, & hoc vltimo modo incontinentia non eſt peccatũ. *D. Thom. 2.2. quaſt. 156. ar. 2. c.*

59 Ira, quam breuem inſaniam appellant, à verbo ire dicta creditur, quod irati, quãdiù furor durat, non apud ſe ſint, ſed extra iuerint, & pacati ad ſe redeant. Sumitur materialiter, & formaliter. Materialiter ſumpta definitur, ab *Ariſt. 1. de ani.* accenſio ſanguinis circa cor. Formaliter verò ſumpta definitur conturbatio concitati animi, *de pæn. di. 3. ira*. Et ab *Hug. lib. 2. de Sacr.* irrationabilis perturbatio mentis. Et à *D. Thom. 2. 2. quaſt. 158. art. 1.*
60 appetitus vindictæ. Eſt autem quædam paſſio appetitus ſenſitiui, quæ poteſt eſſe bona, ſi à ratione reguletur, & poteſt eſſe mala, ſi ordinem rationis excludat. Duplicem enim in nobis Deus inſeruit appetitum, concupiſcentem ſcilicet ad quærendum bonum, quo ſuſtentatur natura, & iraſcentem ad auertendum malum naturæ contrarium. Et ſecundum hunc vltimum ſatellitem rationis, & vindicem concupiſcentiæ appellat iram D. *Ioan. Damaſ. lib. 2. de fid. cap. 16. & lib. de dua. Chr. vol.* Cupiditas, *inquiens*, data eſt nobis, vt Deo, eiuſque præceptis pareamus; ira autem, vt Diabolo, & peccato reſiſtamus, confirmemuſq; cupiditatem. Et D. *Ioan. Chryſ. hom. 30. ad popul.* ad deſcribendam iram bonam, vtitur exemplo canis, qui ouibus blandus ſit, & contra extraneos ſæuiat; & qui ex ouibus non guſtet, licet eſuriat, & quamuis ſatur ſit, lupis non parcat.

61 Hinc conſequenter ordo rationis in ira poteſt attendi dupliciter. Primo quantum ad appetibile, in quod tendit vindicta; Vt ſi quis appetat, vt ſecundum rationem fiat vindicta, quia tunc eſt laudabilis appetitus, & vocatur ira per zelum. Si autem appetat, vt fiat vindicta qualitercũque contra ordinem rationis, erit appetitus vitioſus, & vocatur ira per vitium.

62 Secundo quantum ad modum iraſcendi, quod ſcilicet motus iræ non immoderate feruescat interius, vel exterius; qui ſi prætermittatur, ira non erit abſque peccato, etiam ſi aliquis appetat iuſtam vindictam, D. *Thom. 2. 2. quaſt. 158. ar. 2. c.* Inſuper ira ad rationem ſe poteſt habere dupliciter, vno quidem modo antecedenter, quã excitat impatientia, trahendo rationem à ſua rectitudine, & quæ habet rationem mali. Alio modo conſequenter, prout appetitus ſenſitiuus mouetur ex zelo iuſtitiæ contra vitia ſecundum ordinem rationis, quæ eſt ita bona, cum à virtute generetur. *D. Tho. 2. 2. quaſt. 153. ar. 1. ad 2. &* D. *Greg. lib. 5. mor. cap. 30.*

63 Iræ, ſeu iracundiæ tres enumerantur ſpecies. Nam ex iracundis alij dicuntur acuti, quia nimis cito iraſcuntur, & ex qualibet leui cauſa. Alij graues, & amari, quia in eorum memoria nimis diuturna eſt triſtitia concepta ex iniuria illata. Alij demum difficiles, quia non dimittunt iram, quoaduſque puniant. D. *Thom. d. qu. 158. ar. 5.* Concordat. D. *Bernar. in tract. de ordin. vit. & Monach. inſtit.* vbi in tres partes iram diuidit. Primam, quæ exardeſcit interius, aliam, quæ in verbum, factumque exterius erumpit, tertiam, quæ breui non terminat, ſed multo tempore reſeruatur.

64 Ex ira naſcuntur, indignatio, tumor mentis, clamor, & inordinata, ſeu confuſa locutio, contumelia, blasſemia, & rixæ, vno verbo, vitiorum omnium eſt ianua, qua clauſa, virtutibus intrinſecus dabitur quies, & qua aperta, ad omne facinus armabitur animus. *D. Thom. d. q. 158. ar. 6. & 7.*

65 Non ſolum exceſſus iræ malus eſt, ſed etiam defectus, quando quis cum cauſa non iraſcitur. Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad

ma-

malum, *d. quæſt.* 158. *art.* 8. Si enim aufers iram à Rege, non modo nemo parebit, ſed etiam de faſtigio præcipitabitur. Nullus alteri ſeruit, niſi coactus; omne igitur imperium metu conſtat, metus autem per iram. *Lactan. de ira Dei cap.* 23. Non eſt malum commoueri, ſed irrationabiliter, nulloque flagirante commoueri, nec ſimplex culpatur iracundia, ſed iniuſta. D. *Ioan. Chriſ. homil.* 6. *de Laud. Paul.*

66 Crudelitas definitur à *Sen. in lib. de clem.* Atrocitas animi in exigendis pœnis, Quã definitionem approbat. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 159. *ar.* 1. A cruditate dictam volunt, quia quemadmodum poma, quæ mitia non ſunt cruda vocantur, ita & homines immites. Quandoque tamen non eſt damnabilis, cum crudelitas non ſit, vitia punire, ſed pietas, 2. 2. *quæſt.* 8. *cap. legi*, *& cap. ſeq.* Neque crudelis eſt Iudex, qui crudeles iugulat, licet patientibus crudelis videatur, 24. *qu.* 1. *non eſt crudelis.* Immo quãdoque è contra miſericordia crudelis eſt, parcere ſcilicet vni in aliorum multorum diſcrimen, 24. *di. ſed illud.* De extrema crudelitate Mezentij Tiranni circumferuntur carmina *Virgilij* 8. *Aeneid.*

Corpora quin etiam iungebat mortua viuis,
Componens manibuſque manus, atque oribus ora
Tormenti genus, & ſanie, taboque fluentes
Complexu in miſero longa ſic morte necabat.

67 Feritas, & ſæuitia dicitur, quando quis in inferendis pœnis non conſiderat culpam eius, qui punitur, ſed ſolum delectatur in hominum cruciatu. Et dicitur contineri ſub beſtialitate, quia talis delectatio non eſt humana, ſed beſtialis, vel ex mala conſuetudine, vel ex corruptione naturæ proueniens, ſicuti, & aliæ huiuſmodi beſtiales affectiones. *D. Thom. d. quæſt.* 159. *art.* 2. *c.*

68 Superbia cum directe opponatur humilitati, de ea dicemus capite ſequenti, vbi pariter de humilitate.

69 Curioſitas. *Sec. D. Anſel. in lib. de ſimilitud.* eſt ſtudium perſcrutandi ea ſcire, quorum nulla eſt vtilitas. *Et ſecund. Hug.* eſt ſuperflua indagatio ad ſe non pertinẽtium. *Et ſecund.* D. *Thom.* 2. 2. *q.* 167. *art.* 1. eſt inordinatus appetitus, vel ſtudium cognoſcendæ veritatis. Et poteſt eſſe tam circa cognitionem intellectiuam, quam

70 circa ſenſitiuam. Circa intellectiuam, e. g. ſi quis ſtudeat ad ſciendam veritatem, vt exinde ſuperbiat; vel addiſcere aliquid ad peccandum, vel ſi quis à ſtudio minus vtili retrahatur ab vtiliori. Prout de talibus inquit. *D. Aug. de mor. eccleſ.* qui deſertis virtutibus, & neſcientes, quid ſit Deus, & quanta ſit maieſtas ſemper eodem modo manentis naturæ, magnum aliquid ſe agere putant, ſi vniuerſam iſtã corporis molem, quam mundum nuncupamus, curioſiſſime perquirant, vnde etiã tanta ſuperbia gignitur, vt in ipſo Cælo, de quo ſæpe diſputant, ſibimet habitare videantur. Vel ſi quis ſtudeat addiſcere ab eo, à quo non licet, vel quando quis appetit cognoſcere veritatem circa creaturas, ad debitum finem, nempè ad Dei cognitionem non referendo, vel quando quis ſtudeat ad cognoſcendam veritatem ſupra facultatem proprij ingenij. *D. Tho. d. art.* 1.

Circa cognitionem ſenſitiuam poteſt eſſe curioſitas, vel in quantum cognitio ſenſitiua non ordinatur ad aliquod vtile, ſed potius hominem ab aliqua vtili conſideratione diuertit, vel quando cognitio ſenſitiua ordinatur ad aliquid noxium. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 167. *art.* 2. *c.*

Curioſitatem in omnibus vitioſam, & in diuinis ſtultiſſimam aſſerit D. *Athan. in orat. con. Arian.*

71 Auſteritas eſt, per quam quis deficit in ludo, & iucunditate, ita vt nec ipſe dicat aliquid ridiculum, & dicentibus ſit moleſtus, quia ſcilicet moderatos aliorum vſus non recipiat. Et ideo tales vitioſi ſunt, & duri dicuntur, & agreſtes, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 168. *ar.* 4. *c.* Datur etiam auſteritas in vigilijs, & orationibus; quæ reprehenditur, *de conſ. di* 5. *non mediocriter.*

72 Superfluus ornatus exterior attenditur, in occultando turpitudinem, quod quandoque non eſt malum; & in fingendo pulchritudinem. Tripliciter autem poteſt eſſe damnabilis. Primo per hoc quod aliquis ex ſuperfluo veſtium cultu quærat hominum gloriam. Secundo ſi ſuperfluus veſtium cultus habeat pro fine delicias, ſecundum quod ordinatur ad corporis fomentum. Tertiò ſi nimiam ſollicitudinem quis apponat ad exteriorem veſtium cultũ, etiamſi ex parte finis aliqua inordinatio nõ ſit D *Th.* 2. 2. *q.* 169. *ar.* 1. *c.*

SVMMARIVM.

Humilitas vera quæ ſit, & quomodo definiatur, num. 8.

Humilitas virtus maxima, nu. 13.
Humilitas coniuncta charitati, n. 15.
Humilis nomen quid importet, n. 1. & 2.
Humilitatis diuiſio, nu. 3.
Humilitas fucata, nu. 4. ſuperborum, nu. 5. Auarorum, nu. 5. Hypocritarum, nu. 7. Indiſcreta, & ſtulta ibidem.
Humilitatis gradus, nu. 9. effectus, nu. 14.
Humilitatis partes potentiales, nu. 11.
Humilitatis indicia, nu. 12.
Humilitati opponitur ſuperbia, nu. 16.
In homine duo conſiderari poſſunt, nu. 10.
Superbia quomodo differat ab inani gloria num. 17.
Superbia bona nu. 19.
Superbia partes nu. 18.
Superbia definitio nu. 20.
Superbia ſpecies nu. 21.
Superbia ſigna, nu 22.
Superbia effectus, nu. 23.
Superbia filia, nu. 24.
Virtutum in exercitio vigilandum, nu. 28.

CAPVT XIII.

De Humilitate.

1 NOmen humilis, vnde humilitas, diuerſimode accipitur. Siquidem apud Poetas humile dicitur, quod à terra non alte tollitur, *Virg. egl. 2.*

Atque humiles habitare caſas.

& egl. 4. Non omnes arbuſta iuuant, humileſque mirica. Apud Rhethores pro contempto, abiecto, & demiſſo. *Cic. 5. de fin.* Qui altiore animo ſunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. In iure humiles dicuntur viles perſonæ, veluti, tabernarij, lenones, arenarij, atque eorum filij, & mulier, quæ mercimonijs publicè præfuit *l. 7. C. de inc. nupt. & l. 1. C. de nat. lib.* Et humilis ſortis dicuntur item homines pauperes, ignobiles, indocti, vt *ex Spiegiell. notat Caluin. in lex. iur. eod. verbo.*

2 Apud Theologos, & ſcripturales licet humilitas vt plurimum ſumatur pro animi virtute, multiplex tamen huiuſmodi vocis ſignificatio eſt. Etenim D. *Ambroſ. ſerm. 52.* ſuper illa verba, Perijſſem in humilitate mea, *Pſal. 118.* humilitatem adnotauit non ſemper eſſe virtutis, ſed etiam afflictionis. Et *D. Chryſ. in Pſal. 142.* multa, *inquit*, ſignificat humilitatis nomen. Eſt enim virtutis humilitas, vt quando dicitur cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies; & eſt humilitas, quæ procedit ex calamitatibus, & peccatis. Nam in *Pſal. 106.* dicitur, Propter iniuſtitias ſuas humiliati ſunt; Prior illa electionis noſtræ, & ſpontanea, poſterior hæc coactionis alienæ. Quam vltimam *D. Gregor. Naz. orat. 1. in Iulian.* affirmauit eſſe mediam inter peccatum, & reſipiſcentiam, ab illo natam, huiuſque procreatricem, iuxta illud, Priuſquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquiũ tuum cuſtodiui, *Pſal. 118. 67.*

3 Diuiditur, præterea, quatenus dicit animi qualitatem, humilitas in veram, & falſam. Et falſa quidem ſubdiuiditur in fucatam, ſuperborum, auarorum, hypocritarum, & ſtultam, ſeu indiſcretam.

4 De fucata videatur *D. Hieron. in comment.*
ad cap. 58. Iſaia, & D. Ambroſ. in epiſ. ad
Conſtantium, vbi Multi habent humilita-
tis ſpeciem, ſed virtutem non habent.
Ad fucum præſeferunt, ſed veritatem
abiurant, & gratiam negant. *Et in Epiſt.*
ad Demetr. Non omnes, quoquomodo
humiles putamus, ſunt laudabiles. Imi-
tatur enim plerumque neceſſitas volunta-
tem, & ab Imagine modeſtiæ parum dif-
5 fert forma ſegnitiæ. De humilitate ſu-
perborum D. *Bern. ſerm. 16. in Cant.* Hu-
milis vult prædicari, gaudet contemptu
ſui, hoc ſolo ſane ſuperbus, quod lau-
des contemnit Et in *tract. de grad. humil.*
Hac ipſa palliare ſe appetit, ne vileſcat.
Et lib. 4. de conſid. ad Eug. Propriũ eſſe ſo-
let, tunc prætendere humilitatem, cum
aliquid obtinere voluerit. Facit illud,
Donec accipiant, oſculantur manus dan-
tis, & in promiſſionibus humiliant vocem
6 ſuam. *Eccleſ. 29. 5.* De humilitate aua-
rorum, quæ ex inſatiabili cupiditate pro-
ficiſcitur, videatur D. *Chryſ.* qui nihil
abiectius, *inquit*, & humilius ijs, qui ſe-
ipſos infodiunt in diuitijs, potentia, &
7 gloria. De humilitate hypocritarum di-
citur *Eccleſ. 19. 23.* Eſt qui nequiter ſe
humiliat, & interiora eius plena ſunt do-
lo. De humilitate demum indiſcreta, ſtul-
ta, & omninò nimia, quæ ex nimia ſim-
plicitate, ſeu ruſticitate procedit, habe-
tur, *Eccleſ. 13. 11.* Noli eſſe humilis in ſa-
pientia tua, ne humiliatus in ſtultitia ſe-
ducaris, *& cap. 19. 24.* Eſt iuſtus, qui ſe
ſubmittit nimium à multa humilitate. Vi-
deatur D. *Greg. in Regiſtro*, vbi, ſic, *ait.*
Seruanda eſt virtus humilitatis, vt non ſol-
uantur iura regiminis; ne dum Prælatus

plus

plus ſe, quam decet, deijcit, ſubditorum vitam reſtringere ſub diſciplinæ vinculo non poſſit. Et nemo Prælatus ſuis ſic debet humilitate ſubijci, vt cogatur eorum vitia venerari, *2. quaſt. 7. admonendi.*

8 Vera humilitas eſt, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit; & definitur, quæ temperat, & refrenat animum, ne immoderatè tendat in excelſa, *D. Tho. 2. 2. quaſt. 161. art. 4.* Propterea humilitas proprie virtus eſt derectiua, & moderatiua motus appetitus, cum ad ipſam pertineat, vt quis reprimat ſeipſum, ne feratur in ea, quæ ſunt ſuper ſe; Ac per conſequens humilitas vera requirit, vt quis cognoſcat id, in quo deficit à proportione eius, quod ſuam virtutem excedit. Et ita cognitio proprij defectus pertinet ad humilitatem, ſicut regula quædam appetitus directiua. *D. Thom. d. qu. 161. art. 2.*

9 Gradus humilitatis ſeptem numerantur *in lib. ſent. num. 41.* videlicet, abdicatio rerum, abdicatio veſtium, corporis exercitium, deiectio in proſperis, patientia in aduerſis, abhorrere proprium iudicium, & propriam voluntatem. Duodecim vero gradus conſtituit *D. Bern. in tract. quem de hac ipſa virtute conſcripſit.* Sicuti etiam duodecim enumerantur in *reg. D. Benedicti cap. 7.* Primo ſcilicet, corde, & corpore ſemper humilitatem oſtendere, defixis in terram oculis. Secundò, pauca verba, & rationabilia proferre non voce clamoſa. Tertio non eſſe facilem ad riſum. Quartò taciturnitatẽ vſque ad interrogationẽ ſeruare. Quintò tenere, quod habet communis regula. Sextò credere, & pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimò ad omnia indignum, & inutilem ſe proferre. Octauo confeſſio peccatorum. Nono in duris, & aſperis pænitentiam amplecti. Decimò cum obedientia maiori ſe ſubdere. Vndecimò vt voluntatem propriam quis non delectetur implere. Duodecimo timor Dei, & memoria omnium, quæ præcipit. *D. Thom. d. quaſt. 161. art. 6.*

At ſecundum, *D. Anſelmum in lib. de ſimilitud.* ex ſeptem, quos enumerat, duo pertinent ad propriæ abiectionis opinionẽ, nẽpè ſe contemptibilẽ cognoſcere, & hoc confiteri; Tres ad propriæ abiectionis manifeſtationẽ, ſcilicet hoc confiteri, hoc perſuadere, & hoc diu patienter ſuſtinere, Et duo ad propriæ abiectionis voluntatẽ, hoc eſt, pati ſe contemptibiliter tractari, & hoc idem amare.

Verum tribus plane gradibus, ſed diuerſimode rem hanc pluribus in locis cõplectitur *D. Bern. & in ſerm. 34. in cant.* Dum alios dicit cum rancore ſe humiliari, alios patienter, & alios libenter. Primos vocans reos, ſecundos innoxios, vltimos iuſtos. Et in paruis ſermonibus, *Serm. 18.* primum gradum dicit eſſe eorũ, qui nolunt dominari, ſecundum eorum, qui volunt ſubijci, & tertium in ipſa ſubiectione quaslibet contumelias, & iniurias illatas æquanimiter perpeti. Et *in ſerm. 4. de Epiph. Domini* Primum gradum eſſe, humiliare ſe ſuperiori, ſecundum æquali, tertium inferiori. Qui gradus clarius explicantur à *gloſſ. ſuper Matth. cap. 3.* In ſufficientem, quod eſt, ſubdere ſe maiori, & non præferre æquali, In abundantem, quod eſt, ſubdere ſe æquali, & non præferre minori; Et in perfectam, quod eſt minori ſe ſubdere.

10 Hunc vltimum humilitatis gradum, ſubdendi ſe minori, ex eo deſumi poſſe, inquit *D. Thom. 2. 2. qu. 161. art. 3.* quia in homine duo conſiderari poſſunt, id ſcilicet, quod eſt Dei, & id quod eſt hominis, quia quidquid pertinet ad defectum eſt hominis, & quidquid pertinet ad ſalutem, & perfectionem, eſt Dei. Propterea poteſt aliquis reputare, aliquid boni eſſe in proximo, quod in ſe non habeat; vel aliquid male eſſe in ſe, quod in alio non ſit, ex quo poteſt ei ſe per humilitatem ſubijcere.

11 Humilitatis partes potentiales ſunt. Primo cognitio ſui, crebraque huius conſideratio. *D. Bernard. ſerm. 36. in cant.* Vt ſcilicet attendat homo, quid fuit ante ortum, quid ab ortu vſque ad occaſum, & quid erit poſt hanc vitam. *Idem D. Bern. in lib. de inter. domo. cap. 53.* Secundo, neglectus, & incultus exterior corporis habitus. *D. Baſil. in hom. de humil.* Tertiò humiliatio, quia hæc ita eſt via ad humilitatem, ſicuti patientia ad pacem, lectio ad ſcientiam. *D. Bern. in Epiſ. 87. ad Oger. Can Regul.* Quarto, libenter ferre indigentiam, & alijs indigere. *D Chryſ. in comm. Pſal. 43.* Quintò ſpretus omnium temporalium, *idem D. Chryſ. hom. 1. in 1. ad Corint.* Sextò, timor de perſeuerantia, *D. Greg. lib. 23. mor. cap. 19.* Septimo, omnia bona à Deo recognoſcere, eique debitas gratias referre, *D. Chryſ. hom. 38. ad popul.*

popul. Octauò contritio cordis, ac dolor vehemens de peccatis. *Idem D. Chryſ. hom.4.in 2.ad Corinth*

12 Proinde humilitatis ſigna ſunt, Gratiã hominum negligere, ſententijs aliorum acquieſcere, correctiones libenter audire, caput inclinare, veſtes notabiles non ferre, tortuoſum inceſſum euitare, maiorum præcepta ſine diſcuſſione perficere; æqualibus ad obſequia paratum eſſe, maiores non contemnere, ſimplicitatem amplecti; in litibus nolle victoriam obtinere. *Humbert. in epiſt.de trib.vot. cap.36.* & ab alijs irrogantet ingeſta contemnere, & irrogatas iniurias manſuete tollerare. *Ioann. Caſſiàn.collat.18. Abb.Piamon. cap 11.*

13 Hanc virtutem ſuper omnes morales virtutes extollunt Sancti Patres, ab eaque cæteras omnes perfici volunt; ſic enim ait D.*Chryſ. hom.35. in Gen.* Virtus non eſt, niſi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum recte iecerit, poterit in quantum voluerit altitudinis ſtructurã excitare. Et *hom.30. in acta*. Nihil conferendum humilitatis virtuti, ipſa enim eſt mater, & radix, & columna, & fulcimentum, & vinculum bonorum omnium, Et *lib. 1. de prouid.* Summum omnium virtutum culmen humilitas. Et *Proſper. in epiſt.ad Demetr.* Firmiſſimum bonum humilitas, omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo. Et D. *Gregor.lib.9. mor.cap. 19.* Humilitas ante Dei oculos cæteris virtutibus præeminet. Et D. *Bern.ſerm.5. in vigil.natiu.Dom.* quid humilitate ditius, quid prætioſius inuenitur? qua nimirum Regnum cælorum emitur, & diuina gratia acquiritur, ſicut ſcriptum eſt, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et D. *Gregor. hom.28.in euang.* Humilitas cordis noſtri tanto apud Deum in alto eſt, quanto hominibus in imo. Et D.*Ambr.ſerm.20.de ſanct.* Humilitate peruenitur ad cælum, quiſquis igitur cupit diuinitatis tenere faſtigia, humilitatis ima ſectetur.

Humilitatis exemplum Bernardum de Quintaualle Minoritam notat *Marul.lib. 5.cap.1.* Quod neminem vnquam intuitus fuerit, quem ſe meliorem non iudicaret. Quos enim vilioribus veſtibus tectos aſpiciebat, egeſtatem patientius ſe tollerare, & quos præcioſis indutos, in veſte delicata ſe forte meliores dicebat. Ac propterea merito veluti ſtellas eius oculos radiaſſe ſubdit, quorum aciem nulla vnquam temerarij iudicij hebetauerat lippitudo, ſed ſemper integrum, purumque veræ, ac ſanctæ conſeruauerat humilitatis colliriũ.

14 Humilitatis effectus eſt, reddere hominem Deo gratiſſimum. Videatur D.*Nilus in libell.de octo vitioſ. cogitat.* vbi, Iunge, *inquit*, iuſtitiam cum ſuperbia, & ex alia parte peccatum cum humilitate; ac peccati, quam iuſtitiæ iugum celerius currere, ſuperioreſque fore conſpicies, non ob vim ſuam, ſed ob coniunctæ humilitatis robur. Atque alterum rurſus ſuperari, non ob iuſtitiæ imbecillitatem, ſed ob ſuperbiæ grauitatem. Exemplum eſt in Phariſæo, & Publicano. Sic etiam D.*Auguſtin in Pſal.75. & ſerm. 55. de verb. Dom.* mulierem maritatam humilem ſuperba virgine pronunciat eſſe meliorem. Et D. *Bern.in ſerm.de don.Spir.Sanct.* Melius eſſe peccatorem humilem, quam iuſtum arrogantem, quod repetit, in *modo bene viuen. cap. 22.*

15 Verum per humilitatem non ſolum aſcenditur ad charitatem, vt vult. D. *Bern. in tractat. de gradib. hum. & in ſerm. 2. in die Natiu.Dom.* & per eam conſeruatur, & reparatur, vt placet. D. *Aug.in cap.2.epiſt. ad Gal.* Sed eam cum charitate veluti indiuiſibiliter coniungi ſcribit D. *Proſper. in epiſt.ad Demetr.* dicens. In nullo hæ duæ virtutes inuicem diuiduntur, & ambarum tam indiſcreta connexio eſt, vt qui in vna earum conſtruitur ſimul vtraque potiatur, ſicut enim pars charitatis eſt humilitas, ita pars humilitatis eſt charitas.

16 Humilitati opponitur ſuperbia, quæ ſuperioritatem quamdam ſignificat; ſeu, vt placet D. *Anſel. in lib. de ſimilitud.* in hoc conſiſtit, quod quis ſupra quam debeat, ſuperbiendo gradiatur, maioremq; ac meliorem de ſe opinionem ſuperbus habear, pluraque, ac maiora ſibi deberi exiſtimat, quam parſit. Siue potius quod ipſe ſuperiorem ſe cæteris putet, ac ſuper omnes alios videri, atque honorari velit

17 Inter ſuperbiam, & inanem gloriam, hoc diſcrimen notatur apud D. *Nilum in lib. de octo vitios. cogitat. cap. de Inani gloria*, Quod inanis gloria tunc exiſtit, cum humanæ gloriæ ſtudio aliquid recte, & ex virtute agimus. Superbia autem, cum magnos, & excelſos nos cenſemus,

18 alioſque condemnamus. Ac proinde duo maxime ad ſuperbiam pertinere videntur. Alterum interius, quo ſe omnibus ante-

anteponat ſuperbus; El alterum exterius quo ab alijs quoque vult anteponi.

19 Cum autem ſuperbi dicantur habere magnos ſpiritus, *D. Aug. lib. 2. de ſerm. Dom. in mont.* hinc fit, vt ex ſpiritus magnitudine detur etiam bona, & ſancta ſuperbia; quando ſcilicet quis altos ſpiritus cum laude tenens peccato non ſeruit, omnique dominetur vitio. *D. Chryſ. in lib. 1. de oran. Deum*, vbi, Hæc, *inquit*, ſuperbia ſola decet eos, qui Chriſtum venerantur, nulli ſeruire turpitudini, ſed mentem ſeruare in libertate, morumque pietate. Et D. *Emiſſen. in ſermon. exhort. cont. diuit. vit.* In hoc ſolum videatur eſſe elatio, vt dedignetur ſubiacere peccato. In hoc ſolo ſe erigat, vt paſſionũ vilia blandimenta calcet, & conterat, vt delectationes concupiſcentiæ carnalis exhorreat, vt contra laſciuam molliriem male ſuadentis carnis toto affectu conſcientiæ, ac generoſitatis aſſurgat.

20 Definitur ſuperbia à D. *Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei*, Peruerſæ celſitudinis appetitus; *Et ab Hug. lib. 2. de Sacram, & Iſid. in lib. etimol.* Amor propriæ excellentiæ, ſeu, inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor, & reuerentia. Quia ſuperbua appetit excellentiam in exceſſu ad rationem rectam, & aſpernatur ſubiectionem ad Deum, cum extollat ſe ſupra id, quod eſt ſibi præfixum ſecundum diuinam regulam, & menſuram. D. *Thom. 2. 2. q. 162. ar. 1. 2. 5. & 6.*

21 Tres ſuperbiæ ſpecies enumerantur à *D. Anſel. in epiſ. 3.* ad Cunnum. Vna in æſtimatione, qua quis ſe exiſtimat pluſquam debeat. Altera in voluntate, qua ſe vult altius tractari, quam par ſit. Tertia in opere. Quattuor vero à D. *Greg. 23. moral. cap. 4.* Eſtimare videlicet, bonum à ſe ipſo habere; Credere, quod ſibi datum eſt deſuper, pro ſuis accepiſſe meritis. Iactare ſe habere, quod non habet. Et, deſpectis cæteris, ſingulariter videri habere, quod non habet. Quatuor item à D. *Bern. in paruis ſermonibus ſerm. 3.* vbi, cordis, oris, operis, & habitus ſuperbiam memorat. Et duodecim ab eodẽ D. *Bern. in tract. de grad. humil.* Curioſitas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, peccatorum defenſio, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo. Et ex eo D. *Thom. d. qu. 162. ar. 4.*

22 Superbiæ ſigna ſunt, clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione, mens ſemper ad irrogandas contumelias valida, ad tolletandas infirma, ad obediendum pigra, ad laceſſendum alios importuna, ad ea, quæ facere debet, & præualet, ignaua, ad ea autem, quæ facere, nec debet, nec præualet, parata. In eo, quod ſponte non appetitur, nulla exhortatione flecti, adhoc, quod latenter deſideratur, querere coactionem. Quia ſuperbus, dum metuit ex ſuo deſiderio vileſcere, optat vim in ipſa ſua voluntate tollerare. D. *Gregor. lib. 34. moral. cap. 18.*

23 Superbiæ effectus eſt, non ſolum omnia vitia generare. D. *Cirill. Alex. lib. 12. in Ioann. cap 2. & D. Auguſt. lib. 2. de peccat. mer. & remiſs. cap. 17.* Verum etiam virtutes omnes deſtruere, & ſupplantare. *Hug. lib. 2. de anima.* Vbi cætera vitia ſolas illas virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruuntur, vt luxuria pudicitiam, ira patientiam, ſola vero ſuperbia contra cunctas animi virtutes ſe erigit, & quaſi generalis, & peſtiter morbus omnes corrumpit.

24 Superbiæ filiæ ſunt, Arrogantia, Iactantia, & Vanagloria, quas per plura capita explicat *Pater Daud. in Eth. Sacr. lib. 22. & 23.*

25 Ex quo ſuperbia contra virtutes omnes impetere, eaſque corrumpere, ac venenare ſolet, quam à iuſtis, & virtute præditis timenda ſit, docent vbique Sancti Patres. Sic *Origenes* nos monet, vt cum vitia ſuperauerimus, & bene in virtute profecerimus, tunc maxime à vanagloria, & ſuperbia caueamus; quas ſignificatas fuiſſe putat in duabus filiabus, cum quibus concubuit Loth, poſtquam Sodomæ incendium effugit, atque ad montis cacumen aſcendit. Sic enim ait, *hom. 5. in Gen.* Obſerua, non forte cum effugeris flammas ſæculi, & incendia carnis euaſeris, etiam cum puſillam, & non puſillam ciuitatem Segor, qui eſt medius quidam profectus, ſuperaueris, & ad ſcientiæ altitudinem, velut ad quædam cacumina montis aſcenderis, vide, ne tibi inſidientur duæ iſtæ filiæ, quæ à te non diſcedunt, ſed ſequuntur te, etiam cum aſcendis in montem, ideſt vanagloria, & maior ſoror eius ſuperbia. Quæ idcircò dicuntur filiæ, quia non nobis extrinſecus ſuperueniunt, ſed de nobis, & de actuum noſtrorum

rum velut quadam integritate procedunt. *Et D.Chryſ.hom.3.de verb.Iſai.Vidi Dominum &c.* Cætera mala nobis negligenter agentibus ſolent exuperare, arrogantia ipſis recte factis noſtris adnaſcitur. Nihil enim perindè gignit ſuperbiam, vt bona conſcientia, niſi inuigilemus. *Et iterum hom.4.* Iuſtus magis debet metuere arrogantiam, quam peccator, quia peccator habet conſcientiam, velit, nolit, humilem, & ſubmiſſam, iuſtus autem ob benefacta extollitur, *Et hom.3.in 1.epiſt.ad Tim.* Illis maxime laborare opus eſt, vt veram conſequi humilitatem poſſint, qui magnarum ſibi virtutum conſcij ſunt. Magnam ſibi vim inferant neceſſe eſt, vt conſcientiam rectè factorum ſeſe ſemper efferentem obtundere queant. Malum ſuperbiæ maxime in virtutibus cauendum, quia nullis importunius inſidiatur, quam quibus laus iuſta debetur. *Et D.Greg. lib. 2. mor. cap. 26.* Difficile eſt, quempiam magna agere, & apud ſemetipſum de magnis actibus fiduciam cogitationum non habere. Eo ipſo enim, quo contra vitia fortiter viuitur, cogitationum præſumptio in corde generatur, & cum mens foris culpas valenter conterit, plerumque apud ſemetipſam latenter intumeſcit; iamque ſe eſſe magni alicuius meriti æſtimat, nec ſe peccare in cogitatione ſuæ æſtimationis putat *Et lib. 3.cap.17.* ſæpe de ipſa victoria bellum oritur, vt cum immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulſetur, ſic ergo mentem neceſſe eſt per munditiam erigi, vt tamen ſollicite debeat in humilitate ſubſterni. Vnde & cum Iob dicitur, teſta ſaniem raſiſſe, protinus additur, ſedens in ſterquilinio. Hoc enim eſt, de ſe vilia, & abiecta ſentire, & ad ea quæ illicite geſſimus, mentis oculos pænitendo reducere, vt cum ante nos peccatorum ſtercora cernimus, omne, quod in animo de elatione ſurgit, inclinemus. *Et lib.5.cap.8.* Vt cuiuslibet facta digniora ſint, neceſſe eſt, vt ei apud ſe ſemper indigna videantur, ne eadem bona actio agentis cor ſubleuet, & ſubleuando plus actorem de elatione deijciat, quam ipſos forte, quibus impenditur, iuuet.

Sed peior eſt, *inquit* D. *Aug. de Ciuit. Dei lib. 14 cap.14.* damnabiliorque ſuperbia, qua etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur, ſicut illi primi homines, quorum & illa dixit, Serpens ſeduxit me, & manducaui, & ille dixit, Mulier quam dediſti mihi, hæc mihi dedit de ligno, & edi. Nunquam enim ſonat petitio veniæ, nuſquam imploratio medicinæ. Nam licet iſti non, ſicut Cain, quod commiſerunt, negent, adhuc tamen ſuperbia quærit in aliud referre, quod perperam fecit, ſuperbia mulieris in ſerpentem, & ſuperbia viri in mulierem.

Ad quod facit, quod ſcribit D.*Greg. lib. 22. moral. cap. 13.* Hæc ſunt, *inquiens*, vera humilitatis teſtimonia, & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire. At contra vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapſu hominis primi hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ. Sic namque ille, dum lignum vetitum cōtigiſſet, abſcondit ſe à facie Domini inter ligna Paradiſi. In qua abſconſione ſcilicet, quia Deum latere non poterat, non latendi effectus, ſed affectus notatur. Qui cum argueretur à Domino, quod de ligno vetito contigiſſet, illico reſpondit, mulier, quam dediſti mihi ſociam, ipſa dedit mihi de ligno, & comedi, ipſa quoque mulier inquiſita reſpondens dixit, ſerpens decepit me, & comedi. Ad hoc quippe requiſiti fuerant, vt peccatum, quod transgrediendo commiſerant, confitendo delerent; vnde & ſerpens ille perſuaſor, qui non eſt reuocandus ad veniam, non eſt de culpa requiſitus. Interrogatus eſt itaque homo, vbi eſſet, vt perpetratam culpam reſpiceret, & confitendo cognoſceret, quam longe à conditoris ſui facie abeſſet, ſed adhibere ſibimet vtrique defenſionis ſolatia, quam confeſſionis elegerunt. Cumque excuſare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per ſerpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati ſunt oblique; Adam Dominum tangens, quod ipſe peccati eorum author extiterit, qui mulierem fecit, & Eua culpam ad Dominum referens, qui ſerpentem in paradiſo poſuiſſet. Qui enim ore diaboli fallentis audierant, eritis ſicut Dij, quia Deo eſſe ſimiles in Diuinitate nequiuerunt, ad erroris ſui cumulum Deū ſibi facere ſimilem in culpa conati ſunt, ſic ergo reatum ſuum dum defendere moliuntur, addiderunt, vt culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quam fuerat perpetrata.

SVM-

SVMMARIVM.

Actus vnus virtuoſus à pluribus virtutibus procedere poteſt. num. 25.
Charitas præcellit inter virtutes theologales, num. 3.
Charitas ſine fide, & ſpe, & ſine virtutibus moralibus ſtare non poteſt., n. 15.
Dilectio proximi an, & quando ſit maioris meriti, quam ſola dilectio Dei, *num.* 4.
Dilectio *inimici, an ſit perfectior dilectione amici, nu.* 5.
Fides ſtare poteſt ſine ſpe, & charitate, numer. 13.
Iuſtitia laus, & præminentia, nu. 7. *&* 8.
Magnanimitatis habitus ſine actu dari poteſt, num. 21.
Obedientia in quibus tribuatur præcellentia, num. 12.
Ordo in virtutibus quomodo conſideretur, n. 1.
Religio in quibus dicatur alijs virtutibus præminere, nu. 11.
Sancti qui laudantur de vna virtute tantum, omnes habuerunt, nu. 22.
Spes ſtare poteſt ſine charitate, non ſine fide, num. 14.
Virtutum connexio quomodo attendatur, nu. 13., *& ſeqq.*
Virtutum habitus an, & quomodo in anima ſint æquales, num. 23. *& ſeq.*
Virtutum ordo qualiter attendatur, nu. 1.
Virtutes quomodo conſiderentur, nu. 1.
Virtutum comparatio, nu. 2. *potioritas, num.* 7. *&* 9.
Virtutes theologicæ quare dicantur potiſſimæ, num. 2.
Virtutis vnus actus à pluribus habitibus procedere poteſt, num. 25.
Virtutes morales infuſæ non poſſunt eſſe inuicem ſeparatæ, num. 16.
Virtutes morales acquiſitæ an ſtare poſſint inuicem ſeparatæ, num. 17.
Virtutes omnes à ſanctis habitæ fuerunt, licet non in omnibus reſplenduerint, num. 22.
Virtutum connexio quomodo veniat attendenda, nu. 19.
Virtutes in anima quomodo ſint connexæ, num. 20.
Virtus nulla moralis dari poteſt in anima ſine prudentia, & è contra, num. 17. *&* 18.
Virtus vna quomodo dicatur nobilior altera, num. 6.
Virtus qualibet ſecundum aliquam rationem alijs præcellit, nu. 10.
*Virtutum moralium quænam ſit potior, num.*7.

CAPVT XIV.

De Ordine Connexione, & comparatione virtutum.

1 ORdo in virtutibus dupliciter conſiderari poteſt, vel ſcilicet ſecundum originem, & generationem, vel ſecundum perfectionem. Secundum originem, ac generationem, prout ex. gr. lux à ſole ſimul cum calore producta eſt ipſo calore prior eique pro vehiculo inſeruit, & prout materia, eſt prior forma, & imperfectum perfecto prius, licet fides, ſpes, charitas ſimul infundantur, *D. Th.* 1. 2. *q.* 62. *ar.* 4. *c.* ex parte tamen infundentis, & ratione infuſionis, quamuis ex mala diſpoſitione recepriui aliter contingere poſſit, *Caietan. ibid.* & cum charitate virtutes morales infuſæ, D. *Thom.* 1.. 2. *quaſt.* 65. *art.* 2. *c.* fides tamen præcedit ſpem, & ſpes charitatem, quia per fidem apprehendit intellectus ea, quæ ſperat, & ex hoc, quod homo ſperat de aliquo, ad ipſum amandum procedit, D. *Thom. d. quaſt.* 65. *art.* 4. *c.* At ſecundum perfectionem charitas præcedit fidem, & ſpem, quia per ipſam informantur, *d. ar.* 4. *&* 2. 2. *quaſt.* 23. *art.* 8. ſicuti, & cæteræ virtutes *d. art.* 4. *c.*

2 Virtutum comparatio deſumitur à bono, conſiſtente in ordine rationis, qui principaliter attenditur reſpectu finis. Vnde virtutes Theologicæ, quæ habent vltimũ finem pro obiecto, dicuntur potiſſimæ, *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 161. *art.* 5..

3 Et inter virtutes Theologales charitas primum locum obtinet, non ſolum quia eſt omnium forma. D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 62. *art.* 4. *c.* Verum etiam, quia attingit ipſum Deum, vt in illo ſiſtat, non vt ex eo aliquid nobis proueniat. Fides enim, & ſpes attingunt quidem Deum, ſed ſecundum, quod ex ipſo, vel cognitio veri, vel adeptio boni nobis prouenit. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 23. *ar.* 6.

4 Dilectio proximi propter Deum, cum includat ipſum Deum, maioris eſt meriti, quam ſola dilectio Dei. Dilectio verò proximi, ſeorſim à dilectione Dei, valde inferioris eſt meriti, quam Dei dilectio. D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 27. *ar.* 7.

5 Vtrum perfectius ſit, amicum diligere, vel inimicum, opus eſt diſtinctione; nam ſi fiat comparatio ex parte proximi, qui diligitur, certum eſt amici dilectionem

præualere dilectioni inimici, quia amicus eſt melior, & magis coniunctus. Si verò motiuum deſumarur ex parte rationis, propter quam diligitur, dilectio inimici præcellit amici dilectionem propter duo. Primo quia dilectionis amici poteſt eſſe alia ratio quam Deus. Secundo quia tanto fortior oſtenditur eſſe dilectio Dei, quãto ad remotiora ſe extendit, cum difficilius ſit, inimicum diligere, quam amicum. D. *Thom. d. q.27.ar.7.*

6 Inter virtutes morales tanto vna virtus dicitur eſſe nobilior, quantò magis aliquid, vel plura contemnit, vt Deo inhæ-
7 reat. D. *Thom.d. art.7.* Verum ſecundum diuerſa motiua virtutum prioritas attendi ſolet; etenim ſi habeatur reſpectus ad bonũ rationis, quod eſt bonũ hominis; hoc eſſentialiter habet prudentia, quia eſt ipſius rationis perfectio; & iuſtitia huius boni effectiua, quia ad ipſã pertinet, ordinẽ rationis ponere in omnibus rebus humanis. Aliæ autẽ virtutes ſunt eiuſdem boni conſeruatiuæ, quia moderantur paſſiones, ne abducãt hominẽ à bono rationis. Vnde fortitudo inter huiuſmodi virtures boni conſeruatiuas primum locum obtinet; quia timor periculorum mortis, quem reprimit fortitudo, eſt maxime efficax, ad faciendum recedere hominem à bono rationis. Poſt fortitudinem ordinarur Temperantia, quæ refrenat delectationes tactus, à quibus maxime impeditur bonum rationis. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 123. art. 12.* Ex alio vero capite cum impetus concupiſcentiæ delectabilium tactus à cauſa naturali procedat, ſitque diuturnior, & communior, Temperantia, ad quam pertinet impetus huiuſmodi refrenare, videtur potior. D. *Thom. 2.2. quæſt. 141.ar. 7. ad 2.*

Si vero attendatur ordinatio rationis ad ea, quæ ſunt ad finem, hanc ordinationem generaliter præſtat Iuſtitia, præſertim legalis. Ordinationi autem rationis hominem benè ſubiectum efficit quælibet virtus quantum ad aliquam materiam ſpecialem; Humilitas verò generaliter quantum ad omnia; ac propterea poſt iuſtitiam cæteris virtutibus præualet humilitas. D. *Thom. 2.2. quæſt. 141.art. 7. ad 2.*

Quod ſi reſpiciatur ad bonum multitudinis, quod præualet bono particulari, quanto magis vna virtus pertinet ad bonum multitudinis, tanto præeminet alijs. Propterea quantum ad hoc iuſtitia, & fortitudo, quæ magis pertinent ad bonum multitudinis, quia iuſtitia conſiſtit in commutationibus, quæ ſunt ad alterum; & fortitudo iuuat in periculis bellorum, quæ pro communi ſalute ſuſtinentur, erunt virtutes priores. D. *Thom. d. quæſt. 141. ar. 8.* Iuſtitiæ verò potioritas ſupra fortitudinem arguitur ex eo, quia perfecta illa fortitudo eſt, quæ defenditur cum iuſtitia §. *patrocinia in auth. de mand. Princ.*

8 Cuius quidem iuſtitiæ laus etiam ſuper omnes virtutes conſtat ex duplici capite. Primo ex parte ſubiecti, quia reſidet in nobiliori parte animæ, nempe in voluntate, quæ eſt pars rationalis; aliæ vero virtutes reſident in apperitu ſenſitiuo. Secundo ex parte obiecti, cum cæteræ virtutes laudentur ſolum ſecundum bonum ipſius eaſdem poſſidentis; iuſtitia vero laudatur etiam ſecundum quod virtuoſus ad alios bene ſe habet. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 58. art. 12.*

Habita demum iuſtitia, virtutes omnes habentur, non ſic de alijs; nam vbi prudentia, interdum ibi eſt & malitia, vbi fortitudo, ibi iracundia, vbi temperantia, ibi eſt impatientia, vbi autem iuſtitia, ibi omnium virtutum eſt concordia. *D. Ambr. in exam.* Et poſita iuſtitia etiam tirannides fiunt iuſta regna, remora vero iuſtitia, iuſta regna euandunt in latrocinia, D. *Aug. 4. de Ciu. Dei, cap.*

9 Nihil etiam prohiber, aliquas virtutes, quæ non ſunt potiores ſimpliciter, nec quoad omnia, eſſe potiſſimas in aliquo genere, & ſecundum quid. Sic licet perfectius ſit, conſequi bonum, quam carere malo, & per conſequens virtutes, quæ ſimpliciter ordinant ad bonum, ſicuti prudentia, & iuſtitia, ſint ſimpliciter potiores illis, quæ retrahunt à malo, ſicuti clementia, & manſuetudo. Ex alio tamen capite manſuetudo, & clementia quandam excellentiam habent inter virtutes, quæ prauis reſiſtunt actionibus, nam ira, quam mitigat manſuetudo, propter ſuum impetum maxime impedit hominis animum, ne libere iudicet veritatem. Propterea manſuetudo iram mitigando, facit hominem ſui compotem. Clementia vero per hoc, quod pænas diminuit, maximè videtur accedere ad charitatem, quæ eſt potiſſima virtutum, & per quam bona operamur ad proximos, & eorum mala impedimus. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 157. art. 4.*

10 Præterea quælibet virtus ſecundum

ali-

aliquam rationem alijs præcellere videtur. Sic miſericordia dicitur ſuperior alijs virtutibus, quia ipſius eſt, mundare à peccatis, *Luc.* 11. quæ ideo à Græcis vocatur oleum, quia ſicut oleum ſuper alios liquores, ſic miſericordia ſuper omnes virtutes eminet. *Euſ. Emiſſ. hom. in Domin. 4. poſt Pent.* & eleemoſyna, quæ eſt opus miſericordiæ, quia vitæ præſentis, & futuræ promiſſionem habet, 23. *quaſt.* 5. *ſecundum*, plus dicitur valere, quam oratio, & oratio pluſquam ieiunium. *Archid. in cap. non ſufficit, de pan. di.* 1.

11 Religio alijs virtutibus moralibus præeminere dicitur, quia magis, quam aliæ, ad Deum accedit, qui eſt finis omnium virtutum moralium, & eorum, ad quæ omnes virtutes morales ordinantur. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 81. *art.* 6.

12 Obedientiæ demum inter virtutes morales datur præcellentia, quia propter Deum contemnit id, quod inter bona temporalia principalius eſt. Cum enim tria ſint humanorum bonorum genera, quæ propter Deum poteſt homo contemnere, inter hæc infimum locum tenent bona exteriora, medium bona corporis, & animæ bona ſupremum. Et inter hęc vltima quodammodo præcellit voluntas, in quantum ſcilicet per voluntatem omnibus alijs bonis vtitur homo. Propterea laudabilior eſt virtus obedientiæ, quæ propter Deum propriam voluntatem contemnit, cum alia virtutes bona tantum inferiora propter Deum contemnant. Vnde dicit D. *Gregor. moral. lib. vlt. cap.* 12. quod obedientia victimis iure præponitur, 1. *Reg.* 15. 22. quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur. Et clarius euincitur ex eo, quia quælibet alia virtutum opera ex hoc apud Deum ſunt meritoria, quatenus fiunt vt diuinæ voluntati obediatur, nam neque diſtributio facultatum in pauperes neque martyrium, niſi ad impletionem diuinæ voluntatis ordinentur, quod ad obedientiam pertinet, nullius meriti poſſunt haberi. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 104. *ar.* 3.

13 Quod attinet ad connexionem virtutum, fides ſtare poteſt non ſolum ſine charitate, quæ dicitur fides mortua, *Iacob.* 2. 16. ſed etiam ſine ſpe, vt patet in præſumptuoſis, qui de diuina miſericordia, vel de proprijs meritis nimium cõfidunt, & in deſperantibus, qui Diuinæ miſericordiæ minus tribuunt, quam par eſt. *D. Thom.* 1. 2. *quaſt.* 40. *ar.* 4.

14 Spes ſtare poteſt ſine charitate, quia ſi quis expectet beatitudinem ex meritis, quæ nondum habet, ſed proponit in futurum acquirere, erit quidem actus ſpei, ſed imperfectus, vtpote ſine charitate. D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 65. *ar.* 4. non tamen ſtare poteſt ſine fide, cum per fidem apprehendat intellectus ea, quæ ſperat. D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 62. *ar.* 4. & patet ex fidei definitione, ſperandarum ſubſtantia rerum, *ad Heb.* 11. 1.

15 Charitas vero ſine fide, & ſpe, dari non poteſt, cum enim dicat amicitiam ad Deũ, niſi quis credat huiuſmodi amicitiam, & ſocietatem hominis cum Deo, & ſperet ſe ad hanc ſocietatẽ pertinere, ad charitatem peruenire non poteſt, ſicuti etiam ſtare non poteſt ſine virtutibus moralibus, quia ſimul cum charitate habitualiter infunduntur, ac propterea qui habet charitatem, gaudet omnibus virtutibus theologalibus, & moralibus. *D. Thom.* 1. 2. *quaſt.* 65. *ar.* 3.

16 Et per conſequens virtutes morales infuſæ non poſſunt eſſe inuicem ſeparatæ, cum vniantur in habitu charitatis, vt dictum eſt, & vidimus ſupra *cap.* 3. *num.* 17. *p.* 1. *& in præſenti cap.* 8. *nu.* 8. *& ſeqq.* quibus addendus eſt *D. Ambroſ.* ſuper illa verba Chriſti Domini, Beati eritis, cum vos oderint homines, *Matth.* 5. vbi connexas inquit eſſe virtutes, & concatenatas, vt qui vnam habet, plures habere videatur.

17 Virtutes morales acquiſitæ licèt non ſint inter ſe neceſſario connexę, vt vidimus ſupra, quatenus tamen important habitum inclinantem ad aliquod opus bonum benè agendum, inter ſe connectuntur, quia ſi eſſent diſtinctæ, & inuicem ſeparatæ, non poſſent ſecundùm rationem virtutis eſſe perfectæ; neque enim vera prudentia eſt, quæ iuſta, & fortis, & temperans non ſit. Et idem de alijs virtutibus, *D. Thom.* 1. 2. *quaſt.* 65. *ar.* 1. *c.*

18 Propterea nulla virtus moralis ſine prudentia poteſt haberi, quia proprium virtutis moralis eſt, rectam electionem facere, cum ſit habitus electiuus. Ad rectam autem electionem non ſufficit inclinatio in debitum finem, ad quod tendit habitus moralis virtutis, ſed requiritur etiam, quod directè quis eligat ea, quæ pertinent ad finem, quod fit per prudentiam, quæ eſt conſiliatiua, iudicatiua, &

præceptiua eorum, quæ ſunt ad finem. Similiter nec prudentia poteſt haberi, niſi habeantur aliæ virtutes morales, cum prudentia ſit recta ratio agibilium, eorum ſcilicet, ad quæ quis per morales virtutes rectè ſe habet. *D. Thom.* 1. 2. *q.* 58. *art.* 4.

19 Connexio autem virtutum non eſt intelligenda ſecundùm actus, vt ſcilicet quiſquis virtute præditus omnes ſingularum virtutum actus exercere teneatur, quia hoc dici nequit, vt patet e.g. de actu magnanimitatis, qui non competit omni
20 virtuoſo, ſed ſolum diuitibus; ſed intelligenda eſt ſecundum principia virtutum, quæ ſunt prudentia, & gratia, quibus virtutes omnes ſecundum habitus in anima
21 ſimul exiſtentes ſunt connexæ. Et ſecundum hoc poteſt aliquis, cui ob paupertatem non competit actus magnanimitatis, habere magnanimitatis habitum, per quem diſponatur ad talem actum exequendum, ſi ſibi ſecundum ſuum ſtatum competeret. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 129. *ar.* 3. *ad* 2. Videatur *D. Ambroſ.* loco ſu-
„ pra citato, vbi Sanctis, *inquit*, non vna
„ competit virtus, ſed eius, quæ fuerit vbe-
„ rior, vberius eſt præmium. Quanta hoſ-
„ pitalitas in Abraham, quanta humilitas,
„ ſed quia fide præſtitit, fidei præ cæteris
„ meruit principatum. Ergo vnicuique plu-
„ ra præmia, quia plurima incentiua virtu-
„ tum; ſed quod in aliquo merito copioſius
„ habet, habet etiam in præmio redun-
„ dantius.

22 Quod patet etiam inductione, Nam licet videamus ſingulos Sanctos tam antè, quam poſt aduentum Chriſti Domini propter excellentiorem promptitudinem ad actum vnius virtutis, quam ad actum alterius, propter illam virtutem ſpecialiter laudatos, ſicuti Abraham de fide. *Eccleſ.* 44. 22. Moyſes de manſuetudine. Phinees de timore Domini. *Eccleſ.* 45. 28. Ieſus Naue de fortitudine. *Eccleſ.* 46. 1. Elias de zelo gloriæ Dei. *Eccleſ.* 48. & ſic de cæteris; Attamen ex ſacris paginis ſingulos conſtat omnibus fuiſſe virtutibus ornatos. Et laus Apoſtolorum conſiſtit in paupertate, & prædicatione Euangelij, cum tamen vti mundi lumina, & ſal terræ, nullatenus dubitandum ſit, omnibus virtutibus præfulſiſſe. Primorum Chriſtifidelium in primitiua Eccleſia, qui diſcipuli vocabantur, laus eſt in concordia, & propriarum rerum expoliatione, vt legitur in actibus Apoſtolicis. Martyres laudantur propter martyrium, & Virgines propter Virginitatem, cum tamen indubitatum ſit, quaſcumque Virgines, quas colit Eccleſia, omnibus, & ſingulis virtutibus fuiſſe præditas, alias non colerentur, cum caſtitas ſine bonis operibus magna non ſit, D. *Gregor. homil.* 13. *in Ioann.* Et habemus exemplum de quinque Virginibus, quibus deficiente oleo bonorum operum, licet Virginitatis decore florerent, reſponſum tamen fuit à Chriſto Domino, neſcio vos. *Matth.* 25. 12 Sic Anacoretæ laudantur propter ſingularem abſtinentiam, & victus rigorem, quos tamen, *ex Collat. Ioann. Caſs.* conſtat multis virtutibus fuiſſe præditos.

23 Ex hoc autem, quod diximus, ſingulos Sanctos in actibus vnius virtutis magis, quam alterius præfulſiſſe, non eſt inferenda virtutum habituum inæqualitas in anima; Quia virtutes omnes in eodem homine ſunt prorſus æquales, modo tamen infra explicando; ſed id prouenit ex materialitate tantum, hoc eſt, ex naturali propenſione, quatenus quis magis inclinans, fit etiam magis promptus, ad actus vnius virtutis, quam alterius. *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 66. *art.* 2. *c.* vbi quod hoc ex gratiæ dono, conſuetudine, & natura etiã procedere poteſt.

24 Cæterum ſuper hoc puncto, vtrum omnes virtutes, ſimul in eodem ſubiecto exiſtentes, ſint æquales? diſtingdit *D. T. l. c.* quod ſcilicèt ſecundum ſpeciem loquendo, non eſt dubium, quin vna virtus ſit maior alia, ſicuti charitas eſt maior fide, & ſpe, & theologales moralibus maiores. Secundùm tamen quandam æqualitatem; proportionis poſſunt dici æquales ſicut digiti manus ſunt inæquales ſecundum quantitatem, ſed ſunt æquales ſecundum proportionem, & huiuſmodi æqualitate proportionis intenduntur, & remittuntur in eodem ſubiecto.

25 Notandum pro complemento, vnum virtutis actum ex pluribus habitibus procedere poſſe. Sic actus Religionis procedit à fide, ſpe, charitate, & iuſtitia. Paſſionum, & perſecutionum tollerantia procedit pariter ex fide, ſpe, charitate, patientia, lõganimitate, fortitudine &c. Et ſic de alijs, prout ex ſupradictis colligi poteſt.

SVMMARIVM.

Amicitia Damonis, Pitia, & aliorum, n. 46.

Anima

Anima corpori vnita indiget organis corporeis ad omnes operationes, num. 26. & 27.
Aduerſitatum tollerantia eſt indicium heroicitatis, num. 75.
Baptiſmus eſt neceſſarius ad virtutum heroicitatem, nu. 63. Illam neceſſario non infert, num. 64.
Beneficentia Alexandri Taxiles, nu. 37.
Bona fortuna deſeruiunt organicè ad actus virtutum, num. 28.
Caſtitas Alexondri Magni, & aliorum, n. 53.
Charitas excellentiſſima virtutum, in qua conſiſtit heroicitas, nu. 17.
Clementia Alexandri Magni, & aliorum, num. 54.
Confeſſio triplex. num. 71.
Confeſſio Sacramentalis frequens eſt indicium heroicitatis num. 70.
Conſtantia Socratis, & aliorum, num. 51.
Continentia Ageſilai, nu. 56.
Diuitiarum contemptus antiquorum, num. 59.
Eccleſia non conſtituit quantitatem cibi in ieiunio, num. 23.
Fides imperfecta non habet rationem perfectæ virtutis, num. 13. & 15.
Fidei actus non inferunt heroicitatem, nu. 65.
Formam aliquam habens, ſecundum illam poteſt operari, num. 11.
Fortitudo Lucij Siccinij Dentati, num 40.
Gratitudo Alexandri Magni, & aliorum, num. 36.
Habitus virtutum non poſſunt directe probari, num. 33.
Herois nomen quid importet, num. 1. 4. & 6.
Heroicum quid ſignificet, num. 2. & 4.
Heroicus habitus an, & qualiter differat à virtute communiter dicta, num. 5.
Heroicitas in ſubſtantia quid ſit, num. 8. & ſeqq.
Heroicitas in modo, n. 9. & ſeqq. Dicitur gradus heroicus, nu. 18.
Heroicitas de ſuo conceptu importat excellentiam, nu. 17.
Heroicitas virtutum non deſumitur à conſilijs, num. 21.
Heroicitas non probatur per actus excellentiores, ac ſtrenuos moralium virtutum, num. 34. & 61.
Heroicitas in modo non datur ſine heroicitate in ſubſtantia num 34.
Heroicitas probatur per ſolos actus inferentes neceſſario heroicitatem, nu. 66.
Heroicitatis indicia, num. 67. & ſeqq.
Heroicitatis in definiendis gradibus quænam ratio habenda, nu. 77.
Heroicitatis plura remiſſiuè, num. 78.
Homo quibus finem naturalem attingere poſſit, num. 11.
Homo quibus indigeat ad attingendum finem ſupernaturalem, nu. 12.
Homo, cum auxilio ſpeciali Dei, omnes vires humanas excedere poteſt, num. 29.
Humilitas Cleobuli filiæ num. 58. Humilitas eſt heroicitatis indicium, num. 67.
Iuſtitia Antiochi Regis Aſiæ, & aliorum, nu. 39.
Liberalitas Ciri Perſarum Regis, & aliorum, num. 48.
Magnificentia Niciæ, num. 49.
Mandatorum obſeruantia ad heroicitatem neceſſaria, nu. 64. Illam neceſſario non infert, ibidem
Miſericordia Filiæ Pharaonis, nu. 35.
Miſſæ quotidiana celebratio eſt inditium heroicitatis, num. 72.
Moderatio Ageſilai Regis, num. 58.
Mortificatio corporis eſt heroicitatis inditium, num. 73.
Obedientia filiorum Metelli num. 44.
Patientia Ageſilai, nu. 50.
Paſſionum tollerantia eſt heroicitatis indicium, num. 76.
Pænitentia continua eſt heroicitatis indicium, num. 73.
Perfectio non conſiſtit in conſilijs, ſed in mandatis, nu. 21.
Perſecutionum tollerantia eſt heroicitatis indicium, nu. 76.
Pietas Aeneæ, & aliorum, nu. 72.
Prudentia Ageſilai, nu. 38.
Publica vindicta Semiramidis Aſſiriorum Reginæ, nu. 43.
Ratio hominis dupliciter perficitur, nu. 10.
Religio Antiochi Siriæ Regis, & aliorum, num. 41.
Sancti Petri de Alcantara corporis mortificatio, num. 74.
Semidei vnde dicti, nu. 3.
Seneca in peccato infidelitatis mortuus, nu. 61.
Simplicitas eſt heroicitatis indicium, nu. 67.
Spes ſine charitate non eſt perfecta virtus, num. 13.
Spes perfecta, & imperfecta, nu. 16.
Spei actus non inferunt heroicitatem, nu. 65.
Subiectio S. R. E. eſt heroicitatis inditium, n. 68. quomodo probetur, nu. 69.
Temperantia Pitagoræ, & aliorum, nu. 52.
Termini magnitudinis, & paruitatis, quomodo conſtent, nu. 22. & 24.
Veritas Epaminundæ, & aliorum, nu. 45.
Virginitas Veſtalium, & Bonæ Deæ, num. 55.
Virtutum exercitium ſecundum obſeruantiam manda-

mandatorum omnibus competit, nu. 19. ſecundum conſilia non competit omnibus, num. 20.
Virtutum exercitium dependet à virium corporalium menſura, nu. 25.
Virtus perfecta quæ dicatur nu. 14. Heroica, num. 7.
Virtutum actus quando dicantur heroici, nu. 30. & 31.
Virtutum habitus quomodo probentur, nu. 33.
Virtutum, ſeu habituum ſupernaturalium triplex gradus, nu. 32.
Voluntas non perfecte vult niſi per charitatem, num. 15.
Voluptatum contemptus Antiſtenis num. 59.

CAPVT XV.

De Heroicitate.

1 HErois nomen, legumlatoribus ignotum, Poetis vero frequentiſſimum,
vt conſtat ex Homero, & Heſiodo, totoque
transformationum libro, apud veteres
importabat idem, quod Semidei, qui videlicet, vt credebat antiquitas, vel ex
amore alicuius Dei erga mulierem, vel
ex amore viri erga Deam, genitus eſſet.
2 *Plato in Cratilo prope med.* Et exinde heroicum, nem pe geſtum ab homine, quod
vires humanas videretur excedere.

3 Licet autem Semidei nunquam extiterint, & huiuſmodi commentum à mulieribus ad protexendam adulteriorum, &
inceſtuum turpitudinem excogitatum
plerique velint. Alij vero, & fortaſſe
melius, ab ijſdem, quos ex veritate Sacræ Hiſtoriæ fabulas duxiſſe, notat *Volaterran. in lib. metam*, Semideos compactos ex illo Geneſis, Videntes filij Dei
filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas
elegerant. Gigantes autem erant ſuper
terram in diebus illis, poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum,
illæque genuerunt, hi ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. *Gen. 6. 2, & 4.* vbi per filios
Dei intelligi filios iuſtorum generationis
Seth, & per filias hominum filias impiorum generationis Cain, *notat ibidem Vatabl.*

4 Nomen tamen, *Herois* pro viro celebri,
& inſigni apud nos etiam non improbatur,
vt placet *D. Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 21.* & nomen, *heroici* pro actu, & habitu,
diuinum aliquid importante, ab antiquioribus vſurpatum reperimus apud *D. Th. 1. 2. qu. 68. art. 2. c.* vbi ſecundum Philoſophos non quicumque habebat virtutes
morales acquiſitas, habebat virtutes heroicas, vel diuinas. *Et ab Ariſt. lib. 7. ethic circa princ.* virtus diuiditur contra quendam heroicum, ſiuè diuinum habitum, qui
attribuitur hominibus diuinis, quod explicans *D. Thom. 3 part. quæſt. 7. art. 2.*
5 *ad 2.* Habitus, *inquit*, heroicus, ſeù diuinus non differt à virtute communiter dicta, niſi ſecundum perfectiorem modum,
in quantum ſcilicet quis eſt diſpoſitus ad
bonum modo quodam altiori, quam communiter omnibus competat. *Et 2. 2. quæſt. 159. art. 2.* ad 1. ſuperexcellentiorem virtutem, quam Phyloſophus vocat heroicam, vel diuinam, ſecundum nos, *ait*, per-
6 tinere videri ad dona Spiritus Sancti. Propterea nomen, *heroici*, licet diuerſimode
transferatur ad ſignificandam rerum, factorum, vel dictorum magnitudinem, in
ſua tamen prima, & propria ſignificatione importat quid ſupernaturale, & diui-
7 num, prout admittitur etiam à *D. Thom. locis ſupra citatis.*

Vt autem de heroicitate ſecundum noſtrum inſtitutum differamus ſciendum eſt,
dari heroicitatem in ſubſtantia, & heroicitatem in modo. Primam admittit *D.*
8 *Thom. 2. 2. quæſt. 159. art. 2.* Dum ait, ſuperexcellentiorem virtutem, quam Philoſophus vocat hæroicam, vel diuinam,
ſecundum nos pertinere videri ad dona
Spiritus Sancti. Et ſecundam, *3. p. qu. 7.*
9 *art. 2. ad 2.* Dum inquit, habitum heroicum, & diuinum non differre à virtute
communiter dicta, niſi ſecundum perfectiorē modum, in quantum quis operatur
modo quodam altiori, quam communiter
omnibus competat. Pro notorum terminorum intelligentia, nempe quid ſit heroicitas in ſubſtantia, & quid heroicitas
in modo, qui appellatur gradus heroicus.

10 Notandum primo, rationem hominis à
Deo dupliciter perfici. Primo quidem naturaliter ſecundum lumen naturale. Secundo ſupernaturaliter per virtutes infuſas. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 62. art. 1. c. & qu.*
11 *68. art. 2. c.* Secundum primam perfectionem quilibet homo poteſt cum auxilio
Dei naturali, hoc eſt, humanæ naturæ debito, naturale bonum attingere, quia vnūquodque perfecte habens naturam, vel
formam aliquam, per ſe ſecundum illam
poteſt operari. D. *Thom. d. quæſt. 68. art. 2. c.*

Ad quod quidem bonum naturale rationis conducit virtus moralis, *ſecund. Ariſt. 2. ethic. cap. 6.*

12 E contra vero per dictam naturalem perfectionem ſupernaturale bonum homo pertingere nequit, ſed indiget ſupernaturali perfectione, & ſupernaturalibus principijs, ſcilicet virtutibus infuſis fidei, ſpei, & charitatis. D. *Thom. d. qu. 62. art. 1. c.* & vt noua ſupernaturalis perfectio naturalibus perfectionibus ſuperaddatur, videlicet, vt virtutes Cardinales, iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, & prudentiæ, à charitate informentur. D. *Thom. d. q. 62. art. 4. c. & qu. 65. art. 2. ad 4. & 2. 2. q. 23. art. 7.*

13 Licet autem fides, & ſpes ſint habitus ſupernaturales, non minus, quam charitas, ſine charitate tamen perfectæ virtu-
14 tis rationem habere non poſſunt. Cum enim virtus ordinetur ad bonum, tunc dicitur virtus perfecta, quando non ſolum operatur bonum, ſed etiam bene. *Ariſt. 2. ethic cap. 6.* Vnde cum actus fidei ſit, credere Deo, & credere ſit alicui propria voluntate aſſentiri, ſi voluntas non debito
15 modo velit, non erit opus fidei perfectum, quod autem debito modo velit, hoc fit per charitatem, quæ voluntatem perficit, cum omnis rectus voluntatis motus à recto amore procedat, *D. Aug. de Ciu.* Dei
16 *lib. 4. cap. 9.* Sic etiam cum actus ſpei ſit, expectare futuram Beatitudinem à Deo, talis actus erit perfectus, ſi fiat ex meritis, quæ quis habet, quod eſſe non poteſt ſine charitate, & erit imperfectus, ſi fiat ex meritis, quæ quis nondum habet, ſed proponit in futurum acquirere, quod ſine
17 charitate ſtare poteſt. D. *Thom. 1. 2. q. 65. art. 4. c.* Propterea cum heroicitas de ſuo conceptu importet excellentiam, & charitas ſit excellentiſſima virtutum, tam moralium, quam ſupernaturalium, vtpote omnium, & ſingularum forma, & perfectio, per conſequens vera heroicitas ſupernaturalis ſubſtantialiter in ſola charitate conſiſtit, prout ab omnibus admittitur.

18 Hoc igitur pro indubitabili firmato, videlicet heroicitatem in ſubſtantia, ſeu ſubſtantialem in charitate conſiſtere; quod attinet ad heroicitatem in modo, per quã homo poſſidens virtutes heroicas in ſubſtantia, ſcilicet à charitate formatas, & perfectas, diſponitur ad eas exercendas modo quodam altiori, quam communiter omnibus competat, qui vocatur gradus heroicus.

19 Notandum ſecundo, Exercitium virtutis ſecundum obſeruantiam mandatorum communiter omnibus competere, cum ab omnibus obſeruari poſſint, quia Deus impoſſibilia non iubet. *Trid. ſeſſ. 6. de iu-*
20 *ſtif. cap. 11.* Earumdem vero exercitium ſecundum conſilia, communiter omnibus non competere, cum non debeat vxoratus ſeruare caſtitatem, licet aliqui ex ſpeciali Dei inſtinctu illam ſeruauerint, quia priuaretur fructibus, & fine matrimonij, qui eſt liberorum procreatio. Sicuti non tenetur paterfamilias, qui filios alere, & educare debet, omnia dare pauperibus, cum ſufficiat, vt de ſubſtantia ſua, quantum poteſt, eleëmoſynam faciat. *Tob. 4. 7.*

21 Verum non poſſe deſumi hanc virtutũ heroicitatem in modo ex hoc, quod modus illam exercendi ſecundum conſilia communiter omnibus non competit; tum quia perfectio non conſiſtit in conſilijs, ſed in mandatis, vt videbimus *cap. ſubſeq. num.* 18. Tum etiam quia cæteroqui non profitentes obſeruantiam conſiliorum, huiuſmodi heroicitatis eſſent incapaces, quod nullo modo eſt dicendum.

22 Notandum igitur tertio, licet termini magnitudinis, & paruitatis in rebus humanis huc uſque nobis per phyſicam certitudinem non conſtiterint, quia in ſtatura e.g. videmus alios alijs magis, magiſque grãdiores, & alios alijs magis, ac magis breuiores, ita vt non ſufficiat diuiſio in ſtaturas, iuſtam, procerã, & breuem, cum ad indiuiduandas perſonas, opus plerumque ſit vlteriori deſcriptione; ſicuti de Vitellio ſcribit, *Sueton.* fuiſſe ænormis proceritatis: Et de Saule habetur quod fuerit altior vniuerſo populo ab humero, & ſurſum, 1. *Reg.* 10. 24. E contra vero Zachæus dicitur ita fuiſſe ſtatura puſillus, vt illi neceſſe fuerit, aſcendere ſicomorum arborem, vt videret IESVM inde tranſeuntem. Quod accidit etiam in viribus corporalibus, cum videamus alios alijs magis, ac magis robuſtiores, & alios alijs magis, magiſque debiliores; Atque etiam in indigentijs naturæ, cum propter diuerſis qualitatum combinationes, vnus maiori, & alter minori indigeat alimento.

23 Quam ob cauſam cum non potuerit pia mater Eccleſia decernere quantitatem cibi in ieiunio, ſtatuit, vt in die ſemel tantum comederetur, quia omnes, & ſinguli

iuxta

iuxta propriam cibi indigentiam per vni-
cam comeſtionem naturæ ſatisfacere poſ-
ſunt *D. Thom. 2. 2. quæſt.* 147. *art.6.ad* 1.

Attamen cum inter tot hominum mil-
lia vix vnum vnquam viderimus in ſtatura
duodecim palmorum menſuram exceden-
tem, vel in viribus tauros æquantem, aut
ſingulis diebus vna tantum panis vncia
contentum, oritur exinde ab ipſa expe-
24 rientia quædam certitudo moralis, com-
munem hominum ſtaturam ſecundum na-
turæ diſpoſitionem intra menſuram duo-
decim palmorum terminatam, vires hu-
manas taurorum viribus non æquari, & hu-
mana indiuidua cum vna vncia cibi com-
muniter ſuſtentari non poſſe, iuxta do-
ctrinam Patris *Brancati de Lauria, in 3. ſent.*
diſp. 11. *ar.* 4. *num.* 119. *& clarius num.* 132.
& ſeq. §. 2. & per conſequens communem
corporalium virium menſuram naturali-
ter conſiſtere in hoc, quod vnus homo, vel
in paucis, vel in multis alium ſuperet, ſed
intra limites, quos nunquam vidimus à
pluribus communiter excedi, licet non-
nulli quandoque exceſſerint.

25 Ex huiuſmodi communi corporalium
virium menſura fit quodammodo commu-
ne virtutum, tam moralium, quam ſuper-
naturalium exercitium; licet enim chari-
tas non infundatur ſecundum capacita-
tem naturalem, ſed ſecundum diſpenſa-
tionem Spiritus Sancti, diuidentis ſingu-
lis, prout vult, 1. *Cor.* 12. 11. D. *Thom.*
2. 2 *quæſt.* 24. *ar.* 3. *c.* Cum tamen anima,
26 corpori vnita, ipſo corpore, & organis
corporeis ad ſuas operationes indigeat,
D. Tho. 1. 2. *quæſt.* 75. *ar.* 7. *ad* 3. Hinc fit,
vt ſicut vnus homo plus, vel minus, intra
communes naturæ limites, alium excedit
in diſpoſitione virium corporalium, per
conſequens plus, vel minus, per ſe loquen-
do, excedat in exercitio virtutum etiam
ſupernaturalium, ſed intra eoſdem virium
naturalium terminos; & quidem tam in
27 actibus actiuæ vitæ, quam contemplatiuæ
quia licet in operibus contemplatiuæ cor-
poraliter non laboremus. D. *Thom.* 2. 2.
q. 180. *ar.* 8. *c.* Attamen per abſtinentiam,
quæ ad illam requiritur, conſumuntur ſpi-
ritus, & vires debilitantur, ex quo cauſa-
tur tædium; ac propterea etiam in ipſa ve-
nit adhibenda menſura, vt in ſpecie de
oratione. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 83. *ar.* 14. *c.*

Quæ quidem regula, quod à diſpoſi-
tione virium corporalium depẽdeat exer-
citium virtutum, etiam ſupernaturalium,
clarius explicatur à D. *Hieron. epiſt.* 2. *ad*
Nepotian. tom. 1. vbi, Omnes pene virtutes
mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſa-
pientia, decreſcunt cætera, ieiunia, vigi-
liæ, chaumeniæ, ideſt, ſuper pauimen-
tum dormitiones, huc, illucque diſcurſus
peregrinorum ſuſceptio, defenſio paupe-
rum, inſtantia orationum, & perſeueran-
tia, viſitatio languentium, labor manuũ,
vnde præbeantur eleẽmoſynæ. Et ne ſer-
monem longius protraham, cuncta, quæ
per corpus exercentur, fracto corpore mi-
nora fiunt. Videatur D. *Thom.* 2. 2. *qu.*
129. *ar.* 8. vbi quod non ſolum vires cor-
28 porales, ſed etiam bona fortunæ ad vir-
tutum actus organice deſeruiunt, quia per
diuitias, potentiam, & amicos augetur in
nobis facultas operandi.

29 Dixi, per ſe loquendo, quia cæteto-
qui cum auxilio ſpeciali Dei quilibet ho-
mo quaſcumque vires humanas abſque
termino poteſt excedere; vt patet de Ie-
remia, qui adhuc puer audijt à Domino.
Ecce dedi te hodie in ciuitatem munitã,
& in columnã ferream, & in murum æneũ
ſuper omnem terram, regibus Iuda, prin-
cipibus eius, & ſacerdotibus, & omni po-
pulo terræ, & bellabunt aduerſum te, &
non præualebunt, quia Ego tecum ſum.
Ierem. 1. & de Rege Dauide, adhuc pue-
ro, qui percuſſit gigantem Goliath in
funda, & lapide, 1. *reg.* 17. 49. Et de Io-
natha, eiuſque armigero, qui quaſi vigin-
ti viros percuſſerunt in media parte iu-
geri, quam par bouum in die arare con-
ſueuit. 1. *Reg.* 14. 14. Et ex ſexcentis
exemplis, tam veteris, quam noui teſta-
menti, & in Actibus Apoſtolorum, &
in geſtis ſanctorum Patrum.

30 Colligitur ex ſuperius dictis, quod ad
gradum attinet, actus virtutum, tam mo-
ralium, quam ſupernaturalium, quan-
tumcumque perfecti ſint, quatenus non
excedunt communes virium naturalium
terminos, heroicos vocari non poſſe, cum
modum, qui communiter omnibus com-
31 petit, non præcellant. Et è contra heroi-
cos eſſe, ſi dictos communes terminos vi-
rium naturalium excedant; Cum ex ſu-
pracitata Doctrina D. *Thom.* 3. *p. quæſt.*
7. *ar.* 2. *ad* 2. huiuſmodi heroicitas mo-
dalis, qui dicitur gradus heroicus, con-
ſiſtat in operando modo quodam altiori,
quam communiter omnibus competat.

Memini, cum ſermonem haberem ali-
quando cum quodam ſacræ Rituum Con-
grega-

gregationis Conſultore ſuper virtutibus cuiuſdam Serui Dei, pro cuius obedientia in gradu heroico adducebatur, qualiter percuſſa eius ianua, forte vacans orationi, non reſpondit, verum audito, quod à ſuperiore aduocaretur, illicò exilijt è cella; dixiſſe mihi dictum Conſultorem, nil communius in Religionibus, quam quod bonus ſubditus, relicto quocumque opere, licet perfectiſſimo, pareat incontinenti voci Superioris. Quod dictum ſit pro documento illorum, qui quodlibet bonum opus ponunt in gradu heroico.

32 Notandum quartò, virtutum, ſeu habituum ſupernaturalium triplicem gradũ aſſignari, ſecundum triplicem ſtatum hominum, eaſdem virtutes poſſidentium; videlicet incipientium, proficientium, & perfectorum, D. *Thom.*. 2. 2. *q.* 29. *art* 4. prout ad longum diximus ſupra *cap.* 5. *n.* 17. Qui aliter explicari poſſent per poſitiuum, comparatiuum, & ſuperlatiuum. Itaut gradus poſitiuus ſit incipientium, comparatiuus proficientium, & ſuperlatiuus perfectorum, ſeu purgati animi, in quo Plotinus poſuit heroicitatem. D. *Thom.* 3. *p. q.* 7. *ar.* 2. *ad* 2. ſuper qua materia nos remittimus lectorem ad ea, quæ dicemus *p.* 4. *cap.* 6. vbi tractabimus, vtrum ad Canonizationem ſufficiant virtutes proficentium, ſeu purgantes, aut purgatoriæ, vel omnino requirantur perfectorum, & purgati animi.

33 Notandum quinto, Habitus omnes tam naturales, quam ſupernaturales, in quocumque gradu reperiantur, cum ſint quid intrinſecum, & latens in animo, nec cadant ſub ſenſibus, directe probari non poſſe. *l. Iulianus* §. *proinde ff. ad maced. l. certum ff. ſi cer. pet. cap. exiſtimant* 12. *q.* 2. *cap. dilecti, de appell. Farin. plures congruens q.* 89. *num.* 7. ſed probari indirecte tantum per actus externos, qui cadant ſub ſenſibus. *Rot coram Mant. deciſ.* 15. *num.* 1. *Afflict. d.* 119. *nu.* 5. *Maſcard. de probat. concluſ.* 95. *num.* 19. Quæ regula adeo vera eſt, vt ſi teſtis deponat de ijs, quæ aliquo ſenſu percipere non potuit, nihil probet. *Farin. q.* 68. *n.* 63. *& q.* 70. *cap.* 3. *per tot.*

Sicuti è contra probatis actibus externis, qui cadunt ſub ſenſibus, probari videntur actus interni. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 168. *ar.* 1. *ad* 3. vbi quod exteriores motus ſunt quædam ſigna diſpoſitionis interioris, quæ præcipue attenditur ſecundũ animi paſſiones. Ex viſu enim cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, enunciant de illo. *Ecclef.* 19. 26.

34 Notandum ſexto, Etiamſi per actus intenſionem probetur habitus perfectior, non tamen per quoſcumque actus excellentiores, ſingulariter loquendo, probari habituum heroicitatem, ſine qua dari nequit heroicitas in modo, ſeu gradus heroicus, cum ex vetuſtioribus codicibus habeamus, plures Gentiles actus morales ſtrenuos operatos fuiſſe, notabiliores his, qui à multis charitatem habentibus, in eodem genere, & in ijſdem generibus, patrati fuerint. D. *Aug. de Ciu. Dei lib.* 5. *cap.* 18. vbi, Si, *inquit*, Rom. Princeps, cognomine Torquatus, filium, non quia contra patriam, ſed etiam pro patria, tamen quia contra imperium ſuum, ideſt, contra quod imperauerat pater Imperator, ab hoſte prouocatus, iuuenili ardore pugnauerat, licet viciſſet, occidit, ne plus mali eſſet in exemplo imperij contempti, quam boni in gloria hoſtis occiſi; vt quid ſe iactent, qui pro immortalis patriæ legibus omnia, quæ multo minus quam filij diliguntur, bona terrena contemnunt? Si Furius Camillus etiam ingratam patriam, à cuius ceruicibus acerrimorum hoſtium Veientium iugum depulerat, damnatuſque ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem, vbi poſſet viuere glorioſius; cur extollatur, velut grãde aliquid fecerit, qui forte in eccleſia ab inimicis carnalibus grauiſſimam exhonorationis paſſus iniuriam, non ſe ad eius hoſtes hæreticos tranſtulit, aut aliquam contra illam ipſe hæreſim condidit, ſed eam potius quantum valuit, ab hæreticorum pernicioſiſſima prauitate defendit, cum alia non ſit, non vbi viuatur in hominum gratia, ſed vbi vita acquiratur æterna? Si Mutius, vt cum Porſenna Rege pax fieret, qui grauiſſimo bello Romanos premebat, quia Porſennam ipſum occidere non potuit, & pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram antè oculos eius dexteram extendit dicens, multos tales, qualem illum videret, in eius exitium coniuraſſe, cuius ille fortitudinem, & coniurationem talium perhorreſcens, ſine vlla dilatione ſe ab illo bello, facta pace, compeſcuit, quis regno cælorum imputaturus eſt merita ſua

ſi pro illo non vnam manum, neque hoc ſibi vltro faciens, ſed perſequente aliquo patiens, totum flammis corpus impenderit? Si ſe occidendos certis verbis quodammodo conſecrantes Decij deuouerunt, vt illis cadentibus, & iram Deorum ſanguine ſuo placantibus, Rom. liberaretur exercitus, nullo modo ſuperbiant Sancti Martyres, tanquam dignum aliquid pro illius patriæ participatione fecerint, vbi æterna eſt, & vera felicitas. Si Marcus Puluillus, dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falſo ſibi ab inuidis morte filij nunciata, vt illo nuncio perturbatus abſcederet, atque ita dedicationis gloriam collega eius conſequeretur, ita contempſit, vt eum etiam proijci inſepultum iuberet, & ſic in eius corde orbitatis dolorem gloriæ cupiditas vicerat, quid magnũ ſe pro Euangelij Sancti prædicatione, qua ciues ſupernæ patriæ de diuerſis liberantur, & colliguntur erroribus, feciſſe dicturus eſt, cui Dominus de ſepultura patris ſui ſollicito ait, ſequere me, & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos? Si Marcus Regulus, ne crudeliſſimos hoſtes iurando falleret, ad eos ab ipſa Roma reuerſus eſt, quoniam ſicut Romanis, eum tenere volẽtibus, reſpondiſſe fertur, poſtea quam Afris ſeruierat, dignitatem illic honeſti ciuis habere non poſſe, eumque Carthaginenſes, quoniam contra eos in Romano Senatu egerat, grauiſſimis ſupplicijs necarunt, qui cruciatus non ſunt pro fide illius patriæ contemnendi, ad cuius beatitudinem fides ipſa perducit? Quomodo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtianus, vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam, quę perducit ad patriam, vbi veræ diuitiæ ipſe Deus eſt, cum audiat, vel legat, L. Valerium, qui in ſuo defunctus eſt conſulatu, vſque adeo fuiſſe pauperem, vt nummis à populo collatis eius ſepultura curaretur? audiat, vel legat Q. Cincinnatum, cum quatuor iugera poſſideret, & ea ſuis manibus coleret, ab aratro eſſe abductum, vt Dictator fieret, maior vtique honore quam Conſul, victiſque hoſtibus, ingentem gloriam conſequutum, in eadem paupertate manſiſſe? Nec alia plurima de ſingulis virtutibus deſunt Paganorum exempla.

35 Et quidem de miſericordia habemus exemplum filiæ Pharaonis erga Moyſen. *Exod.* 2. 6. Et Tulli Hoſtilij Romanorum Regis, qui quot agrorum cæteri reges in eorum ſeruauerat vſum, pauperibus diſtribuit, vt ex *Liu. refert Fulgos lib.* 4. *cap.* 8.

36 De gratitudine Alexandri Magni videatur *Cal. lib.* 7. *antiq. cap.* 8. vbi quod à nemine vnquàm ſuperatus fuerit, & de Athenarum ciuibus erga liberos Ariſtidis pro his, quæ in bello contra Perſas egerat, *refert idem Fulgos* quod eius filias, de publico dotatas, ex publico palatio ad coniugum ædes deduxerint; Et Liſimaco filio centum minas argenti, totidemque agri iugera, necnon quadraginta dragmas in ſingulos dies, vnde viueret, contulerint.

37 De beneficentia Alexandri Taciles, qui fuit vnus è Regibus Indiæ, narrat *Plutar. in Apoph.* quod occurrens Alexandro Magno, ſic illum affatus fuerit. Prouoco te ad nouum genus certaminis, ſi inferior es, à nobis accipe beneficium, ſi ſuperior, nobis benefacito. Cui Alexander, atqui ob hoc ipſum inter nos certandum eſt, vter benefaciendo ſuperet alium, & humaniſſimè complexum, non ſolum ditione non ſpoliauit, ſed auxit.

38 De prudentia Ageſilai ſcribit idem *Plut. in lacon.* quod illos, qui clanculum aduerſabantur, ad dignitates euehebat. Et ſi in his ſe improbe, aut auare geſſiſſent eoque in ius vocati periclitarentur, rurſus illis patrocinabatur, atque his artibus eos ſibi reddebat ex clancularijs hoſtibus amicos, quo factum eſt, vt nullum tandem aduerſarium haberet.

39 De iuſtitia Indorum, qui Pedalij vocabantur, refert *Cal. lib.* 23. *antiq. cap.* 19. In Sacrificijs à Dijs immortalibus nil aliud, quam iuſtitiam poſtulare conſueuiſſe. Et Antiochum tertium Aſiæ Regem refert *Camill. Gilin. lib.* 6. *cap.* 5. *de iuſt.*, omnibus ſuis vrbibus ſcripſiſſe, ſi quid in litteris, quæ eius nomine ſcriberentur, eſſet, quod legibus aduerſaretur, ignaro ſe huiuſmodi litteras ſcriptas crederent, neque illis parerent. Et Alexander Seuerus nullas vnquam tulit leges, niſi à viginti doctiſſimis, & peritiſſimis viris approbarentur, vt narrat *Lamprid. in eius vita*.

40 De fortitudine Lucij Sicinij Dentati, qui Sp. Tarpeio, A. Termio Conſulibus, Tribunus Plebis fuit, ſcribit *Aul. Gell. noct. Attic. lib.* 2. *cap.* 11. quod centum viginti prælijs in hoſtem pugnauerit, ci-

catrice

cetrice auerſa nulla, aduerſis quinque & quadraginta. Videantur Hiſtoriæ, quid referant de fortitudine Horatij Coclidis Achillis, Iulij Cæſaris, & aliorum.

41 Religionem Antiochi Siriæ Regis extollit *Plut.* quia templum Hieroſolymæ ciuitatis multis affecit muneribus. Cum enim Vrbem illam obſideret eo tempore, quo tabernaculorum feſta celebrabantur, atque ab illius populo rogaretur, ſeptem dierum inducias, ad ea ſacra colenda impartiri, non modo poſtulata conceſſit, ſed etiam tauros auratis cornibus ornatos, magnamque timiamatum, & aromatum copiam, ac multa vaſa aurea Sacerdotibus ad portas ciuitatis cum pompa deferri iuſſit, vt illa Deo offerent. Et de Ageſilao narrat *Emil. Prob.* quod cum Athenienſes, & Beotios apud coroneam vrbem graui prælio deuiciſſet, multi è victis ad templum Mineruæ confugerunt, de quibus rogatus quid fieri vellet, Ageſilaus illos violari vetuit. Et licet aliquot vulnera ex eodem prælio retuliſſet, videreturque aduerſus omnes, qui contra ipſum arma tulerant, vehementer iratus, attamen apud eum plus valuit religio, quam ira.

Et de Scipione Africano referunt, *Liu. lib. 26. & Val. lib. 1. cap. 3.* quod antelucanis horis in Capitolium conſcendens, in templo Iouis prius contemplabundus ſedebat, quam in Senatum deſcenderet, vt ea, quæ reipublicæ ſalutaria forent, Deorum prius pace implorata, inuenire, & patribus proponere poſſet, Canes cuſtodes, qui in alios ſæuiebant, in eum neque latrarunt vnquam, neque incurrerunt.

Et apud antiquiores Romanos tanta fuit iuriſiurandi religio, vt cum poſt Cannenſem pugnam decem nobiliſſimos Annibal Romam miſiſſet, iuratos, ſe redituros in caſtra, quibus erant potiti Pœni, niſi de redimendis captiuis impetrauiſſent, nouemque reuerſis à Senatu re non impetrata, vnus ex decem, qui paulo poſtquam egreſſus erat è caſtris, ad ea redierat, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſet, quod reditu in caſtra liberatum ſe iure iurando interpretaretur; quia fuit ſtulta calliditas, decreuit Senatus, vt ille veterator, & callidus, vinctus ad Annibalem duceretur. *Cic. lib. 3. de offic.*

42 De pietate Aeneę Troiani erga patrem videatur *Aelian. de var. hiſt. lib. 3. cap. 24.* & de pietate Romanorum erga patriam *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 15.*

43 De publica vindicta, refert *Valer. Max. lib. 9. cap. 3.* quod Semiramis Aſſiriorum Regina, cum ei circa cultum capitis occupatæ nunciatum eſſet, Babilonem defeciſſe, protinus ad eam expugnandam occurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam vrbem in ſui poteſtatem redegit. Quocirca ſtatuam eius eodem illo habitu in Babilone poſitam fuiſſe, quo tam præcipiti celeritate ad vindictam exigendam tetenderat.

44 De obedientia filiorum Metelli ſcribit *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.* quod à patre minus legitime exhæredati, teſtamentum irritum eſſe noluerunt, ſatius arbitrati, bonorum extorres fieri, quam qualemcumque patris voluntatem non tueri.

45 Veritatis cultorem adeo ſeuerum fuiſſe Epaminundam, ciuem thebanum, refert idem *Alex. ab Alex.* vt ne ioco quidem mentitus fuerit. Et de Tito Pomponio equite Romano habetur, quod non modo mendacium non dixerit vnquam, ſed nec pati poſſet. Quapropter ei res ſuas omnes amici commendabant, conſiliumque ab eo de Republica, deque rebus magnis expoſcebant.

46 Amicitiam Damonis, & Pitiæ memorat *Valer. Max.* quarum alterum cum Dioniſius Tyrannus interfici mandaſſet, atque is tempus ab eo, quo domum profectus, res ſuas componeret, impetraſſet, alter pro eius reditu vadem ſe dare non dubitauit. Cumque rebus compoſitis primus rediјſſet, dolebat alter, quod ipſum pro amico moriendi ſorte priuaſſet. Et de Auguſto Cæſare narrat *Plut. in Apopteg.* quod Alexandria vi capta, ciuibus omnibus, ac ciuitati ſe parcere dixit, propter Arium ciuem Alexandrinum, olim ſibi ſumma familiaritate coniunctum.

47 De liberalitate Cyri Perſarum Regis refert *Pont. in Xenoph.* quod dicto Regno potitus, nullum in ſuos liberalitatis genus prætermiſit, non pecuniam, ſed amicos, quibus plurimum contuliſſet diuitiarum, ſuos eſſe theſauros dicens. Et Alexander Seuerus, *authore Lampridio*, nullum diem pertranſijt, quo non pium aliquid, liberale, humanumque præſtiterit; publici tamen ærarij habita ratione, vt quamuis imperaret, ſciret tamen, moderatum ſe, prudentemque reipublicæ diſpenſatorem eſſe debere.

48 Magnanimitatem eiuſdem Cyri Perſa-

rum Regis extollit *Xenoph. de inſtit. Cyr. lib.* 1. quia ſicut forma pulcherrimus, & corde humaniſſimus, ſic honoris cupidiſſimus; adeoque nullum non laborem perferret, nullum non periculum laudis ergo ſuſtineret.

49 De magnificentia Niciæ, inter Græcos præſtantiſſimi, ex *Plut. ſcribit Pontan. de magnif.* Et de magnificentia Auguſti *Sueton. in eius vita*, quod lateritiam vrbem cum inueniſſet, marmoream reliquerit.

50 De patientia Ageſilai legimus apud *Plut. in lacon.* quod podagræ doloribus cum arderet, cumque Carneades inuiſiſſet, atque inde triſtis recederet, mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc peruenit, oſtenſis pedibus, ac pectore, dolere quidem pedes, ſed animum dolore vacunm ſentiens.

51 Conſtantiam Socratis memorat *Plat. in Apoph.* qui morti adiudicatus propter ſinceram phyloſophiæ profeſſionem, ad iudices conuerſus ait. Equidem vos omnes ſingulari quadam beneuolentia complector, Deo tamen parendum duco potius quam vobis. Itaque quamdiu, & ſpirabo, & potero, nunquam philoſophiæ curam abijciam, nec veſtri admonendi, moreque meo adhortandi ad virtutem quemcumque fuero ex vobis nactus; tantumque omni perturbatione caruit, vt in tota vita nec fleuerit vnquam, vel riſerit, quin vno ſemper, eodemque vultu viſus; adeout mirum videri poſſit, quod eximiam illam animi intemperiem neque nuptialis lætitia variare potuit, neque triſtitia illius diei quo venenũ hauſit, teſte *Laert. lib.* 2. *cap.* 5. Et Diogenem cuidã, vt iam ſenex quieſceret tandem à laboribus admonenti, reſpondiſſe, refert idem *Laert. lib.* 6. ſi in ſtadio currerem, oporteret ne iam metæ vicinum remittere curſum? Sentiebat enim, & recte quidem, virtutis ſtudium hoc magis, & conſtantius, quo minus vitæ ſupereſt, intendendum. Quod & de Heraclito Epheſio notat *Solinus cap.* 4.

52 Pithagoræ temperantiam narrat *idem Laert.* qui ſolis oluſculis, frugibuſque veſcebatur, & aqua ſitim explebat, caſtus in matrimonio, & mox in cælibatu Dianam filiam ad votum virginitatis induxit. Numa Pompilius Romanorum rex, *teſte Plut.* vitam duxit frugaliſſimam, otio non ad voluptates, & delitias, ſed ad Deorum cultum, atque ad ipſorum naturam indagandam, quantum poterat, vtens.

53 Alexandri Magni caſtitatem prædicant *Plut. & Q. Curtius*, tam erga vxorem, & filias Darij Perſarum Regis captiuas, quam erga puellam, quæ cum excubia iam nocte cum ipſo concubitura, acceſſiſſet, Miniſtros grauiter obiurgauit, quod aditum dediſſent, eamque reduci mandauit. Et Chiorum fæminas tantę caſtitatis fuiſſe, refert *Cal. lib.* 23. *cap.* 71. vt neque adulterium, neque alium illicitum concubitum ibidem accidiſſe, vnquam memoriæ traditum ſit.

54 De clementia eiuſdem Alexandri videantur *Q. Curtius*, & alij, qui tantam fuiſſe ferunt, vt ipſemet Darius præcaretur, vt aut Alexandrum clementia ſuperare poſſet, aut ſi Regno ſpoliandus eſſet, ſolus Alexander in Regno Perſarum imperaret. Iulius Cæſar inæquabilis item clementiæ erga hoſtes, & rebelles fuit, atque erga ipſum Pompeium; nam rerum potitus, Pompei ſtatuas deiectas honorifice reſtituit. Quo viſo, Cicero dixiſſe fertur, Cæſar dum Pompei ſtatuas reponit, ſuas ſtabilit. Et de clementia Auguſti erga L. Cinnam, qui ipſum interimere ſtatuerat, videatur *Sueton. in eius vita*. Qui pariter de Veſpaſiano refert, offenſarum inimicitiarumque nullatenus memor, executorue, Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit, dotauitq; etiam, & inſtruxit.

55 Virginitatem colnere Veſtales, vt narrant Hiſtoriæ. Diodorus Socraticus quinque filias Virgines habuit, vt videre eſt apud *Laert.* Et Bonam, quæ pro Dea colebatur à Romanis Kal. Mai, adeo pudicam fuiſſe, traditur à *Macrob. lib.* 1. *cap.* 12. vt neque virum viderit vnquàm, nec à viro viſa fuerit; In cuius rei memoriam viris in eius templum ingredi non licebat.

56 Ageſilai continentia tam magna fuit, vt cum aliquid de rigore vitæ remittere commoneretur, placet, inquit, me ita conſuefacere, vt quæcumque inciderit fortunæ mutatio, non quæram ipſe mutationem. *Plut. in apoph.* vbi, mira, *ſubdit*, animi conſtantia, qui nec delitias quæreret, nec inter delitias agens, ab illis corrumpi poſſet.

57 De Moderatione eiuſdem Ageſilai videatur *Plut. in lacon.* qui poſtquam ingenti clade Corinthiorum vires confregiſſet, eoſque inter menia compuliſſet, multis hortantibus, vt vrbem deuaſtaret, negauit, id ſuæ conuenire virtuti, qui pec-

cantes

tantes ad officium cogeret, non qui nobiliſſimas Græciæ vrbea ſubuerteret.

58 De modeſtia eiuſdem Ageſilai *idem Plato ibid.* Qui cum ex Egipto in patriam proficiſceretur, morbo lethali correptus, iamque hora mortis inſtaret, ſuis prohibuit ne ſui corporia imaginem, vel ſtatuam in eius honorem erigerent. Si enim. inquit, præclarum facinus geſſi, hoc erit monumentum mei; ſin minua, nec omnes quidem ſtatuæ mei memoriam illuſtrabunt. Et Liuia Auguſti Cæſaris vxor interrogata, quibus rationibus Auguſtum ſibi ſubegiſſet? reſpondit, multa modeſtia, & quia ea, quæ placerent Auguſto, facerem ſemper.

De Humilitate Cleobolæ Lindorum Monarchæ filiæ videatur *D. Clemens Alex. lib. 4. ſtrom.* vbi eam pedes hoſpitum paternorum lauare non puduiſſe ſcribit.

59 De contemptu demum diuitiarum, vltra ea, quæ ſupra retulimus ex *D. Aug. de Civ. Dei*, habemus exemplum in Crate Philoſopho, aliiſque multis, qui diuitias contempſerunt, teſte *D. Hieron. in Matth. cap.* 19. At de hoc infra *cap.* 18. Et de voluptatum contemptu exemplum adducit Antiſtenem philoſophum *D. Cle. lib. 2. ſtrom.* Qui potius inſanire voluit, quam voluptati vacare, ſuoſque exhortabatur amicos, vt voluptatis cauſa ne digitum quidem extenderent, vt addit *Theodor. lib. 12. de curan. Græc. affect.*

60 Verum ſexcenta ſingularum virtutum moralium adduci poſſent antiquorum exempla, ſed vnus ſufficiat Seneca, cuius ſcripta, tot, tantiſque moralibus documentis plena, citra admirationem legi nequeunt; & ob id, tanquam omnes exceſſerit, Moralis per antonomaſiam appellari conſueuit.

61 Nec dubitandum videtur, quin Seneca in peccato ſuæ infedelitatis mortuus ſit, licet à *D. Hieron. de ſcriptor. Eccleſ.* inter Sanctos enumeretur, ob quaſdam epiſtolas, quæ inter Paulum Apoſtolum, & eundem Senecam interceſſiſſe dicuntur. Quas tamen vti apochriphas refutat *Card. Baron. ad ann. Chriſti 66.* Et non citra rationem, cum, vt notat quidam Author, in dictis epiſtolis, quæ D. Pauli aſſeruntur, non legatur Sanctiſſimum nomen IESVS, in cæteris epiſtoſis eiusdem D. Pauli toties repetitum. Et quidem ſi Sanctus Doctor tanta fuiſſet vſus diligentia, quanta nunc adhibetur in Sanctorum Canonizatione; non ita de facili ad fauorem Senecæ ſuam ſententiam protuliſſet. Cum enim ad propagationem Catholicæ fidei plurimum conferre potuiſſet, ſi tantus homo fuiſſet illam publice profeſſus, & pro ea mortem ſubire non dubitaſſet, quidquid ſit, an à fidelibus, quibuſcum potuit habere commercium, præſertim ab iis, qui de Domo Cæſaris erant, *Philipp.* 4. 22. christiana dogmata fuerit edoctus, dicendum tamen eſt, eamdem fidem non fuiſſe complexum, quia cæteroqui non dubitaſſet, illam, vt tenebatur, publice confiteri, ne publicus honor Deo, & vtilitas proximi ſubtraheretur, ſecundum doctrinam *D. Tho. 2. 2. quæſt. 3. art. 3.*

62 Patet igitur, ex actibus virtutum quantũcumque ſtrenuis, habituum heroicitatẽ non concludi, cum enim de ſui natura procedere poſſint à principio, tam à charitate formato, quam informi, per conſequens, vti æquiuoci, ad iudicandum pro heroicitate non ſufficiunt, *vulg. l. neque natales C. de probat.*

63 Porrò licet Baptiſmus ad virtutum heroicitatem & ad vitam æternam ſit neceſſario requiſitus, quia in ipſo fidei, ſpei, & charitatis habitus infunduntur. *D. Thom. 3. p. qu. 69. ar. 4. & 6.* Et niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non po-
64 teſt introire in Regnũ Dei, *Ioan. 3. 6.* Sicuti etiam obſeruantia mandatorum, dicente Domino. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, *Matth.* 19. 18. Attamen dari poteſt homo baptizatus, qui ſeruet ad vnguem litteraliter pro aliquo tempore mandata Dei, & tamen virtutes eius vtpote in ſtatu damnationis exiſtentis, non ſint heroicæ, ſi exempl. g. diſcordet in vno articulo fidei, *24. q. 1. rogamus, & cap. alienus.*

65 Fides etiam, & ſpes, quamuis ſint habitus ſupernaturales, & fides niſi per ſolum infedelitatis peccatum amitti queat, & ſpes niſi per ſolum peccatum deſperationis, vt ex communi Theologorum ſententia; non tamen inde ſequitur, actus virtutum emanantes ab habente fidem, & ſpem, heroicos eſſe, quia ſi deſit charitas, tàm fides, & ſpes, quam aliæ virtutes erunt informes, & infructuoſæ, *1. ad Cor. 13. D. Thom. 1. 2. quæſt. 65. ar. 2. ad 4. & q. 71. ar. 4. & 2. 2. q. 4. ar. 2. & q. 17. ar. 1. & q. 23. ar. 7.*

66 Ex quo ſequitur, per ſolos actus infe-

rentes

rentes neceſſario charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis. *Coloſs.* 3. 14. probari virtutum heroicitatem. Quocirca, vt certam tradamus regulam, illa ſunt vera charitatis, ſeu heroicitatis indicia, ſine quibus probari non poteſt, & quibus probatis, infertur concludenter, conſtare de charitate, & virtutum heroicitate.

67 Et primo quidem potiſſima charitatis, & heroicitatis indicia ſunt, Humilitas, de qua diximus ſupra *cap.* 13. & Simplicitas, de qua dicemus *cap. ſeq.* De quibus in Canonizatione Sanctorum conſtare debere, *ait Hoſt. de rel. & ven. ſanct. num.* 3.

68 Secundum indicium eſt perfecta ſubiectio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt caput fidei. 12. *di. non decet & cap. ſeq. &* 22. *di. omnes.* Sicuti enim de neceſſitate ſalutis eſt, Romano ſubeſſe Pontifici, *D. Thom. in lib. de error. Græc. cap.* 72. ſic oues Chriſti noſcuntur eſſe, quæ ipſius vocem audientes manent in eius ouili, nempe in Eccleſia B. Petri. *Cyril. in lib. Theſaur. & D. Antonin. in ſumm. par.* 3. *tit.* 22. *cap.* 6. §. 5.

69 Probatur autem perfecta ſubiectio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ per exactam obſeruantiam Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum; illius præſertim, quam ſuper forma Iuramenti profeſſionis fidei edidit Pius IV; *Bullar. no. tom* 2. *in ordine la* 89.

70 Tertium indicium eſt frequens confeſſio ſacramentalis; Cum Sacramentum pænitentiæ ſit veluti ſinus pacatiſſimus, in quo confracta, vel amiſſa reparantur, & quidquid immunditiæ, inundantibus tentationum tempeſtatibus, aut operãte malitia, in nauim conſcientiæ perfuſum eſt,
71 reijcitur, & purgatur. *B. Laur. Iuſtin. de diſcipl. & perfect. Monach. cap.* 19. Videatur Valentia ſuper illud, Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas, & magnificentia in ſanctificatione eius, *Pſal.* 96. 6. vbi triplicem diſtinguit confeſſionem, videlicet peccatorum, fidei, & laudis; & primam quidem peccatorum, quæ ſecum trahit confeſſionem fidei, & laudis, pulchritudinem, & munditiam cordis.

72 Quartum indicium eſt quotidianæ miſſæ celebratio, & frequens Sacramenti Euchariſtiæ perceptio, cum proprius effectus huius Sacramenti ſit, conuerſionis hominis in Chriſtum. *D. Thom. in* 4. *di.* 12. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *Ioann.* 6. 56. Vnde cum gratiam conferat, peccata venialia delendo, & ſpiritualiter reficiendo, vt notant *D. Anton. in ſumm. p.* 3. *tit.* 14 §. 2. *& omnes Summiſtæ, de materia tractantes*, perneceſſe qui quotidie carnẽ Chriſti manducat, ſemper eſt in gratia, cum Deo ſit intime vnitus.

73 Quintum indicium eſt aſſidua pænitentia, & mortificatio, quæ duplex eſt, corporis ſcilicet, & animæ; Nam ſicuti duplex eſt per peccatum rebellio, vna carnis, & altera ſenſus, ita duplex eſt mortificatio, vna corporis; & animæ, ſeu illius perturbationum altera, quam duplicem crucem appellat *D. Emiſſen. in homil.* 2. Et *D. Aug. ſerm.* 20. *de ſanct.* Duo ſunt, *inquiens*, abſtinentiæ, & crucis genera, vnum corporale, aliud ſpirituale, Vnum à potu, atque epulis temperarẽ, appetitum à gulæ delectationibus, & molliſſimis ſuauitatibus coercere; ab his quæ per tactum, & guſtum, viſumque decipiunt, ſenſum viriliter reuocare, ac violenter abſtrahere. Alterum abſtinentiæ, & crucis genus eſt prætioſius, atque ſublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modeſtię tranquillitate placare; iræ, ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrenare.

Quod attinet ad corporis, & carnis mortificationem, eam martyrium, appellarunt, martyrijque ſpeciem quandam eſſe, affirmarunt Sancti Patres. Nam ſicuti Martyrium vita hominem priuat, mortemque corporis affert, ita mortificatio carnis mortem inducit ſenſus, carnalique, ac beſtiali vita nos ſpogliat. *D. Chryſ. hom.* 11. *in epiſ. ad Hebr.* vbi, Cum liceat deliciosè agere, ſi eligatur laborioſa vita, & amara, mortificans corpus, nonne holocauſtum eſt? Mortifica ergo corpus tuum, & crucifige, & accipies & tu huius martyrij coronam. Et *ſerm. cont. concub. tom.* 5. Frenare, & vincere carnis concupiſcentiam, martyrij genus eſt. Et ſicuti Martyrium velox labor, ita & horum prolixior dolor. Quare & pares coronæ, quia certamina inter ſe reſpondent, & ſimilia ſunt, Et *D. Gregor. hom.* 3. *in euang.* Quatenus occaſio perſecutionis deſit, habet tamen & pax noſtra Martyrium ſuum, quia etſi carnis colla ferro non ſubdimus; ſpirituali tamen gla-

gladio carnalia deſideria in mente trucidamus. Et *D. Bern. ſerm. 1. in Octau. Paſch.* Eſt & martyrij genus in quotidiana corporis afflictione. Sic enim infirmis, & puſillis corde neceſſe eſt,vt cum ſemel pro Chriſto animam ponere nō ſufficiunt, ſaltem interiore quodam, ſed diuturniore martyrio ſanguinem fundant. Demū *Theodoret.lib.2. in cant.* exponens illa verba, Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris. Quia, *inquit*, ſponſa ieiunio, vigiliæ, orationi perpetuæ, & aſperæ humi dormitioni ſtuduerat, propterea ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ aſcendit.

Quod vero ſpectat ad mortificationem circa paſſiones internas, ſciendum eſt,omnium animi perturbationum tres præcipuas veluti tres furias à veteribus poetis decantatas enumeraſſe *Lactan in l.b.de vero cultu cap.* 19.Iram ſcilicet, cupiditatem, & libidinem. Ira deſiderat vltionem, cupiditas opes, libido voluptates. Quas ex communi Patrum ſententia repetit *S.Dorot.ſerm.* 12. ſubdens. Harum animæ perturbationum mortificatio, qua omnes offeruntur Deo, atque in vſum virtutis abſumptæ conuertuntur,ſacrificum Deo gratiſſimum. Et *in ſerm. 1. de obedient.* Homo crucifigitur mundo, cum relictis rebus exterioribus, certamen init aduerſus voluptates omnes, concupiſcentias, & propriam voluntatem, & ſuas paſſiones, & animi morbos enecat, atque eradicat. *Et in ſerm.* 10.tres hominum ſtatus diſtinguit Primum eorum, qui paſſiones ad operationem perducunt, atque obſtinate defendunt. Secundum eorum, qui paſſiones, & vitia ſiſtunt, ne progrediantur vlterius. Tertium eorum,qui penitus euellunt, & eradicant. Primum aſſimilat ei, qui ſagitta percuſſus ab hoſte, ſagittam manibus ſuis accipit, & in præcordia ſua infigit. Secundum aſſimilat ei, qui ſagitta percuſſus,quoniam thorace indutus eſt, non læditur. Tertium vero aſſimilat illi, qui ſagitta percuſſus, non modo non læditur, ſed eam manibus ſuis vel infringit, vel in hoſtis præcordia retorquet. Vnde & in *Pſal. 36.* dicitur, Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum cōfringatur. At *D. Aug. ſerm. 32. de Sanct.* Abſque iniuria ſanctorum,in perſequutionibus defunctorum,dicere liceat. Carnem afflixiſſe, libidinem ſuperaſſe, auaritiæ reſtitiſſe, de mundo triumphaſſe,pars magna martyrij eſt. Et iterum, *Serm. 250. de tempore*. Iracundiam mitigare, libidinem fugare, iuſtitiam cuſtodire,auaritiam contemnere, ſuperbiam humiliare, pars magna martyrij eſt.

74 Huiuſmodi pænitentiæ, & mortificationis mirabile nobis præbuit exemplar D. Bernardus Clareuallenſis Abbas, qui cum aliquando equum aſcendens fratres Cartuſienſes inuiſeret, & eorum Præpoſitus ephibio nimis decoro illum vſum arguiſſet, querere cæpit à comitibus, quale equi ſui ephibium eſſet, ex quo neque inſiliendo, neque deſiliendo, neque etiam inſidendo quale foret aduerterat. Iterum prope ripam Cauſanenſis lacus iter diei confecerat, cumque iam occidente ſole ad hoſpitium diuertiſſet, & fratres, qui eum comitabantur, inter ſe de lacu ipſo verba facerent, interrogauit, vbi lacus ille fuiſſet, ſeque eum vidiſſe negauit. *Marul. lib. 2. cap. 4.* Et nouiſſime Sanctus Petrus de Alcantara, qui morabatur in Cella quatuor pedum cum dimidio longitudinis, & trium altitudinis, itaut erectum non admitteret, & rectum non caperet, in eaque petra pro ſedili, & lignum parieti immiſſum pro ceruicali, pane, & aqua contentus, lauticiarum loco diebus feſtis herbas, & legumina ſine condimento adhibebat, & cinere admixto. Cilicijs, catenis, flagellis ad ſanguinem vſque, & in die ſæpius corpus dilaniabat. Per annos quadraginta multis laboribus, itineribus, atque curis fatigatus, nunquam vltra horam,& dimidiam ſomno indulgere deprehenſus fuit, nunquam caputio contra ſolis ardores, vel imbrium, aeriſque inclementiam opperiebatur, vnica contentus tunica, & palliolo leuiſſimo. Aliquando per tres annos in quodam Couentu commoratus,aliquem religioſum niſi ex voce cognouit, & arborem propè ipſius cellam exiſtentem non vidit, oculos humi ſemper affixos,vel clauſos tenens,&quo neceſſitate eundem eſſet, alios ſequebatur, dicere ſolitus, ſua nihil referre, an quicquam videret, vel non. Quandoque vt contemptum ſui prouocaret, pueris ſe miſcebat, atque ad ludicra conuerſus, honores declinabat. Interdum in vijs publicis ſtudioſè peragebat ea, quæ nauſeam magis, ac riſum, quam reuerentiam ei generare poſſent. Inter opifices baiulum agens vilibus miniſterijs occupabatur, vt omnibus

nibus eſſet deſpectui. Verſicolores panniculos,hinc inde in ſportam collectos,tunicæ inſuebat, vt pro inſenſato, fatuoque haberetur.

75 Sextum indicium eſt tollerantia perſecutionum, tribulationum, & aduerſitatum. *Hoſt. de reliq. & vener. ſanct.* ſunt enim iuſtitiæ, beatitudinis, & gratiæ ſigna infallibilia. Nam Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; Et beati eritis, cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint &c. quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cælis. *Matth.* 5.10.& 11. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, ſuper vos requieſcit. 1. *Petr.* 4. 14. Multæ tribulationes iuſtorum, *Pſal.* 33.20. Et aduerſitas, quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, 7. *quæſt.* 1. *aduerſitas* Sicut vaſa figuli probat fornax, ita homines iuſtos tentatio tribulationum. *Eccleſ.* 27.9. Et omnes, qui pie viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur. 2. *ad Tim.* 3.12. Quem ſecutus eſt D. *Auguſt. in quodam ſerm.* dicens, nullus ſeruus Chriſti ſine tribulatione eſt. Quinimo tribulationes, & aduerſitates ſunt veluti complementum iuſtitiæ, & gratiæ Dei. Dictum enim fuit Tobiæ, quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te, *Tob.* 12.13.

76 Septimum indicium eſt continuum exercitium virtutum etiam in minimis erga præcepta illa, Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam. *Pſal.* 33. 14. Videatur D. *Aug. ſerm.* 32. *de ſanct.* vbi, Martyr græce, latinè teſtis dicitur, igitur quotieſcumque bonis actibus mandatum Chriſti facimus, toties Chriſto teſtimonium perhibemus. Vnde Crux Chriſti non tantum illa dicitur, quæ paſſionis tempore ligni affixione conſtituitur, ſed illa, quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur. De qua mihi videtur Saluator dicere, qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Tota igitur vita chriſtiani hominis, ſi ſecundum Euangelium viuat, crux eſt, atque martyrium.

77 Notandum demum pro complemento, in definiendis gradibus heroicitatis, non eſſe deſumendum iudicium à magnitudine, ſeù quantitate, vel intenſione, aut extenſione ſenſibili, ſed à ratione. Quia plura videntur ſenſibus maiora, quæ ratio minima iudicat. Et è conuerſo nonnulla, quæ ſenſibiliter videntur parua, ſecundum rationem magna ſunt. Sic multi diuites iactabant munera in gazophilaciũ, quæ ſecundum ſenſum magna erant, & Vidua pauper miſit duo tantum minuta, quæ ſenſibiliter quaſi nihil apparebant. Et tamen Chriſtus Dominus laudauit minimum donum viduæ ſuper magna diuitum munera; quia hi dederant ex abundanti ſibi, Vidua verò omne ſuum victum, quem habuit. *Marc.* 12.44. *Luc.* 21. 4.

78 Alia plura videri poterunt apud D. *Michaelem Angelum Lapium* in ſuo diſcurſu de heroicitate, vbi ponit etiam requiſita ad heroicitatem naturalem, quæ ſecundum noſtra principia dari nequit, cum, vt vidimus ſupra, nomen heroici de ſui natura quid ſupernaturale, & diuinũ importet.

SVMMARIVM.

Actus boni quando ſint extrinſece mali, num. 2. *&* 15.

Actus bonus non prætermittendus ob ſubrepentem humanum affectum, nu. 19.

Actus humani recipiunt laudem, & culpam à fine, n. 5. *&* 8.

Acceptio perſonarum in extrinſecis quomodo ſeruanda, nu. 24.

Diabolus in quacumque temporis circumſtantia opera bona congreditur, n. 18.

Diſtributiones quotidianæ quando legitime lucrentur, vel non, n. 7.

Finis vltimus humanæ voluntatis eſt Deus, nu. 9. *qui non ſemper impletur, & quare, num.* 10.

Gloria appetitus inter humanos affectus eſt vehementiſſimus, nu. 13.

Hilaritas eſt indicium ſimplicitatis, num. 26.

Hipocritarum ſtultitia, & dementia, nu. 14.

Idem ſe præbere in omnibus, & in omni loco, eſt indicium ſimplicitatis, n. 22. *&* 25.

Paſſiones quid ſint, nu. 11

Promptitudo ad inſeruiendum omnibus ſine perſonarum acceptione, eſt indicium ſimplicitatis, nu. 23.

Ratio humana quandoque obnubilatur à paſſione, nu. 11.

Simplex aliud phyſicum, & aliud morale; Et phyſicum aliud ſimpliciter & aliud ſecundum quid, nu. 1. *& ſeqq.*

Simplicitatis phyſica definitio, nu. 2.

Simplicitas moralis alia bona, & alia mala, num. 3.

Simplicitatis bona definitio, nu. 4.

Simplicitatis eſſentia in quo conſiſtat, nu. 20.

Sim-

Simplicitatis requiſita eſſentialia, nu. 16.
Simplicitas non excludit omnem humanum affectum actualiter incidentem, n. 23. & 24.
Simplicitatis indicia, nu. 21. & ſeqq.
Voluntas ad vnum actum ob plures fines moueri poteſt, num. 6.

CAPVT XVI.

De Simplicitate.

1 NOmen ſimplicis, vnde ſimplicitas, dupliciter accipi poteſt; phyſice ſcilicet, & moraliter. Phyſice ſecundũ Ariſtotelem bifariam ſumitur, abſolute, & comparatiue: Abſolute ſimplex dicitur ſubiectum primum, primordiale omnium corporum, ſuſceptiuum omnium formarum, trium dimenſionum, quatuor qualitatum, & ex aliquibus non compoſitum, ſcilicet materia prima. Comparatiue ſimplex dicitur id, quod licet componatur ex materia, & forma, reſpectu tamen aliorum corporum, quæ vltra materiam, & formam, habent etiam primas, & ſecondas qualitates, dicitur ſimplex. Sic quatuor elementa, licet conſtent materia, & forma elementati, & quodlibet ipſorum duabus primis qualitatibus, vna in gradu ſummo, & alia in excellenti, quia tamen carent ſecundis qualitatibus, & ex alijs corporibus non ſunt compoſita, ſed ex ipſis alia componuntur, ideo dicuntur corpora ſimplicia. Interdum etiam illa dicuntur ſimplicia, in quibus nullam compoſitionem ſecundum ſenſum deprehendere poſſumus, vt ſunt herbæ, planctæ, & ſimilia.
2 Quapropter ſimplex phyſice ſumptum definiri poteſt, Compoſitionis, ſeu admixtionis expers.

3 Simplicitas moralis item duplex eſt. Altera bona, quæ contrariatur doloſitati, & altera mala, quæ contrariatur diſcretioni. *Gloſſ. in cap. ſi cupis 16. quæſt.* 1. Et hæc vltima ſolet appellari ruſticitas, fatuitas, ſeu nimia ſimplicitas, quæ reprobatur, *cap. paſtoralis de iudic. & cap. Petrus 39. di.*

4 Simplicitati bonæ, & laudabili, de qua in præſenti, conuenire non poteſt ſuprapoſita definitio, ſed loco compoſitionis, & admixtionis, dicendum eſt, Duplicitatis expers. Quia moralis ſimplicitas aliarum virtutum non refugit admixtionem, quinimo ſine illis ſtare non poteſt, cum ſit omnium virtutum velut perfectio, & complementum. Sed abhorret à duplicitate in intentione agentis, iuxta illud, Veh duplici corde, & ingredienti terram duabus vijs. *Eccleſ.* 2. 14. Pro quo.

5 Notandum primo, humanos actus recipere laudem, vel culpam à fine, propter quem fiunt. D. *Aug. de morib. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. itaut etiam illi, qui de ſui natura ſunt boni, poſſint ab agentis fine reddi culpabiles, & mali laudabiles, vt patet de eleemoſyna, cuius eſt; delere peccata. *Luc.* 11. 41. Et tamen Chriſtus Dominus increpauit hipocritas, dantes eleemoſynã ob vanam gloriam. *Matth* 6. 1. E contra verò homicidium, quod de ſui natura eſt malum, cum tendat in deſtructionem humanæ ſpeciei, poteſt eſſe laudabile, ſi ordinetur ad conſeruationẽ iuſtitiæ. *D. Tho.* 1. 2. *quæſt.* 1. *ar.* 3. *ad* 3. *& D. Aug. de Ciuit. Dei lib.* 1. *cap* 21. vbi, Abraham laudando nomine pietatis, quod filium obedientem occidere voluerit; & Sampſonem excuſando, quod ſe ipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſerit, quia Spiritus Sanctus latenter hoc iuſſerit, proponit quæſtionem de Iephte, an ſit probandum factum ipſius in immolatione filiæ, cum vouiſſet, ſe quicquid primo occurreret victori, domum reuertenti, Deo immolaturum, eamque inſolutam relinquit.

6 Notandum ſecundo. Ad vnum actum de ſe bonum poſſe moueri voluntatem ob plures, & diuerſos fines. Vt patet in frequentantibus Eccleſiam, & ad laudandum Deum, & propter quotidianas diſtributiones. In qua quidem frequentatione iuxta diuerſitatem finis, & intentionis accedentium, dari poteſt reſpectiuè laus, &
7 culpa. Si quis enim accedat ad horas canonicas ſimpliciter ad finem inſeruiendi Deo, & Eccleſiæ, itaut etiam diſtributiones, & manualia, quæ ſibi de iure debentur, eroget in pauperes, nulli dubium, quin actus huiuſmodi ſit vndequaque laudabilis, & plenus merito. Item ſi accedat principaliter ad laudandum Deum, & ſecundario ad effectum lucrandi diſtributiones, & manualia, vt ex illis viuere, & ſe ſubſtentare queat, erit actus iuri conformis. *Nauarr. de orat. & hor. can. cap.* 6. *num.* 16. qui enim altari ſeruit, de altari viuere debet, *cap. cum ſecundum, & cap. extirpanda de præben.* Quod ſi vadit ad horas canonicas principaliter quidem ob ſeruitium Eccleſiæ, & ſecundario propter

diſtributiones, non tamen vt ex illis ſaltem commodius viuat, vel eroget in aliquod opus laudabile, ſed vt illas reponat in gazophilacio ad finem diteſcendi, non effugiet culpam auaritiæ, *ad notat. per Nauarr. de orat. & hor. can. cap. 18. ſub num. 10.* & tanto magis ſi vterque finis eſſet æque principalis; Si demum quis frequentet Eccleſiam principaliter propter lucrũ temporale, nullo habito reſpectu ad ſeruitium Eccleſiæ, itaut ceſſante huiuſmodi lucro, nullatenus accederet, non erit immunis à labe ſimoniæ. *gloſſ. communiter recepta in cap. vn. verbo, receperit, de cler. non reſid.* Quod vltimum nõ parum vrget contra illos, qui ſerius peruenientes ad Eccleſiam, ſcilicet expleto ſigno, cum non poſſint amplius diſtributiones lucrati, neque volunt chorum ingredi, licet horæ quaſi integraliter canendæ ſuperſint.

8 Quod diximus de fine pecuniario, poteſt habere locum in alio quocumque fine quomodolibet vtili, vel delectabili, ex humano affectu prouenienre. Quicquid enim non charitatis in Deum, ſed humanæ laudis, aut ſtudij hominibus placendi, aut ſibi, aut æmulationis, aut inuidentiæ, aut alterius huiuſmodi criminis cauſa fit, cuiuſcumque generis illud ſit, non laudem pietatis meretur, ſed iudicium incurrit, *D. Baſil. in regul. breu. 282.* ſuper illud, Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis, *Luc. 13. 27.*

9 Cum enim finis vltimus humanæ voluntatis ſit Deus, cui per charitatem vnitur, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 122. ar. 2. c. & quæſt. 184. art. 1. c.* ad eam ordinare debet omnia, quæ ad vitam ſpiritualem pertinent, ſcilicet omnes actus virtutum, de quibus dantur præcepta. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 44. art. 1. c.* quia finis præcepti eſt charitas de corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta, *1. Tim. 1. 5.*

10 Porrò licet huiuſmodi preceptum ſemper deberet impleri, non tamen id ſemper accidit, quia pars ſenſitiua non ſemper rationi perfectè ſubijcitur; ſed quandoque, & vt plurimum ratio, vel in totum, vel in partem, à malis paſſionibus obnubilatur.

11 Et ſecundum quod homo in mala paſsione reperitur, id ſibi conueniens exiſtimat, quod vere non eſt, & extra paſsionem exiſtenti non videtur. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 9. art. 2. c.*

Paſsionum nomine veniunt in præſenti motus appetitus ſenſitiui, qui cum rectæ rationi poſsint eſſe conformes, & contrarij, propterea ſtoici negabant, in ſapientem paſsiones cadere poſſe, quos redarguit. *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 9. cap. 4.* auctoritate Epicteti Principis ferè ſtoicorum qui dicebat non eſſe in poteſtate ſapientis, quin aliquid patiatur ab his rebus, quæ vel metum, vel triſtitiam inferunt, in poteſtate tamen illius eſſe, vt minime cõſentiat, ne amplius commoueatur, quam recta ratio præſcripſerit, eoque ſapientem à ſtulto differre, quod ſtultus huiuſmodi perturbationibus conſentiat; ſubdens deinde. *lib. 14. cap 9.* Apud nos autem iuxta ſcripturas ſacras, ſanamque doctrinam ciues Sanctæ Ciuitatis Dei in huius vitæ perigrinatione ſecundum Deum viuentes, metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Et quia rectus eſt amor eorum, iſtas omnes affectiones rectas habent. Et *ſupra lib. 9. cap. 5.* In diſciplina noſtra, *inquit*, non tam quæritur, vtrum pius animus iraſcatur, ſed quare iraſcatur; nec vtrum ſit triſtis, ſed vnde ſit triſtis, nec vtrum timeat, ſed quid timeat.

Ex quibus colligitur, ſapientem à ſtulto differre in hoc, quod ſapiens perturbationibus dominetur, & ſtultus illis conſentiat; & actus bonitatem, & malitiam non deſumi ab actus ſubſtantia, ſed à fine; & circumſtantijs, vt ſupra dictum eſt.

12 Hinc fit, vt ſi quis in opere bono ſibi pro fine totali, vel partiali præfigat id, quod à mala paſsione bonum ſibi repreſentatur, & voluntas in totum, vel in partem auuertatur à dilectione Dei propter paſsionem ad humana inclinanrem in ipſo bono opere deficit à præcepto charitatis, atque ab vltimo fine, & per conſequens actus virtutis, qui alias laudem mereretur, fit inutilis, vel etiam culpabilis, propter finem humanum, quatenus hic præualeat vltimo fini. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 10. art. 3. ad 3.*

13 Notandum tertio, inter omnes humanos affectus, appetitum gloriæ, vtpote inſitum à natura, ſed inordinatum propter Adæ peccatum, cæteris eſſe vehementiorem. Immo nullum eſſe appetitum in nobis adeo tirannicum, & vbique dominantem, vt etiam oculos ſapienrum facile perſtringere poſsit. *D. Chryſ. hor. 27. in Ioan. & hom. 23. ad Pop.* & quidem in optimis etiam operibus, nempe orationis, eleemoſynæ, & ieiunij. *D. Chryſ. lib. 1. de cordis compunct.* Propterea. *D. Cyprian. in ſerm. de ieiun. & tentat.* Caſtigatio, *inquit*, carnis

14 carnis ſpiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat, contemptus venerationem venatur, fames, & calamitas laudibus ſaturatur. Mens hoc veneno imbuta in miſerijs deliciatur, & occupata hac ſcabie, in vlceribus gloriatur, Religio fit ſuperſtitio, & ſuccedit ei ambitio ſubornata. Extincto ſpiritu, quatriduano corpori ſolæ ſuperſunt exuuiæ, virtutis ſpecies exanimis, & ſimulachrum ſanctitatis. Tanta eſt Hypochritarum dementia, vt fœtoribus pro odoribus vtantur, & prætioſa vilia, & aſpera ſuauia arbitrentur. Et *D.Gregor. lib.* 1. *mor. cap.* 11.

15 Sunt nonnulli, qui in bonis, quæ faciunt, ſimplices non ſunt, dum non in illis retributionem interius, ſed exterius fauotem quærunt. Vnde benè dicitur, Veh ingredienti terram duabus vijs, *Eccl.* 2. 14. Duabus quippe vijs terram peccator ingreditur, quando & Dei eſt, quod exhibet opere, & mundi, quod per cogitationem quærit. *Et eod. lib.* 1. *cap.* 8. Rectè poſt prædicationem Dominus Apoſtolis pedes lauit, *Ioan.* 13. vt videlicet aperte monſtraret, quia plerumque, & in bono opere peccati puluis contrahitur, & inde inquinentur veſtigia loquentium, vnde audientium corda mundantur. Nam ſæpe nonnulli, dum exhortationis verba faciunt, per quam tenuiter ſe ſe intrinſecus, quia per os gratia purgationis deriuatur, extollunt, cumque verbo aliena opera diluunt, quaſi ex bono itinere puluerem malæ cogitationis ſumunt.

16 His poſitis, ad rationem ſimplicitatis attinet, excludere duplicitatem, qua quis aliud habet in corde, & aliud oſtendit exterius. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 109. *ar.* 2. *ad* 4. & præſeruate à deceptione. *D.Thom.* 2. 2. *q.* 111. *ar.* 3. *ad* 2. Gloriatio noſtra hæc eſt, *inquit Paul. Apoſt.* 2. *Cor.* 1. 12. teſtimoniū conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali conuerſati ſumus. *Et D. Greg. hom.* 12. *in euang.* Compellor dicere, vt & bona, quæ agitis, cum magna cautela teneatis, ne per hoc, quod à vobis rectum geritur, fauor, aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis ſubrepat, & quod foris oſtenditur, intus à mercede euacuetur. Vno verbo, cordis ſimplicitas in hoc conſiſtit, vt in omnibus, & ſingulis actibus nihil proprium quæratur, ſed tantū aut Dei gloria, aut proximorū ſalus, aut vtrumq; *D. Bern. in Epiſt.* 24. *ad Henric. Senonen. Epiſc.*

17 Non eſt tamen intelligendum, vt hæc cordis ſimplicitas omnem, & quemcumque actum humani affectus excludat; itaut ſimplicitati ſtudens ab omni delectatione ſenſibili immunis eſſe debeat, cum neque in virtute ſolidi hoc obtinere potuerint. Ad me, *inquit D.Greg. lib.* 35. *moral. cap. vlt.* intrinſecus rediens, poſtpoſitis verborum folijs, poſtpoſitis ſententiarum ramis, dum ipſam ſubtiliter radicem meæ intentionis aſpicio, Deo quidem me ex ea placere voluiſſe cognoſco, ſed eidem intentioni, qua Deo placere ſtudeo, furtim ſe, neſcio quo modo, intentio humanæ laudis interſerit. Quod enim iam poſtmodū, tardeque diſcerno, inuenio me aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe. Sic enim ſæpe intentionem noſtram, dum ante oculos Dei rectè incipitur, occulte ſibi ſubiuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humanæ laudis aſſequitur. Sicuti pro neceſſitate quidem cibus ſumitur, ſed in ipſo eſu, dum furtim gula ſubrepit, edendi delectatio permiſcetur, vnde plerumque contingit, vt refectionem corporis, quam ſalutis cauſa cæpimus, cauſa voluptatis expleamus.

18 Et ratio eſt, quia ſemper, & in quacumq; temporis circumſtantia diabolus per humanos affectus opera noſtra bona congreditur; non ſolum in principio, iuxta illud, Facti ſunt inimici eius in capite, *Thren.* 1. 5. Verum etiam in medio, vnde dicitur, In via hac, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, *Pſal.* 141. 4. Et illi, qui venerant ad offerendum Domino, interfecti ſunt, cum ad medium Ciuitatis veniſſent. *Ierem.* 41. 7. Atque etiam in fine; dicente Propheta, Ipſi calcaneum meum obſeruabant *Pſal.* 55. 7. per calcaneum enim, qui eſt finis corporis, ſignatur terminus actionis *D. Gregor. lib.* 1. *mor. cap.* 20. Vnde nullum remedium contra vanam gloriam niſi ſola oratio, & ex hac etiam vanitas generatur. *D. Chryſ. hom.* 15. *oper. imperf.*

19 Propterea ob ſubrepentem humanum affectum non eſſe deſerendum opus bonum, ſiue inchoatum, ſiue inchoandum, docet *D. Chryſ. hom.* 13. *oper. imperf.*
„ Propoſuiſti, *dicens*, facere eleæmoſynam,
„ ſed aſcendit cor tuum, velle hominibus
„ apparere, nunquid debes ſubtrahere
„ manum tuam, ne des locum vanæ cogi-
„ tationi? abſit, ſed perfice opus tuum, ne

Q 2 dum

dum vis cogitationi vanæ reſiſtere, perdas opus bonum. Et de Saacto Bernardo legimus, concionanti aliquando vanæ gloriæ cogitationem irrepſiſſe; cui ſtatim reſpondit, nec propter te incepi, nec propter te deſinam.

20 Sed intelligendum eſt iuxta doctrinam *D. Gregor. hom. 22. in Euang.* vbi exponens illud, Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat, *Pſal.* 100.6.
,, Habet, *inquit*, maculam in via, qui in
,, bono opere, quod agit, terrenæ gloriæ
,, ſibi præmium proponit. Quia qui in hoc
,, mundo recipere mercedem quærit, ſæ-
,, dat in conſpectu Dei ſpeciem boni ope-
,, ris per maculam prauæ intentionis. Pro-
,, inde de eſſenria ſimplicitatis non eſt, excludere à bono opere quemlibet humanum affectum, & delectarionem actualiter incidentem, ſed intentionem prauam, qua quis in hoc, quod rectè agit, non conditoris laudem appetit, ſed ſuæ opinionis gloriam quærit. D. *Gregor. lib.* 7. *regiſt.cap.* 126.

21 Cum vero dixerimus *cap. Superiori*, habitus omnes, tam morales, quam ſupernaturales, cum ſint quid intrinſecum, & latens in animo, directè probari non poſſe, ſed probari indirectè tantum per actus externos, reſtar videre, quibus indicijs probetur ſimplicitas habitualis.

22 Primum igitur indlcium eſt, ſi quis eundem ſe præbeat in omnibus, & coram omnibus, cum eadem ſecuritate, & conſtantia, iuxta illud, Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenrer. *Prou.* 10. 9. Nam ſi paueat quis, ne, benè operando, quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum diſpliceat, & quaſi pluribus Dominis morem ducturus, vbi putauerit diſplicere, taceat, quæ coram alijs improbat, & è contra, hic non erit immunis ab inani gloria, *ad not. per Archid. in cap. quoniam* 47. *di.*

23 Secundum indicium eſt, ſi quis cum eadem promptitudine ſemper omnibus, tam paruis, quam magnis, & tam pauperibus, quam diuitibus, vbi prodeſſe poterit, & in operibus charitatis inſeruiat, cauendo totaliter à perſonarum acceptione. *Iacob.* 2. quam ſemper eſſe peccatum docet *D.Th.* 2. 2. *quaſt.*63.*ar.* 1. & à proprio intereſſe, contra quod plurimum inuehit. *Nauarr. Comment. in cap. inter verba* 11. *quaſt.* 3. *prælud.* 3. vbi quod à multis nihil agitur ſine conſilio, mundi, carnis, diaboli, quorum primus proponit gratiam, vel fauorem Principum, magnatum &c. Caro ſuadet voluptates, oblectationes &c. Diabolus incitat vindictas, oppreſſiones &c. Ex quo ſequitur, vt huiuſmodi fallacias, & dictamina ſequentes peruerſi, & incauti, non ex charitate, ſed à proprio intereſſe ad omnia, & quæcumque moueantur.

24 Propter hoc tamen, quod in operibus pietatis cauendum ſit à perſonarum acceptione, non eſt confundenda ratio honoris extrinſeci, ſed diſtinguenda iuxta perſonas, gradus, & dignitates. Principes enim, & Prælati honorandi ſunt, prout gerunt perſonam Dei, & Communitatis, cui præficiuntur, & eorum loco Magiſtratus, Gubernatores, & officiales Ciuitatum, & Prouinciarum. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 284. Parentes, & Domini propter participationem Diuinæ dignitatis, qui eſt omnium Pater, & Dominus, Senes propter ſignum virtutis, quem ſecum ferr ſenectus, licet hoc ſignum quandoque deficiat, *Daniel.* 13. Et diuites honorandi ſunt propter hoc, quod maiorem locum in Communitatibus obtineant, *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 63. *art.* 3. *c.* vbi explicans illud, Sicuti qui immittit lapides in aceruum Mercurij, ſic qui tribuit inſipienti honorem, *Prou.* 26.8. Quia *inquit* gentiles rationem attribuebant Mercurio, aceruus Mercurij dicitur cumulus ratiocinij, in quo mercator quandoq; mittit vnum lapillum loco centum marcarum; Ita etiam honoratur inſipiens, qui ponitur loco Dei, & loco totius Communitaris.

25 Tertiũ indicium eſt, ſi quis ſemper eodẽ modo ſegerat in quocumque loco, tã publico, quam priuato. Nam de quodam, qui hora tertia in eremo eſuriebat, & in cænobio per integras hebdomadas non ſentiebat eſuriem, rationem fuiſſe reſpondit Abbas Macarius, quia ibi nullus erat teſtis ieiunij, qui cum ſuis laudibus nutriret, & ſuſtentaret. *Ioan. Caſſian. coll.* 5. *cap.* 12. Et idem de alio refert *Humbert. in epit. de trib. vot.* Quod etiam in eleemosyna poteſt accidere, ſi videlicet vbi largitio arbitris caret, ibi quoque largiendi langueſcat alacritas *D. Greg. Naz. in orat. de fu. pa.*

26 Quartum demum ſimplicitatis indicium oritur ex aſſidua hilaritate, & ſerenitate vultus, quæ generatur ex puritate conſcien-

conſcientiæ. Tranquilla enim conſcientia omnibus eſt dulcis, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, eunctis ad beneuolentiam, quibus poteſt ad beneficentiam., *Hug. lib. 2. de anima, cap. 9.* Et ſicut arbor, quam florere videmus, quam ſumma conſpicimus viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fæcunditatis animatur, reddens in ſuperficie, quod continetur in radice; ſic hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur, ſi viſceribus ſanis grauamen nullius ſentiat læſionis. *Caſſian. lib. 2. Epiſt.*

SVMMARIVM.

Abrenunciatio facultatum dupliciter conſiderari poteſt nu. 12.

Actus perfectiſſimus dilectionis eſt martyrium nu. 20.

Conſilia ad quid ordinentur, nu. 11.

Dilectio Dei, & proximi non cadit ſub menſura, nu. 9.

Dilectio Dei perfecta an poſſit haberi in hac vita, nu. 19. *& an dilectio proximi, nu.* 21

Epiſcopalis ſtatus eſt perfectior, quam religioſi, nu. 17.

Epiſcopatum appetere an liceat, nu. 18.

Facultatum abrenunciatio dupliciter conſiderari poteſt, nu. 12.

Homo plurium perfectionum eſt capax, n. 3.

Martyrium eſt actus perfectiſſimus dilectionis, nu. 20.

Perfectum apud Phyloſophos quid importet, & quid apud iuriſtas, nu. 1. *&* 2.

Perfectio multiplex datur in homine n. 3.

Perfectio humanæ vitæ quæ ſit, nu. 4. *ſecundum quæ attendatur, nu.* 5.

Perfectio charitatis duplex, nu. 6.

Perfectio non conſiſtit in conſilijs, ſed in præceptis, nu. 7. *&* 8.

Perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis, ſecundario in conſilijs, nu. 19.

Perfectionis ſtatum attingunt Epiſcopi, & Religioſi tantum, nu. 16.

Perfecta dilectio Dei, & proximi an poſſit haberi in hac vita, nu. 19. *&* 21.

Perfectum eſſe, & eſſe in ſtatu perfectionis, differunt, nu. 15.

Status, quid importet, nu. 14.

Virtutes morales quomodo pertineant ad vitam actiuam, & contemplatiuam, nu. 24.

Vita actiua an ſit perfectior contemplatiua, nu. 23. *& qualis magis eligenda, nu.* 25.

CAPVT XVII.

De Perfectione.

1 PErfectum apud phyloſophos quandam vniuerſalitatem, ſeu totalitatem importat, itaut pefectum dicatur id, cui nihil deeſt. *Ariſt. 3. phyſic. tex. 64.*
2 & idem fere apud iuriſtas, *l. 1. ff. de orig. iur.* Sic perfectum dicitur ædificium, quod ita conſumatum eſt, vt vſui eſſe poſſit *l. ædificia 139. ff. de verbor. ſignificat.* Et in pactis, & conuentionibus, perfectum intelligimus, quando factum eſt id, quod fieri inter partes conuenit, *Calu. in lex. iur. verbo, perfectum.*

3 Porrò in homine multiplex datur perfectio, videlicet, & ſuæ naturæ, ſtatim cum naſcitur, quæ pertinet ad rationem ſpeciei, & alia, ad quam per augmentum adducitur, D. *Thom. 2. 2. quæſt. 184. ar. 3. ad 3.* & ſecundum ætatem, cum annum vigeſimum quintum compleuerit, *l. fin. C. qui ven. ata. impet.* intellige quoad contractus, non ſic quoad dignitates Eccleſiaſticas, nam ad Epiſcopatum requiruntur anni trigiuta, *cap. de Epiſcopis 77. diſt.*

4 Datur item perfectio chriſtianæ vitæ, quæ licet conſideretur ſecundum omnes virtutes, ſpecialiter tamen in charitate conſiſtit. Quia vnumquodque dicitur perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui eſt vltima rei perfectio. Vnde cum charitas ſit, quæ nos vnit Deo, quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, *1. Ioann. 4.*
5 16. Ideo ſecundum charitatem ſpecialiter attenditur perfectio chriſtianæ vitæ. D. *Thom. 2. 2. quæſt. 184. ar. 1. & 3. c.* in alijs autem virturibus, atque etiam in ſenſibus datur perfectio, ſecundùm quid, quatenus per charitatem operantur, *d. ar. 1. ad 1. & 2.* quæ dicitur vinculum perfectionis, *Coloſ. 3. 14.*

6 Huiuſmodi autem perfectio charitatis eſt duplex; quia datur perfectio charitatis, pertinens ad ipſam ſpeciem charitatis, vt ſcilicet Deus ſuper omnia diligatur, & nihil contra eum, aut ei æqualiter ametur. Et datur alia perfectio eiuſdem charitatis, ad quam quis per aliquod ſpirituale augmentum peruenit, vt cum homo etiam à rebus licitis abſtinet, vt liberius diuinis obſequijs vacet. *D. Th. d. quæſt.*

d. quaſt. 184. *ar.* 3. *ad* 3. & cum excluditur omne illud, quod impedit, ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum, quod ſit per conſiliorum adimplementum. D. *Thom. d. q.* 184. *ar.* 2. *cap.*

7 Et ob id exiſtimarunt non nulli, perfectionem conſiſtere in conſilijs. Cum enim Chriſtus Dominus reſpondiſſet adoleſcenti; ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; Addidit deinde, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, da pauperibus, & ſequere me. *Matth.* 19. 21.

8 Verum charitatis perfectionem conſiſtere in præceptis, non autem in conſilijs, probatur ex eo, quia perfectio dicitur in aliquo conſiſtere dupliciter; vno modo per ſe, & eſſentialiter, & alio modo ſecundario, & accidentaliter. Per ſe quidem, & eſſentialiter, perfectio chriſtianæ vitæ conſiſtit in charitate ſecundum dilectionem Dei, ſecundariò autem ſecundum dilectionem proximi; de quibus dantur pręcepta principalia diuinæ legis, *Leu.* 19. 18. *Deut.* 6. 5. *Matth.* 22. 37. hæc autem dilectio Dei, & proximi non cadit ſub præcepto ſecundum aliquam menſuram, itaut reliquum plus ſub conſilio remaneat, vt patet ex ipſa forma præcepti, per quam perfectio demonſtratur, dum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. quia totum, & perfectum idem ſunt. *Ariſt.* 3. *ph. tex.* 64. & diliges proximum tuum ſicut te ipſum, quia vnuſquiſque ſe ipſum maxime diligit. Cum igitur finis præcepti ſit charitas, 1. *Tim.* 1. 5. & in fine non adhibeatur aliqua menſura, ſed ſolum in ijs, quæ ſunt ad finem, *Ariſt.* 1. *polit. cap.* 6. Sicuti Medicus non adhibet menſuram, quantum ſanet, ſed quanta medicina, vel die-
10 ta ſit opus, ad ſanandum. Per conſequens perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis, & inſtrumentaliter in conſilijs, quæ ordinantur quidem ad charitatem, ſicut omnia præcepta, ſed diuerſimode, nam alia præcepta ordinantur à præceptis charitatis, ad remouendum ea, quæ ſunt charitati contraria, & cum quibus
11 charitas ſtare non poteſt; Conſilia verò ordinantur ad remouenda impedimenta actuum charitatis, quæ tamen charitati non ſunt contraria, ſicuti eſt matrimonium, occupatio negociorum ſæcularium, & ſimilia. D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 184. *ar.* 3. *c.* Sic dicitur in collationibus Patrum, *coll.* 1. *cap.* 7. ieiunia, vigilias, meditationem ſcripturarum, nuditatem, & priuationem omnium facultatum, non eſſe perfectionem, ſed perfectionis inſtrumenta.

12 Et quidem propriarum facultatum abrenunciatio dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ſecundum quod eſt in actu, & in hoc non conſiſtit eſſentialiter perfectio, ſed eſt quoddam perfectionis inſtrumentum, ſicuti, & alia quæ diximus. Alio modo ſecundum animi præparationem; vt ſcilicet homo ſit paratus, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere; & hoc ad perfectionem pertinet. D. *Tho. d. quaſt.* 184. *art.* 7. *c. & qu.* 185. *art.* 6. *ad* 5. Et ideo Chriſtus Dominus, poſtquam dixit, vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, in quo docuit viam ad perfectionem; ſubdidit ſtatim, & ſequere me, *Matth.* 19. 21. ſcilicet mentis affectu, quod fit per ipſam charitatem, in qua conſiſtit perfectio. D. *Thom. d. quaſt.* 184. *art.* 3. *ad* 1.

13 Differunt eſſe perfectum, & eſſe in ſtatu perfectionis. Quia perfectus eſt qnilibet actu charitatem habens, vt patet ex ſupradictis. In ſtatu autem perfectionis proprie dicitur aliquis eſſe, non ex hoc, quod actum dilectionis habeat etiam perfectæ, ſed ex hoc quod ſe obligat perpetuo cum aliqua ſolemnitate ad ea, quæ ſunt perfectionis. D. *Thom. d. qu.* 184. *ar.*
14 5. *c.* Status enim importat quandam poſitionis differentiam, ſecundum quam aliquid diſponitur iuxta modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate. D. *Thom.* 2. 2. *q.* 183. *art.* 1. *c.*

15 Cum autem contingat aliquando, vt qui ſe obligant, non ſeruent ea, ad quæ ſe obligarunt, & aliqui adimpleant ea, ad quæ non ſunt obligati; vt patet de illis duobus fratribus, quorum vnus patri, mādanti, vt operaretur in vinea, reſpondit nolo, & poſteà ad operandum acceſſit; alter autem reſpondit, ſe ire, & non iuit, *Matth.* 21. 30. Ideò nihil prohibet, aliquos eſſe perfectos, qui non ſunt in ſtatu perfectionis, & aliquos eſſe in ſtatu perfectionis, & non eſſe perfectos. D. *Thom. d. qu.* 184. *ar.* 5.

16 Porro duo genera tantum perſonarum, quæ ſint in ſtatu perfectionis, enumerat D. *Thom. d. q.* 184. *& qu.* 186. Epiſcopos ſcilicet, quia immobiliter ſe obligant ad ea, quæ ſunt perfectionis, paſtorale aſſumentes

mentes officium, ad quod pertinet, vt animam ſuam Paſtor ponat pro ouibus ſuis. *Ioan.* 10. 11. *D. Thom. d. quaſt.* 184. *ar.* 5. *c.* & Religioſos, quia ſe voto adſtringunt, abſtinere à rebus ſæcularibus, quibus licite vti poterant, ad hoc, vt liberius Deo vacent, in quo conſiſtit præſentis vitæ perfectio. Et quia totaliter ſe mancipant diuino ſeruitio, quaſi holocauſtum Deo offerentes, D. *Thom. d. quaſt.* 184. *ar.* 5. *&*

17 8. *c. & qu.* 186. *ar.* 1. *c.* Ex his autem perfectior eſt ſtatus Epiſcoporum; quia ad perfectionem Religioſi ſolum pertinet ſtudium, quod quis adhibet ad ſalutem propriam. Ad perfectionem verò ſtatus Epiſcopalis pertinet inſuper ſtudium ad proximorum ſalutem. Et inſuper quia Religio eſt quædam via tendendi in perfectionem; Epiſcopatus verò eſt quoddam perfectionis magiſterium. *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 85. *ar.* 4. *ad* 1. *& ar.* 8. *c. & qu.* 186. *ar.* 2. *c.*

18 Stante huiuſmodi ſtatus Epiſcopalis perfectione quærit D. *Thom.* An liceat Epiſcopatum appetere, vel recuſare? Et quantum ad primum, poſtquam in Epiſcopatu tria diſtinxit, ſcilicet Epiſcopalem operationem, per quam vtilitati proximorum intenditur. Altitudinem gradus, quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur, & quod ad iſta conſequitur, nempe Reuerentiam, honorem, & ſufficientiam temporalium. Reſoluit deinde. Epiſcopatum appetere ratione honoris, & temporalium, eſſe illicitum; & ratione celſitudinis gradus eſſe præſumptuoſum. At è contra appetere, prodeſſe proximis, eſſe ſecundum ſe laudabile, & virtuoſum. 2. 2. *quaſt.* 185. *ar.* 1. Et quoad ſecundum reſpondet negatiue; quatenus tamen quis ſuperiori voluntati ſe ſubijcere teneatur, *dict. qu.* 185. *ar.* 2. Adducens illud, D. *Auguſt. epiſt.* 81. *ad eudium.* Si qua opera veſtra mater Eccleſia deſideraverit, nec elatione auida ſuſcipiatis, nec blandiente laſciuia reſpuatis.

19 Vtrum perfecta dilectio in hac vita poſſit haberi? Reſpondendum eſt cum diſtinctione, ſecundum triplicem perfectionem; quarum vna eſt abſoluta, quæ attenditur ſecundum totalitatem, tam ex parte diligentis, quam ex parte diligibilis, prout ſcilicet Deus tantum diligatur, quantum diligibilis eſt. Et talis perfectio non eſt poſſibilis alicui creaturæ, ſed competit ſoli Deo, in quo bonum integraliter, & eſſentialiter inuenitur. Alia, quæ attenditur ſecundum totalitatem abſolutam ex parte diligentis, prout ſcilicet affectus ſecundum ſuum totum poſſe ſemper actualiter tendat in Deum, & talis perfectio non eſt poſſibilis in via, ſed ſolum in Patria. Tertia, quæ neque attenditur ſecundum totalitatem ex parte diligibilis, neque ſecundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc, quod ſemper feratur in Deum, ſed quantum ad hoc, quod excludantur ea, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, quia perfectio charitatis nulla cupiditas, *D. Auguſt. in lib. qu.* 83. *qu.* 36. & talis perfectio poteſt haberi in hac vita; & quidem dupliciter, vno modo in quantum ab hominis affectu excluditur omne id, quod contrariatur charitati, ſicuti eſt peccatum mortale; ſine qua perfectione charitas eſſe non poteſt, & per conſequens eſt de neceſſitate ſalutis. Alio modo in quantum ab affectu hominis excluditur non ſolum id, quod eſt charitati contrarium, ſed etiam omne, quod impedit, ne affectus mentis totaliter feratur in Deum; ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt, ſcilicet in incipientibus, & proficientibus. D. *Thom.* 2. 2. *q.*

20 184. *ar.* 2. *c.* Actus verò perfectiſsimus dilectionis eſt martyrium, de quo diximus ſupra, *cap.* 13 quia maiorem charitatem nemo habet, quam, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Ioan.* 15. 13.

21 Sicut autem ſtatus præſentis vitæ non patitur, vt homo ſemper actu feratur in Deum, ita etiam nō patitur, quod ſemper feratur in omnes proximos ſingillatim. Et per conſequens ſufficit, vt feratur communiter in omnes in vniuerſali, vel in ſingulos habitualiter, & ſecundum animi

22 præparationem. Et circa hanc proximi dilectionem poteſt etiam attendi duplex perfectio, ſicuti circa dilectionem Dei, Vna quidem, ſine qua charitas eſſe non poteſt, vt ſcilicet homo nihil actu habeat affectu, quod dilectioni proximi ſit contrarium. Alia verò, ſine qua charitas inueniri poteſt, quæ attenditur tripliciter. Primo ſecundum extenſionem dilectionis, vt ſcilicet aliquis non ſolum diligat amicos, & notos, ſed etiam extraneos, & inimicos, quod eſt proprium filiorum Dei. *D. Auguſtin. in Enchir. cap.* 37. ſecundo iuxta intentionem, quæ oſtenditur ex his, quæ homo contemnit propter proximum, vt ſcilicet homo intuitu proximi non ſolum exteriora bona contemnat, ſed etiam afflictio-

ſlictiones corporales, & ipſam mortem.
Er tertio quantum ad effectum dilectio-
nis, vt ſeilicet homo pro proximis impen-
dat non ſolum beneficia temporalia, ſed
etiam ſpiritualia, & ſe ipſum. 2. *Cor.* 12.
D.*Thom.2.2. qu.184.art.2.ad 3.*
Inter viras actiuam, & contemplatiuam
23 quænam ſit perfectior, deſumendum eſt
ex fine vtriuſque, nam finis actiuæ vitæ
eſt exterior operatio; finis autem contem-
platiuæ conſideratio veritatis, chatitatem
Dei, & proximi tota mente retinere, ſoli
deſiderio conditoris inhærere, & calcatis
omnibus curis ad videndam faciem Crea-
toris inardeſcere. *D.Gregor. homil.* 14. *in*
Ezech. vnde virtutes morales, quæ per-
24 tinent eſſentialiter ad vitam actiuam, D.
*Thom.*2.2. *qu.* 181. *art.*1. *c.* non pertinent
ad contemplatiuam niſi diſpoſitiue, in
quantum cauſant pacem, & munditiam.
D.*Thom.* 2.2. *qu.* 180.*art.2.c.& ad* 2. Pro-
pterea cum vita actiua ſit diſpoſitio ad cō-
templatiuam. *D.Thom.d.qu.*181.*art.*1. *ad*
3. Per conſequens vita contemplatiua eſt
ſimpliciter perfectior actiua, D. *Thom.*2.2.
25 *qu.*182. *art.*1.*c.* Quandoque tamen magis
eligenda eſt actiua, vel propter neceſſita-
tem præſentis vitæ. D. *Thom. loc. cit.* quia
licet philoſophari melius ſit, quam ditari,
hoc tamen eſt melius neceſſitatem patien-
ti, *Ariſt.* 3. *topic. cap.* 9. De quo videatur
*Marul.lib.*3. *cap.* 9. vbi referr de quodam
hoſpite in Scythiotico cænobio, qui cum
monachos manibus laborantes vidiſſet,
eam ſolicitudinem, quaſi ſuperfluam ca-
uillatus, optimam partem dixit elegiſſe
Mariam, quæ ſedens ſecus pedes Domini,
verbum illius audiebat. Propterea ad cæ-
nam non vocato, & querenti, cur ita ſe
prætermiſiſſent, Abbas reſpondit, ratos
fuiſſe, ipſi, qui ſe totum ſpiritualem pro-
fiteretur, cibo potuque minime opus eſſe.
Vel propter animarum ſalutem: prout de
ſanctis Monachis Aphraate, & Iuliano re-
fert *Niceph. lib.* 11. *cap.* 25. Qui cum in
perſecutione Valentis fidē periclitari vi-
derent, quieto vitæ inſtituto gregis Chri-
ſti ſalutem prætulerunt, & monaſticum
relinquentes tuguriolum, ouilis eiuſdem
Chriſti curam geſſerunt, & multo affluen-
tes ſudore, lupos vndique ab eo repule-
runt. Et quidem cum Aphraati Valens ali-
quando obijceret, eum, qui leges ſeque-
retur Monachorum, domi manere, ibique
quiete conſidentem pro Imperio precari
oportere: Recte quidem, ò Imperator
reſpondit, dicis me id facere debere. fa-
cturuſque id adeo conſtanter fueram, ſi
pax Chriſti ouibus eſſet, ſed cum multa
quædam inſaniæ caligo loca omnia occu-
parit, & maximus inſuper ſubrepat timor,
ne, plurimo imminente periculo, à feris
oues dilanientur, neceſſitas mihi quoque
incumbit, vt vigilem, omnemque funem
moueam, ne quod grex Chriſti capiat de-
trimentum.

De ambabus hiſce vitis videatur D.
*Auguſt. de Ciu. Dei lib.*19. *cap.*19. vbi, Ex
tribus, *inquit*, vitæ generibus, otioſo,
actuoſo, & ex vtroque compoſito, quam-
uis, ſalua fide, quiſque poſſit in quolibet
eorum vitam ducere, & ad ſempiterna
præmia peruenire, intereſt tamen quid
amore teneat veritatis, quid officio cha-
ritatis impendat. Nec ſic quiſque debet
eſſe otioſus, vt in eodē otio vtilitatem non
cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt con-
templationem non requirat Dei. In otio
non iners vacatio delectare debet, ſed aut
inquiſitio, aut intentio veritatis, vt in ea
quiſque proficiat, & quod inuenerit, te-
neat, & alteri non inuideat. In actione
vero non amandus eſt honor in hac vita,
ſiue potentia, quoniam omnia vana ſub
Sole, ſed opus ipſum, quod per eumdem
honorem, vel potentiam fit, ſi recte atque
vtiliter fit, ideſt vt valeat ad eam ſalutem
ſubditorum, quæ ſecundum Deum eſt.
& infra. Quamobrem otium ſanctum quę-
rit charitas veritatis, negotium iuſtum ſu-
ſcipit neceſſitas charitatis. Quam ſarci-
nam ſi nullus imponit, percipiendæ, at-
que intuendæ vacandum eſt veritati, ſi au-
tem imponitur, ſuſcipienda eſt propter
charitatis neceſſitatem, ſed nec omnimo-
da veritatis delectatio deſerenda eſt, ne
ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimat iſta
neceſſitas.

S V M M A R I V M.

*Auaritia, liberalitas, & prodigalitas ſunt ve-
luti elementa ſimbola, num.* 16.

*Auaritia eſt maius peccatum prodigalitate,
num.*25.

*Auaro diuitia conferunt ad infelicitatem, nu-
mer.*23.

*Bona temporalia de ſe conſiderata non ſunt ma-
la, num.* 2. *ſed ſunt mala occaſionaliter tan-
tum, num.*3. *&* 4.

*Diuitiarum profuſio eſt effectus prodigalitatis
num.* 6.

Eccle-

Eccleſiæ facultates qualiter conſeruari poſſunt, & augeri, num. 15.

Facultatum abrenunciatio eſt principaliter inſtrumentum perfectionis, nu. 1. & 5.

Facultatum abrenunciatio non qualibet eſt euangelica nu. 26.

Facultatum bona diſpenſatio pertinet ad charitatem, & liberalitatem, num. 6.

Facultates plures contempſerunt, num. 7. etiam heretici nu. 8.

Facultatum cumulatio, & cuſtodia an ſemper mala, 13 & 26.

Facultatum abrenunciatio vt ſit bona, quæ requirantur, nu. 9.

Facultatum ceſſiones ad fauorem parentum an ſemper euangelica, nu. 10.

Liberalitas, & auaritia, quomodo conueniant n. 18. quomodo differant, nu. 21.

Liberalis vtitur diuitijs ad felicitatem numer. 22.

Opes, & diuitias effundi non vult Dominus, ſed prudenter diſpenſari nu. 6.

Perfectio ex abrenunciatione facultatum quomodo acquiratur, nu. 12.

Perfectus eſt, qui implet omne mandatum, num. 11.

Prodigalitas, & liberalitas quomodo conueniant, nu. 17. quomodo differant, nu. 20.

Prodigalitas, & auaritia quomodo conueniant, num. 19. quomodo differant nu. 24.

Virtuoſus debet, non ſolum vti conuenienter inſtrumentis ad virtutem, ſed etiam præparare, & conſeruare, nu. 14.

CAPVT XVIII.

De Diuitijs, & earum contemptu.

1 CVm perfectiſſimum acquirendæ perfectionis inſtrumentum, diuitiarum, & facultatum abrenunciationem, dixerit Chriſtus Dominus, *Matth.* 10. 19. *Luca* 14. *& alibi*. Videndum eſt, vtrum omnis facultatum, & diuitiarum abrenunciatio, & profuſio ſemper dicat perfectionem, ſeu actum tendendi ad perfectionem; è contra vtrum diuitiarum, ſeu pecuniarum cumulatio, & cuſtodia ſemper importet imperfectionem, pro quo.

2 Notandum eſt, bona temporalia, in quibus conſiſtunt facultates, & diuitiæ, ſecundũ ſe conſiderata non eſſe mala, ſed ſimpliciter, & abſolute bona; vtpote à Deo creata. Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona *Gen.* 1.

3 31. Sed eſſe mala tantum occaſionaliter, eo quia nata ſunt, perfectam charitatem impedire, principaliter alliciendo animum, & diſtrahendo. Vnde dicitur *Matth.* 13. quod ſollicitudo ſæculi & fallacia diuitiarum ſuffocant verbum Dei, quia, vt inquit D. *Gregor. homil.* 15. *in euang.* dum bonum deſiderium ad cor intrare non ſinunt, quaſi aditum flatus vi-

4 talis vetant. Et ideo difficile eſt, charitatem inter diuitias conſeruare *D. Thom.* 2. 2. *q.* 126. *art.* 3. *ad* 4. Dicente Domino, *Matth.* 19. diuitem difficile intrare in Regnum Cœlorum. Quod tamen non eſſe intelligendum de eo, qui actũ diuitias habet, ſed de eo, qui affectum in diuitijs ponit, explicat D. *Chriſoſt. homil.* 64. *in Matth.* contra diuinum præceptum, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. *Pſal.* 61. 10. Ac proinde concludendum eſt, Bona temporalia eſſe quidem occaſionaliter mala, in quantum impediunt ab amore, & timore Dei, Et è contra eſſe nõ ſolũ eſſentialiter, ſed etiã occaſionaliter bona, quatenus inſtrumẽtaliter nos iuuant ad bona opera, & ad ea, quæ ſunt diuini amoris, & timoris *D. Tho.* 2. 2. *qu.* 126. *art.* 1. *ad* 3. quibus poſitis:

5 Quod attinet ad contemptum diuitiarum, licet priuatio facultatum omnium ſit perfectionis inſtrumentum, in quantum per remotionem diuitiarum tolluntur quædam charitatis impedimenta, quæ ſunt præcipue tria, nempe ſollicitudo, quam ſecum afferunt diuitiæ, dicente Domino, *Matth.* 14. quod ſeminatum eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum Dei audit, ſed ſollicitudo ſæculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum; Diuitiarum amor, qui ex diuitijs poſſeſſis augetur. Et inanis gloria, vel elatio, quæ eſt diuitijs naſcitur; ſecundum illud, *Pſal.* 48. 7. qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 188. *ar.* 7. c.

Nihilominus nolle Dominum, à no-
6 bis opes effundi, ſed prudenter diſpenſari, notat D. *Ambroſ. lib.* 1. *de offic. cap.* 30, quia profuſio eſt effectus prodigalitatis, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 119. *ar.* 1. quæ eſt peccatum, *d. q.* 119. *ar.* 2. Et bona diſpenſatio pertinet ad charitatem, & liberalitatem. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 117. *ar.* 2. *ad* 3. quæ eſt virtus, *d. quæſt.* 117. *ar.* 2. & pars Iuſtitiæ, *d. q.* 117. *ar.* 5.

In cuius rei confirmationem legitur de

Crato Philoſopho, dum Epheſi contemnendarum opum ederet ſpectaculum, gemmas immodicæ exiſtimationis contundentem, à Ioanne Apoſtolo reprehenſum fuiſſe. Quia ſi pietati magis, quàm gloriæ ſtuduiſſet, nunquam illas profectò contriuiſſet, ſed potius venditarum pretio indigentibus ſuccurriſſet. Quam quidem ſententiam amplexus fuiti Etenim lapillis ab Apoſtolo priſtinæ integritati reſtitutis, miraculo ad fidem conuerſus, quod ad ſuam ipſe iactantiam inſtituerat, ad proximorum vertit vſum, iam ſatis edoctus, ſapientiam huius mundi ſtultitiam eſſe apud Deum, *Marul. lib. 1. cap. 2.*

7 Plures item ex antiquis Philoſophis, & alij diuitias contempſerunt, quorum tamen contemptus virtuti non adſcribitur. Sicuti de Diogene notat *Laert. lib. 6. de vita Phyloſoph.* Et de Crate Thebano ſcribit *D. Hieron.* cum ad ſtudia litteratum properaret, ſummum auri pondus, quod ex diuendito patrimonio collegerat, in mari proieciſſe. Aeſchinem item, Timarchum declarare volentem, omne patrimonium effudiſſe, nec, matre rogante, ne fundum quendã alienaret, vt ſi nihil aliud inde commodi caperet, ſaltem haberet vbi mortua condi, ac ſepeliri poſſet, ne ipſi quidem prædio pepercitſſe, tradit *Victor. lib. 14. variar. lect. cap. 21.* P. Scipio Numantinus integram fabio fratri hęreditatem conceſſit, teſte *Plaut. in Paul.* Democritus item Abderitas fratribus ſuis paternam hæreditatem conceſſit (quæ quidem ampliſſima fuit, quandoquidem pater eius Xerſis exercitui epulum dare potuit) ipſe paucis aſſumptis pecunijs, quantum pro viatico ſatis fore videbatur, Phyloſophiæ ſtudio peregrinatum abijt, *Gell. lib. 2. cap. 1.* Cleantes Aſſius collectam pecuniolam proiecit coram familiaribus, dicens, Cleantes alterum Cleantem alere poſſe, ſi vellet, *Laert. lib. 7. cap. 2.* & apud *Horat. lib. 2. Satir. 3.* Ariſtippus Socraticus ſeruos aurum proicere in media iuſſit Lisbia, quia tardius ibant, propter onus ſegnes. Quod ipſum de illo retulit etiam *Laert.* auctorem ſecutus *Bionem*, qui non aurum fuiſſe, ſed argentum, & pecuniam, neque iuſſiſſe, vt omne onus obijcerent, ſed quantum ferre poſſent, gererent, atque in itinere id contigiſſe, *Victorius lib. 8. var. lect. cap. 18.*

8 Hæreticos etiam nonnullos mirum in modum diuitias contempſiſſe, hiſtoriarum monumenta tradiderunt, ſicuti de his, qui pauperes de Lugduno dicti ſunt, & de alijs, qui Valdenſes appellabantur, ſcribit *Prateol. lib. 14. tit. 13. ver. pauperes de Lugdeno, & lib. 20. tit. 12. verb. Valdenſes*, qui originem, nomenque traxerunt, teſte *Aenea Silu. in lib. de orig. Boem. cap. 35.* à quodam Vualdo, qui cum diues admodum eſſet, opibus relictis, pauperibuſque diſtributis, paupertatem Euangelicam ſe ſeruaturum prætendens, impios errores ſub hoc velamine adumbrans, plurimos decipiebat. A qua fraude non diſtabant qui Fraticelli, ſeu fratres de paupere vita dicti ſunt, qui omnes ſub extrema paupertate, & diuitiarum deſpectu, impia dogmata diſſeminarunt.

9 Propterea ad hoc, vt diuitiarum, & facultatum contemptus habeatur in conſideratione in materia noſtra, duo copulatiuè requiruntur, vt videlicet facultates, & diuitiæ diſtribuantur pauperibus, & qui illas ita diſtribuit, Dominum ſequatur, vt patet ex textu *Matth. 19. & Mar. 10.*, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me, vbi *Hieron.* Multi diuitias relinquentes, Dominum non ſequuntur, nec hoc ad perfectionem ſufficit, niſi poſt contemptas diuitias, ſaluatorem ſequantur, hoc eſt, relictis malis, faciant bona. Facilius enim ſacculus contemnitur, quam voluntas; & ideo ſequitur. Et veni, ſequere me, ſequitur enim Dominum, qui imitator eſt eius, & per veſtigia illius graditur. Et *Gennad. de Eccleſ. dogma.* Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare; melius eſt, pro intentione ſequendi Dominum, omnia inſimul donare, & abſolutum ſollicitudine egere cum Chriſto. Ex

10 quibus patet, non omnes bonorum ceſſiones, (quæ ab ingredientibus Religionem fiunt fauore parentum, licet habeant rationem virtutis in hoc, quod ſe eximant à mundana ſollicitudine, quæ Dei amorem impedit, *D. Thomas 2. 2. quaeſt. 126. ar. 3. ad 4.*) poſſe dici Euangelicas, quia non dantur bona pauperibus, ſed cedunt in fauorem attinentium, qui quandoque profeſſionem regularem fratris, vel coniuncti alterius efflagitant, vt ipſi illius facultatibus ditentur.

11 Quærit *Origenes* ſuper citato textu *Matth. 19.* ſi omne mandatum in hoc verbo

bo

bo impletur. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, & perfectus eſt, qui impleuerit omne mandatum, quomodo Dominus adoleſcenti dicenti. Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea, quaſi nondum perfectò dicit. Si vis perfectus eſſe, vade, vende &c. Et reſpondet, Chriſtum Dominum voluiſſe illum arguere, quod non obſeruaſſet mandatum, diliges proximum tuum ſicut te ipſum, cum multi fratres ſui, filij Abrahæ amici eſſent ſtercore, morientes præ fame, & eius domus plena eſſet multis bonis, & non egrederetur omninò extra eam aliquid ad eos. Ex quo patet, quod vera dilectio proximi conſiſtit in erogatione eleæmoſynarum, & ſubleuando eius miſerias ſecundum doctrinam Chriſti Domini.

12 Subdit ibidem *Origenes* ſi perfectus eſt, qui habet omnes virtutes, quomodo ſit perfectus, qui vendit omnia ſua, & pauperibus dat? Ponamus enim aliquem hoc feciſſe, quomodo ſtatim erit ſine ira, ſine concupiſcentia, ſuſcipiens omnes virtutes, & deponens malitiam vniuerſam? Sapienti ergo videbitur forſan dicere, quoniam qui pauperibus tradit bona ſua, ipſorum orationibus adiuuatur, accipiens ad ſuam ſpiritualem inopiam illorum ſpiritualem abundantiam, & ſit hoc modo perfectus, quamuis aliquas humanas habuerit paſſiones. Aut ita iſte, qui mutauit pro diuitijs paupertatem, vt fiat perfectus, credens ſermonibus Chriſti, adiuuabitur, vt ſapiens fiat, iuſtus, & caſtus, & abſque omni paſſione; non tamen ſic, vt in ipſo tempore, quo tradiderit bona ſua pauperibus, fiat omnino perfectus, ſed ex illo die incipiet ſpeculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. Hæc Origenes, quæ in materia noſtra videntur multum conſideranda.

13 Circa ſecundam quæſiti partem, vtrum diuitiarum, ſeu facultatum cumulatio quælibet, & cuſtodia, ſemper importet imperfectionem; notanda eſt doctrina D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 119. *ar.* 1. vbi, in moralibus, *inquit*, attenditur oppoſitio vitiorum ad inuicem, & ad virtutem ſecundum ſuperabundantiam, & defectum. Quapropter auaritia, & prodigalitas differunt ſecundum ſuperabundantiam, & defectum, ſed diuerſimodè; nam in affectione diuitiarum auarus ſuperabundat, plus debito eas diligens, prodigus autem deficit, minus debito earum ſollicitudinem gerens. Circa exteriora verò ad prodigalitatem pertinet, excedere quidem in dando, deficere autem in retinendo, & acquirendo. Ad auaritiam autem pertinet è contrario deficere quidem in dando ſuperabundare autem accipiendo, & retinendo. Et *in reſponſione ad primum*, liberalitatem ponit mediam inter auaritiam, & prodigalitatem.

De qua quidem liberalitate, 2. 2. *quæſt.* 117. *ar.* 3. *ad* 2. dicit, quod ad virtuoſum

14 pertinet, non ſolum conuenienter vti ſua materia, vel inſtrumento, ſed etiam præparare opportunitates, ad bene vtendum. Sicut ad fortitudinem militis pertinet non ſolum exercere gladium in hoſtes, ſed etiam exacuere gladium, & in vagina conſeruare; Sic etiam ad liberalitatem pertinet non ſolum vti pecunia, ſed etiam eam præparare, & ad idoneum vſum conſeruare. Quod ad propoſitum repetit 2. 2. *quæſt.* 185. *ar.* 7. *ad* 4. vbi licet bo-

15 na Eccleſiarum vſibus pauperum deſeruire debeant, ſi quis tamen, neceſſitate non imminente prouidendi pauperibus, de his, quæ ſuperfluunt ex prouentibus Eccleſiæ poſſeſſiones amat, vel in theſauro reponat in futurum vtilitati Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum, laudabiliter facit. Inter quos pauperes etiam proximos ſanguinis Eccleſiaſticorum enumerat *D. Ambroſ. lib.* 1. *de offic. cap.* 30. ideſt vt non indigeant], non autem vt diriores fiant. Quod tamen reſtringit etiam ad id, quod ad vſum ipſorum Eccleſiaſticorum eſt deputatum D. *Thom. d. quæſt.* 185. *d. ar.* 7. *ad* 1.

16 Colligitur ex hac doctrina D. Thomæ, huiuſmodi habitus, liberalitatis, auaritiæ, & prodigalitatis, eſſe veluti elementa ſimbola, quæ in vna qualitate conueniunt & in alia diſſentiunt. Etenim liberalitas,

17 & prodigalitas in dando conueniunt; itaut quandoque plus det liberalis, quam prodigus, *idem D. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 119. *ar.*

18 2. *ad* 3. liberalitas, & auaritia conueniunt in cuſtodiendo, quia pertinet ad liberalem, pecuniam præparare, & ad idoneum vſum cuſtodire, 2. 2. *quæſt.* 117. *ar.* 3. *ad* 2. Sic Licurgus legislator Spartanorum percunctanti; cur inſtituiſſet, vt minutis, ac vilibus rebus ſacrificaretur? ne vnquam, reſpondit, deficiat nos, quo numen honoremus. Prodigalitas, & auaritia conueniunt in dando, quia auarus in contractibus illicitis plura dat, ſed

19 vt maiora accipiat; In quo conſiſtit vſu-
ra, quam latronem legalem vocat *Caballin, de vſur. in princ. ſub nu.* 2.

20 Diſconueniunt autem in hoc, ſcilicet,
liberalitas à prodigalitate, quia ad liberalitatẽ pertinet, vt homo ſe rectè habeat ad dationes, quibus oportet, & quãdo oportet, prodigus vero ſuperabũdat in dãdo, quibus nõ oportet, & quando nõ oportet, in rebus voluptuoſis, & ſordidis, 2. 2. *q.* 119. *art.*
21 1. *ad* 3. liberalitas ab auaritia, quia liberalitas eſt principium dationis, & miſſionis, *quaſt.* 117. *art.* 2. *c. & ad* 1. docetque liberalem, vt non ſit promptus ad recipiendum, & multo minus ad petendum. Vnde verſus.

Si quis in hoc mundo vult multis gratus haberi
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Eumque ordinat ad dandum ſecundum conuenientiam liberalitatis, ſcilicet fructus propriarum poſſeſſionum, quos ſollicite procurat, vt eis liberaliter vtatur. *D.*
22 *Thom.* 2. 2. *q.* 117. *art.* 4. *ad* 3. Et diuitiæ liberali ad fælicitatem organice deſeruiunt. *Ariſt.* 1. *ethic. cap.* 8. *&* D. *Thom. d. qu.* 117. *ar.* 1. *ad* 2. Auaritia verò ſupra debitum modum vult acquirere, & retinere, 2. 2. *q.* 118. *ar.* 1. *c.* Eſt enim auaritia ſuperfluus amor habendi diuitias in duobus excedens. Primò ſcilicet, quia ſuperabundat in retinendo, & ex hoc oritur obduratio contra miſericordiam, quia cor auari miſericordia non emollitur, vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris. Et ſecundo quia ſuperabundat in excipiendo.
23 Auarus enim non implebitur diuitijs, *Eccleſ.* 5. Et auaro diuitiæ conferunt ad infelicitatem, quia fructum non capiet ex eis. *Eccleſ.* 5. 9. *&* 6. 2. ibi, Vir, cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eis, ſed homo extraneus vo-
24 rabit illud. Auaritia verò, & prodigalitas differunt ſecundum ſuperabundantiã, & defectum, quia in affectione diuitiarum auarus ſuperabundat, plus debito eas diligens, prodigus autem deficit, minus debito earum ſollicitudinem gerens. Et circa exteriora ad prodigalitatem pertinet excedere quidem in dando, & deficere in acquirendo, ad auaritiam vero è contrario deficere quidem in dando, & ſuperabundare in accipiendo, & retinendo. D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 119. *ar.* 1. *c. & art.* 3. *c.* vbi comparans prodigalitatem cum auaritia, hanc dicit maius eſſe peccatum triplici ra-
25 tione. Primo quia magis differt à virtute oppoſita, cum ad liberalitatem magis pertineat dare, in quo ſuperabundat prodigus, quam accipere, vel retinere, in quo ſuperabundat auarus. Secundo quia prodigus eſt multis vtilis, ſcilicet quibus dat, auarus autem nulli, ſed nec ſibi ipſi, vt dicitur 4. *ethic. cap.* 1. Tertio quia prodigalitas eſt facile ſanabilis, & per hoc, quod quis declinat ad ætatem ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per hoc quod de facili ad egeſtatem peruenit, dum multa inutiliter conſumit, & ſic pauper factus non poterit in dando ſuperabundare; & etiam quia de facili perducitur ad virtutem, propter ſimilitudinem, quam habet ad ipſam, ſed auarus ita de facili ſanari non poteſt, *qu.* 118. *ar.* 5. *ad* 3.

26 Igitur ex dictis patet non omnem abrenunciationem, & contemptum diuitiarum, & facultatum, poſſe dici euangelicam, ſed eam tantum, qua diuitiæ diſtribuuntur pauperibus, ad finem ſequendi Chriſtum Dominum. Et è contra non omnem diuitiarum cuſtodiam eſſe malam, ſed ad virtutem ſpectare, quando conſeruantur, & augentur pecuniæ, & diuitiæ, ad finem, & effectum, illas conuertendi in aliquod bonum opus, quod ſecundum virtutem ad Dei gloriam conducat.

SVMMARIVM.

Amor eſt motus in amatum, num. 2.
Zelans qualiter ex zelo moueri poſſit, num 4.
Zeli laus, & dignitas, num. 10.
Zelus eſt effectus amoris, num. 1.
Zelus idem importat, quod æmulatio, num. 3.
Zelus diuiditur in bonum, & malum, & malus qualis, num. 5.
Zelus bonus qualiter definiatur, num. 6.
Zelus à charitate, & religione procedit, nu. 7.
Zelus quid importet, num. 7.
Zelus Dei à zelo maritali translatus, num. 8.
Zelus concupiſcentia, & zelus amicitia, num. 9.
Zelus Deo gratus, num. 11.
Zelus eſt donum peculiare Dei, num. 12.
Zelus cum animi feruore coniungitur, num. 13.
Zelus animi dolorem ingerit, num. 14.
Zelus cordis fortitudinem generat, num. 15.
Zelus proprius Prælatorum, num. 16.
Zelus diſcretionem requirit, num. 17.

CAPVT

CAPVT XIX.

De Zelo.

1. SVpereſt, vt pro complemento huius
ſecundæ partis diſcurramus de zelo,
quem inter effectus amoris enumerat D.
Thom. 1.2. *quæſt.* 28. *art.* 4. & ab intenſio-
ne amoris prouenire contendit, ex eo,
quia quanto aliqua virtus intenſius inten-
dit in aliquid, fortius repellit omne
contrarium; vel repugnans. Hinc cum
2 amor ſit quidam motus in amatum, *D.*
Aug. lib. 83. *quæſt.* 35. *&* 36. intenſus
amor quærit, excludere omne id, quod ſibi
repugnat.

3 Quod ad nomen attinet, idem eſt zelus, quod æmulatio, vt conſtat ex illo, Dominus zelotes nomen eius, Deus eſt æmulator, *Exod.* 34. & Paulus Apoſtolus, abundantius, *inquit*, æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum, ad *Galat. cap.* 1. 14.

4 Cùm autem qui zelat, aut æmulatur,
ex alicuius amore feruens, & vehementer
accenſus, commoueri poſſit, ira, deſide-
5 rio, vel inuidia, hinc diuiditur zelus in
bonum, & malum. Malus eſt, qui liuo-
rem, inuidiam, vel cæcum quendam im-
petum, & furorem ſignificat, prout ha-
betur, *Act.* 5. 17. vbi, Exurgens Princeps
ſacerdotum, & qui cum illo erant, reple-
ti ſunt zelo, & iniecerunt manus in Apo-
ſtolos, & *Rom.* 10. 2. Teſtimonium perhi-
beo illis, quod æmulationem Dei habent,
ſed non ſecundum ſcientiam, & alibi, Cum
ſit inter vos zelus, & contentio, nonne
carnales eſtis, 2. *Cor.* 3. 3.

6 Bonus zelus definitur, ex *Auguſt. à Faſch. de viſit. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 2. Animi feruor, quo mens, abiecto humano timore, pro virtutis defenſione accenditur, & comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit, corrigere ſatagit, ſi nequit, tollerat, & gemit, quando dolet de Dei contumelia, cum homines honorem Dei minuunt, & ſpernunt, iuxta illud, Super inimicos tuos tabeſcebam, *Pſal.* 138. & zelus domus tuæ comedit me, *Pſal.* 68. & zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini Iſrael, deſtruxerunt Altaria, Prophetaſque occiderunt, 3. *Reg.* 19.

7 Zelus igitur bonus eſt virtus à charitate, & Religione in Deū procedēs, & importat, primo laudabile ſtudium, quo accendimur ad virtutes alicuius imitandas, vel etiam ſuperandas, ſine vllo tamen ipſius odio, Quo ſenſu Apoſtolus inquit, Quoniam & Acaia parata eſt ab anno præterito, ad erogandam eleemoſynam, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos, 2. *Cor.* 9. 2. Et bonum æmulamini in bono ſemper *Gal.* 4. 18. Secundo ſignificat æſtum cordis, ex indignatione conceptum de ijs, quæ indigne fiunt, vel aduerſus Deum ipſum, vel aduerſus homines, quos diligimus, qualis fuit zelus Chriſti Domini, quando eiecit è templo vendentes, & ementes. *Ioann.* 2. 15. vbi ſubdit textus, Recordati ſunt vero diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt, zelus domus tuæ comedit me. Et Pauli, dicentis, triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo, optabam enim ego ipſe eſſe anathema pro fratribus meis *Rom.* 9. 2.

8 Quem quidem zelum, à zelo maritali translatum credit D. Auguſtinus, dum, *lib.* 2. *q. in exod.* hæc habet, Quod Deus dicitur zelator, hoc verbo indicat, non impune plebem ſuam, per alienos Deos fornicaturam. Ductum eſt enim verbum à tropo metaphoræ à zelo maritali, qui caſtitatem cuſtodit vxoris, quod nobis prodeſt, non Deo, & *lib.* 83. *qu.* Quia coniugis caſtitatem zelando viri cuſtodire conſueuerunt, illam Dei prouidentiam, per quam præcipitur, atque agitur, nè anima corrumpatur, & Deos alienos ſequens, quodammodo meretricetur, zelum Dei appellauerunt.

9 Verum D. *Thom. loc. cit.* aliter inquit contingere in amore concupiſcentiæ, & aliter in amore amicitiæ. Nam in amore concupiſcentiæ, qui intenſe aliquid concupiſcit, mouetur contra omne illud, quod repugnat conſecutioni, vel fruitioni quietæ eius, quod amatur, & hoc modo viri dicuntur zelare vxores, ne per conſortium aliorum impediatur ſingularitas, quam in vxore quærunt. Similiter etiam qui quærunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere videntur, & quaſi impedientes eorum excellentiam, qui eſt zelus inuidiæ, de quo dicitur, Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *Pſal.* 36. 1. Amor autem amicitiæ quærit bonum amici, vnde quando eſt intenſus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono

amici

amici, & ſecundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando, ſi aliqua dicuntur, vel fiunt contra bonum amici, homo repellere ſtudet. Et per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ ſunt contra honorem, vel voluntatem Dei, repellere ſecundum poſſe conatur, vt ſupra dictum eſt.

10 Huius zeli laus, & dignitas commendatur à *D.Gregor.hom.*12.*in Ezechiel.* vbi, nullum, *inquit*, omnipotenti Deo tale eſt ſacrificium, quale eſt zelus animarum. Et à D. *Ambroſ. in Pſal.* 118. *ſerm.* 18. dicente, Angeli quoque ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogatiuam, niſi eam zeli ardore ſuſtentent. Et ſuper illa verba ad Angelum laodiciæ; Scio opera tua, quia, neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo; quia dicis, quod Diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, ſuadeo tibi, emere à me aurum ignitum probatum, *Apocal.*3.15. Hic, *inquit*, eſt Dei zelus, hic eſt fidei vapor, deuotionis feruor, qui nos velut ſuauem cibum in Chriſto remollit, & format. *Et paulo poſt*, Quid miremur, ſi Angeli cum habent, ipſe Deus pater ait, Zelans zelabo Ieruſalem zelo magno; quia Deus magnus, ita & zelus magnus eſt, & pro vniuſcuiuſque potentiæ qualitate, ita & zelus, aut mediocris, aut magnus eſt, zelo vindicatur Ieruſalem, zelo Eccleſia congregatur, zelo fides acquiritur, zelo pudicitia poſſidetur.

11 Et quam gratus ſit Deo, conſtat *num.* 25. 6. vbi Dominus ad Moyſen. Phinees filius Elazari, filij Aaron Sacerdotis, auertit iram meam à filijs Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo, Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Huiuſque virtutis beneficio Gentilium factam fuiſſe conuerſionem in toto terrarum orbe, notauit *D. Ambroſ. in Pſal.* 118. *ſerm.* 18. dicens, Zelo fidei populus Gentilium vitã ſibi acquiſiuit æternam, quam negligentia, atque deſidia, Iudeorum populus amiſit. Ideoque ſcriptum eſt, zelus apprehendet populum ineruditum; quoniam populus, qui erat eruditus in lege, nullum fidei habebat ardorem; contulit ſe zelus ad gentes, cuius tanta eſt gratia, vt electionis prærogatiuam vicerit, & eruditionis induſtriam ſuperarit.

12 Eſt autem zelus donum peculiare Dei, vt conſtat ex ſacris paginis. Ponam zelum meum in te, *Ezechiel.* 23. 25. & iterum, Auferetur zelus meus à te, *ibidem* 16. 42. *& D. Bern. ſerm.* 49. ſuper illa verba, Introduxit me Rex in cellam vinariam, *Cant.* 2. 4. Cum duo ſint, *inquit*, beatæ contemplationis exceſſus, in intellectu vnus, & alter in affectu, vnus in lumine, & alter in feruore, vnus in agnitione, alter in deuotione, pius ſane affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ deuotionis infuſio, etiam, & vehementi Spiritus repletus zelo, non plenæ aliunde, quam e cella vinaria reportantur, & cuicumque cum horum copia ſurgere ab oratione donatur, poteſt in veritate loqui, introduxit me Rex in cellam vinariam.

13 Et cum animi feruore coniungitur, quapropter ſæpe in ſcripturis zelo verbum ignis adiungitur. Sic Dauid Deum alloquens, Vſque quo, *inquit*, accendetur velut ignis zelus tuus, *Pſal.*78.5. Quoniam in igne zeli mei loquutus ſum de reliquis gentibus, *Ezech.* 36. 5. In igne zeli eius deuorabitur, *Sophon.* 1. 18. *Et D. Gregor. lib.* 1. *homil.* 12. ſuper illa verba. Et tu ſume ſartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te, & Ciuitatem. Quam bene, *inquit*, Paulus ſartaginem ferream ſumpſerat, cum zelo animarum cruciatus dicebat, Quis infirmatur, & ego non infirmor quis ſcandalizatur, & ego non vror? Ipſum ſuum cor, quod animarum zelo ſuccenderat, quid aliud, quam ſartaginem fecerat, in qua virtutum amore contra vitia ardebat, quia incendebatur amaritudine, ſed vir-
14 tutum alimenta præparabat ex ſua aſſicta cogitatione.

Ingentemque animi dolorem ingerit, iuxta illud, Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei, *Pſal.* 118. 139. Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo, optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. *Rom.* 9. 2. Et ipſe Chriſtus Dominus, videns Ciuitatem Hieruſalem, flenit ſuper illam, *Luc.* 19. 41. ſcilicet, tum

propter

propter mala culpæ, quæ ibi multiplicata fuerant, tum propter mala pœnæ, quæ futura imminebant. *Nicol. de lira.*

15 Et magnam cordis fortitudinem generat. Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, *Cant.* 8. 6. ſuper quo *D. Ambroſius, ſerm.* 18. *in Pſal.* 118. Durus, *inquit*, zelus, quem huius vitæ nulla vincit illecebra; durus ſicut infernus, per quem peccato morimur, vt Deo viuamus. *Et D. Gregor. in Ezech. loco ſupra cit.* Sumamus ergo ſartaginem terream, & ponamus eam murum inter nos, & Ciuitatem, ideſt, aſſumamus zelum fortem, vt inter nos, & auditoris noſtri animam, inueniamus hanc poſtmodùm fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inuenturi ſumus, ſi nunc eum fortiter teneamus, videlicet docendo, cuſtodiendo, ſuadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando etiam cum ſeueritate agendo.

16 Licet autem zelus omnibus competere poſſit, ſpecialius tamen Prælatis, & Eccleſiæ Paſtoribus, cum eorum officio incumbat, ſubditos regere, corrigere,
17 ac punire; Proindeque virtutem diſcretionis requirit, quia, vt inquit, *Bernard. in Cant. ſerm.* 19. facillime zelo tuo ſpiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas, nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius, ad tollendam de corde dilectionem, quam ſi efficere poſſit, vt in ea incaute, & non cum ratione ambuletur; *& Serm.* 49. Importabilis abſq; ſcientia eſt zelus, vbi ergo vehemens æmulatio, ibi maxime diſcretio eſt neceſſaria quæ eſt ordinatio charitatis. Semper quidem zelus abſque ſcientia minus efficax, minuſque vtilis inuenitur, plerumque autem, & pernicioſus valde ſentitur. Quo igitur zelus feruidior, ac vehementior ſpiritus, profuſiorque charitas, eo vigilantiori opus eſt ſcientia, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem. Et D. *Ambroſius loco ſup. cit.* Aduertimus, quod menſura quædam, & diſciplina ſit zeli, ſicut diſciplina virtutis, & ideo Beatus, qu zeli nouerit diſciplinam.

SVMMARIVM.

Charitas examinanda, an ſit ordinat, a num. 5.
Conſtantia poteſt conuerti in obſtinationem, n. 7.
Facultatum abrenunciatio non ſemper eſt euangelica, nu. 12.
Fides quandoque non pertinet ad virtutem, num. 2.
Heroicitas non eſt attendenda in vna virtute tantum nu. 15.
Humilitas poteſt eſſe fucata &c. nu. 10.
Iuſtitia verti poteſt in crudelitatem, nu. 7.
Prudentia poteſt conuerti in nimiam ſollicitudinem &c. nu. 6.
Simplicitas poteſt eſſe nimia &c. nu. 11.
Spes poteſt conuerti in præſumptionem, nu. 3.
Temperantia conuerti poteſt in inſenſibilitatem, nu 8.
Timor poteſt eſſe ſeruilis &c. nu. 4.
Virtutes aliquando excedunt limites virtutum, & conuertuntur in vitia, nu. 1. *&* 7.
Virtutes omnes fingere poſſunt hypocritæ, numer. 14.
Virtutes in definiendo, imitandus eſt Deus, nu. 16.
Zelus quantam diſcretionem requirat, num. 13. *remiſſiue.*

CAPVT XX.

Concluſio.

EX hucuſque dictis hac tota ſecunda parte colligitur, cũ magna circumſpectione procedendũ eſſe, in iudicando de virtutibus, cũ ipſe virtutes aliquando
1 virtutum limites excedendo, vel ab illis deficiendo, in vitia declinent, & plura vitia virtutum ſpeciem induant, vt notauimus *cap.* 1. *nu.* 17. Quod non videtur reuocandum in dubium; etenim.

Quod attinet ad fidem, etiamſi hec nunquam declinare poſſit in vitium, poteſt tamen quis habere magnam fidem,
2 & tantam, vt etiam montes transferat, quæ tamen non ſit adſcribenda virtuti habituali, ſed gratiæ gratis datæ, ad patrationem miraculorum pertinenti, vt vidimus *cap.* 2. *nu.* 12.

3 Spes poteſt excedere terminos, & euadere in præſumptionem, temeritatem, & arrogantiam, ſi quis de diuina miſericordia, vel de proprijs meritis nimis confidat, vt notauimus *cap.* 3. *nu.* 24.

4 Timor quandoque poteſt eſſe naturalis & ſupernaturalis poteſt eſſe ſeruilis, prout viſum eſt *cap.* 4. *n.* 12, *& ſeqq.*

5 In Charitate poteſt ordo non ſeruari, qui ſemper in ea ſeruandus eſt, iuxta doctrinam Diui Thomæ, & Sanctorum Patrum, quã notauimus *cap.* 5. *n.* 37. *&* 38.

Pru-

Digitized by Google

6 Prudentia acquiri poteſt experimento, vel ſi etiam ex habitu procedat, in nimiam ſollicitudinem conuerti poteſt, vt notauimus cap. 7. num. 50, & 51.

7 Iuſtitia conuerti poteſt in crudelitatem, Religio in tentationem Dei, Fortitudo in præſumptionem, & audaciam, Perſeuerantia in obſtinationem, Manſuetudo in ſegnitiem, Indulgentia in negligentiam, Liberalitas in profuſionem, Parcitas in tenacitatem, Conſtantia in pertinaciam, & obſtinationem, Quies in pigritiam, Vigilantia in inquietudinem, Feruor in præcipitationem, vt vidimus *cap.* 1. *nu.* 17. *cap.* 9. *num.* 38. *cap.* 10. *nu.* 35. 39. *&* 40.

8 Temperantia poteſt in inſenſibilitatem excedere, ſi quis de naturæ debitis nimis detrahat, & proprio corpori tantum damnum inferat, vt ad opera pietatis reddat inhabile; & ea, quæ ad naturæ conſeruationem neceſſaria ſunt, quaſi repugnans ordini naturali, prætermittat, vt dictum eſt *cap.* 12. *nu.* 51.

9 Circa martyrium ipſum, quod adſcribitur virtutibus charitatis, & fortitudinis, animaduertenda ſunt, quæ notauimus cap 11. & quæ dicemus infra *p.* 4. *cap.* 21. *&* 22.

10 Humilitas poteſt eſſe fucata, indiſcreta, & ſtulta, vel procedere ex interna ſuperbia, vel hypocriſi, vt notauimus *cap.* 13. *num.* 4. *& ſeq.*

11 Simplicitas deficere poteſt à virtute, ſi nimia ſit, vel procedat à ruſticitate, & fatuitate, vt vidimus *cap.* 16. *nu.* 3.

12 Facultatum abrenunciationem non ſemper eſſe euangelicam, diximus *cap.* 18. *num.* 26.

13 Zelus quantam diſcretionem requirat, ne in crudelitatem, & feritatem excedat, diximus *cap.* 19. *nu.* 17.

14 Vniuerſaliter vero virtutes omnes, tam theologales, quã Cardinales, fingere poſſunt, & imitari hypocritæ, quia hypocritarum proprium eſt, ſimulare virtutem, vt viſum eſt *cap.* 6. *per tot.*

15 Quod autem attinet ad heroicitatem, hæc non videtur habenda in conſideratione, ſi reſplendeat in vna tantum virtute, propter exempla adducta *cap.* 15. *n.* 35. *& ſeq.*

16 Propterea in definiendis virtutibus, imitandus eſt Deus, qui in creatione Mundi, & cuncta quæ fecerat, & ipſam lucem examinauit, *Gen.* 1. 5. *&* 31. Quæ dicta ſint pro concluſione huius ſecundæ partis.

DE

Digitized by Google

DE CANONIZATIONE SANCTORVM

PARS TERTIA.

De Gratijs gratis Datis.

GRATIA importat quoddam lumen, ſeu habitudinem ſupernaturalem, quæ gratis datur, *Rom.* 2. & ordinatur ad hoc, vt homo reducatur in Deum. Cum autem quidam per alios homines ad Deum reducantur; ideo duplex diſtinguitur gratia. Vna quidem per quam ipſe homo Deo coniungitur, quæ vocatur gratum faciens. Alia verò per quam vnus homo cooperatur alteri ad hoc, vt reducatur in Deum, quæ dicitur gratis data. Licet enim vtraque ſupra facultatem naturæ, & ſupra meritum perſonæ concedatur, & ſic gratis detur; quia tamen hæc vltima non datur ad hoc, vt homo ipſe, qui illam recipit, iuſtificetur, ſed potius vt ad alterius iuſtificationem cooperetur, ideo retinet ſibi nomen commune; vt in pluribus alijs contigit. *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 111. *ar.* 3.

Huiuſmodi gratia gratis data in nouem ſpecies diuiditur, 1. *Cor.* 12. videlicet, In ſermonem ſapientiæ, ſermonem ſcientiæ, fidem, gratiam ſanitatum, operationem virtutum, prophetiam, diſcretionem ſpirituum, genera linguarum, & interpretationem ſermonum. Cuius diuiſionis conuenientiam aſſignat *D. Thom. d. q.* 111. *ar.* 4. *c.*

De his igitur gratijs gratis datis agemus in hac parte. Nō quidē de tribus primis, quia de illis ſatis dictum eſt in ſecunda parte, ſed de alijs ſex; & quidem eadem methodo, qua de virtutibus diſſeruimus. Sicut enim ſimul cum virtutibus de vitijs tractauimus; Ita cum gratijs gratis datis, de ijs, qua illis aduerſantur, diſſeremus. Et primo de Prophetia.

SVMMARIVM.

Aſtrologia à quibus inuenta, nu. 38. in quo conſiſtat num. 39. continet quatuor partes, nu. 40. quænam dicatur licita, nu. 41.

Delirantes prophetant, nu. 3.

Demonis in præcognoſcendo potentia, num. 45.

Diabolicæ prædictionis exempla, nu. 47.

Melancholici prophetant, nu. 32., & quare, num. 34. febri laborantibus æquiparantur, nu. 33.

Morti proximi prophetant, nu. 28. & 29. & quare, nu. 30.

Phyſiognomia ſcientia circa quæ verſetur, n. 42. qui eam poſſederint, nu. 43.

Prædictio experimentalis quæ ſit, nu. 35. trifariam diuiditur, nu. 36.

Prædictio ex elementis, meteoris, brutis, plantis &c. nu. 37.

Prædictio ex phyſiognomia, nu. 42.

Prædictionis diabolicæ exempla, nu. 47.

Prophetarum; quot genera, nu. 4.

Propheta mens dupliciter instrui poteſt, n. 22.

Prophetæ non ſemper cognoſcunt ea, quæ prophetant, nu. 23.

Prophetia quomodò diſtinguatur à tempore Prophetarum, nu. 3.

Prophetia ad doctrinam fidei ceſſauit in aduentu Chriſti Domini, nu. 8.

Prophetia ad morum correctionem durauit poſt aduentum Chriſti Domini nu. 9.

Prophetia prædeſtinationis, præſcientiæ, & comminationis, nu. 12.

Prophetia an requirat naturalem diſpoſitionem num. 17.

Prophetia dari poteſt in malis hominibus, n. 25. cum diſtinctione, nu. 26.

Prophetia naturalis duplex, nu. 25. morboſa in quibus detur, nu. 28.

Prophetia, ſeu prædictio diabolica in quibus conſiſtat, nu. 44.

Propheſica reuelatio duplex, *nu.* 13.
Prophetia nomen vnde deſumatur nu. 1. *quot modis accipiatur*, *nu.* 2.
Prophetia diuiſio vniuerſalis, *nu.* 5.
Prophetia diuina definitio, *nu.* 6.
Prophetia diuiſio ſecundum finem, *nu.* 7.
Prophetia diuiſio ſecundum tempus n. 10.
Prophetia diuiſio ſecundum diſtantiam ab humana cognitione, *nu.* 11.
Prophetia diuiſio ſecundum gradus, *nu.* 14.
Prophetia diuiſio ſecundum genera, *nu.* 15.
Prophetia cauſa efficiens, *nu.* 16. *cauſa inſtrumentalis nu.* 18.
Prophetię ſubiectum, *nu.* 19.
Prophetia forma, *ſeu modus*, *nu.* 20.
Prophetia cauſa finalis, *nu.* 24.
Prophetia diuina exempla remiſſiuè nu. 46.
Specierum repreſentatio non facit prophetam, *nu.* 21.

CAPVT I.

De Prophetia.

1 PRophetiæ nomen deſumitur à *pro*, quod eſt procul, & *phanos*, quod eſt apparitio, quia prophetis apparent ea, quæ alijs ſunt procul. Vndè & olim Prophetæ dicebantur videntes, 1. *Reg.* 9. 10. quia videbant illa, quæ in miſterio erant abſcondita. *Iſid lib.* 7. *ethim. cap.* 8.

2 Sex autem modis nomen prophetiæ, & prophetandi verbum in ſacris ſcripturis accipi ſolere, notat *Martin. Delr. diſq. Magic. lib.* 4. *c.* 1. *qu.* 1. Primò pro eo, quod eſt, diuinas laudes certis inſtrumentis canere, vel pſallere, ſicut legitur prophetaſſe Idithum, & Heman, 1. *Paralip.* 15. 3. *&* 5. Secundò pro ethnicis vatibus, & poetis; Sic Epimenidem appellat Cretenſium prophetam *Paul. ad Tit.* 1. 2. Tertiò pro Phanaticis, qui arreptitiorum more, mente abalienati, inſolita, inepta, inſipientiaque effutiunt. Sic Saul inter prophetas, & domui ſuæ malo, ſpiritu agitatus prophetaſſe dicitur, 1. *Reg.* 10. *&* 18. ſicut etiam prophetaſſe dicuntur ſacerdotes *Baal.* 3. *Reg.* 18. 29. Quarto dicuntur prophetare, qui miraculum aliquod edunt, quo declarant, ſe veros fuiſſe prophetas. Sic Eliſei mortui corpus dicitur prophetaſſe, quia latronis cadauer eius contactu viuificauit. *Eccleſ.* 48. 14. Quintò qui res ſublemes, diuinas, & ab hominum cognitione alienas, & Sacræ Scripturæ arcana interpretantur, & docent. In quo ſenſu loquutus eſt Apoſtolus, 1. *Cor.* 14. conferens donum linguarum cum dono prophetiæ. Sextò pro eo, qui occulta Dei arcana, per diuinam reuelationem accepta, hominibus enunciat. Et de hac vltima ſpecie loquimur, in preſenti.

3 De qua quidem prophetia loquens D. *Auguſt. lib.* 17. *de Ciuit. Dei cap.* 1. hæc habet. Ex quo SanctusSamuel prophetare cæpit, & deinceps, donec populus Iſrael captiuus in Babiloniam duceretur, atque inde, ſecundum Sancti Hieremiæ prophetiã, poſt ſeptuaginta annos reuerſis Iſraelitis, Dei domus inſtauraretur, totum tempus eſt prophetarum. Quamuis enim & ipſum Noè patriarcham, in cuius diebus vniuerſa terra diluuio deleta eſt, & alios ſupra, & infra, vſque ad hoc tempus, quo Reges in Dei populo eſſe cæperunt, propter quædam per eos facta, ſiue quoquo modo ſignificata, ſiuè prædicata, quę pertinerent ad Ciuitatem Dei, regnumque Cælorum, non immeritò poſſumus appellare prophetas, præſertim quia nonnullos eorum id expreſſius legimus nuncupatos, ſicut Abraham, ſicut Moyſen. tamen dies prophetarum præcipuè, maximeque hi dicti ſunt, ex quo cæpit prophetare Samuel, qui & Saulem prius, & eo reprobato, ipſum Dauid, Deo præcipiente, vnxit in Regem, de cuius cæteri ſtirpe ſuccederent, quouſque illos ſuccedere ſic opporteret.

Ex quibus D. Auguſtini verbis colligitur, aliud eſſe prophetiam, & prophetas, & aliud tempus prophetarum; Itaut prophetia, & prophetæ ſecundum aliqua dicta, vel facta, fuerint etiam ante tempora Noè. Tempus verò prophetarum inceperit à Samuele, & deinceps durauerit etiam poſt reditum e captiuitate Babilonica, reedificato templo. Quo tempore prophetarunt, Aggæus, Zacharias, & Malachias. D. *Hieronym. in præfat. ad eoſdem Prophetas.*

4 Tria prophetarum genera fuere olim apud Hebræos. Primum fuit eorum, qui quandocumque res poſtulabat, oracula, viſiones, aut fatidica ſomnia impetrabant; Qualis fuit Moyſes, Samuel, & alij, quos priſca ætas videntes, vulgus autem Iudæorum Prophetas priores vocare ſolet. Alterum genus fuit eorum, qui cum oracula, viſiones, aut ſomnia fatidica pro ſuo arbitrio nunquam elicere poſſent, tamen quoties Deo viſum eſſet,

per

per eos populum docere, aut admonere, aut obiurgare, diuinitus inſpirati prophetabant. Atque hos Iudæi vulgo poſteriores vocant, eo quod maxima pars eorum ferè poſt Salomonem, ſub idololatris Regibus fuerit, vt Eſaias, Hieremias, Ezechiel, & duodecim, quos vocant minores, cum melius illud genus circa Dauidis tempora fere deſierit. Tertium genus eſt eorum, qui quamuis oracula, viſiones, & ſomnia fatidica à Deo nunquam obtinerent, tamen à ſuperioris generis prophetis, tanquam à præceptoribus eruditi, & Sancti ſpiritus interna vnctione edocti litteras propheticas recte intelligebant, eaſque alijs enarrare, & ex eiſdem petentibus conſilia dare, & quæ recta ratiocinatione ex eorumdem dictis neceſſario conſequuntur, perſpicere valebant; Quos priſca ætas filios prophetarum, Paulus autem, Corinthijs ſcribens, ſimpliciter prophetas appellat. Et priora quidem genera prophetarum quicquid eis, ad erudiendam poſteritatem de futuro Chriſti regno diuinitus reuelatum fuit, in litteras relatum poſteris reliquerunt. Poſterius autem genus, vt in docendo plurimum verſatum eſt, ita à ſcribendo fere ſemper abſtinuit. *Andreas Oliander cap. 11. annotat. in Harmon. Euangel.*

5 Diuiditur primò prophetia, vniuerſaliter loquendo, (prout nomen prophetiæ accipitur pro prædictione futurorum, ſeu eorum quæ procul ſunt ab humana, ſeu aliorum cognitione) in Diuinam, Humanam, & Diabolicam.

6 Diuina Prophetia definitur à *Caſſid. in prob. Pſalmor. cap. 1.* Inquiſitio, vel reuelatio Diuina, rerum euentus immobili veritate denuncians. *Et à Martin. Delr. diſq. magic. lib. 6. cap. 1. quæſt. 1.* Diuina inſpiratio, rerum à nobis procul diſtantium euenta immobili veritate, & maxima cum certitudine prænoſcens, atque denuncians. Et à *D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. art. 1. corp.* Cognitio intellectui prophetæ impreſſa per modum cuiuſdam doctrinæ. Ex qua definitione infert, prophetiam conſiſtere in tribus, videlicet in cognitione, locutione, & miraculorũ operatione. Quia prophetæ, quæ diuinitus edocti cognoſcunt, ad aliorũ ædificationem enunciant, cũ prophetia detur ad vtilitatem, 1. *Cor.* 12. 14. Et patratio miraculorum operatur ad propheticæ enunciationis confirmationem *dict. ar. 1. corp.*

7 Porrò diuina prophetia multipliciter diuiditur ſecundum diuerſos reſpectus. Et primo quidem ſecundum finem tripliciter illam diuidit *D. Aug. lib. 17. de Ciu. Dei cap. 3.* Dum vult ex eloquijs prophetarum aliqua ſpectare ad terrenam Hieruſalem, aliqua ad Cæleſtem; nonnulla ad vtramque. *At* D. *Thom. 2. 2. qu. 173. & 174.* bipertitam tantum ſecundum finem vult eſſe prohetiam, vnam ſcilicet, quæ ordinatur ad doctrinam fidei, & aliã ad humanorum actuum directionem.

8 Prophetia, quæ ordinatur ad doctrinam fidei, ceſſauit in aduentu Chriſti; quia lex & prophetæ vſque ad Ioannem. *Matth.* 11. 13. Cum enim prophetæ prænunciarent aduentum Chriſti Saluatoris, non potuerunt durare niſi vſque ad Ioannem, qui præſentialiter Agnum Dei digito monſtrauit. Et poſt reuelata miſteria Gratiæ per Ieſum Chriſtum non fuit neceſſaria alia prophetia, quia omnia, quæ accepit à Patre reuelanda, & à prophetis antea prædicta, nota fecit Apoſtolis Chriſtus Dominus, *Ioann.* 15. 15. & per Apoſtolos Eccleſiæ D. *Thom. d. q. 173. ar. 2. c.*

9 Prophetia vero, quæ pertinet ad morum correctionem, durauit etiam poſt aduentum, Chriſti, vt conſtat ex *Act. Apoſt. fere per tot.* & præſertim *cap.* 11. 28. *&* *cap.* 21. 9. De Agabo, & de quatuor Virginibus filijs Philippi. Et ex Apocalipſi *per tot.* Quin, & ſingulis temporibus non defuerunt, ad humanorum actuum directionem, prophetiæ ſpiritum habentes, *D. Thom. d. q. 174. ar. 6. ad. 3*, Et nos plura exempla ſuis locis referemus inferius, *cap. ſeq.*

10 Diuiditur Secundo Diuina prophetia ſecundum tempus. Quia alia eſt de præterito, vt In principio creauit Deus Cœlum & Terram &c. *Gen.* 1. 1. Alia de præſenti; iuxta illud. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, occulta cordis eius manifeſta fiunt, 1. *Cor.* 14. Et alia de futuro, vt, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. *Iſai.* 7. 14.

11 Diuiditur tertiò ſecundum diſtantiam ab humana cognitione. Cuius diſtantiæ triplex aſſignatur ſpecies. Quædam enim natura ſua cognitionis humanæ potentiam excedunt, vt abſtruſiora Dei conſilia, miſteria fidei, Miſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & ſimilia. Quædam ita ſunt à noſtra cognitione remota, quæ tamen

natura ſua ſint cognoſcibilia; ſed non niſi ſupernaturali lumine enunciari poſſunt; Veluti cum eliſeus reſciuit, quæ Giezi cum Naaman Syro pactus fuerat. 4. *Reg.* 5. Et cum Diuus Petrus cognouit, quod inter Ananiam, & Saphiram conuenerat. *Actor.* 5. Quædam demum ſunt procul ab humana cognitione, quia in ſeipſis non ſunt cognoſcibilia, vt futura contingentia, quorum veritas non, determinata, ſcilicet in ſuis cauſis, quia quantum ad ſe ſemper ſunt determinata. *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 171. *ar.* 6. *ad.* 2. Et ad hunc vltimum gradum propriiſſime ſpectat ratio prophetiæ, *D. Thom.* 2. 2. *d. q.* 171. *ar.* 3. In quibus continentur illa, quæ pertinent ad Angelorum miniſterium. *Iſai.* 6. 2. Et ea, quæ ad corpora naturalia, *Iſai.* 40. Et quæ ad hominum mores, *Iſai.* 48.

12 Diuiditur quartò, in prophetiam prædeſtinationis, præſcientiæ, & comminationis. Prophetia prædeſtinationis eſt eorum, quæ Deus præcognoſcit in ſe ipſis, vti ab ipſo fienda. Prophetia præſcientiæ eſt eorum, quæ Deus præcognoſcit, vti fienda per liberum hominis arbitrium. Et prophetia comminationis dicitur, prout cognoſcuntur futura in ſuis cauſis, quæ non ſemper impletur, cum per eam pronuncietur ordo cauſæ ad effectum, qui quandoque, ſuperuenientibus alijs, impeditur, vt de prophetia ad Niniuitas. *Iona.* 3. 4.

13 Cum enim diuina præſcientia reſpiciat futura contingentia ſecundum duo, ſecundum ſcilicet quod ſunt in ſe ipſis; & ſecundum quod ſunt in ſuis cauſis, licet futura contingentia, prout ſunt in ſe ipſis ſint determinata ad vnum, prout tamen ſunt in ſuis cauſis, non ſunt taliter determinata, quin poſſint aliter euenire. Hinc quamuis hæc duplex cognitio ſemper intellectui diuino coniungatur, non ſemper tamen coniungitur in reuelatione prophetiæ. Vnde quandoque reuelatio prophetica eſt impreſſa ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout reſpicit futura contingentia in ſe ipſis, & tunc taliter eueniunt, ſicuti prophetantur. Quandoque vero prophetica reuelatio eſt impreſſa ſimilitudo diuinæ præſcientiæ, prout cognoſcit ordinem cauſarum ad effectus, & tunc quandoque aliter euenit, quam prophetatur. Quia ſenſus prophetiæ eſt, quod inferior cauſarum diſpoſitio, ſiue naturalium, ſiue humanorum actuum, hoc habet, vt talis effectus eueniat. Ac proinde ſi mutetur diſpoſitio cauſarum, mutatur etiam effectus. *D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 171. *ar.* 6. *ad* 2.

14 Diuiditur quinto prophetia ſecundum gradus, qui ſunt tres. Primus eſt, cum aliquis ex interiori ſpiritu mouetur ad aliqua exterius facienda. Secundus eſt, cum aliquis ex interiori lumine illuſtratur, ad cognoſcendum aliqua, quæ naturalis cognitionis limites non excedunt. Qui tamen duo gradus ſunt infra prophetiam proprie dictam, quia ſupernaturalem veritatem non attingunt. Et tertius gradus eſt, quo manifeſtatur ſupernaturalis veritas per imaginariam viſionem. Quæ diuerſificatur primo ſecundum differentiam ſomnij, & vigiliæ. Ex quibus hæc vltima pertinet ad altiorem gradum, quia maior vis prophetici luminis eſſe videtur, quæ aliquem occupatum circa ſenſibilia, in vigilando, abſtrahit ad ſupernaturalia, quam illa, quæ animum hominis abſtractũ à ſenſibilibus inuenit, in dormiendo. Secundo quantum ad expreſſionem ſignorũ imaginabilium, quibus intelligibilis veritas exprimitur. Quia verò ſigna, magis exprimentia intelligibilem veritatem, ſunt verba, ideo altior prophetiæ gradus exiſtimatur, quando propheta audit verba exprimentia intelligibilem veritatem, ſiue in vigilando, ſiue in dormiendo, quam quando videt aliquas res veritatis ſignificatiuas. Et altior etiam, quando propheta non ſolum videt verba ſignorum, vel factorum, ſed etiam, vel in vigilando, vel in dormiendo, videt aliquem, ſibi colloquentem, vel quid demonſtrantem. Et altior item, ſi ille, qui loquitur, vel demonſtrat, videatur in ſpecie Angeli potius, quam hominis. Et altiſſimus, videatur in ſpecie Dei. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 174. *art.* 3. *c.*

15 Diuiditur ſexto prophetia ſecundum genera, quæ ſunt ſex. Videlicet, Extaſis, viſio, ſomnium, Per nubem, Vox de cælis, & Repletio Spiritus Sancti, quæ tamen repletio omnibus fere Prophetis eſt communis. *Iſid. lib.* 7. *ethimol. cap.* 8. De quibus omnibus prophetiæ generibus ſingillatim dicemus inferius.

16 Cauſa efficiens diuinæ prophetiæ eſt Deus per diuinam inſpirationem, ſeu per lumen quoddam ſupernaturale, naturalis rationis lumen excedens; quod ineſt animæ prophetæ per modum cuiuſdam paſſionis, ſeu impreſſionis tranſeuntis. D.

Thom.

Thom. 2. 2. *quaſt.* 171. *art.* 2. *c.*

17 Hinc patet, ad prophetiam non requiri naturalem aliquam diſpoſitionem. Quia Deus, vtpote cauſa vniuerſalis, ſicuti non præexigit materiam, nec vllam materiæ diſpoſitionem in corporalibus effectibus, ſed ſimul materiam, & diſpoſitionem, & formam introducere poteſt, ſic etiam in effectibus ſpiritualibus non præexigit aliquam diſpoſitionem, ſed ſimul cum effectu ſpirituali conuenientem diſpoſitionẽ, qualis requiritur ſecundum ordinem naturæ introducere poteſt. D. *Thom. d. qu.* 171. *art.* 3. Vnde, D. *Gregor. hom.* 3. *in euang.* implet Spiritus Sanctus citharædũ puerum, & pſalmiſtam facit; Paſtorem armentorum, ſicomoros vellicantem, & prophetam efficit. Licet non deſint, qui ad prophetiam naturalem diſpoſitionem, vel aliam præparationem prodeſſe teneant, vt videre eſt apud *Reies fran. in eliſ. iucund. quaſt. campo. qu.* 27. *nu.* 20.

18 Cauſa inſtrumentalis prophetiæ ſunt Angeli. Quia hoc habet diuinitatis ordo, vt infima per media diſponat. Angeli autem medij ſunt inter Deum, & homines, vtpote plus participantes de perfectione diuinæ bonitatis, quam homines. Et ideo illuminationes, & reuelationes diuinæ à Deo per Angelos deferuntur, qualis eſt prophetica cognitio, quæ per diuinam fit illuminationem, & reuelationem. D. *Tho.* 2. 2. *qu.* 171. *art.* 1. *c.*

20 Forma prophetiæ, ſeu modus, quo fit reuelatio prophetica, multiplex aſſignatur. Videlicet ſecundum influxum intelligibilis luminis, ſecundum immiſſionem intelligibilium ſpecierum, ſecundum impreſſionem, vel ordinationem imaginabilium formarum, & ſecundum expreſſionem formarum ſenſibilium. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 173. *art.* 3. *c.* Repræſentantur enim quandoque diuinitus menti prophetæ mediante lumine exterius quædam formæ ſenſibiles, ſicuti Daniel vidit ſcripturam in pariete. *Dan.* 5. 25. Quandoque vero per formas imaginarias, ſiue omninò diuinitus impreſſas, non per ſenſum acceptas; Vt ſi cæco nato imprimantur in cognitione colorum ſimilitudines, vel etiam diuinitus ordinatas ex his, quæ à ſenſibus ſunt acceptæ; ſicuti Hieremias vidit ollam ſuccenſam à facie Aquilonis. *Hier.* 1. 13. Siue etiam imprimendo ſpecies intelligibiles ipſi menti; vt patet de ijs, qui ſcientiam vel ſapientiam infuſam acceperunt; ſicuti Salomon, & Apoſtoli. Lumen autem intelligibile quandoque diuinitus imprimitur humanæ menti, vel ad iudicandum ea, quæ ab alijs viſa ſunt, vt legitur de Ioſepho, *Gen.* 41. 26. vel ad iudicandum ſecundum diuinam veritatem ea, quæ curſu naturali appræhendit homo. Vel etiam ad iudicandum veraciter, & efficaciter ea, quæ agenda ſunt, iuxta illud: Spiritus Domini ductor eius fuit, *Iſai.* 63. 14. D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 175. *ar.* 2.

21 Licet autem fiat alicui diuinitus repreſentatio aliquarum rerum per imaginarias ſimilitudines, vt accidit Pharaoni, *Gen.* 41. 20. & Regi Nabuchodonoſor, *Dan.* 4. 2. vel etiam per ſimilitudines corporales, vt Regi Balthaſſar, *Dan.* 5. 25. non eſt tamen talis cenſendus propheta, niſi eius mens illuminetur ſimul ad iudicandũ. Sed huiuſmodi apparitio eſt quid imperfectum in genere prophetiæ. E contra vero prophetiæ rationem habebit, & propheta dicendus eſt, cuius intellectus ſolummodo illuminatur, ad iudicandum ea, quæ ab alijs imaginarie viſa ſunt. Vt liquet de Ioſepho, qui ſomnium Pharaonis expoſuit, *Gen.* 41. 26. Et de Daniele, qui expoſuit ſomnium Nabuchodonoſor Regis, *Dan.* 4. 17. Maximus autem erit propheta, ſi præcellat in vtroque, ſi nempe in ſpiritu videat corporalium rerum ſignificatiuas ſimilitudines, & eas viuacitate mentis intelligat. D. *Thom. d. qu.* 175. *art.* 2.

22 Dupliciter etiam prophetæ mens inſtrui poteſt. Vno modo per expreſſam reuelationem, & de his, quæ taliter reuelantur, propheta maximam habet certitudinem, & pro certo tenet, quod ſibi diuinitus ſint reuelata. Alio modo per quendam inſtinctum, quem interdum etiam neſcientes humanæ mentes patiuntur. D. *Auguſt.* 2. *ſup. Gen. ad litt. cap.* 17. Ad hæc autem, quæ propheta cognoſcit per inſtinctum, aliquando ſic ſe habet, vt non plene diſcernere poſſit, vtrum aliquo diuino inſtinctu, vel per proprium ſpiritum talia cogitauerit. Ne tamen error per hoc poſſit accidere, per Spiritum Sanctum citius correcti, ab eo, quæ vera ſunt audiunt, & ſemetipſos prophetæ reprehendunt. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 171. *ar.* 5. *c.*

23 Præterea non ſemper prophetæ cognoſcunt ea, quæ prophetant, ſed quandoque mouetur mens prophetæ ad aliquid loquendum, itaut intelligat etiam id, quod

per

Digitized by Google

per talia verba Spiritus Sanctus intendat, iuxta illud, Spiritus Domini loquutus eſt per me, 2. *Reg.* 23. 2. quandoque vero ille, cuius mouetur mens ad aliqua exprimenda, non intelligit, quid per talia verba Spiritus Sanctus intendat; exemplo Calphæ. *Ioann.* 11. 51.

Similiter etiam cum Spiritus Sanctus monet mentem alicuius, ad aliquid faciendum, quandoque is intelligit, quid hoc ſignificet, ſicuti Hieremias, quando abſcondit lumbare in Euphratem. *Hier.* 13. 5. quandoque vero non intelligit; ſicuti milites, diuidentes veſtimenta Chriſti Domini, non intelligebant, quid talis diuiſio ſignificaret. *D. Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 173. *art.* 4. *c.*

24 Cauſa finalis prophetiæ eſt manifeſtatio veritatis, ſupra hominem exiſtentis. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 172. *art.* 1. *c.* & *qu.* 174. *art.* 2. *c.* ad doctrinam fidei, & humanorum actuum directionem. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 173. & 174.

25 Quæ quidem veritatis diuinæ manifeſtatio fieri poteſt etiam per malos homines D. *Auguſtin. tract.* 49. *in Ioann.* Ac proinde ex prophetia non ſemper neceſſario infertur ſanctitas. Quia plerique ſpiritum habent prophetiæ, qui non habent meritum, 1. *qu.* 1. *prophetauerunt*. Et patet *Matth.* 7. 23. vbi illis, qui in nouiſſimo die dicturi ſunt, Nonne & nos prophetauimus? proteſtatur Chriſtus Dominus, ſe reſponſurum, neſcio vos, diſcedite à me operarij iniquitatis.

26 In quo tamen videtur opus eſſe diſtinctione, quia prophetiæ ſpiritus dari poteſt dupliciter, vel ſcilicet ad aliorum vtilitatem tantum, vel etiam ad propriam. Hoc vltimo caſu quando prophetia datur non ſolum ad aliorum, ſed etiam ad propriam vtilitatem, tunc ſapientia diuina, per charitatem in animam ſe transferens, amicos Dei, & prophetas conſtituit. Quando vero quis conſequitur donum prophetiæ ſolum ad aliorum vtilitatem, veluti inſtrumentum tantum diuinæ operationis, tunc prophetare, vel virtutes facere, & dæmonia eijcere, interdum non eſt meriti illius, qui operatur, ſed inuocatio diuini nominis hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui inuocant, vel ob vtilitatem eorum, qui vident, & audiunt. D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 172. *ar.* 4. *ad* 1. Videatur *Aug. Triumph. de poteſt. Eccl. qu.* 15. *ar.* 5. vbi Deus quandoq; multa vera futura per malos homines prænunciat, ſicuti per Balaam, & Sybillam multa vera de filio ſuo prædixit. Cum poſſit Deus tangere intellectum hominis aliquorum occultorum cognitione, ſeu reuelatione, non tangendo eius affectum charitatiua dilectione.

27 Prophetia naturalis, quæ potius vocari debet prædictio, vel coniectatio, duplex eſt; Morboſa ſcilicet, & experimentalis, ſeu experimento acquiſita.

28 Morboſam in duobus perſonarum generibus dari contingit, videlicet in melancholicis, & morti proximis. De hiſce vltimis plura habentur exempla. Et ſane *Homer. Iliad.* 16. Patroclum introducit, qui paululum antequam expiraſſet, ab Hectore lethaliter percuſſus, & iam moriturus, ita illi denunciat.

Non ſane, nec tu ipſe diutius viues
Propè adeſt mors, & fatum forte
Manibus necando Achillis inculpati Aeacidæ.

Hector item, pari fato affectus ab Achille, diuinat fore, vt Paris, ac Phœbus perdant Achillem. Machaon iam moriturus, apud *Calab. lib.* 6. ita ad Euriphilum percuſſorem ſuum.

Nec tibi longum tempus à fatis conceſſum eſt
Viuere, ſed tibi prope adſtat lethalis Parca,
In campo Troiano, in quo nunc nefaria cõmittis.

Apud *Euripid. in Hecub.* Polymneſtor moriturus prædiuinat Caſſandræ, atque Agamemnoni infelicem obitum. *Domit. apud Lucan. lib.* 7.

Te ſæuo Marte ſubactum
Pompeioque graues pœnas, nobiſque daturum,
Cum morior, ſperare licet.

Et Dryas apud *Ouid.* 7. *Metam.*

Fatorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi.

29 Idem refert *Plato in Apolog.* de Socrate, qui moriens ita vaticinatus fuerit, Denuncio vobis, ò viri, qui me eſtis interfecturi, vltionem ſtatim vobis poſt mortem meam, multo certè acerbiorem morte, qua me abſumitis. Similia in morbis vaticinantium prodigia memorat *Ariſtoteles* de Eredemo Ciprio, Alexandro Pheræ Teſſaliæ oppidi Tyranno mortem, & ſibi ipſi multa prædicente. Tradunt etiam de Pherecide ſyro, quod diem ſuum obiens, victoriam aduerſus Magneſios auguratus ſit; Similiter de quodam Rhodio, animam agente, ſex æquales nominaſſe, ſuoque ordine quis eorum primus, quis ſecundus, & qui deinceps ſecuturi eſſent, vaticinatum eſſe, quæ tandem haud dubio euentu

con-

contigerunt. *Rei. fran. in Eliſ. in. un. quaſt. comp. qu. 27. nu. 7.*

Nouiſſimis etiam temporibus ſimilia accidiſſe narrantur, vt de quodam Romæ aduocato, qui moriens ea, quæ ſuo ipſius cadaueri euentura erant, prout euenit, prædixit. Et auunculam ſuam, paulò ante quam deficeret, dixiſſe, quæ poſtea euenerunt, narrat *Ficinus p. 2. occult.* Nec minus admiranda de ſe ipſo refert *Lazarus de Soto, in animad. medic. cap. 7. nu. 30.* Nam cum D. Auguſtini Monachum ex febre ardenti curaret, huic quia ſalutis omnis ſpes adempta videbatur, mortem citò venturam nunciauit. Cui ægrotus. Tu prædicis mihi futurum interitum, & ego tibi ſubituram breui maximam rerum domeſticarum ruinam. Nec irretitus euentus, nam obortis ſtatim litibus, non ſolum domeſticæ rei, ſed & ſalutis ingentem expertus eſt ruinam. *Et Anton. Beneuen. lib. de abdit. cap. 10.* prolixa narratione ſcribit de Gaſpare quodam florentino, qui ex præcordiorum vulnere in tale vaticinium prorupit, vt quoſcumque ad illum inuiſendum accederent, dum procul adhuc eſſent, adfuturos prædiceret, ignotos etiã proprio nomine, quos nunquam nouerat, compellabat; multaque, quæ ventura erant, die, & hora, qua conſequi deberent, vaticinabatur; Et eodem lumine præuidiſſe ſuam ad Vrbem profectionem, mortem, exilium, & fugam Petri Medices, Florentinæ Vrbis anguſtias, & calamitates, Italiæ ſubuerſionem, & alia, quæ vt prædixerat, euenerunt.

30 Huius rei cauſam *Tertull. lib. de anima cap. 53.* adducit ipſam animæ potentiam dicens. Sæpe animam in ipſo diuortio potentius agitari ſollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore ſuggeſtu iam in libero conſtituta, per ſuperfluum, quod adhuc cunctatur in corpore, enunciat, quæ vidit, quæ incipit noſſe. Et *Aretæus lib. 2. acut. cap. 4.* Animus ſtabilis, ac conſtans eſt, ſenſus omnis purus, & integer, ſubtile ingenium, mens vaticinando idonea, primum quidem ſe ipſos vita migraturos præſentiunt, deinde præſentibus futura denunciant. Nonnulli eorum dictis fidem non adhibendam putant, ſed euentus homines in eorum admirationem concitat. *& cap. 3. de Sincop.* Corde laborantes ſenſus aciem habentexquiſitiorem, vt pluſquam antea vident, mente etiam ſunt firmiore, & animo puriore; proinde non tantum præſentia declarant, verum etiam futura veriſsima diuinatione prædicunt.

31 Delirantes etiam in vaticinium aliquãdo prorumpere, quaſi entuſiaſmo affectos notauit *Varand. p. 2. de progn. medica. cap. 4.* In alijs item morbis, peſte præſertim, impuberes vaticinatos fuiſſe, teſtatur *Gregor. Horſt. lib. 3. epiſt ſect. 7.*

32 De Melancholicis non minora traduntur. Si quidem ait *Trallian. lib. 1. cap. 22.* nonnullos tanquam lumine afflatos, vaticinari futura. Sicuti etiam ſcripſit *Rhaſ. 1. contin.* addens ſe vidiſſe Germanum ſuũ in quadam ægritudine phreneticum factum, plura futura prædixiſſe, quę breui contigerunt. *Gasner. tract. 15. cap. 4.* Pinaroli ruſticum melancholicum refert habuiſſe, qui luna exiſtente combuſta, carmina componebat; tranſacta combuſtione, vſque ad aliam nullum vnquã verbum doctum referebat. Et *Pomponat. lib. de incantat. cap. 4.* de vxore Franciſci Magreſi hiſtoriam recitat, quæ cum eſſet Melanchonica, & varijs loqueretur linguis, à Calceario Medico elleboro purgata, & à furore ſimul liberata, linguarum peritiã amiſit.

33 Melancholicis febri laborantes æquiparat *Leuin. Lemn. lib. 2. de occult. nat. miracul. cap. 2.* Videmus, *inquiens*, nonnullos in æſtuoſis febribus, quæ feré æſtate vrgent, copioſos, promptoſque fuiſſe in diſſerendo, eoſque oratione culta, atque elaborata, eoque idiomate, quod, morbo defuncti, nullo modo exprimere potuerunt; quos ego pronunciaui, non malo, infectoque genio diuexari, nec dæmonis inſtructu, impulſuque iſta peragere, ſed vi morbi, humorumque ferocia, qua tanquam face ſubdita mens hominis exardeſcit, atque inflammatur.

34 At *Reies franc. d. q. 27. nu. 27.* rationem reddens, cur Melancholia affecti futura diuinant, hæc habet. Multis de cauſis accidere poteſt, vt Melancholici de futuris iudicium proferant, aliquando certum; Conſtans quippe eſt Doctorum opinio, quo plus intellectus ad prudentiæ apicem accedit, & ad ingenij acumen deuenit, tanto plus angelicæ perſpicuitatis habere, vt promptius ſic ea, quæ alijs non ita acutæ cernentibus minime peruia exiſtunt, ex cauſis occultis, vel tranſactis, vel præſentibus, aſſidua meditatione inferat, & dijudicet; Et ad hunc mentis ſtatum

tum

tum cum non niſi per morbum plerumq; deueniant, talis vero morbus non alius præcipue habeatur, quam Melancholica cogitatio, quæ eam diſpoſitionem in cerebro pariat, quæ alioquin in ſalutis optima temperie difficilius multo ad talem effectum ſufficere poterat, ea tamen obtenta, optima accedit coniecturatio, & acrius per rerum euentus fertur diſcurrendi potentia, & imaginandi vis. Secundo cum horum cogitatio ex morbo, & humoris vi aſſidua ſit, collimetque perpetuo, ac inſtet; accidit hinc, vt in certitudinem deueniat aliquando, in aliquo ſaltem, cum in omnibus, aut pluribus impoſſibile ſit. Tertio iuuat ad hoc potiſſimum, ab externis alijs, & ſenſibilibus abſtractio quædam; Vnde mens in vna, aut paucis cogitationibus defixa, naturalium cauſarum motus, qui imprimuntur, melius percipit, quam dum alijs ſenſibilibus occupata detinebatur.

Non approbo talem certitudinem.

Et idem *Reies franco ibidem*, premiſſa diſtinctione, quam tradit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. art. 6. ad. 2.* futura dupliciter cognoſci poſſe, vel in ſe, vel in ſuis cauſis: & in cauſis dupliciter quidem contineri, vel ſcilicèt in illis ita exiſtere, vt neceſſario eueniant, vel tali modo, vt poſſint eſſe contingentia, ſubdit deinde. Primo modo vnicuique, cui cauſa eſt cognita, erit cognitus, & effectus. Secundo modo erit Incerta hominis cogitatio, licèt aliquando vera; Et licèt hæc cognitio omni intellectui humano rectè diſpoſito peruia eſſe poſſit; tamen videtur aliquid deſiderari vltra communes vires, vt validori proſpectu, vlteriorique indagine intellectus illa valeat aſſequi. Hocque nihil aliud eſſe poteſt, niſi animus ab omnibus affectibus liber; & abſtractio quædam ab externis omnibus, itaut in extinctis ſenſuum motibus, & animi omni depoſita cura, mens in altiorem contemplationem feratur, connertaturque, vt ſic veritatis abſtruſæ ideas aliquas aſſequatur, & proferat. Quæ quidem omnia cum, vel per morbum, vel per ſtatum morti proximum, homo comparare poſſit, & talem acquirere diſpoſitionem, minimè negandum, ſed admirandum potius, quod aliquando in his futurorum prædictio inueniatur.

Congruit hæc doctrina cum ſententia *D. Thom. d. quæſt. 172. ar. 1. ad 1.* vbi, Anima, *inquit*, quando abſtrahitur à corporalibus, aptior redditur, ad percipiendum influxum ſpiritualium ſubſtantiarum, & etiam ad percipiendum ſubtiles motus, qui ex impreſſionibus naturalium cauſarum in imaginatione humana relinquuntur, à quibus percipiendis anima impeditur, cum fuerit circa ſenſibilia occupata. Hinc animæ humanæ, ſecundum quod à ſenſibus corporis abſtrahitur, ex ſua ſubtilitate competit, aliqua præuidere. Quæ ſententia concordat cum *D. Gregor. in 4. Dialog. cap. 26. & D. Aug. ſuper Geneſ. ad litter. lib. 12. cap. 13.*

35 Prædictio experimentalis, ſeu experimento acquiſita, eſt præcognitio futurorum euentuum in ſuis cauſis; Sicuti Aſtronomus præcognoſcit ecclipſes, Medicus præcognoſcit ſanitatem, vel mortem ſequuturam ex aliquibus cauſis, quarum ordinem ad tales effectus experimento didicit.

36 Trifariam diuiditur hæc ſcientia, ſeu facultas, ex triplici coniectatione: quæ deſumitur; vel ex aſtris, aſtrologia dicta, vel ex elementis, meteoris, planctis, arboribus, & brutis; vel ex Phyſiognomia.

37 Primò enim, cum exhalatio ſit venti materia, & ventorum præcipuæ qualitates ſint caliditas, & ſiccitas; facilè intelligitur, cur ex ijs, & ſanitatis corporum, & fertilitatis anni, probabilia ſigna queant deſumi. *Seneca lib. 1. natur. quæſt. & Plin. lib. 2. à cap. 40.*

Secundò, non pauca fiunt ex vaporibus, quæ & ipſa ſuas adferunt probabiles prænotiones, ſicuti colligitur ex nubibus, & pluuijs, vt videre eſt apud *Conrad. Vuimpin. lib. 1. de ſign. cap. 5.*

Tertio, maris tumor, venti, fluuiorum inſolita eluuiones, peſtis, ac terræmotus annuncia eſſe, docent *Ammian. Procopius, & alij.*

Quarto quoad impreſſiones, quæ per reflexionem lucis circa vapores, & exalationes fiunt (vt iris, halo, coronæ, parelus, virgæ) naturalium præſenſionum prognoſtica cenſeri poſſunt. *Conrad. Vuimpin. loco cit.* ſicuti, & hiatus, & quæ foueæ & feneſtræ vocantur; Necnon flammarum illi tractus, quibus ignis fatui nomen eſt; Sunt enim effectus varij exhalationis, vel vaporis ſuperabundantis, & vincentis obſtantia, vel interdum luminis victi, profligati. *Senec. lib. 1. natur. quæſt. Plin. lib. 2. cap. 28.*

Quinto ex arborum prouentu prognoſtica colligi, teſtis eſt *Tullius* his verſibus.

Len-

Lentiſcus, triplici ſolita, grandeſcere fatu.
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Amigdalorum copia meſſis indicat abundantiam. Trifolium inhorreſcit, & folia contra tempeſtatem ſurrigit. Sine auris lubentia arborum folia, lanugines, & pappi populnci volitantes per aerem, aut aquis innatantes, tempeſtatem prænunciant. Si roſæ violæue ſub autumnum iterum floreant, peſtilitas imminet, *Martin. Delrius diſquiſit. magic. lib. 4. cap. 3. quæſt. 2. poſt med.* vbi ſubdit, non videri vacuum à ſuperſtitione, quod quidam tradidere, ſub autumnum duas, vel tres glandes legendas, tum cultro ſcindendas, trium aliquot in his reperiri ſolere, muſcam, vermen, vel araneam: Muſcam denotare diſſidia eo anno futura; Vermem fertilitatem; Araneã mortalitatem.

Sextò ex animantibus prænuncia deſumi, docent illa carmina.

Cana fulex, fugiens è vaſti gurgite ponti
Nunciat, horribiles clamons inſtare procellas.

Videatur de huiuſmodi prædictionibus *Tullius lib. 1. de diuinat. Virgil. lib. 1. Georgic. & Franciſc. Picus lib 3. cap. 3. & ſeqq.* vbi & cauſas aſſignat, cur paſſerculus aeris contagionem, & mus domum ruituram fuga præueniant.

Porrò ex obſeruatione huiuſmodi Phænomenorum emerſere canones prænotionum, quibus vtuntur nautæ, paſtores, & agricolæ, de quibus non contemnendum extat opus *Antonij Minaldi Mõluciani Ephemeridum ruſticarum.*

Atque hæc breuiter de coniectationibus, quæ deſumuntur ex meteoris, elementis, planctis, arboribus, & brutis, quantum ad noſtrum pertinet inſtitutum. Remittentes in reliquis lectorem ad *Senec. in lib. natural. quæſt. Plin. in lib. natur. hiſt. Valeſ. in libr. de ſacr. philoſoph. Conrad. Vuimpin. in lib. de ſign. Tull. in lib. de diuinat. Virgil. in lib. 1. Georg. Franciſc. Picum.* & alios, quos refert *Martin. diſquiſit. Magic. lib. 4. cap. 3. quæſt. 2.*

38 Aſtrologiæ ſcientiam à Zoroaſtre Bactrianorum Rege inuentam tradunt, Diodorus, Herodotus, & Strabo. Verum ante diluuij tempora Sethi filij, Adami prothoplaſti nepotes in duabus columnis aſtrorum ſcientiam deſcripſiſſe, ac deinceps Noè, & qui illi longo ordine ſucceſſerunt, in eius rei cognitione verſatos, ſcribit *Sabell. lib. 1. Enead. 1.*

39 Conſiſtit hæc facultas in coniectatione, quæ deſumitur ex aſtris, syderum curſu, ſolis, & planetarum, ecclipſium, ſtationibus, retrogradationibus, aſpectibus, coniunctionibus, oppoſitionibus, & ſimilibus. *Martin. Delrius diſquiſ. Magic. lib. 4. cap. 3. quæſt. 1.*

40 Cuius ſcientiæ quatuor partes diſtinguuntur. Prima verſatur circa reuolutiones, & prædicit totius anni, belli, pacilque viciſſitudines, aeris ſalubritatem, annonæ preciũ, morbos animantium, & ſimilia. Hac maximè pollebant ægiptij, qui aſtrorum motus, & obſeruariones ſummo ſtudio conſiderabant, quas vires ad animantium generationes haberent, quæue aut bona, aut mala, importarent hominibus. Sæpiuſque, quo melius occurri futuris poſſet, ſterilitatem frugum, fructuum vbertatem, morbos cum hominibus, tum pecoribus imminentes, terremotus, atque inundationum tempora, cometarumque ortus prædixerunt. *Diodor. Sicul. lib 2. cap. 2. de reb. antiq.* Per accidens tamen, cum cauſarum combinatio mutabilis ſit, & futura contingentia in ſe ipſis cognoſci nequeant.

Secunda præſtigioſa, diabolica, & damnata, continet magiſterium natiuitatum, docens ſigillatim, quid homini tota vita obtinget, quaue morte caſurus. Sic fertur P. Nigridius figulus, qui floruit Cæſaris temporibus, noueratque, ſupra omnes homines ſuæ ætatis, totius cæli ordinem, & curſum; tenebat ſtellarum vim, atque differentiam, quid ipſæ per ſe, aut eum alijs coniunctæ poſſint, & efficiant, Auguſto Cæſari adhuc infantulo imperium prædixiſſe, vt refert *Sueton. in Aug.* Leontius Athenienſis phyloſophus, cum filiam Athenaidem ſplendidam fortunam conſecuturam ex hac arte cognouiſſet, teſtamento ſuas opes duobus filijs reliquit, filiæ tantum centum aureis legatis, hac adiecta clauſula, quod eius fortuna eidem ſuffectura eſſet. Ergo à fratribus, patrimonium ſibi vindicantibus, paterna domo exacta, à matertera Conſtantinopolim perducta eſt, atque ibi baptizata, per Pulcheriam ſororem, nomine in Eudociam mutato, Theodoſio Imperatori nuptui data fuit ob formæ elegantiam, & eruditionem, de quo auctor eſt *Zonaras*. Henricus Boemus, inſi-

Google

gnis aſtrologus, qui Cracouiæ reperiebatur tempore Vladiſlai Iagelloni Polonorum Regis, videns Vladiſlaum, & Andream Caſimirum, quos eidem Regi pepeterat Sophia eius vxor, hunc infantem, recens natum, longæuum, ſed infelicem fore, Poloniamque multis, ac magnis malis, atque calamitatibus, eo regnante, afflictum iri, ex aſtris prædixit, fratrem verò eius Vladiſlaum clariſſimum, atque victorioſiſſimum futurum, & ni fata ei inuiderent, multis gentibus imperaturum. Quæ vtraque euentus poſtea comprobauit. Vladiſlaus enim Rex Poloniæ, & Hungariæ creatus, ad Vainam à Turcis cæſus anno ætatis 20. præclaræ ſpei non ſatisfecit. Caſimirus verò, qui fratri in Poloniæ Regno ſucceſſit, regnauit annis 45. vixit 64. venationibus potius Lituanicis, quam Reipublicæ deditus. *Cromer lib. 19. & 29.* Et Veſpeſianus Imperator Titi, ac Domitiani filiorum genituram ita cognitam habuit, vt cum multæ coniurationes contra eum fierent, quãquàm nec hæreditas iam Cæſares faceret, ſed fortuna, nec ipſe cuiquam ſuorum ſucceſſiſſet, tam conſtanter tamen filium vtrumque ſibi ſucceſſurum ex aſtris prævideriт, vt multas coniurationes, & inſidias perpeſſus, tandem in ſenatu non dubitauit aſſerere, fruſtra ſe dolis apperi, & inani ſucceſſu; ſe enim ſublato, aut filios ſuos Imperium habituros, aut neminem. Cuius rei veritatem demonſtrauit euentus, ſiquidem poſt ipſum imperauit Titus, & huic ſucceſſit Domitianus. *Petrarc. & Sabell. lib. 4. Enei. 7. ex Suetonio.*

Tertia vocatur electionum, quæ docet, quid in ſingulis rebus conſulto, & vtiliter faciendũ, quidue omittendũ ſit, quando ædificandum, quando egrediendum, vel domi manendum, quando nauigandũ, equitandum, quando, & quibus locis, vt fæliciter cadant, ſingula facienda, parum tamen, aut nihil valens.

Quarta imaginum ſculpendarum, plane præſtigioſa, & ab omnibus orthodoxis damnata.

41 Circa quas Aſtrologiæ ſpecies tres regulas notat *Martin. Delrius diſquiſ. Magic. lib 4. cap. 3. qu. 1.* Primò ſcilicet, Aſtronomũ à ſuis vniuerſalibus, commenſuratis, immediatiſque principijs non recedentem, iuxta canones ſuæ artis, pluribus antequam eueniant annis, vniuerſales euentus prædicere poſſe. Hoc eſt ex Solis, & Lunæ vario colore, alijſque phenomenis, ventorum, pluuiarum, ſerenitatis, & huiuſmodi, viciſſitudines, ſeu viciſſitudinum caſus prænunciare.

Secundo, non eſſe ſuperſtitioſam primã ex ſuprapoſitis Aſtrologiæ ſpeciebus, ſi Aſtronomus profiteatur tantum opinionem cum formidine oppoſiti. Sed neque ſecundam, ſi Aſtronomus innitatur ſoli ſuſpicioni. Neque tertiam, ſi Aſtronomus dicat tantum, ſe exiſtimare, quod res ſit bene ceſſura. Rationem reddens, quia propter conſideratos ſimiles euentus, ad eamdem aſtrorum poſituram ſæpe ſubſequutos, licet nobis, eadem, ſeu ſimilia, æſtimare, ſuſpicari, & metuere.

In hac tamen materia non eſt recedendũ à Conſtitutione 17. Sixti V. *Bullar. nou. tom. 2.* qua, dempto iudicio circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam, prohibetur aſtrologia iudiciaria, etiam aliquid certo non affirmando. Vbi pluriũ doctorum auctoritate notat *Cherub. in compend.* huiuſmodi prohibitionem ligare etiã in foro conſcientiæ, ob culpam ſaltem ratione ſcandali, & prohibitionis Eccleſiæ.

Tertio Aſtrologiam vllo iſtorum trium modorum vlterius tendentem, & aliquid certò euenturum prædicentem, eſſe mere illicitam, & ſuperſtitioſam. Totamque huiuſmodi diuinationem incertam eſſe, vanamque, neque artis, aut ſcientiæ nomine dignam.

Damnans propterea vti diabolicas prędictiones, & diuinationes, quæ in antiquis leguntur codicibus, & quarum euentus in dubio non reuocantur; Cuiuſmodi ſunt, à nobis ſupra recenſitæ, & aliæ multæ. Veluti Theagenis, qui ex ſtemmate, ſeu genitura prædixit Imperium Auguſto *Suet. in oſtau.* Thaſili, qui mortem ſibi inſtate miranti Tiberio dixit, quam ſecreto idem Tiberius ei, re cum nullo communicata, moliebatur. *Dion. lib. 55.* Aſcletacionis; qui ſibi prænunciauit fore, vt vt breui laceraretur à canibus, prout euenit, incaſsũ contranitente Domitiano. Cum enim eũ interfici, & ad arguendã temeritatem artis, ſepelliri quoque accuratiſſime iuſsiſſet. Hoc dũ fieret euenit, vt repentina tẽpeſtate deiecto funere, ſemiuſtũ cadauer diſcerperent canes. *Sueton. in Domit.* Et huiuſmodi plura, quæ apud ipſum ibidem videri poterunt, & ſparſim apud Authores.

Ex

42 Ex phiſiognomia futura conicctari poſſe, docet idem *Martin.delr. d.cap.3.qu.4.* Ex pilorum ſcilicet, & membrorum corporis, colore, habitudine, proportione; non tantum de temperie, ac valetudine; verum etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus, præſertim ex fronte, facieque, quia hæc virtutũm intellectualium ſpeculum eſſe ſolet, ac clementiæ, vel ſeueritatis index; teſte. *Plin.lib.11.cap.17.* Ideoque minorem frontem venuſtum facere, & mitem, remiſſum, & quietum; Et è contra frontem magnã ſegnes, paruã mobiles, rotundam iracundos, latam mente flexibiles deſignare; *Ariſt.lib.1. animal. cap. 8. & Plinius lib 11. cap.52.*

Ex oculis indicia religionis deſumuntur, in quibus hominis imago, & natura maximè exprimitur. Ex his namque virtutes, & vitia dignoſcimus; iratum, vel propitium animum, lætum, aut affectum perpendimus. Caprinos oculos, & modice conniuentes, aut paruos, morum præſtare indicium optimorum, e contra oblõgos peſſimos denotare, candidos, & protentos, imprudentes, carnoſos verſipelles, mobiles inconſtantes. *Ariſt. lib. 1. de hiſt.animal.cap.10.& Plin.d.cap.52.*

Naſum item morum indicium multi arbitrantur. Hinc Perſæ in præſentem vſque diem homines vnco naſo, quos gryphos vocant, & amant, & pulchritudine præditos credunt, in honorem Cyri Regis, qui eiuſmodi naſo fuiſſe creditur, teſte *Plut. in politic. & apophtegmat.* ſimos vero mites facere, & gratioſos.

Ex ſupercilijs faſtus deſumitur. Etenim quibus porriguntur in altum, molles ſignificant; quibus iuxta naſum flexa ſunt, auſteros, quibus iuxta tẽpora inflexa, deriſores, & quibus in totũ demiſſa, maleuolos, & inuidos, *Ariſt. lib.1.de hiſt.anim.cap.9.& Plin. d.cap.52.* Multa in ſupercilijs, geniſque poſita ſunt, ex quibus ſapientes, & natura periti homines, imagines velut in ſpeculo aſpicientes, quæ mens illis, quodque ſit ingenium, contemplantur. *Philoſtr. in vita Apollon.lib.2. cap.12.* Et vitiũ in ſupercilijs dari vult *Quintil. inſtit. orat.lib. 11. cap.3.* Si aut immota ſunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate diſſident, aut contra id, quod dicimus, finguntur. Ira enim contractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur. Cæterũ ſupercilia penitus abraſa malitiã olere, & calliditatem tradit. *Cicer.in orat.pro Roſ. com.*

In genis dicitur habitare ſedem pudoris. Has enim, cum pudet, rubore primum affici videmus, ac pudibundum animum ex illis penſitamus. Quare in pueris rubere genas, & ingenuo pudore affici, probitatis ſignum eſt; in his enim pudor, integritas, & virtus oſtenditur. *Alex. Gen. dier.lib.2.cap.19.*

Ex auriculis item animi non leuia deſumuntur indicia. Si quidem magnæ ſtultum, loquacemque deſignant. Mediocres optimos mores demonſtrant. *Ariſt. lib. 1.hiſt.anim. cap.11. Plin. dicto cap. 52.* At in auriculis fæminarum rubor eſt læſæ conſcientiæ, & admiſſæ turpitudinis ſignũ, & quidem recentioris concubitus, ſi vna capilli vexati appareant, & incompti. Quod *Sueton.in Auguſto, cap.69.* adnotauit, dicens. Marcus Antonius ſuper feſtiuas Liuiæ nuptias obiecit, & fæminam conſulatem è triclinio viro coram in cubiculum abductam, rurſus in conuiuiũm rubentibus auriculis incomptiorem reductam.

Quod ad colorem attinet, Rubicundos animoſos; nigiores viriles, albos deuotos, mellei coloris, & decoloris vultus, nimium amatores, tradit *Plato in Timeo.*

43 Huiuſmodi facultate non modice pollebat Matthias Coruinus, Hungariæ Rex, cum ex primo aſpectu lineamentorum faciei, de temperamento, & moribus hominum ſolertiſſime indicaret. *Ioach. Curaus in annal. ſiles.* Et eadem peritia Socrates depræhendit, Platonem fore, qualis prædicatur. *Siren.lib.9.de fato, cap.39.* & Socratem ſtupidum, libidinoſum, & bardum agnouit *Zopyrus Phiſiognomon*, qui ſe hominum mores, naturaſque oculis, vultu, fronte prænoſcere profitebatur. Quod etſi ægre ferrent eius diſcipuli, illos tamen compeſcuit Socrates, verum iudicium *Zopyri* futurum aſſerens, niſi naturæ indecentes motus phyloſophiæ ſtudio frenaſſet. *Elian. & Cic. de fato.* Pitagoras item adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum offerebant, primum mores, & naturas illorum de oris, atque vultus effigie ſciſcitabatur. *Gell.lib.1.noct.Attic. cap.9.*

Cui facultati nec defuerunt Sancti Patres. Siquidem D. Gregor. Nazianz. cum Athenis Iulianum conſpexiſſet, antequam Imperio potiretur, ex ipſa phyſiognomia de ingenio eius dijudicans, exclamauit. Deus bone, quantum malum Romanum fouet Imperium? Namque vt ipſemet teſtatur, non boni hominis indicia eſſe vi-

debantur, ceruix non conſiſtens, humeri, quos ſubinde iactaret, & reduceret, mobiles oculi errabundi, & vagi, furibundum quid minantes, pedes inſtabiles, ac genubus nutantes, naſus contumeliam, & contemptum ſpirans; vultus deridiculus, & ridiculus; riſus immoderatus; & corpus cachinno concutiens, nutus, ſiue annuens ſiue renuens, ratione carens; ſermo conſiſtens, & reſpiratione conciſus, interrogationes incompoſitæ, & ineptæ; reſponſiones nihilo illis meliores, aliæ alijs imminentes, ſibique minime conſtãtes, neque ab inſtitutione liberalioris doctrinæ proue nientes. *Niceph. lib.* 10. *hiſt. Eccleſ. cap.* 37.

Et D. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, Mahometum in Hiſpania videns, antequã incendium illud excitaret, ex ipſa phyſiognomia præſagiuit, illum Eccleſiæ, & Reipublicæ peſtem fore, iuſſitque eum capi, ſed is admonitus à Diabolo, fuga ſibi conſuluit. *Antonin. tit.* 13. *cap.* 2. §. 6.

44 Prophetia, ſeu prædictio Diabolica cõſiſtit in diuinationibus, vaticinijs, oraculis, & huiuſmodi multis, quibus conatus fuit Diabolus veram prophetiam imitari; dando reſponſa, ex antris, vel ex ſtatuis, aut ex hominibus, quandoque vera de his, quæ naturaliter ſcire poterat, vt plurimum tamen falſa, vel ambigua. Talia fuerunt oracula, Iouis Dodonei, Iouis Ammonij, Iouis Trophonij, Apollinis Delfici, Clarij, Delij, Smynthæi, & alia innumera, quæ leguntur apud *Theod. lib.* 10. *de curan. Græcor. affect. Cal. Calcagn. lib. de oracul. Iul. Siren. lib.* 9. *de fato, & alios.* Tales Gallicenæ, ſic dictæ Mulieres antiſtites Gallici numinis in ſena britannici maris inſula, quæ magici carminis vi tempeſtates ciebant, ſeque in animalia videbantur transformare, futura prædicebant, & quæ alijs erant inſanabilia, ſanabant. *Pompon. Mela lib.* 1. *& Cal. lib.* 13. *cap.* 33. Tales omnes Pytonici, qui & ventriloqui dicti, eo quod ex imo ventre vox prodire videbatur, vt explicant, *Origen. lib.* 7. *contra Celſum, & D. Chryſ. in* 1. *ad Cor. cap.* 12. licet quandoque etiam ſub pectore, infra cutem ſe Dæmon oſtentet, & per pectus loqui videatur, prout talem ſe vidiſſe refert *Cal. Rodigh. lib.* 8. *cap* 10.

45 Indubitatum eſt enim, Dæmonem, licet non omnia, plura tamen noſcere, quæ ſunt hominibus ignota, vt ex communi Theologorum ſententia probat *Martin. Delr. diſquiſ. magic. lib.* 4. *cap.* 2. *qu.* 2. *in princ.* Etenim ex diuturna obſeruatione ſummam ſibi comparauit experientiam, vltra quod angelico pollet ingenio. Optimeque nouit rerum naturalium facultates, & ad quid valeant; hominum voluntatem, mediante appetitu ſenſitiuo inclinare, omniumque hominum temperamenta, affectusque, & quid ex his, vel illis ſequi ſoleat. Vnde contingit, vt ſæpe adamuſſim prænunciat, quid, & quando homines facturi ſint, vel etiam quod Deus hunc, vel illum populum ſit puniturus: quod talis exercitus gladio, fame, peſtilitate affligetur, quod talis à tali ſit occidendus. Quod Princeps de ſolio exturbandus. Etenim hoc ex diligentia, & fide coniuratorum, ex ſocordia, & incuria cauendi, vel pellendi, colligere poteſt. *D. Auguſt. de Ciuit. Dei, lib.* 9. *cap.* 23. *Delr. d. quæſt.* 2.

Poteſt item prænoſcere quæcumque dependent à cauſis neceſſarijs, quæ ab alijs cauſis naturalibus nequeant impediri; vt ſunt motus cælorum, ecclypſes, aſtrorum coniunctiones, & ſimilia. Atque etiam imbres, pluuias, nimbos, tempeſtates, & alias huius generis, per coniecturas tamen. *Martin. loc. cit*

Inſuper omnia præterita, quæ vel aliena reuelatione accepit, vel coram ipſo geſta fuere, memoria retinet, & quæcumque actu exteriore prodita ſunt, vt ſecreta, furta, res deperditæ, theſauri olim defoſſi, metalla ſubterranea, quæ hominum cognitionem fugiunt, *Martin. l. c.*

Et licet ſecretas cogitationes, intus animum remanẽtes penetrare nequeat, vt ex Alberto Magno, Alexandro de Ales D. Thoma, D. Bonauẽtura, & alijs, docet *Delr. loc. cit.* Si tamẽ cogitationes huiuſmodi, vultus, vel mẽbri alicuius motu, aut mutatione, vel alio extrinſeco ſigno prodantur, peritius, & ſolertius, quã exercitatiſſimi medici, ex huiuſmodi indicijs internas animi affectiones deprehendit. *Ioann. Caſſian. coll. lib.* 7. *cap.* 16.

Et quidem circa hominum cogitationes poteſt Dæmon adeò vehementer, phãtaſmatibus immiſſis, hominem turbare, vt vix aliud aduertere, vel cogitare queat, quam quod ab eo ſuggeſtum fuerit, & ita fit, vt quæ aliquis cogitat, diuinare videatur. Ita Scottus Parmenſis de anno 1579. traiecti ad Moſam cogitationum ſcientiam aucupabatur, ſe diuinaturũ promittens, quidquid aliquis cogitaſſet, pro-

ut

ut diuinabat, Immiſſa ſcilicet à Dæmone importuniſſima ſtatim de re aliqua, mago nota, cogitatione *Martin. Delr. d. quæſt. 2.*

Prædicere item poteſt, quæ nouit, ſe, Deo permittente, facturum. E. g. ſi, Deo permittente, ipſe peſtilitatis alicuius certum, & determinatum tempus duraturæ auctor, & illator fuit, nouit tali die peſtem ceſſaturam. *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 32.* Idque certius, ſi ex pacto, ad certi ſigni alicubi reconditi, vel condicti ſublationem morbus deſinet. Sic à Dæmone accepiſſe putat *Mar. Delr. loc. cit.* Turcã illum famaguſtanum, qui congregata in foro concione populi, prædixit, ſe intra horæ ſpatium moriturum, & confeſtim ſe mortuo luem ceſſaturam, prout factum extitit, teſte *Villamont, lib. 2. Peregrin. cap. 7.*

Demum ea, qua pollet celeritate, quæ in remotis longo itinerũ interuallo regionibus geruntur, denunciare poteſt eodẽ tẽpore, quo fiunt. Prout Apollonius, cũ eſſet Epheſi, quaſi præſens ſpectaculo, exclamauit, Romæ interfici Domitianum. *Philoſtr. in vita Apollon.* De quodam Cornelio Idolorum Sacerdote hæc refert *Aul. Gel. lib. 15. cap. 18.* Quo C. Cæſar, & Gn. Pompeius die ciuile bellum ſignis collatis in Theſſalia conflixerunt, res accidit Patauij in tranſpadana Italia memoria digna. Cornelius quidam ſacerdos, & loco nobilis, & ſacerdotij religionibus venerandus, & caſtitate vitæ ſanctus, repente mota mente, conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari. Ac deinde alios cedere, alios vrgere, cædem, fugam, tela volantia, inſtaurationem pugnæ, impreſſionem, gemitus, vulnera, perinde ac ſi ipſe in prælio verſaretur, coram ſe videre vociferatus eſt; Ac poſtea ſubito exclamauit, Cæſarem viciſſe. At Cornelij Sacerdotis ariolatio leuis tum quidẽ viſa eſt, & vecors. Magnæ mox admirationi fuit, quod non modo pugnæ, quæ in Theſſalia pugnata eſt, atque prælij exitus, qui erat prędictus, idem fuit, ſed omnes quoque pugnandi reciprocæ vices, & ipſa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu, atque verbis repræſentata eſt.

46 Hinc ſicuti ex ſacris paginis, & authenticis codicibus conſtat nobis, vltra quatuor maiores, & duodecim minores, plures & ante, & poſt aduentum Chriſti Domini ſpiritu ſancto motos futura prophetaſſe, *Gen. 48. & 49. 1. Reg. 12. 3. Reg. 11. 12. 14. 16. & 19. 2. Paul. 16. & 19. Luc. 2. Act. 11. & 21.* quin & omni ſæculo plures Dei ſeruos prophetiæ dono claruiſſe, & quidem omni ſæculo, vt ſingillatim notat *Grauin. Lapid. Lyd. lib. 1. de viſion. exiſt. cap. 2. per tot.*

47 Sic etiam Dæmonem, quæ ſcire poterat, futura prædixiſſe, conſtat ex ijſdem ſacris litteris, vt dicemus inferius; Itemque ex prophanis, atque Ethnicorum traditionibus. Appollonius, è Tyana Ciuitate Græciæ, rerùm futurarum præſagijs claruit. Præuidit enim Cilicem quemdam laſciuum hominem intra tertium diem, prout accidit, occiſum iri, ſe cuncta facere, Deo conſultore, & duce Dæmone iactabat, ſcireque omnium linguas, & hominum cogitationes introſpicere, futura præuidere, & præterita diuinitus cognoſcere. Somnia interpretans, & portenta declarans, damnabat animalium ſacrificia. Cuius vitam copioſe deſcribit Volaterranus ex Philoſtrato. Lacoon Troianus vates græcos in fatali ſionnis machina deliteſcere præmonuit, Troianoſque, quod eam machinam in vrbem admiſiſſent, obiurgauit, *Virgil. lib. 2. Eneid.* Aruntis Tuſci peritiam in diuinando deſcribit *Lucanus his verſibus*:

Hac propter placuit Thuſcos de more vetuſto
Acciri vates, quorum qui maximus æuo
Aruns, incoluit deſerta mœnia Lunæ,
Fulminis edoctus motus, venaſque calentes
Fibrarum, & motus errantis in aere pennæ.

Mopſus omnium vatum peritiſſimus, vnus fuit eorũ, qui Argonautis futura prædixerunt. Cum hoc in certamen deſcendit Calchas, victuſque animi dolore in fata conceſſit. Adagium fluxit in vulgus, Mopſo certior, de eo, qui citra mendacium futura præuideret, & enunciaret. Videatur *Ovid. lib. 10. metam. Senec. in Med. & Val. flac. lib. 1. Argon.* Daphnem Tireſiæ filiam apud Delphos ſolitam vaticinari, teſtatur *Cel. lib. 24. cap. 1.* quod & de Manto ſcribunt, *Virgil. lib. 10. Aeneid. Ouid. lib. 6 Metam. & Stat. lib. 10.* Quanta vero prædixerint Sybillæ etiã de aduentu, & paſſione Chriſti Domini, & de futuro vniuerſali iuditio, *D. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 23.* vbi, licet Sybillam Erytream in eorum numerum deputandam videri dicat, qui pertinent ad Ciuitatem Dei; Hoc tamen negat *lib. 13. contra Fauſtum cap. 15.* vbi, de Orphei,

Her-

Hermetis, & ſybillarum prædictionibus, ac prophetarum oraculis loquens. Quantum diſtat, *inquit*, de aduentu Chriſti inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem Dæmoniorum, tantum inter auctoritatem Prophetarũ, & curioſitatem Sacrilegorum. Et ne plura congeram de diuinationibus, oraculis, vaticinijs, ac Dæmoniorum reſponſis, videantur *Cicer. in lib. de diuin. Cal. Aul. Gell. Plin. Sueton. in duodecim. Imperat.* vbi inter alia refert, à Spurina vate C. Cæſarem monitum, vt Idus Martias caueret. quo die à M. Bruto, & Caſſio interfectus fuit.

Et poſt aduentum Chriſti Domini legimus in *Act. Apoſt. cap. 16.* Puellam quandam, quæ ſpiritum in ſe habebat, res occultas, euentaque multis prædixiſſe. Pariter Philumena puella atidica, cuius contubernio Apelles hæreticus, aut, vt alij volunt, Seuerus vſus eſt, & cui Diabolus per phantaſma pueri habitu reſpondebat, modo Chriſtum, modo Paulum ſe eſſe dictitans, plura prædicebat; Miracula item faciens, inter quæ illud præcipuum eſt, quod in anguſtiſſimi oris ampullam vitream, panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis leuaret illæſum, eoque ſolo, quaſi diuinitus dato cibo, contentam diceret, teſte *D. Aug. qui & lib. 1. contra Academ.* meminit Albicerij diuinatoris Carthaginenſis ſceleſtiſſimi, cuius reſponſa veriſſima eſſe multis experimentis conſtabat, Cochlearij amiſſi cauſa à quodam aditus, primo ſtatim aſpectu, non ſolum quid quæreret, ſed & cuius eſſet, & vbi lateret, citiſſime, veriſſimeque indicauit. Cum puer mercedem illi ferre iuſſus, partem nummorum ſubtraxiſſet, illum coegit ante oculos heri, quos abſtulerat, reddere, priuſquam aut puerũ, aut nummos ipſos vidiſſet. Cuidam flagitanti, vt diceret, quid ſecum ipſe tacitus cogitaret? Virgilij verſum reſpondit. Cumque ille, quemnam, peteret, licet litterarum imperitus eſſet, verſum illum non modo recitauit, ſed cecinit. Puella quædam lunatica Michaeli Curopalati Imp. exitium, Leonemque Armenum ſucceſſorem eius fore, nominatim prædixit, vt refert *Cedren. & Zonar. tom. 3.*

Videatur *Martin. Delr. diſq. magic. lib. 4. cap. 2. ſect. 2. & per plures ſeqq.* vbi de omnibus illicitarum diuinationum ſpeciebus diſcurrit, quorum effectus licet vt plurimum ferè ſemper ſint fallaces, quandoque tamen, Deo permittente, vel in odiũ, & damnum eorum, qui huiuſmodi illicitas artes exercent, ad votum ſuccedunt, & falſi prophetæ vera denunciant.

Ex quibus omnibus ſupradictis patet quam cautè procedendum ſit, in definiẽdo, ſeruos Dei prophetiæ dono præditos extitiſſe, ob ea, quæ dicta ſunt, cum nõ modò per artem diabolicam, ſed etiam ex cauſarum combinatione, & naturalibus ſignis nonnulli effectus cõiectari poſſint.

SVMMARIVM.

Apparitiones, & viſiones idem ſunt, nu. 2.

Apparitiones, & viſiones antiquitus frequentiores, nunc rariores, & quare, nu. 12.

Apparitiones, & viſiones ſuſpecta habenda ſunt nu. 12.

Apparitiones, & viſiones non arguunt ſanctitatem, nu. 12.

Apparitiones Diabolicæ ad decipiendos homines, remiſſiue, nu. 10.

Confeſſarij deponentes ſuper viſionibus, & reuelationibus ſeruorum Dei, quę addere deberent, nu. 11. in fine.

Conſiderationes, quibus diſcernuntur veræ, & diuinæ viſiones, & reuelationes, à malis, & diabolicis nu. 11.

Spiritus Sanctus ad animum malis cogitationibus fluctuantem non accedit, nu. 11. poſt. med.

Viſio à viſu quomodò diſtinguatur, nu. 1.

Viſio, & apparitio idem ſunt, nu. 2.

Viſionum tres ſpecies, nu. 3.

Viſiones comitantur reuelationes, nu. 4.

Viſiones diuinæ ante Chriſti aduentum, nu. 5.

Viſiones diuinæ in Chriſti aduentu, nu. 6.

Viſiones diuinæ poſt Chriſti aſcenſum in Cœlum, omnibus ſæculis vſque ad præſentem diem, nu. 7.

Viſiones diabolicę antiquiores, num. 8.

Viſiones diabolicæ recentiores, num. 9.

Viſiones, & apparitiones diabolicæ ad decipiendos homines, remiſſiue nu. 10.

Viſitiones, & apparitiones diuinæ, vt à diabolicis diſtinguantur plures conſiderationes, nu. 11.

Viſiones antiquitus frequentiores, nunc rariores, & quare nu. 12.

Viſiones, & apparitiones ſuſpecta habendę, nu. 12.

Voces de Cęlo diuinæ, nu. 13.

Voces diabolicę, vel incerto authore, num. 14.

CAPVT

CAPVT II.

De Viſionibus.

1 VIſionem à viſo ita veteres diſtinxe-
runt, vt viſio eſſet, quoties nos id
videre prius opinamur, quod ita poſt-
modum euenit, vt apparuerat. Viſum
verò, cum interuigilio, vel in ſomnijs ei,
qui vigilare ſe putat, formæ aliquæ ocu-
2 lis ſe ſe videndas offerunt. Nos verò
vnum pro alio promiſcue accipientes, no-
mine viſionum apparitiones intelligimus.
Quarum triplicem ſpeciem ex Origene,
& D. Thoma, aſſignat *Martin. Delr. diſq.*
3 *magic. lib. 2. quæſt. 26. ſect.* 2. quod nem-
pe alia ſint intellectuales, aliæ imagina-
riæ, ſeu ſpirituales, & aliæ corporatę.
Intellectuales dicuntur, quando ſubſtan-
tiæ ſeparatæ in ſolam mentem, non alie-
na figura, ſed ſeipſis ſe inſinuant, quod
habet ſpeciem beatificæ, & æternæ viſio-
nis. Imaginarię, ſeu ſpirituales dicuntur,
quando ſubſtantiæ ſeparatæ formas ali-
quas alienas ſenſui noſtro interno induunt,
quibus in earum cognitionem inducа-
mur. Corporatæ verò dicuntur viſiones,
quando huiuſmodi ſimulachra externo
ſenſu excipiuntur. De viſionibus intel-
lectualibus non eſt ſermo noſter, ſed tan-
4 tum de imaginarijs, ſeu ſpiritualibus, &
corporatis, quaș quia vt plurimum comi-
tari ſolent reuelationes, ideo de vtriſque
plura afferemus exempla, de bonis prius
& diuinis, & deinde de malis, & diabo-
licis.
5 Primo igitur loco ſe offert Abraham,
cui in conualle Mambre ſedenti in oſtio
tabernaculi ſui apparuerunt humana ſpe-
cie tres Angeli, Sodomę ſubuerſionem re-
uelantes, *Gen.* 18. deinde *Iacob.* qui vidit
in ſomnijs ſchalam ſtantem ſuper terram,
cuius cacumen Cęlum tangebat, Ange-
los Dei per eam aſcendentes, & deſcen-
dentes, Deumque eidem ſchalę innixum,
ac ſibi dicentem, terram, in qua dormis,
tibi dabo, & ſemini tuo &c. *Gen.* 28. &
idem Iacob, qui cum Angelo in ſpecie vi-
ri luctatus fuit, *Gen.* 32. & plures alię, quę
videri poſſunt in ſacris paginis, vſque ad
nouiſſima tempora prope Chriſti Domini
aduentum, quando legimus, Machabeo
per ſomnium apparuiſſe Oniam, orantem
pro pupulo Iudęorum, aliumque virum
ętate, & gloria mirabilem. *Machab.* 15.
6 & in ipſo aduentu Chriſti Domini Za-
charię apparuiſſe Angelum reuelantem
natiuitatem Ioannis, *Luc.* 1. in Natiuitate
Ieſu Chriſti Paſtoribus apparuerunt An-
geli, nunciantes, natum mundi Saluato-
rem. *Luc.* 2.
7 Poſt aſcenſum Chriſti Saluatoris in
Cęlum, ſemper, & in omni ſęculo conti-
nuarunt viſiones, apparitiones, & reue-
lationes. Etenim primo ſęculo, B. Pe-
tro, perſecutionem vitanti, Chriſtus con-
ſpicuum ſe prębuit, dicens, ſe Romam
contendere, vt iterum crucifigeretur.
Intellecta ex hoc Domini voluntate, Pe-
trus Romam reuerſus agitur in crucem.
Eoque in loco, vbi Petro Chriſtus appa-
ruit, fundata eſt Eccleſia ſub titulo, Do-
mine quo vadis? Eodem ſęculo Sanctus
Ignatius viſionem Angelorum per reſpon-
ſorios himnos Sanctam Trinitatem lau-
dantium vidit, & iuxta modum viſionis
Antiochenę Eccleſię formam, alternatim
in choro canendi tradidit; Vnde hæc tra-
ditio ad omnes Eccleſias promanauit.
Socr. lib. 6. cap. 8.

Secundũ ſęculũ multas viſiones, & di-
ctiones propheticas habuiſſe; teſtantur,
*Iuſtinus Martir. Apolog. 2. ad Imper. S. Ire-
neus, lib. 2. cap. 57. aduerſ. hæreſ. & Eu-
ſeb. lib. 5. cap. 25.*

Tertio ſęculo, B. Gregorio Taumatur-
go, cum Deipara, B. Ioannes Euangeli-
ſta apparuit, vt narrat ſcriptor eius vitæ,
D. Gregorius Niſſenus, & Ruſin. lib. 5. cap.
25. & item S. Ciprianus viſionum, & re-
uelationum habetur illuſtris, *B. Ambroſ.
ſerm. 90. Lauren. Sur. die 1. Maij tom.* 3.

Quarto ſęculo, Chriſtus Dominus di-
gnatus eſt apparere B. Petro Alexandri-
no in forma pueri, dolentis veſtem ſuam
ab Ario diſciſſam. *Sur. to. 6. die 15. Nou.*
Et Antonius Aegiptius vidit beſtias in
Sanctuarium Dei ingredientes, & omnia
proculcantes, quibus Ariani pręſigna-
bantur. Cuius rei meminit, *D. Chryſoſ.
homil. 8. in Matth. dicens.* De his, quos
,, ariana peſtis inuaſit, manifeſtiſſime pro-
,, phetauit, quantaque Eccleſijs labes ab
,, illis immineret, docuit. Deo vtique re-
,, uelante hęc, & cuncta ante oculos eius
,, figura pingente.

Quinto ſæculo, Emilius Beneuenti
Epiſcopus, cum alijs Epiſcopis ſollicita-
tus, vt in cauſa Ioannis Chriſoſtomi, eius
amicitia neglecta, Attico communicaret,
oblatis etiam multis aureorum pecunijs,

virum

virum grauem in ſomnijs admonentem audiuit. Videte quomodo circumſpecte ambuletis, dies enim mali ſunt. *Niceph. lib. 13. cap. 33.*

Sexto ſæculo, clariſſimus viſionibus habetur Magnus Gregorius, multa in ſuis *Dialogis* de damnatorum ſupplicijs recenſens; vt de anima Theodorici, in Vulcani flammas iniecta, quam Liparitanus inſpexit Eremita, *lib. 4. cap.* 30. de moniali ante Altare per medium diſſerta, *cap.* 15. & de purgatorio loquens, meminit animæ Paſchalis Diaconi, in thermis ſe purgantis, & alterius cuiuſdam thermarum caloribus deputati, *eod. lib. 4. cap.* 40. *&* 55.

Septimo ſæculo, Dagobertus Rex in hora ſui exitus à ſatellitibus Sathanæ ad vulcania loca deferri viſus eſt Ioanni Eremitæ, ſed à Dioniſio, & Mauritio martyribus, & Martino Confeſſore è manibus illorum anima erepta, ad vitales auras reuocatus, *Aimon. lib. 4. cap.* 13. & cum ingens lues Romam affligeret, diuinum oraculum acceptum eſt, non ceſſaturam, donec altare D. Sebaſtiano Martiri conſtrueretur. Quo ædificato, ceſſauit peſtis. *Paul. Diacon. lib. 6. cap.* 5.

Octauo ſæculo, S. Germanus Pariſienſis Epiſcopus Pipinum Regem viſione commonuit de ſuorum oſſium translatione ab Oratorio Sancti Simphoriani ad aulam maioris Eccleſiæ. *Aimon. lib. 4. cap.* 62. Admiratione verò digniſſimum, quod *apud Lipoman. tom.* 6. narrat Conſtantinus Epiſcopus, oculatus teſtis, de tranſlatione reliquiarum S. Euphemiæ Martyris præſtrictum ſplendore miraculum. Cum enim Leo Iſauricus clam ſuſtuliſſet Martyris reliquias, & earum loco oſſa arida impoſuiſſet, veraſque reliquias cum loculo in maris vndas proieciſſet; Incidere nautę quidam in loculum rei ignari, & putantes theſaurum aliquem in eo repoſitum, ſuſcepere, & aperuere, & mirifico, qui inde exhalabat, odore perfuſi, cognouere Sacras eſſe reliquias, cumque hærerent ignari, cuiuſnam forent, eadem nocte videre lumina, & cereos, viroſque mirè candicantes, Deumque laudantes. Deinde cum appuliſſent Leuinū, & ſomno ſe dediſſent, viderunt in quiete Gliceriam Martyrem occurrere Euphemiæ Virgini, illamq; amplecti, & exoſculari, & aduentum gratulari. Ex eo cognouerunt, cuius eſſent illæ reliquiæ. Ter inde ſoluentes, ter ventis reflantibus eodem reiecti ſunt. Denique Euphemia adſtitit illis in ſomnijs, & quæ foret edocuit, ac ſe ibi velle ſubſiſtere edixit, ex quo fuerat ab impio Leone in mare proiecta.

Sæculo nouo, Sancta Cecilia Pontifici apparens, locum ſuæ quietis indicat. Ramirus Hiſpaniarum Rex fortiſſime per totam diem cum Saracenorum maxima multitudine pugnaſſet, ſub noctem cum exigua ſuorum manu in collem quendam ſe recepit. Regi vigilanti, & Deum Precanti Sanctus Iacobus adſtitit, iuſſitq; omnes confeſſione luſtrari, & ſumpta Euchariſtia prælium conſerere. Mane cum omnes ad vnum Sancti monitis obtemperaſſent, ſigna contulerunt, hoſtiumque ſexaginta millia necarunt. Viſuſque in eo prælio Apoſtolus albo vectus equo, niueum geſtans vexillum, quod rubea crux tranſuerſa diſtinguebat. *Roderic. Epiſc. in Cron. gener. Alfonſ. Regis Marian. lib. 7. cap.* 13.

Decimo ſæculo. D. Lugdero, corpus S. Lebuini fruſtra quærenti, tandem viſum eſt in ſomnijs, Sanctiſſimum Sacerdotem Chriſti Lebuinum ſecum loqui, & ſui detegere locum ſepulchri, & membra ibi reperta, vbi ſpiritus indicarat. *Euchald. Elnonen. apud Sur.* 12. *Nou. tom.* 6. Cum Ioannes X. exercitum in Apuliam aduerſus Saracenos miſiſſet, Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus in prælio conſpecti Chriſtianis victoriam maximam pepererunt. *Luitprand. lib.* 2. *cap.* 14.

Vndecimo ſæculo, S. Seuerinus Colonienſis Epiſcopus, apparens cuidam eiuſdem Baſilicæ Presbytero, ſignificauit, ſe purgatorij flammis detineri ob id, quod horas canonicas non diſtinctis temporibus recitaſſet, ſed omnes mane, vt poſtea imperialibus negocijs magis expedite vacare poſſet. *Vincent. lib.* 23. *Par. Hiſtorial.*

Duodecimo ſæculo, Alphonſus Luſitaniæ Rex prælium cōmiſſurus contra quinque Saracenorum Reges, in ſomnis à Chriſto iuſſus eſt, in prælio ſigno vti, cui quinque vulnerum imago eſſet inſcripta. Obtinuitque victoriam memorabilem. Et hinc fluxit Luſitaniæ Regum inſigne. Cum per hæc tempora plurimis prodigijs trepidaret Italia, Cremonæ quidam infantulus in cunis iacens pannis obſitus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremque eſcas parantem fratri ſuo maiori, qui plorando panem petierat, à

cor-

Google

corporis curis compeſcuit;aſſerens ſibi viſam Dei genitricem Mariam ante Tribunal Chriſti ſtantem, inſtantiſſimiſque precibus pro iudicio, quod mundo propter peccata ſua intenderat, ipſi ſupplicantem: Ac poſt hæc eloquium depoſuit vſque ad tempus humanæ conditionis congruum. *Dodecl.in hiſtor.*

Sæculo decimotertio,mirabiles fuerunt viſiones, quæ tunc Summo Pontifici acciderunt, de ſanctis Dominico, & Franciſco, lateranum labentem ſubſtentantibus, & aliæ plures, quæ enarrantur, à *Coppeſt. in hiſtor.contin. lib.*15.*pag.*292.

Decimo quarto ſæculo, S. Geltrudis viſionibus, ac dono prophetiæ repleta eſt. *Bloſ.in monil.lib.*1.*cap.*2.*& ſeqq.*Et D.Brigitta Romæ exiſtens viſionem habuit de Gregorio XI, tunc Auenioni electo, qua videbatur ei ſignificare, velle Deum, vt Romam accederet, *Bzou.ad ann.*1371.

Decimoquinto ſæculo, B. Laurentius Iuſtinianus viſionibus, & prophetiæ ſpiritu illuſtratur; & item S. Vincentius Ferrerius, & S. Bernardinus Senenſis, vt ex eorum vita, & hiſtorijs.

Decimoſexto ſæculo,plures viſiones, & reuelationes habuere Sācti, Ignatius Loiola, Franciſcus Xauerius, Philippus Nerius, Tereſia Carmelitarum Diſcalceatorum fundatrix, Columba Reatina, Oſanna Mantuana, & alij, vt apud iſtorum temporum ſcriptores.

Nec defuerunt hoc vltimo ſæculo plures ſerui Dei viſionibus, & reuelationibus illuſtrati, vt conſtat ex proceſſibus pro illorum canonizatione fabricatis;atque hæc de diuinis viſionibus, apparitionibus, & reuelationibus ſufficiant.

8 Animaduertendum nunc de dæmonis illuſionibus non pauca referri, vel etiam fabulari. Et in primis Simonidem ab ædiũ ruina, in quibus ſcopas Theſſalus conuiuabatur, præſeruaſſe duos Iuuenes, qui paulò ante ruinam eum vocarant, & repẽte diſparuerant; eumdemque,cum ad littus nauem appuliſſet;inhumatumque corpus iacens ſepulturæ mandaſſet, admonitum ab eo in ſomnijs, ne proximo die nauigaret,in terra remanſiſſe. Qui inde ſoluerant, in eius conſpectu fluctibus,& procellis obrutos fuiſſe, ex *Valer. Max.lib.*1. *cap.* 7.*& Cicer.de diuin.lib.*1.

Dionem Siracuſanum,cum liberatis Siracuſis, paulò ante quam interficeretur, forte die ſero domi in porticu cogitabundus ſederet, ibi ſtrepitu repente facto, reſpiciendo clara adhuc luce ad alteram porticus partem, grandem vidiſſe mulierem, cultu, & facie nihil à tragica abhorrentem furia,quæ ſcopis domum verrebat, non multo poſt filius eius fere adultus de faſtigio domus ſemetipſum præcipitauit, & interijt,ſi credendum eſt *Plut.in Dione.*

Remus fauſtulo, & Accæ Laurentiæ eius vxori, ſuæque nutrici noctu apparuiſſe dicitur, de miſeranda ſui dolens morte, eoſque rogans, vt dies ille, quo cæſus fuerat, interferiatus haberetur. *Ouid. lib.* 5. *faſtor.*

C. Caſſium in acie Philippenſi vidiſſe C. Iulium Cæſarem, quem in Senatu interfecerat, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo,in ſe impetum facientem eoque aſpectu perterritum, tergum hoſti dediſſe, voce illa prius emiſſa. Quid enim amplius agam, ſi occidiſſe parum eſt? *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 8.

De eodem Iulio Cæſare tradit Sueton. *cap.* 33. Cunctanti (num Rubiconem, qui eius prouinciæ finis erat, transiret) oſtentum tale factum fuiſſe. Quidam eximia magnitudine, & forma, in proximo ſedens repente apparuit, arundine canens, ad quem audiendum cum præter paſtores, plurimi ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos, & æneatores, rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar,Eatur,inquit, quo Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat.

Et idem *Sueton. in Nerone cap.* 1. refert L. Domitio,rure quōdam reuertenti,iuuenes geminos anguſtiore forma ex occurſu imperaſſe, nuntiaret Senatui, ac populo, victoriam, de qua incertum adhuc erat, atque in fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, vt è nigro rutilum, æriquc aſſimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt.

Curtius Rufus, tenuis adhuc, & obſcurus, Africam obtinenti comes hæſerat. Inclinato die dum ſpaciabatur in porticu, offertur ei mulier, humana figura grandior,pulchriorque, perterrito ſe futurorum prænunciam dixit. Iturum enim Romam, honoreſque geſturum, atque etiam cum ſummo Imperio in eamdem prouinciam reuerſurum, ibique moriturum. Pro-

ut omnia euenerunt, ſi credendum eſt *Plin. lib. 7. epiſtol.*

Druſus Conſul factus, nomine Auguſti Cæſaris Germaniæ bellum inferens, eaque magna ex parte ſubacta, cum vlterius progredi ſtatuiſſet, mulier ei humana ſtatura maior obuia dicere viſa eſt. Quonam properas Druſe inſatiabilis? non in fatis eſt, vt iſta omnia videas. Verum abito, iam enim & vitæ, & operum tibi finis inſtat; inde rediens in morbum incidit, ex quo deceſſit, vt refert *Zonaras*, penes, quē ſit fides.

Alaricus Gothus, perfidia Rufini ad inuadendam Græciam inductus, cum exercitum Athenienſium vrbi admoueret, Mineruam in muris obambulantem vidiſſe fertur, ea ſpecie, quæ à Gentilibus fingebatur, pro mænibus vero Achillem ſtantem, qualem Homerus expreſſit, cum iratus in Patrochi necem vlturus accederet, cuius viſi noua ſpecie perterritus, conſilium oppugnationis abiecerit, ac pacem vltro ciuibus obtulerit, *Sigon. lib. 10. Imper. occid.*

Machabæus Amitinus Regis Scotiæ Duncani, & Banquho Suatt Forres, vir ſtrenuus, per ſiluas proficiſcentes ad Regem tres obuiam dicitur habuiſſe mulieres inſolita facie. Quarum vna ſalue Machabee thane glammis. Hoc nomen erat dignitatis, quam nuper acceperat. Altera verò. Salue Caldarie thane. Tertia, ſalue Machabee olim Rex future. Tum Banquho, & vos quæcumque eſtis parum propitiæ videmini, quæ huic præter optimos magiſtratus, etiam Regnum defertis, nec mihi quicquam; at ea, quæ primum loquuta fuerat, ſic reſponderit. Imo tibi longe maiora, quam huic nuntiamus, nam hic quidem regnabit, verum infauſto exitu neminem poſt ſe ex ſuis poſteris regem relicturus; at tu longa nepotum ſerie, quæ Regnum obtinebit, licet tu Rex futurus non ſis, relicta decedes, omniaque taliter eueniſſe, refert *Cardan. lib. 16. cap. 95. ex Hectore Boeto.*

9 Nouiſſimis etiam temporibus duo Mercatores per Taurinos ſaltus in Galliam profecturi, ampliorem humana ſpecie virum obuium habuiſſe traduntur, illiſque ab eo mandatum in hæc verba. Ludouicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, haſque illi litteras meo nomine date; obſtupeſcentibus illis, ac quiſnam eſſet percunctantibus? ſeſe Galeatium Sfortiam eſſe reſpondiſſe, & mox ab oculis eorum euanuit. Illos Mediolanum propere rediſſe, inde Vigleuanum, vbi Ludouicus degebat, Duci litteras obtuliſſe: quarum hic tenor erat, O, ò, ò, Ludouice caue tibi, quoniam Veneti, Gallique tuam in perniciem coituri ſunt, tuamque à ſtirpe rem euerſuri. Verum ſi mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, vt conciliatis ſpiritibus, ſiniſtra fata auertantur, idque conſequuturum ſpero, ſi mihi non aduerſatus annueris. Vale. ſubſcriptio erat, Galeatij fratris tui ſpiritus, *Bernar. Arlunus ſect. 1. hiſt. Medial.*

Et de anno 1536. Siculo cuidam Mercatori, Catana, Meſſanam proficiſcenti, in via occurrens fabri cuiuſdam immanis ſpectrum, Etnæ incendium prædixiſſe, quod, & ſequenti nocte ingenti cum terremotu, & ſtrepitu ſubſecutum, mortuo, præ horrore eadem veſpera mercatore. *Gilb. Cognatus lib. 8.* narcatinnum.

10 De quibus viſionibus, apparitionibus ac reuelationibus diabolicis, ad decipiendos Dei ſeruos, eoſque, qui viſiones, ac reuelationes ambiunt, videatur *Martin. Delr. diſquiſ. magic. lib. 4. cap. 1. per tot.* vbi plura refert exempla; Plures item conſiderationes adducens, ad diſcernendum veras, & diuinas à falſis, & diabolicis viſionibus.

11 Primo ſcilicet conſiderandum eſſe, qualis ſit reuelatio, ſi ad id inducat, quod exemplis Chriſti, & Sanctorum magis aſſimilet. Si hominem intrinſecè demiſſiorem reddat, quam ſine reuelatione fuiſſet. Si mitiorem, manſuetiorem, recollectiorem, & à ſęcularibus curis, & negotijs abſtractiorem; ſi ad ſimplicitatem inuitat, ſi id, ad quod inuitat, ſit ſimpliciter, & intime bonum, non aliqua dumtaxat ex parte. Denique ſi incipientem ad peccati deteſtationem, Proficientem per boni deſiderij inflammationem, & feruoris deuotionem ad meliora chariſmata promoueat; Perfectum vero interna præguſtatione diuinæ dulcedinis impleat.

Secundo, num id, quod reuelatum dicitur, humana intelligentia, vel aliquo ex modis ſupra proximo capite recenſitis, ſine reuelatione quis aſſequi potuerit, vel etiam dęmonis potentiam excedat. *Ioan. Gerſon. lib. de probat. ſpirit.*

Tertio, num talis reuelatio ſit omni ex parte conſentanea, conſtans, Sanctorum

Pa-

Patrum doctrinæ, & exemplis congrua, nihil falſi, vel erronei admixtum habens, totaque pertinens ad Dei gloriam, & hominum ſalutem. Cum cæteroqui ſuſpecta ſit omnis reuelatio, quam non videmus per omnia cum lege, Prophetis, & Euangelio conuenire. *Gloſſ. in Matth. cap. 17.*

Quarto conſiderandum eſſe. Quid mouerit hominem ad talem viſionem, & reuelationem alijs indicandam, propalandamque. Num curioſitas, leuitas, vanitas, cupiditas, auaritia, ambitio, vtilitas propria, vel aliena, ſpiritualis, vel temporalis. Etenim Elias humilitatis amans, quantum poterat, Eliſeum auertere à ſe conabatur, ne ſe cum curru igneo in Cælum rapi videret 4. *Reg.* 2. Arſenius ſibi factas reuelationes nunq nam, niſi aliorum poſtularet vtilitas, narrabat, & tum quaſi alteri accidiſſent, vt obſeruauit *Simeon Metaphraſtes* in eius vita.

Quintò, num reuelationem, viſionem, & apparitionem aliquæ cogitationes præceſſerint, vel ſubſecutæ fuerint, eum ex præcedenti imaginatione phantaſtica illuſio naſci potuerit. Etenim Spiritus Sanctus ad animum malis cogitationibus fluctuantem non accedit. Præterea non ſemper bonam, & piam cogitationem vera, & diuina reuelatio ſubſequitur; in ipſo namque orationis feruore pleriſque Diaboli conatus irrepunt, *Martin. Delr. d. lib. 4. cap. 1. quæſt. 3.*

Aliæ conſiderationes apud *eund. Martin. ibid. & lib. 2. quæſt. 26. ſect. 3.* videri poterunt. Quæ omnes ad Confeſſores, & Patres ſpirituales potius, quàm ad materiam Canonizationum pertinere videntur. Licet fortaſſe non abſonum eſſet, ſi Confeſſarij, & Patres ſpirituales, quando examinati deponunt ſuper reuelationibus ſeruorum Dei, omnia in ſuprapoſitis conſiderationibus contenta ſe obſeruaſſe teſtarentur.

12 Notandum pro complemento, ex *eod. Martin. d. lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 1.* ſicut olim diuinæ viſiones frequentiores fuere, quia magis neceſſariæ, ita hodierno tempore quia minus neceſſariæ, ideo infrequentiores eſſe, & per conſequens ſuſpectiores habendas. Præſertim cum in huiuſmodi viſionibus, & apparitionibus non conſiſtat ſanctitas, vel Chriſtiana perfectio, nec faciant Deo chariores, vel proximo vtiliores.

13 Quæ dicta ſunt de viſionibus, & apparitionibus, locum habent etiam in vocibus, de Cælo, vel incerto auctore intellectis. Etenim in Ethnicorum hiſtorijs plura vel fabulantur, vel quatenus verè acciderint, Dæmonum præſtigijs ſunt adſcribẽda, qualia ſunt, quæ ſequũtur; nempè, Romæ M. Ceditium plebeium hominem Tribunorum Collegio renunciaſſe, ſe noua via ſupra ædem veſtæ, vbi ſacellum poſtea fuit, ſilentio noctis vocem humana clariorem audiuiſſe, quæ iuberet, Magiſtratibus nũciari, Gallos aduentare. *Plutarch. in Camillo.* Neronem paucis antè cædem diebus ex Auguſtorũ Mauſoleo vox exaudita nominatim ciens, vt refert *Sueton. in eius vita cap. 46.* Et à Valeſio viro locuplete, tribus, quos habebat filijs peſtilentia laborantibus, dum ante focũ ſuos penates orat, vt ſaluis pueris in ſuum caput id mali verteret, vocem repente auditam, filios ſaluos fore, ſi Tarentum duxerit, ibique ex Ditis patris, & Proſerpinæ ara, petita aqua recrearit. Quod vbi fecit, pueri ſalutari quiete ſopiti, continuò omni morbo liberati ſunt, *Valer. Max. lib. 2. cap. 1.*

SVMMARIVM.

Deum hominem certum reddit, ſomnium à ſe immiſſum, nu. 11.
Iulianus maius ſomniorum interpres, nu. 15.
Somnij definitio, nu. 1.
Somniorum tres ſpecies, nu. 2.
Somnia naturalia à quibus cauſis proficiſcantur nu. 3.
Somniorum naturaliũ exempla verificata nu. 4.
Somnia diuina immittuntur mediantibus Angelis, & ob quas cauſas à Deo immittantur, nu. 5.
Somniorum diuinorum exempla, nu. 6.
Somnia diabolica, nu. 7. quare à Diabolo immittantur, ibid.
Somniorum nonnullorum exempla verificata, nu. 9. & 10.
Somnia bona, vt à malis diſtinguantur, quæ obſeruanda ſunt, nu. 11.
Somnia in dubio cenſenda ſunt potius à Diabolo, quàm à Deo immiſſa, nu. 11.
Somnia naturalia, quandoque certiſſimè verificantur, & quare, nu. 12.
Somniorum interpretatio à Deo, nu. 13.
Somniorum interpretatio à Diabolo, nu. 14.
Somnia diabolica verificata, nu. 8.
Somniorum de interpretatione qui ſcripſerint, nu. 15.

Somniorum interpres Iulianus maius, nu. 15.
Somniorum naturalium interpretatio, nu. 16.

CAPVT III.

De Somnijs.

INter antiquiores Philoſophos magna fuit de Somnijs controuerſia. Siquidem Xenophanes, Colophonius, & Epicurei nulla ſomnia obſeruari, atque omnia prorſus contemni volebant. E contra verò Stoici, Protagoras, Artemidorus, Tyeneus, & alij ſom-
1 nia quæcumque aliquid ſignificare dicebant, ideoque nulla omnino negligi, vel præteriri debere; Somnium definientes; motum, aut figmentum animæ multiformе, futurorum bonorum, vel malorum ſignificatiuum. *Martin. Delr. diſq. magic. lib. 4. cap. 1. quæſt. 2. ſect. 2.*

Verum vtrumque extremum, tam eorum, qui nullis ſomnijs credendum, quam eorum, qui ſomnia quæcumque obſeruanda, tenent, condemnatur à Sacra Scriptura. Primum quidem, quia Moyſi dictum fuit, Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad eum, *num.* 13. 6. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, *Ioel.* 2. 28. Et per ſomnium aperit Dominus aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina, *Iob.* 33. 15. & confirmatur exemplis, quæ adducemus inferius. Secundum vero, dum dicitur, Vbi multa ſunt ſomnia, plurimę vanitates, & ſermones innumeri, tu verò Deum time. *Eccleſ.* 5. 6. Et ſomnia extollunt imprudentes; quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia. *Eccleſ.* 34. 1.

2 Propterea ex ſomnijs, quæ verificari contingit, tria genera diſtinxerunt Theologi, cum *D. Gregor. lib. 5. moral. cap.* 13. *& lib. 4. dialog. cap.* 48. quod alia nempe ſint naturalia, alia diuina, & alia diabolica.

3 Somnia naturalia proficiſcuntur, vel à cauſa intrinſeca ſomnianti, vel à cauſa extrinſeca. Intrinſeca naſcuntur quædam potiſſimum ab anima, & tunc dicitur cauſa animalis, aut moralis, & quædam potiſſimum à corpore, & vocatur cauſa corporalis.

Intrinſeca cauſa animalis eſt, quando ſomnia obueniunt de rebus, quibus cogitatio vigilantis valde fuit intenta, iuxta illud. Multas curas ſequuntur ſomnia. *Eccleſ.* 5. 2. & *Attius Poeta.*

Quæ in vita vſurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quæque agunt vigilantes, agitantque, ea ſi cui in ſomnis accidant
Minus mirum eſt.

Atque huiuſmodi ſomnia ſimilia cenſenda citharæ, cuius fides, ceſſante manus impulſu, adhuc modicum extrema motione trepidant, ac tinniunt, tradit *D. Gregor. Niſſen. in lib. de homin. opific.*

Corporalis intrinſeca cauſa naſcitur à diſpoſitione, ac temperamento corporis, quod vel inedia exhauſtum, vel crapula repletum, vel humore aliquo nimis prædominante ægreſcit, vel alio interiore vitio laborat. Ex hiſce cauſis, vel pacata, vel turbida, vel multiformiter varia ſomnia naſcuntur. Quibus ſanguis eſt copioſior, roſas ſomniant puniceas, crocum, hortos, conuiuia, choreas, complexus, aerem, volatum, & læta omnia. Phlegmatici mare, aquas, balnea, nauigationes, ſubmerſiones, onera grauantia, tardam, & impeditam à noxijs fugam, Cholerici, colores flauos, rixas, pugnas, incendia; Melancholici fumos, caliginem, tenebras, vagationes per loca ſolitaria, nocturnas oberrationes, tetra ſpectra, mortes, triſtiaque cuncta. Quibus dominantur ſinceri, purique ſucci, putant in ſomnis volutari ſe inter odoratos, ſuaueſque floſculos. E contra vero, in ſordidis, cæno, cloacis, cadaueribus verſari ſe ſe, quorum in corpore humores fetidi, putridique coaceruantur. Quibus viſcido humore affectæ, obſtructæque ſunt partes cerebri poſteriores, illi comprimi, ac ſuffocari ſibi videntur in ſomnijs. *Martin. Delr. dicto lib. 4. cap. 3. quæſt. 6. Cal. lib. 14. cap. 48. antiq.*

Naturalis extrinſeca ſomniorum cauſa eſt, quando dormientis imaginatio ab extrinſeco mouetur agente. Quod quidem agens extrinſecum duplex eſſe poteſt, vel ſcilicet aer ambiens; vel impreſſio, ſiue influxus corporum cæleſtium. Sicut enim corpora cæleſtia ſuo in materiam corpoream influxu varias lapidum, metallorum, plantarumque formas gignunt. Sic influendo in phantaſiam, quæ corporeis organis eſt immerſa, poſſe à cæleſtibus corporibus produci ſpecies imagina-

ginabiles, effectibus, à corporibus illis cęlicis promanantibus conformes, tenet *Martin. Delr. loc. cit.*

4 Plura ex naturalibus ſomnijs, ſi tamen omnia naturalia dici poſſint, verificata legimus apud auctores. Et quidem apud *Plin. natur. hiſt. lib. 7. cap.* 50. Publius Cornelius Rufus, qui Conſul cum Mario Curio fuit, dormiens oculorum lumen amiſit, cum id ſibi accidere ſomniaret. Et *apud Galen. lib. de præſag. quæ ex ſomn. ducunt*. Quidam cum ſomniaſſet, alterum crus ſibi factum lapideum, mox ea corporis parte paraliticus extitit. Mediolanenſis quidam in ſomnijs ſcripturam inuenit, qua ſatisfactum eſſe ab eius patre oſtendebatur pro pecunia, quæ mortuo iam patre, ab ipſo repoſcebatur. *Fulgoſ. lib. 1. cap.* 5. & ſe locum quendam in Plinio, quem vigilans aſſequi non potuerat, dormientem enucleaſſe refert *Cel. lib.* 14. *cap.* 2. cum enim euigilaſſet, librum aperuit, & omnia ſicuti ſomniauerat, comperit.

Nec contemnenda ſunt, quæ ſuo tempore contigiſſe memorat *Alex. Gen. dier. lib.* 1. *cap.* 11. nempe cuidam ſeni familiari ſuo, qui vna cum filio cuſtodiebat oues, dum procul à ſtabulo ipſe, & eius filius ſub paruulo lare noctu decumberent, ouem quandam à lupo circumuentam ſibi in ſomnijs obuerſari, illiuſque dentibus opprimi, & lacerari viſam. Quo ſomnio expergefactus ſenior filium, qui vna decubabat, excitauit, vtque ad gregem propere accederet, acclamauit, namque ouem vnam, cuius etiam nomen referebat, à lupo circumuentam dilaniari dixit. Qui cum illuc excitatus pergeret, eandem, quam pater prædixerat, ouem à lupo lacerari, atque opprimi inuenit; veriſſimumque, & quale pater prædixerat, inſomnium expertus fuit. Matronam inſignem, ac celebrati nominis, referre ſibi ſolitam, quamcumque in ſomnijs imaginem vidiſſet, eãdem ſibi poſtera luce repreſentari; eamque magnæ admirationis apud reliquas Matronas fuiſſe, quod ſæpius, quæ ſibi die euentura erant, ſomnio monita futura prædiceret. Et cum in lectulo iaceret Marius quidam, ipſius *Alexandri* alumnus, & cliens per quietem matrem defunctam efferri, & funus apparari vidit; quapropter grauiſſimos gemitus, & lugubres quærelas, quamuis ſomnio confuſas edebat. Iuſſus igitur excitari, & cauſam tam lacrimoſi gemitus requiſitus, matrem vita functam retulit ſibi per ſomnium viſam efferri, & funerari. Obſeruata die, qua ſpecies hæc obuerſata fuerat; cum non multo poſt nuncius defunctæ matris aduenisset, ipſo die, quo mater efferri per quietem viſa eſt, illam è vita exceſſiſſe compertum fuit.

5 Diuina ſomnia nobis à Deo, mediantibus bonis Angelis, ſuggeri, plures ob cauſas, docemur ex ſacris paginis. Primo videlicet, vt quis abſterreatur à malo; iuxta illud, Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. *Iob.* 7. 14. de quo habemus exemplum Abimelech Regis Geraræ, *Gen.* 20. & Labani Soceri Iacob. *Gen.* 31. Secundo, vt conſoletur afflictos, vt factum fuit cum B. Ioſep. *Matth.* 1. & de ſe ipſa aſſeruit Beata Angela de Fulgineo. Tertiò, vt adhortetur ad aliquod bonum; Exemplo Gedeonis, *Iud. c.* 7. 13., & 2. *Machab.* 15. Quarto, vt moneat, quid agendum, fugiendumue ſit. Vt obſeruatum fuit cum B. Ioſeph, & tribus Magis. *Matth.* 2. Quinto, vt aliquod ſpirituale donum largiatur, vt *num.* 13. 6. Sexto ad reuelationem diuini alicuius miſterij, vt *Gen.* 28. *&* *Dan.* 7. vel magnarum Reipublicæ, aut Imperij viciſſitudinum, vt *Gen.* 15. *&* 41. *&* *Dan.* 1. 4. Ad quæ capita reduci poſſe plura ſomnia diuina, quorum in hiſtorijs fit mentio, docet *Martin. Delr. diſquiſ. magic. lib.* 4. *cap.* 1. *ſect.* 2.

6 Diuinorum ſomniorum nonnulla afferuntur exempla à *Martin. loc. cit.* & plura item ab alijs auctoribus. Inter quæ illud celebre Natalis Martyris, qui cum in hæreſim Theodori prolapſus eſſet, quæ Ieſum Chriſtum ſimplicem hominem arbitrabatur, & in ea factus eſſet Epiſcopus, ſæpius à Deo in ſomnijs fruſtra monitus, demum grauiter ab Angelo vapulare ſibi viſus eſt. Quamobrem cum expergefactus plagarum dolorem ſentiret, ad catholicam fidem regreſſus fuit. *Fulgoſ. lib.* 1. *cap.* 5. Anno 27. Imperij ſui, apparuit Anaſtaſio Imperatori per ſomnium vir terribilis codicem geſtans. Quem is cum aperuiſſet, & nomen Imperatoris in eo inueniſſet, hæc illi. Ecce ob peruerſitatem fidei tuæ, de vita tua annos quatuordecim deleo, ſimulque eos expunxit. Somnio ſolutus, inſomnium id Amantio, eunuchorum præpoſito, ad ſe vocato expoſuit. Atque is,

ego

Ego etiam, inquit, imaginatus ſum, cum adſtarem Maieſtati tuę, veniſſe magnum porcum, qui me, veſte abruptum in terram proſtrauerit, atque deuorauerit; Anaſtaſius fulmine ictus, Amantius à Iuſtino Imperatore ob conſpirationem trucidatus eſt *Cedrenus, & Zonaras.* Narrat inſuper *Paul. Diacon. lib.* 5. Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum cuidam apparendo iuſſiſſe, Anaſtaſio Imperatori, à quo fuerat interfectus, nunciari, ſe à precibus non deſiturum, donec ipſe ad Tribunal Dei pertraheretur. Genſericus Vandalorum Rex, qui Romam capram diripuit, compelli ſibi viſus eſt per quietem à tribus Iudicibus deponere flagellum, quod in manibus habebat: Pauci dies interceſſere, quibus Barbarus Rex deſijt in humanis eſſe, quod futurum Paulinus Nolanus Antiſtes prædixerat. *Sabell. lib.* 2. *Enead.* 8. Leonis V. Iconomachi mater vidit in templo B. M. V. in Blachernis mulierem quandam filios veſtibus candidis indutos ſequi, & pauimentum Eccleſiæ ſanguine conſperſum, aliamque mulierem haſtam manu geſtantem, iuſſiſſe, vas ſanguine impleri, & matri regis dari. Quod vbi accipere recuſaſſet, ſic locutam. Tuus filius eos, qui me venerantur occidit, & eorum ſanguine replet omnia, vnde non immerito, & ego, & filius meus illi indignamur.. Mater ſomnio exterrita, mox Regi filio omnia manifeſtauit, enixè rogans, vt à perſecutione imaginum deſiſteret, ſed incaſſum; licet aliud pariter ſomnium intellexiſſet, nempe Taraſium patriarcham cuidam apparuiſſe, clamando quendam Michaelem, vt Leonem aggrederetur, & interficeret, in vindictam eorum, quos impie, & crudeliter ob religionem occiderat. Verum non multo poſt die Natali Chriſti, dum in templo canit, conſpiratione Michaelis Trauli ceſus eſt. *Cuſpinianus*. Monachus Gerontius æger in ſomnis vidit lecto ſuo duos ſenes candida veſte amictos appropinquare, dicereque. Hinc miſſos faciamus aliquos ex ijs, qui Gregorij ſunt fratres. Nec multo poſt, poſita in albo eorum nomina recitauerunt, poſtremo ſubiungentes. Addamus hunc quoque, qui in lecto iacet. Poſtera die cum res fratribus declarata eſſet, qui nominati fuerant, eo ordine, quo facta nominatio erat, mori cœperunt, poſtremuſque deceſsit, qui iacebat in lecto; non ſine magna eorum, qui illic erant, admiratione, ac præſertim D. Gregorij, qui eo tempore Monaſterij illius curam gerebat, & rem hanc, vt veram, mirandamque ſcriptam reliquiſſe, teſtatur *Fulgoſ. lib.* 1. *cap.* 5. Marciano Imperatori apparens Dominus in ſomnijs, arcum Attilæ fractum eſſe oſtendit, prout acciderat. Eadem quippe nocte Attila in nuptijs ſuis in Pannonia crapulæ indulgens, erumpente per apoplexiam ſanguine de naribus, in lecto ſuffocatus eſt. *Sigibert. in cronic. Sabell. lib.* 9. *cap.* 6. *& Fulgoſ. lib.* 1. *cap.* 5. Atque hæc de ſomnijs immiſsis ope Dei, quorum infinita adduci poſſent exempla.

7 Diabolica ſomnia mali ſpiritus inſidioſe dormientibus immittunt, vel ad perturbationes animi ciendas, vt libidinem, iram, odium, deſperationem, vel ad occultorum, & futurorum ſignificationem, de quibus tamen dicitur; Multos errare fecerunt ſomnia, & ceciderunt ſperantes in eis. *Eccleſ.* 34. 7. Huius generis fuerunt lectiſternia gentilium in phano Serapidis, Eſculapij, Podalyrij, & aliorum, quibus incubantes ſomnia captabant. Et quorum mentio habetur etiam apud, *Virgil. in Aeneid.* Nec minus notum illud, quod de Venere Gazea ſcribit *Marcus Hiſtoricus*, teſtis oculatus, in vita Sancti Porphirij Epiſcopi. In loco, *ait*, qui vocatur Tetramphodos, hoc eſt, quadriuiū, ſtabat ſtatua marmorea, quam veneris eſſe dicebant. Erat autem ſupra aram marmoream; ſtatuæ verò effigies erat nudæ mulieris. Statuam in honore habebant omnes ciues, maxime verò mulieres, lucernas accendentes, & thure ſufficientes. Dicebant enim, eam in ſomnijs reſpondere ijs, qui volunt inire matrimonium. Decipiebant autem ſe inuicem mentientes. ſæpe enim iuſsi à dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit, vt id recte eis procederet, ſed vt inter eos fierent diuortia, aut male cohabitarent.

8 Nihilominus multa dæmonum, ſeu à dæmonibus immiſſa ſomnia, vel ante, vel poſt euentum, non incongrue explanata legimus in Gentilium, & aliorum Codicibus. Siquidem de Iulio Cæſare ſcribit *Sueton. in eius vita cap.* 7. quod ſibi per quietem viſum fuit, Marti ſtuprum intuliſſe, quo ſomnio ad ſpem ampliſsimam coniectores illum excitarunt, dominium orbis ſibi dati interpretantes. *Et idem in Auguſto cap.* 94. *ait*, quod mater Octauij vterum ferens, ſua inteſtina per omnem

terræ

terræ ambitum explicari, imaginata fuit, veriſsimo præſagio, quo late ipſius Imperium protendi, euentus docuit. Aſtiagi Aſſiriorum Regi viſum in ſomnijs, ex naturalibus filiæ vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbraretur. Quare conſulti Arioli, nepotem futurum, qui toti Aſiæ imperitaret, prout euenit, reſponderunt. *Herod. lib. 1. Valer. Max. lib. 1. cap. 7. & Iuſtin. item lib. 1.* Petitio nauis gubernatori in portu lariſſæ commoranti, Pompeium, ſquallidum, merentemque, veſte abſoleta, & ſordida, ad ſe venire in ſomnis viſum fuit. Quod inſomnium cum ſequenti die ſocijs enarraret, non multo poſt ipſum, pugna Pharſalica terribili ſtrage profligatum, qualem in ſomnijs præſagiſſet, ad ſe citato gradu properantem conſpexit, e maximo faſtigio, ad extrema deiectum. *Plut. in vita Pompeij.* Pelopidas ſacræ cohortis Thebanorum præfectus videns per quietem Scedaſi filias (quarum ſepulchra in leuctrico campo erant, vbi ille tunc Caſtra tenebat) circum ſepulchra lamentantes, & lacedemoniis diras imprecantes; ipſum autem Scedaſum ſibi præcipere, vt ſi victoriam de lacedemoniis expeteret, ruffam virginem filiabus ſuis immolaret. A ſomno excitus, cum ab humana victima abhorreret, animique eſſet dubius; equa nullum adhuc coitum experta, eo loci, vbi cum Theocrito vate conſultabatur, conſtitit. Quam dum Theocritus fuluo colore rutilantem vidiſſet, victimam adeſſe, neque aliam virginem expectandam conclamauit. Imolata igitur equa, & mox inito prælio, memorabilem illam cladem leuctricā lacedemonijs intulit. *Plut. in Pelopida.* C. Marius Cimbrico bello ſomniauerat, ſe victoriam conſecuturum, ſi prius dijs filiā Calphurniam mactaret. Quo facto, victor iuxta ſomnium euaſit. *Dorot. lib. 4. rer. Italic.*

9 Præter ſomnia, quæ clare conſtat, aſtu dæmonis proficiſci, nonnulla alia reperiuntur, de quibus non eſt ita facile iudicium, num à diabolo, vel ab alia cauſa proueniant. Sic *Martin. Delr. diſquiſ. magic. lib. 4. cap. 3. ſect. 6.* refert, ſe cognouiſſe vxorem cuiuſdam ſutoris Bruxellenſis, quę plurima prædicebat, ab euentu ad vnguem comprobata. Solita dicere, in ſomnijs ſibi ſpiritum quemdam ſe ingerere, ſpecie diffuſi corporis candidi, cuius nequibat lineamenta diſcernere. Ab eo ſe omnia doceri. Cumque appareret, ſemper ſe tanto, tamque continuo horrore percelli, vt animo linqui ſibi videretur, ab eoque cogi, vt vel cum vitæ periculo alijs denunciaret, quæ in ſomnijs edocta eſſet. Cumque ſomnia verificarentur, & cæteroqui muliercula ſatis contemptibilis eſſet, non diffamata, nec compertæ ſanctitatis; nullum inde quæſtum, aut lucrum reciperet, quinimo potiùs verbera, & conuitia, varium inde format iudicium ipſe, *Martin.* in malam tamen potius, quam in bonam partem inclinans.

10 Eiuſdem generis eſt, quod referunt. *Valer. Max. lib. 1. cap. 7. & Cic. lib. 1. de diuin. ex Criſippo.* Duos familiares Arcades iter vna facientes, Megaram veniſſe, quorum alter ad hoſpitium ſe contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit. Is, qui in hoſptio erat, vidit in ſomnijs comitem ſuum orantem, vt ſibi, cauponis inſidijs circumuento, ſubueniret: poſſe enim celeri eius accurſu ſe imminenti periculo ſubtrahi, quo viſo excitatus proſiluit, tabernamque, in qua is diuerſabatur, petere conatus eſt. Peſtifero deinde fato eius humaniſſimum propoſitum tanquam ſuperuacuum damnauit, ac lectum, & ſomnum repetiit. Tum idem ei ſaucius oblatus obſecrauit, vt qui vitæ ſuæ auxilium ferre neglexiſſet, necis ſaltem vltionem non negaret, corpus enim ſuum à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ferri ad portam ſtercore coopertum. Tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, protinus ad portam concurrit, & plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat comprehendit, cauponemque ad capitale ſupplicium perduxit.

11 Ex dictis patet, quanta circumſpectione vtendum ſit, antequam iudicentur ſomnia diuinitus immiſſa. In primis enim obſeruandum eſt, an ex animali, vel corporali cauſa naſci potuerint. Quibus excluſis; ſi dubitetur, vtrum ſomnium ſit à Deo, vel à diabolo, tutiſſimum fore, ſi vt à diabolo immiſſum contemnatur. *Martin. Delr d. qu. 6. verſ. diſcernere dæmoniaca.* Adducens pro ratione curioſam ſomniorum obſeruationem ad hoc diſcrimen agnoſcendum eſſe ſuperfluam. Quia ſolet Deus quando ſomnium mittit, ſimul hominem reddere certum, ſomnium à ſe profectum, & cælitus immiſſum fuiſſe.

12 Notandum inſuper, *ex Gel. lib. 14. Antiq. cap. 45.* nonnullos dari, quibus ſomnia

de neceſſarijs, & amicis certiſſima eueniant, vt ibidem apud ipſum videre eſt.

13 Quod attinet ad ſomniorum interpretationem. Sicuti Ioſeph interpretatus fuit ſomnia pincernæ Pharaonis, & magiſtri piſtorum, vt legitur *Gen.* 41. Et Daniel ſomnium Regis Babilonis *Dan.* 2. *&* 4.

14 Sic Ioſephus Hiſtoricus a ſe ſomnium Neronis interpretatum fuiſſe tradit. Cũ enim Nero per quietem vidiſſet, currum Iouis in ædes Veſpeſiani Duci; hocque egeret interpretatione; Ioſephus prædictus, natione Iudeus, à Veſpeſiano captus, & in vinculis conſtrictus, ridens eũdem Veſpeſianum ſic affatus, Nunc quidem me vincies, poſt annum autem, cum fueris Imperator, ſolues. *Xiphilin. in vita Veſpeſiani*.

15 Preterea de ſomniorum interpretatione plures ſcripſerunt, quos refert *Martin. Delr. diſq. Magic. lib. 4. cap. 3. qu. 6.* Et de Iuliano Maio ſui conterraneo refert *Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 1. cap.* 11. ſomniorum coniectorem adeo verum fuiſſe, vt ipſius reſponſa diuina fere monita haberentur. Adeumque quotidie ſomniantium turbam, homineſq; celebri fama, & multi nominis, de ſomnijs conſultum eucurriſſe. Solitum declarare, definireque non breuiter, aut ſuboſcure, ſed expoſite, atque aperte ſomniorum, ſiue boni, ſiue mali eſſent, enigmata; multos quoque illius monitu vitæ interitum, nonnunquam ægritudines animi vitaſſe. Cuius tamen vanitatem ridet *Martin. Delr. loc. cit.*

16 Vltra ſomniorum interpretationem, quę fit ex inſpiratione Diuina, vel per artem Dęmonis, dari etiam interpretationem, quę fit ex obſeruatione cauſarum naturalium, docet *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 95. *ar.* 6. *c.* quando ſcilicet cauſa ſomniorum eſt intrinſeca, & corporalis. Quia ex interiori diſpoſitione corporis formatur aliquis motus in phantaſia tali diſpoſitione conueniens, Sicuti homini, in quo abundãt frigidi humores, occurrunt ſomnia, quod ſit in aqua, vel in niue. Et exinde docent Medici eſſe intendendum ſomnijs, ad interiores diſpoſitiones cognoſcendas, prout diximus ſupra *hoc eod. n.* 3.

SVMMARIVM.

Anima hominis dupliciter rapitur 11.
Extaſis ſecundum Hypocratem quid ſit, nu. 1.
Extaſis definitio vniuerſalis, num. 2.
Extaſis ſupernaturalis definitio, num. 9.
Extaſis naturalis, num. 3.
Extaſim diuinam generat amor diuinus, nu. 4. *&* 23.
Extaſis diſpoſitiue à quo fiat, num. 6.
Extaſis directe à quo fiat, num. 7.
Extaſis, & raptus an, & quomodo differant, num. 8.
Extaſis vere, & proprie quæ ſit, nu. 14.
Extaſis ſubiectum, ſiue cauſa materialis, n. 15.
Extaſis cauſa formalis, nu. 16.
Extaſis cauſa finalis, num. 17.
Extaſis cauſa efficiens, principalis, & inſtrumentalis, num. 18.
Extaſis aliquando cum viſione, & verbo, num. 19.
Extaſis cauſari poteſt tam ex amore, quam ex timore, num. 20.
Extaſis, & raptus ſanctorum plura exempla, num. 21. *&* 22.
Extaſis, & raptus Diabolici plura exempla, num. 28.
Extaſis, & raptus non ſunt in noſtra poteſtate, num. 24.
Extaſes, & raptus inuitis contingere poſſunt, num. 25.
Extaſis, & raptus diabolici quando fiant, num. 26
Extaſis diabolica naturæ vires non excedit, num. 27.
Extaſes, & raptus diuini nunquam voluntarij, num. 30. *&* 33.
Extaſes, & raptus diuini, à non diuinis quomodo poſſint dignoſci, num. 31.
Extaſis, & raptus non diuini indicia, nu. 32.
Extra ſe poni quis poteſt dupliciter, num. 5.
Homini de ſua natura, qua homo eſt, competit eleuari ad diuina, num. 12.
Mens humana tripliciter poteſt rapi, nu. 13.
Plura videntur imperitis dæmoniaca, quæ non ſunt, nu. 29.
Spiritus Sanctus, à quo extaſis diuina procedit, non eſt author indecentiæ naturæ, nu. 32.
Violentiam pati quid poteſt dupliciter, nu. 10

CAPVT IV.

De Extaſi, & Raptu.

1 HYpochrates Medicorum princeps extaſis nomine vehementem amotionem mentis, & delirium intelligere videtur, quaſi de poteſtate mentis exire, mentem vehementer amoueri, & delirare

re

re. Vnde Secundum ipſum inſanientes,
phrenetici, & maniaci, extaſim pati di-
cuntur. Sermo tamen communis obti-
nuit, vt qui omnibus animæ ſentientis,
mouentis, intelligentis, functionibus
priuantur, & quaſi mortui iacent, & ſæ-
pe, poſtquam euigilant, mira, quæ vide-
rint, & audierint, narrant, dicantur ex-
2 tatici. Hinc definiri poteſt extaſis, quod
ſit alienatio à ſenſibus in aliquid intelli-
gibile, vel ſupra ſenſum, & rationem,
vel extra cognitionem ſibi propriam.

3 Diuiditur extaſis in naturalem, ſeu
morboſam, diuinam, & diabolicam.
Naturalis eſt, quę à cauſa naturali pro-
cedit. Datur enim naturaliter paſſio,
quæ dicitur ſtupor; quam cum *carocle*,
ſeu *catalepſi* morbo nonnulli confundunt;
& in qua ſenſuum internorum, & exter-
norum, tactus, & voluntarij motus ceſſant,
cum ſubita mentis apprehenſione; ac pro-
inde ſic affecti rigidi manent in eo ſtatu,
in quo apprehenſi fuerint, apertis, &
immotis oculis, ad inſtar ſtatuæ, non
ſentientes, nec videntes, vel audientes,
pręſertim cum affectio grauior eſt. *Reies
franc. in eliſ. inc. quęſt. camp. quaſt.* 81.
num. 3.

4 Extaſis diuina eſt, quam generat amor
diuinus, in quantum facit appetitum ho-
minis tendere ad res diuinas amatas.
Dion. 4. cap. de diuin. nomin. vbi quod
ipſe Deus, qui eſt omniũ cauſa, per abun-
dantiam amatorię bonitatis, extra ſe fit
per prouidentiam ad omnia exiſtentia. D.
Thom. 2. 2. *quaſt.* 175. *ar.* 2. *ad* 1. *Hinc*
cum extaſim pati dicatur, qui extra ſe
ponitur.

5 Notandum primo, poſſe aliquem ex-
tra ſe poni dupliciter, vel ſcilicet ſecun-
cundum vim apprehenſiuam, vel ſecun-
dum appetitiuam. Secundum vim appre-
henſiuam aliquis dicitur extra ſe poni,
quando ponitur extra cognitionem ſibi
propriam, præſertim quando ſublima-
tur ad comprehendenda aliqua, quæ ſunt
ſupra ſenſum, & rationem, quia poni-
tur extra connaturalem apprehenſionem
ſenſus, & rationis. Secundum vim appeti-
tiuam dicitur quis extaſim pati, quando
appetitus alicuius in alterum fertur, exi-
6 ens quodammodo extra ſe ipſum. Secun-
dũ vim apprehenſiuam extaſim facit amor
diſpoſitiue, in quantum facit meditari de
amato, quia intenſa meditatio vnius ſub-
7 trahit ab alijs. Secundum vero vim ap-
petitiuam extaſim facit amor directè; ſed
cum diſtinctione. Quia amor amicitiæ
facit quidem ſimpliciter extaſim. At nõ
ſic amor concupiſcentiæ; cum in amore
concupiſcentiæ, licet feratur amans ex-
tra ſe ipſum, in quantum non contentus
bono, quod habet, quærit frui aliquo
extra ſe, illud tamen extrinſecum bonum
quærit ſibi habere; vnde non exit ſimpli-
citer extra ſe, ſed talis affectio finaliter
intra ſe ipſam concluditur. At in amore
amicitiæ affectus alicuius ſimpliciter exit
extra ſe, quia vult amico bonum, & ope-
ratur bonum, quaſi gerens curam, &
prouidentiam ipſius propter ipſum ami-
cum. *Diuus Thom.* 1. 2. *quaſt.* 28. *art.* 3.
corp.

8 Notandum 2. licet extaſis, & raptus
ſint fere idem, & conueniant in hoc, quod
vterq; importet alienationem à ſenſibus,
Raptum tamen aliquid addere ſuper ex-
taſim; Nam extaſis importat ſimpliciter
exceſſum à ſe ipſo, ſecundum quem ali-
quis ponitur extra ſuam ordinationem.
Raptus vero ſuper talem exceſſum addit
quandam violentiam. *D. Thom,* 2. 2. *q.*
175. *ar.* 2. *ad* 1. prout ſcilicet aliquis ſpi-
ritu diuino eleuatur ad aliqua ſuperna-
turalia cum abſtractione à ſenſibus, quaſi
violenter: iuxa illud. Spiritus eleuauit
me inter Cœlum, & terram, & adduxit
me in Hieruſalem in viſione Dei. *Ezech.*
9 8. Vnde definitur, ab eo, quod eſt ſecun-
dum naturam, in id, quod eſt ſupra na-
turam, vi naturæ ſuperioris eleuatio. D.
Thom d. q. 175. *ar.* 1. *c.* pro quo.

10 Notandum 3. Poſſe corpus aliquod
violentiam pati dupliciter. Vno modo
quantum ad finem inclinationis, vt ſi la-
pis, qui naturaliter inclinat deorſum,
proijciatur ſurſum. Et alio modo quan-
tum ad modum tendendi, veluti ſi lapis
proijciatur deorſum velocius, quam ſit
11 eius motus naturalis. Sic hominis ani-
ma dupliciter rapi dicitur in id, quod eſt
præter naturam. Vno modo quantum ad
terminum raptus, vt quando rapitur ad
pænas, iuxta illud, Ne quando rapiat, &
non ſit, qui eripiat, *Pſal.* 49. 25. Alio
modo quantum ad modum homini con-
naturalem, qui eſt, vt per ſenſibilia veri-
tatem intelligat. Et ideo quando abſtrahi-
tur à ſenſibilium apprehenſione, dicitur
rapi, etiamſi eleuetur ad ea, ad quæ na-
turaliter ordinatur. ſicut enim, ad mo-
dum, & dignitatem hominis, ex hoc,

Google

quod ad imaginem Dei factus eſt, pertinet, vt ad diuina eleuetur; Et ex quo bonum diuinum in infinitum humanam facultatem excedit, indigeat homo, vt ſupernaturaliter ad illud bonum capeſſendum attrahatur; ac per conſequens mentem ſic eleuari à Deo per raptum non ſit contra naturam humanam quoad ſubſtantiam; eſt tamen contra eamdem naturam, quoad modum, cum eius facultates excedat, D. *Thom. d.q.*175. *ar.* 1. *ad* 2. Ex hoc enim, quod anima corpori vnitur, tanquam ipſius forma naturalis, conuenit animæ naturalis habitudo ad hoc, quod intelligat per conuerſionem ad phantaſmata; quod licet ab ea diuina virtute non auferatur in raptu, quia non mutatur eius ſtatus; manente tamen hoc ſtatu, aufertur ab ea actualis conuerſio ad phantaſmata, & ſenſibilia, ne impediatur eius eleuatio in id, quod omnia phantaſmata excedit. *D. Thom. d. q.* 175. *ar.* 4. *c.*

13 In qua quidem eleuatiune mens humana tripliciter rapi poteſt ad diuinã veritatum contemplandam. Vno modo, vt eam contempletur per ſimilitudines quaſdam imaginarias; & talis fuit exceſſus, qui cecidit ſupra Petrum, *Actor.* 10. 11. Alio modo vt contempletur veritatem diuinam per intelligibiles effectus, ſicut fuit exceſſus Dauidis, dicentis, Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax, *Pſal.* 115. 2. Tertio modo, vt eam contempletur in ſua eſſentia, & talis fuit raptus Pauli, 2. *ad Cor.* 12. his poſitis,

14 Extaſis verè, & proprie dicitur, quando humana mens reuelationis inſpiratione ſurſum aſſumitur. *D. Aug.* ſuper illud, Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax *Pſal.* 115. 2. *&* D. *Thom d. quæſt.* 175. *ar.* 2. *argum. ſed contra.*

15 Cuius quidem extaſis, ſeù raptus ſubiectum eſt anima, non ratione intellectus agentis, ſed ratione intellectus poſſibilis, ſeù paſſibilis. *M. Antonius Moceni-*
16 *cus lib. de tranſitu homin. ad Deum, cap.*30.
Formalis cauſa raptus eſt ipſa illa actio,
17 qua quis eleuatur, & cæleſtibus illis rebus quaſi vnitur. Finalis cauſa eſt coniunctio animi cum Deo, iuxta illud *Aniciÿ Seuerini.*

Tu requies tranquilla pÿs, te cernere finis;
Prinicipium, vector, dux, ſemita, terminus idem.

18 Agens, ſeù efficiens cauſa duplex aliquando eſſe poteſt. Inſtrumentalis, quæ erit intellectus agens. Et principalis, nempè Deus. Licet enim Deus per ſe ſolus ſit cauſa ſufficiens, ſolet tamen cauſas ſecundas, vt inſtrumentales adhibere. Quare poterit intellectus agens eſſe cauſa inſtrumentalis, quia quamuis eius ordinarium munus ſit, ſpecies à phantaſmatibus abſtrahere, & hic nulla ſint phantaſmata, ſolet tamen Deus, cum ſe menti noſtræ per raptum inſinuat, ea, quæ vult nos tum videre, diuina quadam repreſentatione oſtendere; vbi verò ſprituales haſce res intellectus noſter percepit, tunc ope intellectus agentis poteſt quædam rerum viſarum ſimilitudo, & ſimulachrum effici, eo, modo, quem explicat *D. Thom.* 1. *par. quæſt.* 12. *ar.* 9. *ad* 2.

19 Hinc cum extaſi, ſeù raptu iunguntur etiam aliquando viſio, & verbum, ſicut fuere ſimul in raptu B. Pauli vſque ad tertium Cælum, vbi vidit, & audiuit, quæ non licèt homini loqui, & talis fortaſſe Ezechielis viſio; *Ezech.* 13. *&* 8. 1. *&* 3.

20 Poſſe cauſari mentis exceſſum non ſolùm ex amore, ſed etiam ex timore, tenet *D. Aug. ſuper illa verba* In te Domine ſpetaui non confudar in æternum. *Pſal.* 30. 1. ea ratione, quia ſicuti amor eſt motus appetitus reſpectu boni, ita timor eſt motus appetitus reſpectu mali; præſertim cum timor ex amore cauſetur, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 2. *ad* 3.

21 Plures Dei ſeruos extaſes, & raptus fuiſſe paſſos, habetur non ſolùm ex ſacris paginis in locis ſupra citatis, & *Actor.* 10. 15. vbi D. Petro Apoſtolo cecidit mentis exceſſus, & vidit Cælum apertum, & deſcendens veluti linteum quatuor initijs ſubmitti de Cælo, in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia Cæli, vocemque audiuit dicentem ſibi, vt occideret, & manducaret, cumque reſpondiſſet, abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum, audiuit iterum, quod Deus purificauit, tu commune nè dixeris.

22. Verum ex Sanctorum geſtis, & ſignanter de Diuo Franciſco Aſſiſſinate, qui per mentis exceſſum audiuit, Vade, repara Domum meam, quæ labitur; Et de quadam Virgine Deo deuota, Burgis in Caſtella commorante, ſcribit *Martin. Delr. diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *poſt med.* quæ ſtatim percepta Euchariſtia, vix ea in os ſumpta, in diuturnum raptum eleuabatur, adeout nec admotas, & adactas

in pedes

in pedes aciculas ſentiret. Cum verò eſſet humanæ gloriæ auerſatrix, ardentiſſime Deum præcari ſolebat, ne quid illi huiuſmodi coram alijs accideret, & ad ſe reuerſa, erubeſcentiæ plena, atque pudoris, quam poterat celerrimè ſe domum in conclaue proripiebat. Quod & pluribus alijs Dei ſeruis accidiſſe legimus. Et nouiſſime de B. Maria Magdalena de Pazzis, Ordinis Carmelitarum; cuius vita mentis exceſſibus plena fuit; quinimò, vt ita dicam, continuus in Deum mentis exceſſus; totque reuelationibus, & collocutionibus cum Ieſu Chriſto eius Sponſo, vt quaſi humanum captum excedere videatur.

23 Licet autem extaſim faciat amor diuinus. D. *Dionyſius 4. de diuin. nominib.* in quantum ſcilicet amor diuinus facit appetitum hominis tendere ad res amatas. D. *Thom. 2.2. quæſt.* 175. *ar.* 2. *ad* 1.

24 Quocumq; tamen ardentiſſimo in Deum feramur amore, non ſunt extaſes, ſeu mentis exceſſus, & raptus in poteſtate noſtra, nec nobis voluntarium eſt, ſic mente abalienari, neque id poterit noſter intellectus, quantumuis id nos vehementer procuremus, quia non tam eſt actio, quam paſſio intellectus, vt diximus ſupra, & hic anima ſe propriè, & primario gerat more patientis, ſecundario, & minus propriè more agentis. *Mart. Delr. dicta quæſt.* 5. Animus enim tantum in Deum erigitur, quantum diuino colluſtratus lumine eum cognoſcit; tantumque efferueſcit, & exilit in ſuperiora, quantum diuino calore ſuccenſus in Deum fertur; Neque ad id, quod ſuperius eſt, & infinitum quiſquam attollitur, niſi virtute ſuperioris, & infiniti attrahatur, & eleuetur, *Moceni d. c.* 30. *& Martin.* Delr. *l. c.*

25 E contra verò extaſim, & raptum inuitis contingere poſſe tenet idem *Marti. loc. cit.* adducens exemplum illud Virginis Burgen, de quo ſupra, experientiam, & auctoritatem D. *Th. dict. quæſt.* 175. *ar.* 2.

26 Extaſis diabolica eſt, quæ Dæmonis aſtu contingit. Poteſt enim Diabolus extaſim, ſiue raptum in homine efficere, ligando, vel ſoluendo ſenſus exteriores dupliciter, vel ſcilicet tramites illos obſtruendo, quibus à cerebro ſpiritus ſenſitiui ad exteriores ſenſus penetrant, veluti contingit ſomniantibus; vel eoſdem ſpiritus ſenſitiuos ab exterioribus ſenſibus ad interni ſenſus organa attrahendo, ibiq; retinens, ne ad externorum ſenſuum organa queant deſcendere. Ita enim contingit, vt in raptu, ob nimiam internarum virium ſenſitiuarum applicationem, & ſpirituum ſenſilium ad interni ſenſus organa confluxum, adeò impediantur ſenſuum externorum munia, vt corpus viuum cadaueris mortui, & immobilis ſpeciem præſeferat. *Martin. Delr. d. quæſt.* 5. *in princ.*

27 Hæc raptus cauſa, naturalis quidem quoad ſubſtantiam, ſed præter naturam, quoad modum, Diaboli vires non excedit; Taleſque ſunt Sagarum, & Magorum extaſes, quibus, cum vno in loco ſoporati maneant, ſe tamen varijs in locis fuiſſe, & varia peregiſſe, decepti ſæpe arbitrantur. *Martin. loc. cit.* Tale eſt, quod de Magis Lappijs narrat *Olaus lib.* 3. *cap.* 18. *Septentrion. regn. deſcription. dicens*; Si quis Peregrinus cupiat de ſuorum cõditione certi quid cognoſcere, præſtant, vt intra viginti quatuor horarum ſpatium reſciſcat, quid cum illis agatur, vel ſi trecentis milliaribus abſint; hoc modo. Incantator, poſtquam vſitatis cæremonijs Deos ſuos compellauit, ſubito collabitur & exanimatur, quaſi extincto illo, re vera excedat à corpore anima. Neque enim aut ſpiritus in eo reliquus eſſe, aut reſtare cum vita ſenſus aliquis, aut motus videtur; ſed vt adſint ſemper aliqui oportet, qui proiectum, & exanime corpus cuſtodiant; quod cum non fit, Dæmones abripiunt. Horis viginti quattuor elapſis, reuertente ſpiritu, ceu è profundo ſomno cum gemitu expergiſcitur exanime corpus, quaſi reuocetur ad vitam ex morte, qui conciderat. Poſtea ſic reſtitutus, ad interrogata reſpondet, & vt fidem faciat percunctatori, recenſet aliquid, quod agnoſcat ille, & certò ſciat in ædibus ſuis, aut cognatorum fuiſſe.

Nõ deſunt etiam plura huiuſce diabolicæ extaſis exempla. Siquidem de Socrate ferunt, cum in extaſim rapi conſueuiſſe, & cum ſuo ſpiritu loqui, vt quid iuxta ſe fieret, neque videret, neque agnoſceret; quod de eiuſdem diſcipulo Platone narrant; quotidie ad certam horam à ſeipſo egredi ſolitum, & in extaſim abire, in qua tandem mortuum referunt. *Reies Franc in elyſ. iucun. quæſt. camp. quæſt.* 81. *nu.* 1. De Hermotino antiquo philoſopho ſcribit *Plin. lib.* 7. *cap.* 52. qui quo-

ties volebat, in extaſim profundam rapiebatur, ita vt nec lancinationes, aut punctionea, aut de admoto igne ſentiret quidpiam. De Atheo magni nominis phyloſopho tradit *Herodot.* eius animam, ſeu potius ſpiritum frequenter corpus ſuum deſeruiſſe, ac per regiones oberrantem, quæcumque vidiſſet, palam oſtendere ſolitum, quæ veta fuiſſe comperiebantur deinde.

Iacobus Sprangerus ex maleficarum, quas igni damnauit, depoſitione, id Magos confiteri narrat, ſe in extaſi eaſdem rea percipere, quas, ſi corpore ad fuiſſent, pariter percepiſſent.

Turretanus Præſes Magam quamdam in Delphinatu cubantem ad ignem manente Domi corpore, in extaſim abreptam fuiſſe aſſeruit, & quia nihil intelligebat, neque clamore excitabatur, grauiſſimis virgæ ictibus ab hero cæſam, tum etiam, vt viderent, an de hac vita deceſſiſſet, ignem partibus, quæ maxime valent ſenſu, fuiſſe ſubiectum, nec propterea euigilaſſe. *Bodin. lib. 2. Damon. cap. 5.*

Refert item *D. Auguſt. lib. 14. de Ciuit. Dei, cap.* 24. fuiſſe Præsbyterum quendam, nomine reſtitutum paræciæ Calamenſis Eccleſiæ, qui quando ei placebat, (rogabatur autem, vt hoc faceret, ab cis, qui rem mirabilem coram ſcire cupiebant), ad imitatas quaſi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita ſe auferebat à ſenſibus, & iacebat ſimillimus mortuo, vt non ſolùm vellicantes, atque pungentes minimè ſentiret, ſed aliquando etiam igne vreretur admoto, ſine vllo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex vulnere; non autem obnitendo, ſed non ſentiendo, non mouere corpus, eo probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus; hominum tamen voces, ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audire poſtea referebat.

Et Hieronymus Cardanus Mediolanenſis de ſe ipſo ſcribit, *lib. 8. de varie. rer. cap.* 42. Quoties vellet, ſe ſe in extaſim tranſire, itaut vocea quidem adſtantium leniter auditet, non tamen intelligeret; vellicationem validam, & ne podagræ quidem dolores prorſus ſentiret; Idque ſolum perciperet, quod extra ſeipſum eſſet. Huius initium à capite fieri, maxime à cerebello, diffundique per totam dorſi ſpinam. Sentire ſe in principio quandam circa cor ſeparationem, quaſi anima abſcederet, totoque corpori communicari rem hanc, quaſi oſtiolum quoddam aperiretur. Addens & illud, videre ſe omnia, quæ velit, oculis, non vi mentis, & imagines illas perpetuo moueri, vt puta lucos, animalia, orbes, & quæcumque cupit. Cauſam putat eſſe virtutis imaginatiuæ vim, viſuſque ſubtilitatem.

29 Cuius opinioni concordare videtur *Reies Franc. in eliſuic. quæſt. camp. quæſt.* 8 r. *nu. 7. dicens*. Multos eſſe effectus facultatum animi, qui nonnunquam à vinculo terreſtris aliquantiſper abſolutus, in contemplationem arcanorum arripitur, reſque alias incredibiles facit, miraculoſas, prodigioſas, & quæ cum natura pugnare videntur, adeout vulgus multa malignorum ſpirituum commentis attribuat, quæ humani ingenij viribus aliquando perpetrantur.

30 Bodinus vero, *lib. 2. demonomania cap.* 5. eos, qui voluntarie inter vigilandum talia patiuntur, Magos eſſe confirmat, & in ſpecie de Cardano, cum ipſe idem fateatur, *in lib. de rer. variet. ad fin.* patrem ſuum triginta annos familiarem ſpiritum habuiſſe, à quo informari potuit, quomodo in mentis exceſſum raperetur.

Vtcumque tamen ſit, quantum attinet ad noſtrum inſtitutum, ſufficit, dari raptus, & mentia exceſſus, citra diuinos, ſiue illi ex natura procedant, ſiue ex arte dæmonis, adhoc, vt in diſcuſſione cauſarum ſeruorum Dei caute procedatur. Verum & naturales, & diabolicos exceſſus mentis dari, credendum eſt, & colligitur ex ſupradictis.

31 Quomodò autem dignoſcantur extaſes, & raptus diuini, à non diuinis, tradit *Grauin. in Lapid. Lid lib. 2. cap.* 35. videlicet ex iubilo, & tripudio interiori, multoties exterius ſpirituali guſtu manifeſtato, & dulcedine tali, quæ totum corpus concutere videtur. Ardens enim interius flamma per ardoris violentias foras erumpere nititur. Quidam lacrimis, vocibus, & ſuſpitijs illam ſpiritus dulcedinem indicant, alij geſtibus, diſcurrunt, ſaltant, manibus plaudunt, membris tremunt, & ſimilia faciunt, quæ ſecundũ eorum curſum inuſitata videntur, *Henric. Harph. lib. 3. cap. 5.* Et conforme eſt, quod ſcribit *Abb. Iſac. collat. 9 de orat.* quod frequenter per ineffabile gaudium, & alacritatem ſpiritus, ſaluberrimæ compunctionis fructus emergit

itaut

itaut in clamores etiam intolerabiles gaudii immenſitas prorumpat, & cellam vicini iocunditas cordis, & exultationis penetret magnitudo. Sic etiam *Interpres Cal. daic.* ſuper illud. Num & Saul inter prophetas, 1. *Reg.* 9.11. dicit, Quando prophetas tangebat ſpiritus Dei, amittebant ſæpe numero vſum ſenſuum exteriorum, neſcientes, quod foris fieret. Vnde alii tremebant, alii corruebant in terram, ob internam Dei locutionem, non valentes pedibus ſuis ſubſtinere.

Multo magis deprehenditur, extaſim, & raptum eſſe à Deo, quando promouet hominem ad opera vitæ actiuę, & contemplatiuæ, ad humilitatemque impellit; Et præſertim ſi cum virtutibus hæroicis ſint huiuſmodi dona coniuncta. Item ſi intellectus illuſtretur interius, & voluntas inflammetur, ad magis intelligendum, & amandum Deum, & præſertim ſi ſequantur dona prædictionis, & diſcretionis cogitationum cordium. *Grauin.d.cap.*25.

32 E contra vero extaſes, & raptus non videntur eſſe à Deo, ſi deſit humilitas, & obedientia, ſi quaotumcumque extaſim patientes, non fiot ita abalienati, vt totaliter videantur abſorpti, & item è contrario cum ita abſorpti fuerint, vt nihil de reuelatione perceperint, vel intellexerint, quando alienati, in ipſa alienatione loquentes, poſtmodum neſciunt, quid viderint, & ſe ad ea referunt, quæ in alienatione poſiti dixeruot, *Caiet. in* 2. 2. *qu.* 173. *art.*1. Item ſi fiant alienatiooes cum aliqua deordinatione naturæ, nam Spiritus Sanctus, *inquit ibid.Caiet.* qui diuinæ alienationis eſt author, non eſt author deordinationis naturæ, vel motus. Vnde ſi in mentis exceſſibus interueniat aliquid indecens ſecundum motus extrinſecos, vel intrinſecos, exterius apparentes, ſiue ſit indecentia naturæ, ſiue indecentia motuum, tunc non eſt iudicanda alienatio diuina, ſed vel infirmitatis, vel diabolicæ illuſionis, aut etiam naturaliter animalis, ex nimia meditatione alicuius rei prouenieus. *Caiet.& Grauin.loc.cit.*

33 Adde nunquam credendum, mentis alienationes à Deo procedere, quando patientibus ſunt voluntariæ, vt colligi poteſt ex his, quæ diximus ſupra, *num.* 28.

SVMMARIVM.

Conuenientia gratiarum, quæ dicuntur gratis datæ, num. 1.

Diſcretio ſpirituum qualiter à Deo concedatur, num. 2.

Diſcretio ſpirituum duplici modo acquiritur, num. 3.

Modus experimentalis quomodo acquiratur, num. 3.

Modus doctrinalis quomodo acquiratur, nu. 4.

CAPVT V.

De Diſcretione Spirituum.

1 Diuus Thomas, 1. 2. *quæſt.* 111. *art.* 4. enumeratis gratijs gratis datis, ad docendum de earumdem conuenientia, ſic habet. Cum gratia gratis data ordinetur ad hoc, quod homo alteri cooperetur, & reducatur ad Deum. Homo autem ad hoc operari non poſſit interius mouendo (hoc enim ſolius Dei eſt) ſed ſolum exterius docendo, vel perſuadendo; ideo gratia gratis data, illa ſub ſe continet, quibus homo indiget ad hoc, quod alterum inſtruat in rebus diuinis, quæ ſunt ſupra rationem. Ad hoc autem tria requiruntur. Primò quidem, quod homo ſit ſortitus plenitudinem cognitionis diuinorum, vt ex hoc alios inſtruere poſſit. Secundo vt poſſit confirmare, vel probare ea, quæ dicit, alias non eſſet efficax eius doctrina. Tertiò, vt ea, quæ concipit, poſſit conuenienter auditoribus proferre.

Quantum igitur ad primum, tria ſunt neceſſaria, ſicut etiam apparet in magiſterio humano; oportet enim, quod ille, qui debet alium inſtruere in aliqua ſcientia, primo quidem vt principia illius ſcientiæ ſint ei certiſſima, & quantum ad hoc ponitur fides, quæ eſt certitudo de rebus inuiſibilibus, quæ ſupponuntur vt principia in catholica doctrina. Secundo oportet, quod doctor recte ſe habeat circa principales concluſiones ſcientiæ, & ponitur ſermo ſapientiæ, quæ eſt cognitio diuinorum. Tertio oportet, vt etiam abondet exemplis, & cognitiooe effectuum, per quos interdũ oportet manifeſtare cauſas, & quantum adhoc ponitur ſermo ſcientiæ, quæ eſt cognitio rerum humanarum, quia inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.

Confirmatio autem in ijs, quæ ſubduntur rationi, eſt per argumenta. In his autem, quæ ſunt ſupra rationem diuinitus reuelata, confirmatio eſt per ea, quæ ſunt diuinæ virtuti propria; & hoc dupliciter. Vno

Vno quidem modo, vt Doctor ſacræ Doctrinæ faciat ea, quæ ſolus Deus facere poteſt in operibus miraculoſis, ſiue ſint ad ſalutem corporum,& quantum adhoc ponitur gratia ſanitatum; ſiue ordinentur ad ſolam diuinæ poteſtaris manifeſtationem, ſicuti quod ſol ſtet, aut tenebreſcat; quod mare diuidatur, &c. et quantum adhoc ponitur operatio virtutum. Secũdo vt poſſit manifeſtare ea, quæ ſolius Dei eſt ſcire, quæ ſunt contingentia futura; et quantũ adhoc ponitur prophetia; Et etiam occulta cordium, & quantum adhoc ponitur diſcretio ſpirituum.

Facultas autem pronunciandi poteſt attendi, vel quantum ad idioma, in quo aliquis poſſit intelligi; & ſecundum hoc ponuntur genera linguarum. Vel quantum ad ſenſum eorum,quæ ſunt proferenda; & quantum adhoc ponitur interpretatio ſermonum.

Vnde cum viderimus in ſecunda parte, de fide, ſcientia, & ſapientia, & in præſenti per plura capita de prophetia, conſequenter iuxta mentem, & ſententiam D. Thom. diſcurrendum eſſet prius de gratia ſanitatum, & operatione virtutum. Verum pro faciliori methodo prius agemus breuiter de diſcretione ſpirituum, dono linguarum, & gratia ſermonum, deinde prolixius per plura capita de gratia curationum, & operatione virtutum.

2 Diſcretio ſpirituum conceditur aliquãdo à Deo immediate, ſimul cum ipſo lumine prophetico, aliquando ſeorſim; Idque vel ad priuatam accipientis inſtructionem, vel aliorum quoque, & totius Eccleſiæ doctrinam, vel remedium. Hoc enim dono conſequitur homo, vt in ſe, & de ſe,ſpiritus probare, atque etiam illos de alijs, & in alij diſcernere valeat, *Martin. Delr. diſquiſit.magic. lib.4. cap.1. quaſt. 3. ſect. 1.*

3 Datur autem circa huiuſmodi gratiam duplex modus. Vnus experimentalis,qui cum ipſa reuelatione infunditur illi, cui facta eſt reuelatio. Alius doctrinalis. Primus, vt *inquit Gerſon.* fit per intimam inſpirationem, ſeu internum ſaporem, ſiue per experimentalem quandam dulcedinem, ſiue per illuminationem à montibus æternis, omnes dubietatis tenebras effugantem.

Hic modus rarus eſt, & paucis conceſſus, & quibus traditus eſt, illi non poſſunt ſuo Iudicio in proprijs reuelationibus inniti. Sicuti non poſſunt eo vti, ad diſcernendum aliorum reuelationes, quia ſicuti nemo nouit, quæ ſunt ſpiritus, niſi ſpiritus ipſemet; ſic nemo cognoſcit infallibili certitudine per experimentalem hunc ſenſum ea, quæ in alieno ſunt animo. *Martin. d ſect. 1.*

Modus etiam, qui datur,maxime in ordine ad alios, nititur pariter, ſeu confirmatur varijs experimentis, tum ſui, tum aliorum. Et à Deo ſolet illis maxime concedi, quibus officij, vel dignitatis ratione incumbit animarum cura. Sed non debet quis facile ſibi perſuadere, ſe donum iſtud à Deo accepiſſe. Ideoque ad preces continuas, etiam humanæ prudentiæ,& doctrinæ media adiungere opus habet,*Martin. loc. cit.*

Doctrinalis modus diſcretionis ſpirituum eſt, qui comparatur per diligentem, & piam ſacræ ſcripturæ tractationẽ, quæ regulas præbet, falſos prophetas à veris, & illuſiones à reuelationibus diſcernendi. Ad quem confert vtique lectio ſanctorum Patrum, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vt de Diuo Thoma Aquinate habetur, quod continuo Ioannis Caſſiani collationes volutabat.

Verum & ad hunc vltimum iudicij inferendi modum non ſufficit ſola doctrina, ſed accedat opportet ad illam etiam experientia propria, vt quis ſcilicet ſit & doctus, & expertus. Requiritur enim, *ait Gerſon.* vt ſemetipſe expertus ſit variã affectionum ſpiritualium pugnam, tanquam deſcenderit nunc in cœlos, nunc deſcenderit in abiſſos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mixtum diuerſarum affectionũ quaſi collidentium in ſe fluctuum, enarrant mirabilia eius.

Ex quibus patet, nullum, vel leuiſſimum, ex gratia diſcretionis ſpirituum deſumi poſſe ſanctitatis indicium.

SVMMARIVM.

Amatuntha Theoderici filia plurimas linguas callebat, num. 6.

Apoſtoli, & Diſcipuli Domini habuerunt donum linguarum, nu. 3.

Cleopatra plurimas linguas poſſidebat, num. 5.

Federicus Secundus Imperator plures linguas tenebat, num. 8.

Linguarum diuiſio, quando introducta, nu. 1.

Linguarum donum Apoſtolis vtrum datum fuerit

rit actiue, vel paſſiue, nu. 2.
Mitridates plures linguas callebat, num. 4.
Matthias Coruinus plures linguas tenebat, num. 8.
Quidam plures linguas illicò edoctus, nu. 7.
Sancti plures habuerunt donum linguarum, num. 3.

CAPVT VI.

De Dono Linguarum.

1 QVo tempore gentes ad Idololatriã
declinare cæperunt, introductam
fuiſſe diuerſitatem linguarum, ex *Gen.*
11. infert *D. Thom.* 2. 2 *q.* 176. *art.* 1.
c. Hinc cum primi Diſcipuli Chriſti ad
hoc fuiſſent ab ipſo electi, vt per vniuer-
ſum terrarum orbem diſcurrentes, eius
fidem vbique prædicarent, *Matth. vlt.*
Ideo neceſſe fuit, vt ſuper hoc eis per
donum linguarũ diuinitus prouideretur.
Rationemque reddit *ibid. D. Thom.* Quia
nimirum non fuiſſet conueniens, vt qui ad
alios inſtruendos mittebantur, indigerent
ab alijs edoceri, qualiter alijs loqueren-
tur, vel qualiter, quæ alij loquerentur,
intelligerent.
2 Et licet fieri potuiſſet, quod propria,
& naturali eorum lingua docentes, ab
omnibus intelligerentur; conuenientius
tamen erat, quod ipſi linguis omnibus lo-
querentur, quia hoc pertinebat ad per-
fectionem ſcientiæ, per quam non ſolum
loqui, ſed etiam, quæ ab alijs diceren-
tur, intelligere poſſent. D. *Thom. d. ar.*
1. *ad.* 2.
3 Hoc donum linguarum datum fuiſſe
non ſolum primis Chriſti diſcipulis, vt le-
gitur *Actor.* 2. & apud D. *Gregor. hom* 30.
in Euang. Et de ſe teſtatur *D. Paulus* 1.
ad Cor. 14. ſed etiam pluribus alijs Dei
ſeruis, qui ad prædicandum Ieſu Chriſti
Euangelium ad barbaras gentes miſſi fue-
rint, conſtat ex eorum geſtis. Et nouiſ-
ſime D. Frãciſco Xauerio Societatis Ieſu,
Indiarum Apoſtolo nuncupato; vt vide-
re eſt ex actis eius Canonizationis, & legi-
tur in Breuiario Romano ad diem 2. De-
cembris.
4 Verum & citra donum Spiritus Sancti,
conſtat ex prophanis, tam antiquorum,
quam recentiorum Codicibus, nonnul-
los plurimis linguis fuiſſe præditos. Si-
quidem Mitridates, Ponti, & Bitiniæ
Rex, duarum, & viginti gentium, quas
ſub ditione habebat, linguas caluit, ea-
rumque gentium nulli vnquam per inter-
pretem loquutus eſt; ſed cuilibet pro-
pria ipſius lingua, & oratione, non mi-
nus quam ſi gentilis eius fuiſſet, teſte
Gell. noct. lib. 17. *cap.* 17. *& Valer. Max. lib.* 8. *cap.* 7.
5 Cleopatra Aegipti Regina multas lin-
guas edocta, per ſe ipſam reſponſa dabat,
Etiopibus, Trogloditis, Hebræis, Ara-
bibus, Syris, Medis, Parthis. Aliarumq;
plurium gentium idioma tenuiſſe, refert
6 *Plutar. in Anton.* Amaluntha item Theo-
dorici Oſtrogothorum Regis filia, teſte
Sabellico lib. 2. *Ennead.* 8. linguas omnium
gentium tenuit, quibus adhuc aliquid
commercij cum Romano erat imperio.
7 Cum peſtis in Vrbe Roma ſæuiret, Ita-
liam procurante Narſete Exarco, inuen-
tus quidam natione liburnus, paſtor, cor-
reptus peſte, qui cum putaretur pene
mortuus, ſtatim ad ſe reuerſus, vocato
Domino, nunciauit ei, ſe in cœlo intel-
lexiſſe, quot, & qui ex ea domo peſte
morituri eſſent, quos ſtatim nominauit.
Et vt fides dictis haberetur, oſtendit ſe
linguas omnes didiciſſe, atque ea ipſa
hora cum Domino græce, cum alijs alia
lingua loquutus eſt; cum tamen antea ſo-
lam romanam didiciſſet. Poſt biduum
iterum mortuus, eumque ſecuti ſunt, quos
morituros ſignificauerat. *Fulgos lib.* 1. *cap.* 6.
8 Supra receoſitis addi poteſt Matthias
Coruinus Vngariæ Rex, qui præter tur-
cicam, & græcam, omnes Europæ linguas
calluit. *Bonfin. lib.* 8. *Decadis quartæ.* Fri-
dericus item Secundus Imperator, in
Mechanicis induſtrius, & in diſciplinis
eruditus, italicè, latinè, germanicè, gal-
licè, græcè, & turcicè doctus ad miracu-
lum vſque. *Leand. Bonon. in ſua Italia.*

SVMMARIVM.

Carneades eloquentiſſimus, num. 6.
Gratia gratis data in aliorum vtilitatem dantur, nu. 1.
Interpretatio ſermonum quomodo ad prophetiam reduci poſſit, nu. 2.
Interpretatio ſermonum quomodo comparetur dono linguarum, num. 3.
Mulieribus non conuenit gratia ſermonum, n. 4.
Mulieribus competit prophetia, nu. 5.
Scopelianus ſophiſta vir eloquentiſſimus, n. 7.
Viri eloquentiſſimi citra gratiam ſermonum, num. 6. *&* 8.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VII.

De Gratia Sermonum.

1 CVm gratiæ, gratis datæ, in aliorum dentur vtilitatem, *D.Th.1.2.qu.111.ar.1.* & cognitio, quam aliquis à Deo accipit, in alterius vtilitatem conuerti non poſſit, niſi mediante locutione, ad quam pertinet, non ſolum vt aliquis ita loquatur, vt à diuerſis intelligi poſſit, verum etiam, quod efficaciter loquatur; Propterea datur gratia ſermonis; primò quidem ad inſtruendum intellectum, dum aliquis ita loquitur, quod doceat, Secundo ad mouendum affectum, vt libenter audiatur verbum Dei, quod fit, dum aliquis ſic loquitur, quod auditores ad audiendum verbum Dei alliciantur. Tertio ad hoc, vt aliquis amet ea, quę verbis ſignificantur, & velit ea implere, quod fit, dum aliquis ita loquitur, quod auditores flectat. Ad quod efficiendum Spiritus Sanctus vtitur hominis lingua, quaſi quodam inſtrumento, ipſe verò interius opera perficit. D.*Th.2.2. quæſt.177.ar.1.c.* Niſi enim corda audientium Spiritus Sanctus repleat, ad aures corporis vox dicentium incaſſum ſonat. D. *Gregor.homil.30.in Euang. Pont.*

2 Hæc interpretatio ſermonum ad donum Prophetiæ reduci poteſt, in quantum mens illuminatur, ad intelligendum, & exponendum quæcumque ſunt in ſermonibus obſcura; ſiue propter difficultatem rerum ſignificatarum, ſiue etiam propter ipſas voces ignotas, quæ proferuntur; ſiue etiam propter ſimilitudines rerum adhibitas, D. *Th. 2. 2. quæſt. 176. ar. 2. ad* 4.

3 Hinc interpretatio ſermonum ex vno capite potior eſt, quam donum linguarum, quia maior eſt, qui prophetat, quam qui loquitur linguis, niſi forte interpretetur. 1. *Cor.* 14. 5. ex alio verò capite interpretatio ſermonum poſtponitur dono linguarum, quia etiam ad intelligenda diuerſa linguarum genera, ſermonum interpretatio ſe extendit. *D. Tho. dicta quæſt. 176. ar. 2. ad* 4.

4 Huiuſmodi gratia ſermonum interdicitur mulieribus 1. *Cor.* 14. Quod tamen videtur indigere diſtinctione; vt non intelligatur priuatim ad paucos familiares; ſed publice alloquendi totam Eccleſiam; Et hoc triplici ex capite. Primo propter conditionem fæminei ſexus, qui viro ſubditus eſſe debet, *Gen.3.16.* Docere autem, & perſuadere in Eccleſia, non pertinet ad ſubditos, ſed ad Prælatos; licet alias ſubditi ex commiſſione id exequi poſſint, cum ex naturali cauſa, ſicut mulieres, huiuſmodi ſubiectionem non habeant. Secundò ne hominum mentes ad libidinem alliciantur, quia colloquium mulieris quaſi ignis exardeſcit, *Eccleſ. 9. 9.* Tertiò quia communiter mulieres in ſapientia non ſunt ita perfectæ, vt eis conuenienter publica doctrina committi poſſit. D. *Th. 2. 2. quæſt. 177. ar. 2. c.* Quod tamen non accidit in prophetia, quia hæc attenditur ſecundum mentem illuminatam à Deo; Ex qua parte non eſt in hominibus ſexus differentia. D. *Th.d.ar.2. ad* 2.

6 Porrò non defuerunt, qui dicendi vi, citra donum Spiritus Sancti, multum pollerent. Etenim Carneades Cyreneus, nonæ Princeps Academiæ, tantam eloquentia ſua valuit, vt facile dicendi viribus de qualibet re quoſuis in ſuam ſententiam traheret. Ideoque Romam legatus ab Athenienſibus miſſus, vna cum Diogene Stoico, & Cirolao Peripatetico, ſuſpectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu. Ab eo viro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam, & diſſerendi facultatem, facile quæcumque vellet, impetrare poſſet. *Aul. Gell.lib.7.cap. 14. Crinit. lib. 22. cap. 4. de honeſt. diſcipl. Volaterr. lib.* 14.*cap.*2.

7 De Scopeliano Sophiſta refert *Cal. lib. 20.cap.11. ex Philoſtrato*, quod cum edixiſſet Domitianus Imperator, ne in Aſia vites haberentur, quoniam vini vbertate ſeditionibus agitari videretur; legationem publicam viſa tum res exigere, virumque prudentem, & eloquentem; omniumque ſuffragijs huic muneri pręfectũ Scopelianum Sophiſtam; Qui ſuæ eloquentiæ vi non ſolum id conſequutus eſt, quod erat caput, ne cui fraudi foret, plantaſſe vites, ſed inſuper vt pœna irrogaretur ei, qui tali munere abſtinuiſſet.

8 Quin & antequam eloquentiæ ars, & præcepta inuenta eſſent, Clariſſimi viri in Republica, & Athenienſium, & Romanorum naturali eloquentia præfulgebant. M. Valerius dictator paucis annis poſt exactos Reges, cũ plebs propè ripam Anienis Montem Sacrum occupaſſet, dicendo, ſeda-

ſedauit diſcordias, eamque ob cauſam maximus fuit appellatus. L. Valerius Potitus, poſt decemuiralem inuidiam, plebem in Pattes concitatam legibus,& concionibus ſuis mitigauit. Appius Claudius Senatum, iam iam inclinantem, à Pirrhi pace reuocauit. M. Popilius Conſul, cum ſacrificium eum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra Pattes concitatione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque tum auctoritate, tum oratione ſedauit.

SV.MMARIVM.

Admiratio vnde conſurgat, na. 2.

Angeli quas tranſmutationes facere, & quos morbos ſanare poſſint, n. 7. & ſeqq.

Creatio mundi non dicitur miraculoſa, nu. 6.

Deus ſolus miracula facere poteſt, nu. 5.

Exigentia quomodo ſe habeat circa priuationem, & negationem, nu. 18. & ſeqq.

Inſanabilitas differt ab incurabilitate, numero 31.

Inſanabilitas vnicum diſtinctiuum inter miracula ſecundi, & tertij generis, nu. 32.

Inſanabilem morbum eſſe, & eſſe mortalem differunt, nu. 30.

Iuſtificatio impij non eſt miraculum, nu. 6.

Mirabile quid ſit, & vnde dicatur, nu. 4.

Miracula ſolus Deus facere poteſt, num. 5.

Miracula Dæmonis ſunt ſecundum apparentiam tantum, nu. 10.

Miracula negatiua quomodo differant à poſitiuis, nu. 13.

Miracula negatiua præſumptiuè tantum probari poſſunt, n. 19.

Miracula quæ fieri poſſint per malos homines, nu. 26. & 28.

Miraculi nomen vnde deſumptum, nu. 1.

Miraculi definitio, nu. 11.

Miraculorum requiſita, nu. 12.

Miracula poſitiua, & negatiua, nu. 13.

Miracula poſitiua directè probantur, n. 14. non ſic negatiua ibid.

Miraculorum prima diuiſio in poſitiua, & negatiua, nu. 13. Secunda diuiſio ſecundum gradus, nu. 15.

Miraculum ſecundum ſubſtantiam, & primi generis, nu. 15. & 21.

Miraculum ſecundum ſubiectum, & ſecundi generis nu. 16. & 22.

Miraculum ſecundum modum, & tertij generis, nu. 17. & 23.

Miraculorum quatuor cauſæ, nu. 25.

Miraculorum operatio non eſt gratia habitualis, nu. 27.

Miraculorum varia nomina, nu. 28.

Morbum eſſe mortalem, & eſſe inſanabilem, differunt, nu. 30.

Negatio quid ſit, na. 18. 23. in fine, & 24.

Priuatio quid ſit, nu. 18. & 24. Eius requiſita nu. 19. & 20., & nonnulla alia nu. 23. in fin.

Sanatio, & ſanabilitas differunt, nu. 29.

Transmutationes quæ fieri poſſint ab Angelis bonis, & malis nu. 8. & 10.

Virtus qualibet creata non eſt omnibus nota, nu. 3.

Vera Miracula ſemper fuiſſe in Eccleſia, nu. 33.

Tobiæ cæcitas naturaliter ſanata, na. 9.

CAPVT VIII.

De Miraculis in genere.

1 MIraculi nomen ab admiratione deſumptum teſtatur *D. Th. 1. p. qu.*
2 105. *ar. 7. c.* Admirationem verò conſurgere, quando effectus ſunt manifeſti, & cauſa occulta, *ibid.* Cum autem alicuius apparentis effectus cauſa poſſit eſſe nota vni, & non alteri, hinc fit, vt aliquid ſit mirum vni, & non alteri. Sicut accidit in Eclypſi, quam admiratur ruſticus, qui eius cauſam ignorat, non autem Aſtrologus, eius cauſæ non ignarus. Et quia non omnis virtus naturæ creatæ nobis eſt nota, propterea cum aliquid fit in ordine naturæ creatæ, nobis notæ, per virtutem etiam creatam, ſed nobis ignotam, eſt miraculum quoad ad nos, ſeù potius mirabile. Sicut fuit cædes centum octuaginta quinque millium de exercitu Sennacherib per Angelum. 4. *Reg.* 19. Et apparitio trium Angelorum Abrahæ, *Gen.* 18. atque Angeli Raphaelis Tobiæ, *Tob.* 5. *& ſeqq.* Quæ apud Angelos, quibus ipſorum virtus eſt nota, non ſunt miracula, neque mirabilia.

4 Mirabile pariter ab admiratione deducitur. Sed differt à miraculo, quia miraculum ſimpliciter, & proprie dicitur, cum aliquid fit præter ordinem totius naturæ creatæ, quaſi admiratione plenum, quia habet cauſam ſimpliciter, & omnibus, tam Angelis, quam hominibus occultam. *D. Tho. 1. p. quæſt. 105. ar. 7. c.* Mirabile verò, quod licet rarò contingat, vires tamen

men naturæ creatæ non excedit. Sicuti in exemplis ſuprapoſitis de Angelis, & de monſtris, quæ aliquando naſcuntur, & quod, e. g. maior quinquagenaria pariat, *l. ſi maior C. de legit. hæred.*

5 Hinc ſolus Deus miracula facere poteſt, quia quidquid facit Angelus, vel quæcumque alia creatura propria virtute, hoc fit ſecundum ordinem naturæ creatæ. D. *Thom. 1. p. quaſt. 110. ar. 4. c.*

6 Non ſufficit tamen, quod aliquid à ſolo Deo fieri poſſit, ad hoc, vt dicatur miraculum in ea acceptione, in qua ſumitur in præſenti. Quia creatio mundi, & iuſtificatio impij, à ſolo Deo fieri poſſunt, & tamen non dicuntur propriè miracula, quia non contingunt præter ordinem naturæ, & non ſunt nata fieri per alias cauſas, cum ad naturalem facultatem non pertineant. D. *Th. d. quaſt. 105. ar. 4. ad* 1.

7 Quantum attinet ad operationes Angelorum, ſciendum eſt, quod licet materia corporalis non obediat Angelis, ſiue bonis, ſiue malis, ad nutum, itaut ipſorum virtute tranſmutare poſſint materiam de forma ad formam, poſſunt tamen adhibere quædam ſemina, quæ in elementis
8 mundi inueniuntur, ad huiuſmodi effectus complendos. Propterea omnes tranſmutationes, quæ poſſunt fieri per aliquas virtutes naturales, fieri poſſunt etiam per operationes Angelorum, ac Dæmonum, huiuſmodi ſeminibus adhibitis. Exempli gratia, ſicut aliqua corpora naturalia in muſcas, ranas, mures, ſcorpiones, ſerpentes, ſeu alias formas, per putrefactionem, vel aliorum accidentium combinationem, naturaliter immutantur; ita etiam per Angelos, vel Dæmones, per ſimilium accidentium combinationemq; immutari poſſunt, prout de miraculis factis per Magos Pharaonis teſtatur *D. Thom. 1. par. quaſt. 114. art. 4. c. & 2. 2. quaſt. 178. art. 1. ad* 2.

9 Hinc etiam naturalibus morbis obuiam ire, atque omnes ægritudines, per cauſæ ablationem, alterationem, aut alterius rei mutationem, quæ in corpore retinentur, vſu medicamentorum, quæ Medicis ignota ſunt, & quamplures morbos, medicis incurabiles, ſanare poſſe, tenet *Reies Franco in Eliſ. iucund. quæſt. campo, quaſt. 30. num. 3.* Et liquet ex ſanatione cæcitatis Tobiæ, quam naturaliter ſanatam fuiſſe, docet *Martin. Delr. diſquiſit. Magic. lib. 1. cap. 3.*

10 Illæ verò corporum tranſmutationes, & alterationes, quæ naturali virtute fieri nequeunt, nullo modo per operationem Angelorum, vel Dæmonum perfici poſſunt; ſicuti quod corpus humanum mutetur in corpus brutale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiſcat, vel quod arida membra ſanitati reſtituantur. Et ſi quandoque tale quid operatione Dæmonum fieri videatur, hoc non eſt ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum apparentiam tantum. Quod contingere poteſt, vel ab interiori, fantaſiam hominis, & ſenſus corporeos immutando, vel ab exteriori, formando corpus aereum, D. *Tho. 1. part. quæſt. 114. ar. 4. c.* Aut etiam intrando corpus mortuum, illud geſtando, gradiendo, & per illud loquendo, prout pluribus exemplis teſtatur *Reies Franco in ſupradicto tract. quaſt. 3. num. 12. & quæſt. 34. num.* 10.

11 Definitur miraculum, quod ſit opus arduum, & inſolitum, ſupra vires, & facultates conſiſtens admirantis. *D. Thom. 1. par. quaſt. 105. art. 7. ad 1. & art. 8. & quaſt. 110. art. 4. c. & ad 2. & 1. 2. quaſt. 113. art. 10. c.* Quibus in locis infert, tria eſſe de ratione miraculi; quod ſit arduum, hoc eſt, ſupra vires totius naturæ creatæ
12 agentis. Præter ſpem naturæ, quod ſcilicet ad illud non habeat ordinem naturalem, ſed obedientialem; Et quod ſit inſolitum, hoc eſt præter ordinem conſuetum.

Plura alia miraculorum requiſita enumerantur à Paul. *Zach. quaſtion. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. quaſt. 3.* Primo videlicet, vt effectus ſit ſupra naturæ vires. Secundò quod fiat diuina virtute, non ex arte diabolica, vel aliter. Tertiò quod non accidat ex vi verborum; vt tranſubſtantiatio panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Chriſti in Euchariſtia. Quartò quod effectus euidens ſit, ac patens. Quintò vt fiat ad corroborationem fidei, hominum ſalutem, & Dei gloriam. Sextò quod effectus appareat incontinenti. Septimò, quod fiat ſine dolore. Octauo, quod opus miraculoſum ſit vndèquaque perfectum.

13 Diuiditur primò miraculum in poſitiuum, & negatiuum. Miraculum poſitiuum eſt, quando aliquid de nouo ponitur, alteratur, vel immutatur; & in quo per actus, & res cadentes ſub ſenſibus corporeis, probari poteſt tranſitus à termino à quo, ad terminum ad quem. Vt in ſuſcita-

ſcitationibus mortuorum, reſtitutionibus membrorum, & ſanationibus, in quibus probari poteſt terminus à quo, nempè mors, & ægritudo; & terminus ad quem, ſcilicèt, vita, & ſanatio, ſeu ſanitas.

Miraculum verò negatiuum eſt illud, in quo nihil de nouo ponitur, alteratur, vel immutatur, ſed conſeruatur tantum primus ſtatus, abſque tranſitu à termino à quo, ad terminum ad quem, qualis fuit præſeruatio rubi ardentis à combuſtione, *exod.* 3. 2. & trium puerorum à fornacis incendio. *Dan.* 3. 50. Et quæcumque aliæ præſeruationes à morte, ruinis, caſibus, ſubmerſionibus, & ſimilibus.

14 Porrò inter miracula poſitiua, & negatiua, non leuis eſt diſparitas, quoad illorum probationem. Siquidem in miraculis poſitiuis, cum noui ponantur effectus, ſub ſenſibus corporeis immediatè cadētes, hęc quoad factū probari poſſunt. Non ſic autē miracula negatiua, cum in eis nullus detur nouus effectus, immediatè cadens ſub ſenſibus, ac proinde præſumptiuè tantum probari poſſunt; ex eo ſcilicet quod nobis conſtet contrarium eius, quod per continuatam obſeruantiam experti ſumus. E.g. quia in perſona Danielis nulla inuenta fuit læſio, poſtquam per ſex dies ſtetiſſet in lacu leonum, quibus per totum dictum tempus non fuerunt data corpora, & oues, quæ quotidie dari conſueuerant. *Dan.* 14. 31. non poterat directè probari, Danielem fuiſſe à leonibus miraculosè præſeruatum; ſed quia per continuatam experientiam habemus, in ſimilibus caſibus leones nunquam pepereiſſe, per præſumptiuam probationē concludimus, Danielē à leonibus miraculosè liberatum, ſeu præſeruatum; vel ſaltem Angeli miniſterio.

Diuiditur ſecundò miraculum tripliciter ſecundum gradus; ſcilicet quoad ſubſtantiā, quoad ſubiectū, & quoad modum.

15 Secundum ſubſtantiam miraculum dicitur, quando totalem naturæ creatę facultatem excedit. D. *Thom.* 1. *par. quæſt.* 105. *art.* 8. & 1. 2. *quæſt.* 113. *art.* 10. Veluti quod rubus arderet, & non comburreretur. *Exod.* 3. Aqua manans è petra. *num.* 20. Aſina loquens, *num.* 22. Sol in medio Cæli per ſpatium vnius fere diei ſubſiſtens. *Ioſue* 10. Farinæ, & olei multiplicatio, 3. *Reg.* 17. & 4. *Reg.* 4. Quæ dicuntur miracula primi generis.

16 Secundum ſubiectum dicitur miraculum, quando aliquis effectus excedit facultatem naturæ creatæ, non quantum ad id, quod fit, ſed quantum ad id, in quo fit, ſicuti reſurrectio mortuorum, illuminatio cæcorum, & ſimilia. Quia poteſt quidem natura producere vitam, ſed non in mortuo, & præſtare viſum, ſed non in cæco. D. *Thom. dicta quæſt.* 105. *art.* 8. Iuxta vulgare axioma, quod à priuatione ad habitum non datur regreſſus. *Ariſt.* 5. *phyſic.* & 2. *de gener. animal.* De quibus miraculis plura item in ſacris paginis habentur exempla. Vt reſtitutio manus areſactæ Ieroboam. 3. *Reg.* 13. Mortuorum ſuſcitatio, 3. *Reg.* 17. & 4. *Reg.* 4. *Matth.* 5. *Luc.* 8. *Ioann.* 11. Mutorum, cæcorum, claudorum, & aridorum ſanatio. *Matth.* 15. *Marc.* 5. *Luc.* 16. & *Ioann.* 9. Quæ dicuntur miracula ſecundi generis.

17 Secundum modum dicitur miraculum, quando aliquis effectus excedit facultatem naturæ creatæ non reſpectu ſubſtantiæ, nec reſpectu ſubiecti, ſed quoad modum tantum, & ordinem faciendi. Sicuti cum aliquis in iſtanti per diuinam virtutem ſanatur à morbo, vel ſubito vnum corpus alteratur, vel in aliud mutatur. D. *Thom. d. quæſt.* 105. *art.* 8. *c.* De quibus miraculis plura etiam in ſacris paginis habentur exempla. Veluti diluuium vniuerſale, *Gen.* 7. 19. Fulgura, grando, locuſtæ, mures, tenebræ, cæteræque Aegyptiorum clades, *Exod.* 8. 9. 10. Muri Ierico ad ſonum tubarum corruentes. *Ioſue* 6. Sanatio febris Socrus Simonis. *Matth.* 21. 19. Apertio portarum Carceris. *Actor.* 5. 16. Quæ dicuntur miracula tertij generis.

18 Verùm, vt clarior huiuſmodi graduum miraculorum habeatur notitia, notandum primo, Carentiam, quæ importat, non habere, non eſſe, vel non dari, ſe habere tanquam genus, binas ſub ſe continens ſpecies; negationem ſcilicet, & priuationem. Priuatio eſt carentia formæ, ſeu actus, in ſubiecto habili, naturaliter habere formam, ſeu actum, quo dicitur carere. Negatio verò eſt carentia formæ, ſeu actus in ſubiecto inhabili, naturaliter habere formam, ſeu actum, quo carere dicitur. E. g. lapis, ſeu lignum dicitur habere negationem viſus, quia naturaliter, & de ſui eſſentia non eſt capax viſionis. At equus, vel homo cæcus dicitur habere priuationem viſionis, quia naturaliter, & de ſui eſſentia viſionis eſt capax. Quam doctrinam admittunt etiam Iuriſconſulti, communiter concludentes, quod priuatio

ſupponit habitum, *Barboſ. plures congerens in tract. var. axiom.* 189. *nu.* 1.

19 Notandum ſecundo, priuationem dari poſſe in naturalibus, & in accidentalibus Etenim quod attinet ad accidentalia, hoc ex continua nouimus experientia; & in iure noſtro plures habemus leges priuationem eorum, quæ per accidens poſſidentur, comminantes, ſicuti e. g. quod Iudex committens barattariam, priuetur officio, quod habet, & facultate alia obtinendi in futurum, *l. iudices C. de dignit. lib.* 12. Priuatio in naturalibus dari poteſt, & perpetuò, & ad tempus. Si enim e. g. quis patiatur infirmitatem temporalem in palpebris, quæ tegentes oculos viſum impediant, hic habebit priuationem luminis ad tempus, ſcilicet donec palpebræ ad ſuum ſtatum naturalem reuertentes, viſionem liberam relinquant. Si verò alicui eruantur oculi, hic habebit priuationem viſionis perpetuam, ſeu totalem. Et hæc vltima eſt priuatio, à qua dicitur, quod ad habitum non datur regreſſus. *Ariſt.* 5. *phyſic. & 2. de gener. animal.*

20 Notandum 3. Ad priuationem in accidentalibus requiri quidem antecedenter habitum, vt ſupra diximus, quia nemo priuatur, niſi prius habuerit id, quo priuatur. *cap. ad diſſoluendum de deſponſat. impuber. cum ſimilibus.* Non ſic autem ad phiſicam priuationem, ad quam non requiritur antecedenter habitus, vel potentia, ſed ſufficit exigentia naturalis ratione naturalis conſtitutionis, vel partium integritatis. Etenim æque bene dicitur habere priuationem viſus, qui aliquando vidit, & deinde factus eſt cæcus; & qui natus eſt cum oculis, & potentia videndi, ſed impedita; quam qui abſque oculis ex vtero matris ortus eſt, quia tã in vltimo caſu, quam in primo, & ſecundo, ratione partium integritatis præexiſtit naturalis exigentia viſus, & viſionis. Et æque bene diceretur habere priuationem ſanitatis, qui male affectus ex vtero matris prodiret, quam qui natus ſanus aliquo deinde morbo afficeretur; Quia tam in primo, quam in vltimo præexiſtit naturalis exigentia ſanitatis, hoc eſt, naturalis omniũ corporis partium conſtitutionis, in quo conſiſtit ſanitas. *Sennert. ex Galen. inſtit. medic. lib.* 1. *cap.* 3. *de ſanitate*, quæ quidem naturalis exigentia ad phyſicam priuationem omnino requiritur. His poſitis.

21 Miracula primi generis illa ſunt, quæ cõtra merã negationem fieri contingunt. Sic Aſina loquens, *num.* 22. dicitur miraculum primi generis, quia Aſina habebat meram negationem loquelæ, cum de ſui natura, & eſſentia eſſet incapax ſermonis, qui ſoli homini debetur, & cuius ſolus homo eſt capax. Ita etiam ſol in medio cæli per ſpatium vnius fere diei ſubſiſtens, *Ioſue* 10. eſt miraculum primi generis; quia ſol de ſui natura, & ſecundum finem, ad quem fuit creatus, habet meram negationem quietis, ſecundum communem ſententiam, admittentium quietem poſitiuam. At ſecundum opinionem illorum, qui negant quietem poſitiuam, & dicunt eſſe motus priuationem in mobilibus, & negationem in immobilibus. non eſſet niſi miraculum ſecundi generis, cum ageretur tantum de priuatione motus, naturaliter debiti. Pariter multiplicationes farinæ, & olei, 3. *Reg.* 17. *&* 4. *Reg.* 4. fuere miracula primi generis, quia quælibet res, incapax generationis, habet meram negationem multiplicationis, cum in naturalibus nõ detur multiplicatio, niſi per generationem. Et ob eamdem rationem fuerunt miracula primi generis, multiplicatio quinque panum, & duorum piſcium, *Luc.* 9. *& Ioann.* 6. & alia ſeptem panum, & piſciculorum, *Matth.* 15. Miraculum etiã primi generis fuit, quod ferrum natauerit ſuper aquas, 4. *Reg.* 6. quia ſiue admittatur, ſiue negetur leuitas poſitiua, corpus denſum, & ſolidum grauius, habet meram negationem leuitandi ſuper corpus fluidum rarius, & leuius, cum ſecundum præſentem rerum ordinem grauiora, niſi impediantur à ſoliditate corporis intermedij, ſemper tendant inferius, vt conſtat experientia.

22 Miracula ſecundi generis ſunt, per quæ vel inducitur, vel tollitur priuatio perpetua, vel totalis actus naturaliter debiti. Sic ex. gr. inſtantanea arefactio manus, quã extendit Ieroboam contra Prophetam Domini, 3. *Reg.* 13. fuit miraculum ſecundi generis, quia per talem arefactionem priuata fuit manus calido, & humido radicali, in quibus ratio vitæ, & actus vitalis conſiſtit. *Sennert. Epitom. Phyſic. lib.* 8. *cap.* 2. *de corpore humano verſ. de temperamento.* Sic præſeruatio trium puerorum ab incendio fornacis ardentis, *Dan.* 3. ſi habeatur pro miraculo, non tribuendo factum Angeli

virtu-

virtuti, fuit miraculum ſecundi generis, quia Deus totaliter priuauit ignem actu comburendi. Reſtitutio prædictæ manus areſactæ Ieroboam fuit item miraculum ſecundi generis, quia ſublata fuit totalis priuatio calidi, & humidi, ad actum vitalem requiſiti. Mortuorum ſuſcitatio, *3. Reg. 17. & 4. Reg. 4.* fuit pariter miraculũ ſecundi generis, quia per talem ſuſcitationem ſublata fuit priuatio vitæ, & formæ ſubſtantialis rationalis.

23 Miracula demum tertij generis ſunt, per quæ tollitur temporalis priuatio, naturalis omnium partium, vel alicuius partis, conſtitutionis, ſic e. g. inſtantanea ſanatio Socrus Simonis à febri, fuit miraculum tertij generis, quia febris de ſui natura non inducit perpetuam ſanitatis priuationem, ſed ſolum temporalem, cum arte, & medicamentis ſanabilis ſit. *Sennert. de febribus lib. 1. cap. 5. & ſeqq. & lib. 2. per tot.* vbi de omnium, & ſingularium febrium ſanationibus. Sic etiam ſiccitas triennalis, quando clauſum eſt cælum annis tribus, *3. Reg. 17.* fuit miraculum tertij generis, quia ad tempus tantum priuatus fuit ſol, vapores, & exhalationes è terra ſublimare, quę condenſatæ poſtmodum in pluuiam coaleſcerent. Pariter ſi Deus ictu oculi dextrueret Adrianam arcem, ſeu Caſtrum Sancti Angeli, ponendo ſingula corpora in locis diſtinctis, ac ſeparatis, nõ eſſet niſi miraculum tertij generis, quia per talẽ inſtantaneam dextructionẽ induceret priuationem formæ accidentalis, quæ ab hominibus tempore congruo poſſet induci.

Scio negationem, & priuationem aliter explicari à *Sennert. in Epitom. Phyſic. lib. 1. cap. 3. de princip. rer. natural. vbi ſic habet*, Negatio latius patet, quam priuatio, tribuiturque materiæ, in prima notione acceptæ, & vniuerſalem omnium formarum, & qualitatum in materia abſentiam denotat. Talis autem priuatio nõ eſt. (non enim vna priuatio omnibus formis opponitur, ſed cuilibet propria) verum competit materiæ, in ſecunda notione acceptæ, ſemperque alias qualitates præſupponit, & neceſſario coniuncta eſt cum quadam forma, formam, quæ introducenda eſt, proxime antecedente. Cui conſonat *Themiſt. in poſter.* dum vult, priuationem eſſe negationem in ſubiecto determinato, *& Alex. de Aleſ. 5. Metaph. t. 27.* vbi, priuatio de ſua eſſentia requirit negationem formæ, & habilitatem ad illam.

24 Attamen licet prædicta doctrina, diſcurrẽdo de naturalibus rerum principijs, vera ſit, non videtur nihilominus ſecundũ præſens inſtitutum ſpernenda definitio negationis, & priuationis, à nobis ſuperius tradita, dicendo, quod negatio ſit carentia actus in ſubiecto habili naturaliter habere actum illum, quo carere dicitur, & priuatio ſit carentia actus in ſubiecto habili naturaliter habere actũ illum quo carere dicitur; diuidendo deinde priuationẽ in perpetuã, & temporalẽ, & ſumendo nomen actus phyloſophice, quatenus opponitur ſimplici potentiæ, vel exigentiæ, & conuenit cuicumque formæ, tam ſubſtantiali, quam accidentali, & prout quælibet res deduci dicitur de potentia ad actum. Quia cæteroqui ſine talibus principijs difficillimum erit, diſtinguere miraculorum genera; ſicuti è contra ijs admiſſis, non modo clare diſtinguuntur genera miraculorum, ſed in quocumque caſu facillime cognoſcetur, in quonam genere quilibet effectus ſupernaturalis conſtituendus ſit. Si enim per aliquem actum tollatur ſimplex negatio, erit miraculum primi generis, ſi tollatur, vel contingat priuatio perpetua, quod per naturam, vel artem fieri nequeat, erit miraculum ſecundi generis, ſi vero tollatur, vel adueniat priuatio temporalis, quod à natura, vel arte, vel ope humana fieri poſſit, erit miraculum tertij generis.

25 In miraculis aſſignari poſſunt quatuor cauſæ principales, quæ aſſignantur in alijs quibuſcumque effectibus, materialis ſcilicet, formalis, efficiens, & finalis. Materialis eſt ipſum ſubiectum, in quo perficitur miraculum. Formalis eſt ipſemet effectus miraculi, hoc eſt, terminus ad quem in miraculis poſitiuis, præſeruatio, & conſeruatio in negatiuis. Cauſa efficiens eſt Deus principaliter, Angeli, & homines, tam viuentes, quam Beati inſtrumentaliter, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 178. ar. 1. ad 2.* Finalis eſt veritatis prædicatæ confirmatio, vel ſanctitatis alicuius hominis, quem Deus alijs hominibus poni vult in virtutis exemplum, demonſtratio, *D. Thom. 1. part. q. 110. ar. 4. ad 2. & 2. 2. q. 178. ar. 2. c.*

26 Hæc eſt autem differentia inter miracula, quæ fiunt ad fidei confirmationem, & quæ fiunt ad demonſtrandam ſanctitatem alicuius Dei ſerui, quod miracula ad fideî confirmationem patrari poſſunt etiam à malis per veram fidem, & nomen Chriſti.

D. Thom.

D. *Thom. d. qu.* 178. *art.* 2. *c.* & patet *Matth.* 7.23. vbi illis, qui in nouiſſimo die dicturi ſunt, Nonne & nos prophetauimus, & Dæmonia eiecimus, & virtutes magnas fecimus? Reſpondebit Chriſtus Dominus, Neſcio vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Hinc *D. Hieronymus*, Prophetare, *inquit*, & dæmonia eiicere, & virtutes facere, interdum non eſt eius meriti, qui operatur, ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit, vt homines Deum honorent, ad cuius inuocationem tanta miracula fiunt.

Quinimo plerique, charitatem non habentes, plura miracula faciunt, quæ charitate quandoque eximia præditi facere nequeunt, 1. *quæſt.* 1. *teneamus*. Quia quantumcumque aliqui ſancti ſint, niſi tamen ſpeciali Sancti ſpiritus gratia præueniantur, miracula facere non poſſunt, 1. *quæſt.* 1. *quærendum*. At de hoc plenius, quando diſputabimus, vtrum ex ſolis miraculis, abſque eo quod conſtet de virtutibus in gradu heroico, vel ſaltem excellenti, deueniri poſſit ad ſanctorum Canonizationem.

27 Ex quibus patet hanc operationem miraculorum non eſſe gratiam habitualem, ſed impreſſionem tranſeuntem, quæ attribuitur gratię gratis datæ, vt principio proximo, fidei verò, vt virtuti diſponenti, vel quia operatio miraculorum ordinatur ad fidei confirmationem, vel quia prouenit ex omnipotentia Dei, cui fides innititur, D. *Thom. d. qu.* 178. *ar.* 1.

28 Miracula vero, ad demonſtrandam alicuius ſanctitatem, non fiunt, niſi à ſanctis, ad quorum ſanctitatis demonſtrationem patrari contingunt, vel in vita, vel etiam poſt mortem. Et in hoc vltimo caſu nihil etiam prohibet, per aliquem peccatorem miracula fieri ad ſancti alicuius inuocationem. Quæ tamen miracula facere non dicitur ille, qui alterius interceſſionem implorat, ſed ille, ad cuius ſanctitatem demonſtrandam hæc fierent, *D. Thom. d. qu.* 178. *ar.* 2. *c.*

In miraculis inſuper duo conſiderari poſſunt, id ſcilicet, quod fit, quod eſt aliquid excedens facultatem naturæ creatæ, & id propter quod fiunt, nempè ad manifeſtandum aliquid ſupernaturale. Et ſecundum hoc communiter vocantur ſigna. Propter excellentiã autem dicuntur portenta, vel prodigia, quaſi procul aliquid oſtendentia. D. *Thom. d. qu.* 178. *art.* 1. *ad* 3.

29 Conſiderandi ſunt etiam termini, *ſanationis*, & ſanabilitatis. Sanatio enim importat ipſum tranſitum à morbo, ſeu ægritudine, ad ſanitatem, ſanabilitas vero dicit potentiam naturalem, recuperandi ſanitatem, cui opponitur inſanabilitas. Quãdo ſcilicet ſubiectum morbo, ſeu vitio affectum, non eſt naturaliter capax ſanitatis, quia omni virtute naturali totaliter priuatum remanet, & à priuatione ad habitum non datur regreſſus, *Ariſt.* 5. *Phyſ.* & 2. *de gener.* Sicuti eſt cæcitas, membrorum ariditas, ſurditas, & ſimilia, circa quæ ſi Deus operetur miracula, eaque in ſtatum naturalem reponantur, non dicuntur ſanata, ſed reſtituta.

30 Differunt inſuper, morbum eſſe inſanabilem, & eſſe mortalem, quia plures infirmitates ſunt mortales, quæ non ſunt inſanabiles, prout de quadam puella, ex *Valeriola lib.* 2. *obſeruat. medic. obſer.* 6. refert, *Schench. lib. de febribus*, *obſeru.* 4. quę in læthalem febrem continentem, grauiſſimis, & læthalibus ſymptomatibus comitatã, incidit, cũ ingenti delirio, vigilijs, crebris animi deliquijs, ſine cibo, fere dies octo manens, omnia, quæ illi darentur reijciens, abſque medicamentis vllis, & peſſima victus ratione vtens, cum morti iam proxima eſſet, & prorſus deploratæ valetudinis, fluxu alui cum ſumma virium debilitate ſuborto, liberata fuit; Et aliæ multæ infirmitates ſunt inſanabiles, quæ non ſunt mortales, vt cæcitas, ſurditas, membra arida, & ſimiles.

31 Diſtinguenda demum eſt inſanabilitas ab incurabilitate. Quia inſanabilitas, vt ſupra diximus, importat inhabilitatẽ intrinſecã potentiæ naturalis, etiam cum auxilio medicamentorũ, recuperandi ſanitatem; incurabilitas vero connotat tantum inſufficientiam extrinſecam artis, coadiuuandi potentiam naturalem, ad recuperandam ſanitatem. Hinc dari poſſunt morbi incurabiles, qui non ſint inſanabiles, vt patet exemplo cæcitatis Tobiæ, quæ facta hominibus incurabilis, non erat tamen naturaliter inſanabilis, cum ope virtutis naturalis ſanata fuerit. *Martin. Delr. diſq. magic. lib.* 1. *cap.* 3.

Incurabilitas autem prouenire poteſt tam ob inexperientiam medicorum, quam ob medicamentorum indigentiam; ſic Galenus *lib. de Curat per ſanguin. miſſion.* narrat ſe quendam ab oculorum inflammatione, & cæcitatis periculo, remedijs vtendo to-

do to-

do totaliter diuerſis ab his, quæ medicus Eraſiſtrateæ ſectæ applicuerat, liberaſſe, *Et lib. 3. de different. pulſ.* cum apud ægrotum quendam vna cum alijs magni nominis Medicis ſtaret, ſe veneris fluxum ex ſimptomatibus ægroti prædixiſſe, mox illis, vnde Id prædiceret, requirentibus reſpondiſſe, multum abeſſe ipſos, vt hoc intelligerent, qui ne leuiſſima quidem ſcirent.

32 Qui duo termini, inſanabilitatis, & incurabilitatis, licet fortaſſe à nonnullis cōfundantur, quod tamen attinet ad miraculorum diſtinctionem, maxima indigent reflexione, quia hoc vnicum eſt eſſentiale diſtinctiuum miraculorum ſecundi generis, à miraculis tertij generis, quia miracula ſecundi generis dari non poſſunt, vbi non agitur de inſanabilitate naturali ob totalem virtutis naturalis priuationem. Miracula vero tertij generis præſuponunt naturalem ſanabilitatem, & conſiderantur ſolum circa modum inſtantaneæ ſanationis, licet incurabilitas plurimum conferat ad magnitudinem, & excellentiam huiuſmodi miraculorum tertij generis; quia data naturali, & intrinſica inſanabilitate, non eſt curandum de extrinſeca incurabilitate, ob imperitiam medicorum, vel medicamentorum deficientiam.

Porrò vera miracula in Eccleſia Catholica, ab Apoſtolis, ſingulis quibuſque ſæculis, continuaſſe, conſtat Eccleſiaſticis, & prophanis hiſtorijs, Etenim inter alia, in primo ſæculo Sanctus Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta, in feruentis olei dolium immiſſus, liber, & vegetior egreſſus. Beatus Policarpus, damnatus ad ignem, non tantum abſque læſione remanſit, verum ſplendor quidam flammas ipſas ſuperans ipſum circumfulſit, indeque tantus, & tam flagrans odor egrediebatur, vt velut ex thure odorifero, aut alio quoquam pretioſo aromate afflatus videretur. *Euſeb lib. 4. cap. 14.* In ſecundo ſæculo D. Gregorius Neocæſareæ Epiſcopus montē, Eccleſiæ ædificiū impedientē, in aliam partē transferri precibus à Deo impetrauit, lacum exſiccari, licum fluuiū inundantem firmarit, *Gregor. Niſſen. lib. 4. cap. 2.* In Tertio ſæculo Sanctus Romanus poſt reciſam linguam coram Tyranno locutus fuit, teſte *Prudentio in eius hymno, & D. Chriſoſtomo,* Sanctus Albanus Tamiſim fluuium ſiccis pedibus tranſijt, quem mille homines ſecuti fuere. *Beda hiſtor. Anglic. lib. 1. cap. 7.* In quarto ſæculo Mamertus Epiſcopus Viennenſis lacrimarum profluuio extinxit ignem, ciuitatem Comburentem. *Gregor. Turon. lib. 2. hiſt. franc. cap. 34.* S. Remigius Rhemenſis Epiſcopus ſigno Crucis ignem extinxit, Dæmoniacum ſanauit, præcibus mortuum ad vitam reuocauit &c. idem *Greg. Turon. lib. 2. cap. 31.* In quinto ſæculo Sanctus Proculus Martyr decollatus, coram omni populo caput præ manibus accepit. *Sigon. hiſt. Bonon. lib. 1.* & S. Auguſtinus Angliæ Apoſtolus Anglorum Regem, mirabilia ſupra naturæ vires agendo, conuertit ad fidem, *Beda hiſt. Anglic. lib. 1. cap. 31.* In ſexto ſæculo Sanctus Florentius Epiſcopus lumen, & vſum linguæ contulit filiæ Dagoberti Regis, quæ cæca, & muta fuerat à natiuitate, & S. Trudas Præsbyter præcibus ad Deum fuſis, aquam è terra fecit ebullire, *Theod. in eius vita.* In ſeptimo ſæculo Agato Summus Pontifex leproſum oſculo ſanauit. *Plat. in eius vita,* Vvibertus è carcere ab Angelo liberatus, cæcos illuminauit, paralyticos ſanauit, & mortuos ad vitam reuocauit. *Marcel. in eius vita.* In octauo ſæculo Abbas Ioachimus ſigno crucis Draconem ſubmerſit; quandam inſulam à ſerpentibus, fuſis ad Deum præcibus liberauit, *Metraphr. in eius vita.* Sancta Rumoldia Filia Regis Scotiæ mortuum in vitam reuocat. *Sur. tom. 7.* Et in tranſlatione reliquiarum S. Marcellini, lumen receperunt cæci; ſurdi auditum, claudi greſſum, & ſanitatem plures ægrotantes. *Eginard. lib. 2. cap. 6. & 7.* Nono ſæculo S. Poppo in teſtimonium catholicæ fidei ferrum ignitum magni ponderis manibus detulit. *Albert. Crant. in Metropol. lib. 3. cap. 34.* & S. Damertanus Epiſcopus Cantuarienſis fontem è terra ebullire fecit. *Albert. in eius vita.* Decimo ſæculo Sanctus Odilo Cluniacenſis Abbas ſigno crucis illuminauit cęcū à natiuitate, miraculis claruit S. Romualdus, *ex Pet. Dam.* & Rex Robertus ſolo tactu, & ſigno crucis infirmos ſanabat. *Helgand. in eius vita.* Vndecimo ſæculo miraculis floruere, Malachias Epiſcopus Irlandiæ, D. Bernardus D. Thomas Cantuarienſis Epiſcopus, Sancta Hildegardis, & alij. Duodecimo ſæculo Sancti, Dominicus, & Franciſcus, Ordinum Prædicatorum, & Minorum Inſtitutores, celebres fuere miraculis, S. Bonauentura vitam obtinuit pro infante mortuo,

Digitized by Google

tuo, vt baptiſmum reciperet. Et Sancta Eliſabet, Vngariæ Regis filia decem, & ſeptem mortuos reuocauit ad vitam, & cæcum à natiuitate illuminauit, *Bonfin. lib. 7. decad.* 2. Decimo tertio ſæculo S. Iuo presbyter Britannus ſigno crucis aquas diuidit, incendium extinguit, energumenum liberat. *Surius tom.* 3. S. Rocchus nobilis Narbonenſis immenſam hominum multitudinem, qui vlcerati fuerant à contagio, pariter ſigno crucis ſanauit. *Albert. Cranz. in Metropol. lib. 9. cap.* 25. Et Diua Catherina Senenſiis propriã matrem; quæ abſque confeſionis Sacramento deceſſerat, à mortuis reuocauit. Decimo quarto ſæculo S. Vincentius ferrerius Ordinis Prædicatorum puerum phreneticum, qui ſe proprijs manibus occiderat, reuocauit ad vitam, & alia plura patrauit miracula, vt conſtat ex Bulla eiuſdem Canonizationis. Sicut pluribus miraculis claruit Sancta Franciſca Romana. Decimo quinto Sæculo Diuus Franciſcus de Paula ardentem fornacem abſque læſione ingreſſus fuit, ſuper aquas inceſſit, ac omnia infirmitatum genera ſanauit. *Indoletus in eius Canonizatione.* S. Ignatius Loiola Societatis Ieſu Fundator hominem, qui tædio vitæ ſe occiderat, in vitam reuocauit, vſque quo confeſſus abſolutionem obtinuit. *Petr. Maff. lib.* 3. *cap.* 14. & S. Franciſcus Xauerius Indiarum Apoſtolus tres mortuos ſuſcitauit, vt ex *proceſſib. eius Canonizationis*. Et hoc vltimo ſæculo non defuerunt pariter plures ſerui Dei, qui gratia miraculorum illuſtrati fuere, de quibus, & eorum Canonizatione enucleantur proceſſus.

SVMMARIVM.

D. Bartolomeus inuiſibilem ſe aliquando fecit num. 4.
Inuiſibilitas lamiarum, & Magorum, n. 6.
Miracula primi generis rariora, nu. 3.
Montem alio tranſtulit D. *Gregorius Thaumaturgus, num.* 4.
Penetratio ex vtero Virginis in natiuitate Chriſti miraculoſa, num. 1.
Penetratio ex ſepulchro clauſo in reſurrectione Chriſti non fuit miraculoſa, nu. 2.
Penetratio lamiarum quomodo fiat nu. 5.
Perfectiora ſunt rariora nu. 3.
Replicatio D. Antonij de Padua, nu. 4.

CAPVT IX.

De Miraculis Primi Generis.

INter omnia miracula primi generis, primum locum obtinet Aeterni Verbi Incarnatio, Quod enim virgo concipiat, non ſolum vires ſuperat naturæ creatæ, ſed toti humanæ, atque angelicæ menti
1 eſt imperceptibilis. Huic proxime accedit Natiuitas Chriſti Domini ex vtero Immaculatæ Virginis Mariæ per penetrationem. Cuius figuram vidit Ezechiel. 44. r. quam deſcribit dicens. Et conuertit me ad viam portæ ſanctuarij, quæ reſpiciebat ad orientem & erat clauſa, & dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſiet per eam, quoniã Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Vbi D. *Hieronymus*, Pulchre quidam portam clauſã, per quam Solus Dominus Deus Iſrael ingreditur, & Dux, cui porta clauſa eſt Mariam Virginem intelligunt, quæ & ante partum, & poſt partum virgo per-
2 manſit. Penetratio vero qua reſurgens idem Chriſtus Dominus egreſus eſt è ſepulchro clauſo, & poſt reſurrectionem ingreſſus eſt ad diſcipulos ſuos clauſis ianuis, *Ioan.* 20. non fuit miraculoſa, ſed ex conditione gloriæ, vt docet D. *Thom.* 3. *p. q.* 54. *ar.* 1. *ad* 1. cui conditioni competebat etiam videri quando vellet, & non videri quando nollet. idem D. *Th. d. ar.* 1. *ad* 2.

3 In patrandis miraculis omnipotentia diuina ita ſe gerit, ſicut in alijs eius operibus medio naturæ, & artis, itaut eo ſint rariora, quo ſunt perfectiora. Proinde in ſacris paginis pauciora legimus miracula primi generis, quam ſecundi. Sicut etiam ad ſanctorum interceſſionem, eiuſdem primi generis pauciora emanaſſe traduntur. Inter quæ non leue cenſendum, quod in perſona D. Bartholomei legimus eſſe patratum, vt ſi ipſe vallet, videretur, & non videretur, ſi nollet, D. *Tho.* 3. *p. q.* 54. *ar.* 1. *ad* 2. Celebre item quod de D. Gregorio Taumaturgo tradit *Venerab. Beda lib. 3. comment. in Marc. cap.* 11. Montem, qui Eccleſiæ ædificationem impediebat, alio vi orationis tranſtuliſſe. Et de D. Antonio Patauino Minorũ ordinis, legitur, quod aliquando dum Paduæ concionaretur, eodem tempore Vlyſiponæ

corpo-

corporaliter exiſtens occiſum, ad vitam reuocauit & eius atteſtatione partem ſuũ, qui de illius occiſi nece inquirebatur, à tanto diſcrimine liberauit.

Quæ quidem miracula primi generis Dæmon imitari conatur, vt videbimus infra *cap.* 20. & patet in Iamijs, quæ li-
5 cet ædes, & cubicula penetrare dicantur, eam tamen non eſſe veram penetrationem, docet idem *Martin. ibid.* ſed Dæmon præcedens latenter aperit, & claudit Ianuas, vel feneſtras, corporis earum capaces, per quas eas intromittit, quam oſtiorum aperitionem, & clauſuram adeo ſubtiliter efficit, vt dormientes in cubiculo non euigilent, prout ab Angelo factum eſt, cum B. Petrum è carcere eduxit. Sicuti etiam parietes aperire poteſt, & claudere, ſcilicet maxima cæleritate, quot ſufficiunt, lapides eximendo, & alios, neruant, ſuſtinendo; Et poſtea eadem celeritate, ac dexteritate iterum eos in ſuum locum reponere.

6 Quæ vero fabulantur *apud Phyloſtratum* de inuiſibilitate Apollonij Thianei, qui vt liber, io quo eius continebatur accuſatio, nulla parte ſcriptus iouenirefur effecit; Clipei vitrei Perſeo à Minerua traditi, per quem videre, nec videri poterat, ex *Cælio lib. 6. cap.* 11. *lect. antiq.* Giges, lydorũ Regis, qui ſe anulo ab omni viſione tuebatur; Et Michaelis Sicidiris Magi, qui earum rerum conſpectum eripiebat, quas oculi intuebantur, ex *Niceta lib.* 4. ſic explicat *Martin. Delr. loc. cit.* quod Dæmon, vel corpus alio transferat, vel ſpecies viſiuas, ne in oculos adſtantium commeent, per corporis alicuius interpoſitionem, vel per nimiam aeris agitationem impediat.

S V M M A R I V M.

Experimenta facienda antequam mortui apopletici ſepultura tradantur, num. 5.
Femina ob vteri ſtrangulationem pro mortuis habita, num. 3.
Mortui reſuſcitati virtute Diuina, *à Prophetis,* Chriſto Domino, *& Apoſtolis, num.* 1.
Mortui reſuſcitati à ſanctis, num. 2.
Mortui reputati, qui poſt aliquot dies reperti viui, vbi multa exempla, n. 3. *&* 4.
Mortuum aliquem eſſe non conſtat liquido, niſi poſt triduum, num. 6.
Mortuũ aliquẽ fuiſſe, quando agitur de miraculoſa ſuſcitatione, non facile credendũ, n. 9.
Medicinæ artem in tanta corporum varietate, videtur impoſſibile non errare, nu. 5.
Strangulati laqueo reuiſcentes, nu. 7.
Submerſi in vndis reuiſcentes, num. 8.
Zenobia credita mortua, reperta viua, nu. 8.

CAPVT X.

De Miraculis Secundi Generis.

DIximus ſupra *cap.* 8. Miracula ſecundi generis eſſe, per quæ inducitur, vel tollitur priuatio perpetua; inter quæ nulli dubium, quin excellentius ſit mortuorumi ſuſcitatio, quæ adeo ſuperat vires naturæ, vel artis, vt in Athenienſium Areopago Paulum, reſurrectionem mortuorum memorantẽ, quidam irriderent. *Actor.* 17.

1 De fide tamen multos in ſacris paginis à morte reuocatos habemus. Et primo quidem filium viduæ Sareptanæ, quem ſuſcitauit Helias Propheta, cum ter ſe ſe ſuper pectus pueri menſus, Dominum inuocaſſet. 3. *Reg.* 17. Hunceque Ionam Prophetam fuiſſe tradunt Hebræi, vt teſtatur *D. Hieron. prohem. in Ionam.* Sunamitidis quoque filium ſuſcitauit Eliſeus Propheta, pucro incumbens, & os ori, oculos oculis, manus manibus componens, puerique corpore tepefacto, poſt deãbulationes per ædes vltro, citroque, poſt quę, & alia per ipſum geſta puer ſepties vſque ſternutauit, oculoſque aperuit, 4. *Reg* 4. In cuius Eliſei Prophetæ ſepulchrum iniectus quidam in prælio cæſus, vt oſſa tetigit Eliſei, reuixit, 4. *Reg.* 13.

Chriſtus Dominus Principis filiam mortuam, & iam conclamatam, manu apprehenſam ſuſcitauit, *Matth.* 9. *Marc.* 2. *luc.* 5. Item filium viduæ in Ciuitate Naim, qui iam efferebatur. *luc.* 7. Item Iairi Principis Sinagogæ filiam, *Marc.* 5. *Luc* 8. Et demum Lazarum in Bethania, quatriduo ante mortuum, ſepultum, ac fætentem, *Ioann.* 11.

Poſt hæc Tabitam fæminam piam, & eleæmoſinis claram, Lidæ mortuam, Petrus Apoſtolus, è Ioppe accerſitus, omnibus foras eiectis, poſitis genibus ſupplicans ſurgere iuſſit, & vitæ reſtituit *Actor.* 9. Et Paulus Apoſtolus cum Troade in cænaculo ad mediam noctem ſermonem produxiſſet, Eutichis iuuenis in feneſtra ſedens, ſomno alto depreſſus decidit de tertia contignatione, ſublatuſque mortuus, à Paulo vitæ reſtitutus.

2 Similia præſtitere in omnibus fere ſæculis plures ſancti Dei. Etenim D. Martinus, antequam ad Epiſcopatum Turonenſem vocaretur, in Inſula Gallinaria tugoriolum extruerat,& Cathecumenum quemdam ſecum habebat, is Martino per triduum abſente apud Hilarium Pictauienſem Epiſcopum, febri correptus obierat, Martinus reuerſus, vbi exanimem reperit, cæteris excluſis, ſolus intrat caſulam, ſeque ſuper demortui diſcipuli cadauer proſternit, ac oratione ardenti eũ ad vitã reuocat, reuocatũ baptizat. Idem ſeruum quendam, qui laqueo ſibi ipſi vitam eripuerat, vitæ reſtituit, *Seuerus Sulpitius*. Ad ſepulchrum D. Stephani Prothomartyris reuixit puer, vehiculi rotis attritus. Et ſanctimonialis quędam eiuſdẽ Prothomartyris tunica cooperta. *August. de Ciuit. Dei lib.* 22. *cap.* 8. vbi etiam de pluribus alijs miraculoſe reuiuiſcentibus. Marcellum Ciuem Tudertinæ vrbis a fortunato Epiſcopo reſuſcitatum refert *Marulus*. Nonnullos à D. Benedicto, *Gregor. Turon.* Et plures alios mortuos à pluribus ſanctis, & Dei ſeruis ad vitam reuocatos referunt, idem *Marulus, Ranulphus lib.* 6. *cap.* 7. *Bonfin. lib.* 4. *Dec.* 1. *Fulgoſ. lib.* 1. *cap.* 9. *Vincent. lib.* 23. *cap* 166. *lib.* 25. *cap.* 4. *&* 62. *& alibi Dubrau. lib.* 8. *& alij*.

3 Animaduertendum tamen nonnullos, qui pro mortuis habiti fuerunt, non fuiſſe vere mortuos, ſed mortis ſpeciem tantum oſtendiſſe. Siquidem narrat *Plin. lib.* 7. *cap.* 52. fæminam quandam ſeptem diebus mortuam creditam, vitæ ſignum dediſſe, quod tamen ad vteri ſuffocationem referre videtur: Attilium Auiolam poſt aliquot dies rogo impoſitum, & flammis circundatum, ſed non mortuum exclamaſſe, verum reſiſtentibus flammis, fato ſubtrahi non potuiſſe. Quod & L. Lamiæ viro prætorio accidiſſe, refert *Valerius Maximus lib.* 1. *cap.* 8. Quos tamen mortuos nõ fuiſſe credendum eſt, ſed apoplexia, vel alio morbo affectos. Quandoquidem talium, qui pro mortuis reconditi ſunt, & derelicti, plurimos adſe rediſſe obſeruatum eſt, non apoplecticorum tantum, ſed & aliorum, qui ſyncope exoluti ſunt, *Reies Franco in eliſ. lum. quaſt. campo. quaſt.* 79. *nu.* 10. *&* 11. vbi etiam de vtero ſtrangulatis fæminis, quæ ſic omni reſpiratione priuatę tanquam vera cadauera ad monumenta delatæ fuerunt. De quibus non pauca leguntur exempla apud *Schenchiũ*; notiſſimumque à *Parao deſcriptum lib.* 23. *cap.* 46. de Medico, qui in Hiſpania hyſtericam mulierem, ſic pro mortua iudicatam, ad anatomicum vſum diſſecare incæpit, quæ tamen ad primum adactæ nouaculæ ictum expergefacta, medico maximũ dedecus attulit, quẽ medicum, *Veſaliũ* inſignem illum anatomicum fuiſſe, credit *Sennertus cap de hiſt. affect. lib.* 4. Alias eodem morbo laborantes aphonas, & cum ſumma aſphygia funeratas fuiſſe, notat *Diomedes Cornarius n.* 15. *hiſtoriar.* Ex quo refert *Reies Franc. loc. cit.* Matriti in Hiſpania illuſtrem quandam fæminam ex familia D. Franciſci Laſſo oriundam, quæ poſtquam triduo cum mortis agone colluctaſſet, exiſtimantibus cognatis iam expiraſſe, in deſtinatum ſepulturæ locum deportatur, & occluditur, poſt aliquot menſes aperto monumento inuentum fuiſſe cadauer infantem mortuum in brachio dextro habens, grauida enim erat, & circa partus tempus, quando pro mortua funerata eſt. Non abſimiles caſus refert *Arnald. cap. de apoplex.* dicens. Vidi enim, & audiui hoc de multis, qui taliter ſubterrati fuerunt, & poſtea auditi ſunt in ſepulchro clamantes, vt iuuarentur infra ſpatium ſexaginta horarum, & alij, qui mortui ſunt in ſepulchris, & poſtea in proceſſu temporis aperta ſepulchra, inuenta ſunt cilicia eorum dilaniata per ipſos, & ipſi cum brachijs, & pedibus diſſolutis mortui ſunt inuenti. *Et Auicenn. lib.* 3. *tract.* 5.
4 *cap.* 12. Aliquando accidit, *inquit*, vt homo apoplexiam incurrat, & non ſit differentia inter ipſum, & mortuum, & non appareat in ipſo aliquid anhelitus, deinde reuiuiſcit, & ſanatur. Et nos plurimos eorum vidimus, quorum diſpoſitio hæc erat, & in iſtis quidem anheliens non apparet, & ipſorum pulſus integre cadit, & videtur, quod calor innatus in eis non vehementer indiget euentatione, & expulſione vaporis fumoſi à ſe anhelitu magno propter id, quod accidit ei ex frigore.

5 Quare prudenti, & non contemnendo conſilio monet *Reies Franco d. qu.* 79. *nu.* 9. ne temere mortui funerentur, præſertim apoplectici, & non niſi poſt ſecundum diem, diligenti prius facto examine, an aliquid vitalis auræ ſuperſit. Ad cuius explorationem indagandam prẹter obſcuros arteriarum motus, qui ſedulo attendendi ſunt, cum certius ſignum exhibeant, alijs

etiam

Google

etiam vtendo, admotis ore, & naribus pilis, lana, aut goſſipio, recte carptis, aut molli penna, aut etiam candela accenſa, an forte aliquid ex his moueatur, aut ſpeculo, ſi ad halitum maculetur, aut cyatho aquæ pleno pectori ſuprapoſito,ſi agitatio aliqua percipiatur, quæ tamen aliquando ita ſubobſcura ſunt,vt nos fallant, ſenſumque noſtrū reſpiratio lateat, quippe, vt eleganter *Celſus*. Si quid vix in milleſimo corpore, aliquando tamen decipit, nec id euitare humana imbecillitas

6 poteſt in tanta corporum varietate. *Et Leuin. Lemn. de occultis nat. miracul. lib. 2. cap. 3.* tenet, non niſi elapſo triduo conſtare certo de morte. Ac propterea Chriſtum Dominum captata occaſione Lazarum quatriduanum in vitam poſtliminio reuocaſſe, ne quis calumniari poſſet, illum non fuiſſe mortuum, ſed animi deliquio correptum ex ementita morte reuixiſſe.

7 De laqueo ſtrangulatis, reuiuiſcentibus videatur *Schench obſeruat. medicin. lib. 2. de ſuffocatione, verbo, laqueo, obſeruat. 5.* vbi plura adducit exempla, & in ſpecie de milite quodam, cui nomen, Landhaler, qui propter quaſdam fraudes ab arbore ſuſpenſus pependit vltra horæ ſpatiū, donec vexilla pedit tum tranſirent. Cū vero à ſubſequenti calonum turba reſtis diſſecaretur, & motus quidam in ipſo deprehenderentur, curru impoſitus, & liberatus eſt. *Et Reies Franco d. quaſt. 79. num. 10.* refert, *ex Cæſarienſe illuſtr. miracul. lib. 6. cap. 24.* de latrone quodam ſuſpenſo, iuxta cuius patibulum poſtmodum cum cuiuſdam Canonici Colonienſis ſeruus tranſiret, & hominem paulò ante ſuſpenſum adhuc palpitare cerneret, miſericordia motus laqueum è ſe præſcindit, allataque à proximo riuulo aqua refocillauit; reaſſumptis paulatim viribus liberatorem ſuum ad proximam villam euntem latro ſecutus eſt, ac dum iter facientes, inter ſe colloquerentur, manum equi freno iniecit fur, equum ſuum eſſe proclamans, & ſibi à ſeruo illo ereptum, accurrunt mox homines plurimi, qui de rapina frementes, nullamque excuſationem admittentes, miſerum iuuenem ad patibulum, à quo ipſum antea furem detraxerat,ducere pergunt. Sed Dei nutu è proxima villa alij, qui concurſum ad palum tendentem è lōge notabant, ad locum properant (erat vtriuſque oppidi commune patibulum), ad quem accedentes cauſam interrogant, & data ſeruo loquendi copia, acta narrat, & quomodo tantum beneficium tam iniquo ſcelere nequam rependere cogitaſſet; itaque agnitum,quem paulo antea ſuſpenderant furem,ſecundo plene ſuffocant.

8 Submerſos in vndis per plures horas viuere poſſe,notat *Alex. Benedict. de morb. cur. lib. 10. cap. 9. in fine*. Et communiter affertur exemplum Zenobiæ vxoris Rhadamiſij Phataſmenſis Iberorum Regis filiæ,quæ patruo Mitridate necato, Armeniam occupauit; cumque propter populorum rebellionem vna cum viro fugeret,& in via pariendi dolore capta progredi non poſſet, vitum rogauit, vt ſe occideret,neque in hoſtium manus venire pateretur. Vir poſt multas lacrymas vxorē amplexus, ne dedecus pateretur apud hoſtes, ferro iugulum eius petijt, & mortuam eſſe arbitratus in Araxem fluuium, qui propè erat, ne corpore hoſtes potirentur, proiecit, ſed poſtea à quibuſdam inuenta Paſtoribus, cum adhuc viuere conſpiceretur, è fluuialibus aquis extracta fuit. *Eneas Syl. cap. 39. Aſia*, & Alexander Oliuus propè Saxoferatū ruſtico patre natus, puer hinc inde ſtipis cauſa vagans in puteum incidit, & exanimatus à vicina quadam extractus eſt, & matri exanimis redditus paulo poſt ad ſe redijt, & in Auguſtiniana Religione tantum profecit, vt tandem Cardinalatus dignitate decoratus extiterit, *Garimbert. lib. 4. de vitiis Pontificum*.

9 Ex quibus patet, quam mature conſiderandum ſit, an vere, & concludenter conſtet de morte, quando mortui dicuntur miraculoſe ad vitam reuocati. Cum ex ſuprapoſitis exemplis conſtet,poſſe quē ſpatio plurium horarum, vel etiam dierū abſque reſpiratione manere in eo ſtatu,vt ab omnibus reputetur mortuus, & tamen vi morbi intus ab eo diſcuſſa, re vera ſemper viuum fuiſſe poſtmodum clare dignoſcatur, *Paul. Zacch. qu. medicol. lib. 4. tit. 1. qu. vlt. à nu. 17. vſque ad finem*.

S V M M A R I V M.

Cæci illuminati à Chriſto Domino nu. 3.
Cæci illuminati à ſanctis, nu. 4.
Cæci naturaliter viſum recuperantes, nu. 5. & nonum exemplum, nu. 7.
Claudi à Chriſto Domino, & Apoſtolis Sanati, num. 16.
Claudi ſanati à ſanctis, num. 17.
Claudi naturaliter ſanati, nu. 18.

Lingua emiſſo lapide de ſe abſque remedijs ſanata, *nu.* 15.

Membra diuinitus reſtituta, *num.* 1.

Membra præciſa naturaliter reſtituta, *nu.* 2.

Muti loquelã à Deo immediate obtinentes, *nu.* 8.
mediante ſanctorum interceſſione, *nu.* 9.

Mutus redditus, *& loquela reſtitutus*, *nu.* 10.

Muti naturaliter ſermonem recuperantes, *n.* 11.

Muti ad tempus, *& par interualla*, *nu.* 12.

Muti non vere, *ſed propter amiſſam memoriã loquendi nu.* 13.

Muti ob linguam impeditam, ea ſanata loquentes, *num.* 14.

Remedia partes neruoſas ſectas conglutinantia, *num.* 2.

Tobias naturaliter viſum recuperauit, *n.* 6.

CAPVT XI.

De Membrorum Reſtitutione.

1 NOmine reſtitutionis membrorum veniunt in præſenti cæcorum illuminstio, ſiue à natiuitate, ſiue ex accidenti, loquela in muto, greſſus in claudo, membri reciſi, vel aridi ſanatio, & ſimilia.

Et quidem, quod ad vltimum attinet, conſtat Chriſtum Dominum, dum à Iudæis, & militibus caperetur, auriculam ſeruo Principis ſacerdotum reſtituiſſe, quã eidem vnus ex circumſtantibus amputauerat. *Luc.* 22. 51. Diuo quoque Ioanni Damaſceno legimus à Beatiſſima Virgine Maria Matre Dei, ſeu eius interceſſione à Chriſto Domino reſtitutam manum, ſigno tantum in teſtimonium præciſionis remanente, quam dolo, & malis artibus Leonis Iſaurici, eidem recidi fecerat Saracenorum Dux. Et D. Antonius Patauinus pedem reſtituit cuidam adoleſcenti, quem dolore cordis tactus ex graui reprehenſione ſibi facta ab eodem Diuo Antonio, quod illo matrem percuſſiſſet, ſibi præciderat. Quas auriculæ, manus, & pedis reſtitutiones miraculoſe factas fuiſſe non videtur ambigendum.

2 Naturaliter membra reciſa coniungi, ac perfectè ſanari, tradit *Schench. obſeru. Medicin. lib.* 1. *tit. de Naribus obſeru.* 9. *ex Holler. lib.* 5. *cap.* 5. *Chirurg.* ſcilicet cuidam deciſum naſum, qua os in cartilaginem deſinit, cui ruſticus propendentem partem alteri digitis coniunxit, herbam tuſam, & è vino nigro tritam, quod mille folium appellant, impegit, rudius omnia colligauit, vnde celerrimè reſtitit profluens ſanguinis, & vulnus pulchra cicatrice breui coijt; Et *obſeruat.* 12. alteri faciem ferro vulneratam ab ipſo naſi, & ſuper ciliorum confinio, vſque ad vtriuſque labri vtrinque extremitatem, & diductionem, itaut naſus cum mandibula ſuperiori, ac dentibus ſupra mentum ceciderint. Qui tamen ingenioſa Chirurgi curatione, benè aſſuendo, mandibulam cum naribus ſimul alijs, quibus conueniebat oſſibus commiſſis colligatiſque quoad membra inuicem coaluiſſent, tandem diuina ope reſtitutus, vt nullum vulnus vnquam accepiſſe videri poſſet, Et eodem *libr.* 1. *tit. de naribus verbo curatio*, *obſeruat.* 8. *ex Foreſto obſeru.* 36. *lib.* 9. Louanij Adolphum quendam adoleſcentem Phriſium vulneratum gladio, adeout tota auricula cum parte oſſis cranij ad humerum, ſeu collum propenderet, qui tamen Chirurgi inſignis induſtria curatus fuit. Ex quo concludit, tantum poſſe naturam, vt vulnera deplorata, & pro incurabilibus habita, Chirurgi præſtantiſſimi opera ad ſanitatem deducat, & *lib.* 5. *tit. de vulneribus obſeruat.* 18. aſſignat remedium, ſpatio viginti quatuor horarum vulnera etiam neruoſarum partium conglutinans.

3 Plures cæcos à Chriſto Domino ſanatos habemus ex Sacris Codicibus. Duos ſcilicet *Matthei* 9. quibus præcepit, ne cuiquam hoc dicerent. Alterum Bethſaidæ, quem manu ducens extra vicum, in oculis eius expuit, & manus bis impoſuit. *Matth.* 16. *& Marc.* 8. Cæcum à natiuitate Hieroſolymis in Scenopegiæ feſto, lutum oculis illiniens. *Ioann.* 9. Alterum in itinere ſedentem, & operam ſuam inclamantem prope. Vrbem Hierico, dum aſcenderet Hieroſolimam paulo ante paſſionem. *Matth.* 20. *Marc.* 10. *Luc.* 18. Bartimæum, Timæi filium mendicum, *Marc.* 10. *& alios duos Matth.* 20.

4 Hanc gratiam, cæcos illuminandi, ſeu cæcis lumen à Chriſto Domino impetrandi, habuerunt etiam plures Sancti Dei. Siquidem hoc traditur de Diuo Ianuario Beneuenti Epiſcopo, & Martyre in *Breuiario Romano.* D. Spem Abbatem ſanctimoniæ fama celebrem, oculis captum fuiſſe, & quadrageſimo tandem anno viſum diuinitus recuperaſſe, audiſſeque, vt proxima Monaſteria inuiſeret, & fratribus perfectius viuendi præcepta daret, *Diuus Gregorius in Dialog.* Et de cæca muliere, quod

in tranſlatione corporis glorioſiſſimi Prothomartyris Stephani à cæcitate liberata fuerit, D. *Auguſt. de Ciuit. Dei libr.* 22. *cap.* 8. Qua gratia prȩditum fuiſſe D. Bernardum Abbatem habemus apud eius geſta ſcribentes.

5 Animaduertendum tamen quandoqne accidere, vt videatur amiſſus viſus, cum re vera non ſit, ſi videlicet ſit impeditum organum, ſed non deſtructa potentia, vt patet exemplo Tobiæ ſenioris, qui ex calido hirundinum ſtercore in oculos delapſo excæcatus, poſt quatuor annos, cum

6 Angeli Raphaelis monitu Tobias filius eius oculos felle piſcis, in Tigris flumine capti, obleuiſſet, cuius acrimonia argema deterſum eſt, viſum recuperauit. *Tob.* 11. Quam ſanationem fuiſſe omninò naturalem, notat *Martin. Delr. diſquiſit. Magic. lib.* 1. *fol.* 4. *col.* 2. Videatur *Schenck. obſeruat. Medicin. lib.* 1. *de oculis tit. de curat. cæcitat. obſeruat.* 2. *vbi ex Pauſan. in maniacis* refert. Ophionem vatem, qui primo ſtatim ortu cæcus fuerat, oculorum viſum mirabili admodum caſu recuperaſſe. Nam cum ingenti capitis dolore laboraſſet, poſt aduerſam illam valetudinem ſubitò luminis compos eſt factus, Et ex *Camerar.* quidam *Lang*, ex ingentiſſimis capitis eruciatibus, nec non ex vigilijs de repente excæcatus, granis 5. apiati extracti eidem exhibitis, ſomnus accerſitus, dolorque ablatus, & ſubitò quoque vno momento viſum recepit. Et ex *Benedict. libr.* 2. *cap.* 28. *de curan. morbis*, Nonnulli, eum aliquandiù nihil vidiſſent, ſine vlla manifeſta cauſa, repentina alui profuſione lumen receperunt.

7 Quin, & per ſolam naturæ vim poſſe viſum reſtitui patet ex ſequenti caſu, qui paucis ab hinc annis pluribus adhuc teſtibus de viſu ſuperſtitibus euenir. Nobilis vir Comes Alphonſus Montecatinus Ferrarienſis adhuc Iuuenis, viſus debilitatem pati cæpit, cumq; plura itinera per aquas confiecere debuiſſet, aucta in dies humiditate in neruis opticis, quinquagenarius oculorum lumen amiſit. Poſt aliquot annos Peritum conſuluit, à quo ſpe aliqua curationis cataractæ vnius oculi refertus, à Religioſo quodam diſſuaſus, ne ſe curationis doloribus ſubijceret, ſpatio quattuordecim annorum totaliter cæcus permanſit, nunquam tamen viſus recuperandi ſpe deſtitutus, & ſemper rectam viuendi methodum ſeruans. Tandem quadam dic poſt quietem promeridianam, confricatis manibus oculis, clariora vitra feneſtræ diſcernere ſibi viſus eſt, & ſubſequenti die poſt ſomnum pariter promeridianum, fricatis iterum oculis, totaliter viſum ſe recuperaſſe expertus fuit, colores minutim diſtinguens, & litteras legens, non ſine magna omnium conciuium admiratione, qui illum per annos quattuordecim totaliter cęcum manu duci conſpexerant. Ex quo patet quanta ſit naturæ vis, latentur, & intrinſecus operantis.

8 De Mutis, qui à Deo miraculosè loquelam obtinuerunt, conſtat *Matth.* 9. *Luc.* 5. vbi Chriſtus Dominus dæmoniacum mutum, Dæmonio eiecto, curauit, & iterum *Matth.* 15. *Marc.* 7. de muto, & ſurdo ſimul, cui ſpurum linguæ imponendo, & in auribus digitos immittendo ſermonem reſtituit, & demum *Luc.* 11. vbi mutus dæmoniacus, eiecto dæmonio à Chriſto Domino, locutus fuit.

9 Mediante verò Sanctorum interceſſione pluribus habetur in locis, vt apud *Sculpit. Seuer. inuit. tertij dialogi* de D. Martino, qui in Carnotenſi Ciuitate Puellam ab vtero matris ad duodecimum vſque ætatis annum mutam, infuſo ſacro oleo,

10 & oratione adhibita vocalem fecit. D. Remigius Rhemenſis Epiſcopus in Synodo Aurelianenſi ſub Clodoueo Gallorum Rege, Arrianum quendam ſummum dialecticum miraculosè mutum redditum, & ad ipſius Remigij pedes procidentem ſic affatus. In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti veri Filij Dei viui loquere; Siquidem ita recte de eo ſentis, & de illo, ſicut Catholica credit Eccleſia, crede, & confitere, Hac voce ille vſum linguæ recepit, & Arrij damnato errore Catholicus factus eſt, *Hincmar in vita D. Remigy.* Et Zoe vxor Nicoſtrati martyris ſeptem annis vi morbi muta, à D. Sebaſtiano curata eſt.

11 Nonnulli etiam per plures annos ſermonis vſu deſtituti, citra miraculum tandem eloquuti fuere, prout ex *Mercurial. lib.* 2. *cap.* 8. *de morbis puerorum* refert *Schench. obſeruat. medicin. lib.* 1. *tit. de lingua, de ſermone, & voce*, Maximilianum Friderici Imperatoris filium ad nonum vſque ſuæ ætatis annum proſus elinguem, & mutum tandem beneficio naturæ non modo ſermonem acquiſiuiſſe, ſed eloquentiſſimum euaſiſſe. Et ex *Luſitan. Centur.* 6. *curat.* 5. Puerum annorum duodecim

decim filium Hieronymi Gradij Patritij Raguſei, qui ad illam vſque ætatem pro muto habitus, tunc loqui cæpiſſe. *Et obſeruat. 1. ex Fernell. lib. 5. cap. Pathol.* Viſum quendam, cui biduum, triduumue loquela adempta, mox repente, & inopinate redderetur, & qui ſæpius ex interuallis, & circuitibus modo loqueretur modo muteſceret, integrè ſano corpore: *Et obſeruat. 2. ex Octao de obſeruat. proprijs*, plurimos poſt apoplexiam, aut lethargum, aut ſimiles magnos capitis morbos, etiam non præſente linguæ paraliſi, loqui non poſſe, quod memoriæ facultate extincta, verba proferenda non ſuccurrant. Idque potiſſimum notatum in Nicolao Leldio Cancellario Euhſtadiano & vidua quadam Grulichiana fuldana fæmina, Eodemque *titulo de lingua, verbo,*
14 *lapides, obſeruat.* 1. plura adducit exempla de lapidibus prodigioſæ formæ, & magnitudinis in lingua natis, ſermonis vſum intercipientibus, quibus amotis, ſermonis vſus ſtatim reſtitutus. Inter quæ narrat de Sororcula quadam Delſia 25. annos nata, ex ijs, quæ Diuæ Claræ votum præſtant, cum circa os maxillæ inferioris propè mentum longo tempore doleret, ſub lingua muſculoſa carne laxiore verſus radicem, Chirurgus, qui illam quotidie inuiſebat, cum duritiem diu ſenſiſſet, abſceſſum in lingua futurum ſperabat; huic ficum aridam per medium ſciſſam continuò, ad ſuppurationem promouendam, loco dolenti apponit, & præter ſpem tumore iam emollito, lapillus quidam inſigniter durus vltrò exiuit abſque inciſione, ad magnitudinem nucis auellanæ, formæ tamen parum longioris, illoque lapillo expulſo, ſtatim omnis dolor ceſſauit, nullaque ſuppuratione, aut ſanie, vel pure ſubſequente, & labris vulneris per ſe rurſum vnitis, abſque vllis medicamentis.
16 De claudis miraculosè ſanatis, teſtem habemus *Ioann.* 5. vbi Chriſtus Dominus per 38. annos ad probaticam piſcinam Hieroſolimis decumbentem, ſolo verbo ſanauit. Petrus item cum Ioanne in templum aſcendens, claudum quendam à matris vtero, qui ad portam, ſpecioſam dictam, iam per annos 40. ſtipem petebat, in nomine Ieſu Nazareni eleęmoſynæ loco curauit. *Act.* 3. Et Paulus Apoſtolus Liſtris Licaoniæ alium claudum ab vtero matris, fide illius perſpecta ſanauit. *Act.* 14.
17 Poſt Apoſtolos, alij quoque Sancti claudos ſanarunt, prout de Diuo Martino refert *Gregor. Turonen. cap. 11. de gloria Confeſſor.* De Diuo Bernardo, *Author eius vita l. 1. cap. 12. & libr. 1. cap. 9.* Et Alexand. 2. Papa Aquinum prætergrediens, pede captam mulierem, maxima cum adſtantium admiratione curauit, aqua, qua poſt Sacrificium manus abluerat, in potum ſubminiſtrata, *Sigon. lib. 9. Regn. Ital.*
18 Naturaliter etiam ſanatos claudes, refert *Schench. obſeruat. medicin. lib. 5. tit. de pede, verbo, Affectus pedum, obſer.* 4. vbi quidam Architectus claudus ab eminenti turri decidens, recte deinceps ambulauit. Et puer peſtilenti morbo correptus, curatuſque, cum prius vtroque pede claudicaret, vt niſi duobus baculis fulcitus incedere poſſet, libere deinde, & ſine adminiculo incedebat.

SVMMARIVM.

Abraham primus qui in ſenectute genuit, numer. 1.

Cato Cenſorinus octaagenarius genuit, n. 7.

Eliſabeth ſterilis genuit Ioannem Baptiſtam Præcurſorem Domini, n. 5.

Mulieres ſteriles, quæ miraculoſe conceperunt, num. 4.

Mulieres ſteriles, quæ naturaliter conceperunt, num. 10.

Mulier ſenex grauida curata pro hidropiſi, num. 12.

Monialis quædam ſenex redijt ad iuuentutem, num 11.

Rebecca ſterilis concepit, & peperit, n. 3.

Rachel ſterilis concepit, & peperit, n. 4.

Sarra, prima quæ in ſterilitatate concepit, num. 2.

Senes maſculi, qui octuagenarij genuerunt, num. 7. *&* 8.

Senes maſculi centum annorum, qui genuerunt, num. 9.

Senem fæminam naturaliter poſſe concipere in iure admittitur, nu. 13. *& eſt præſumptio iuris, & de iure, ibidem.*

Senem fęminam vt probetur miraculoſe concepiſſe, quid probandum ſit, num. 14.

Sterilitas miraculoſe ſublata, num. 1. *& ſeqq.*

Sterilitas, ab impedimento, defectu, vel mala affectione naturali proueniens, eſt naturaliter ſanabilis, nu. 15.

CA-

CAPVT XII.

De Generantibus, & Concipientibus in Senectute.

1 PRimus, qui in ætate decrepita miraculoſe generaſſe, nobis in ſacris paginis traditur, fuit Deo dilectus Abrahã, qui iam octuagenarius ex Agar Ancilla Aegiyptij generis, filium genuit Iſmaelẽ, vnde Iſmaelitarum genus, qui deinde Agareni dicti ſunt, vt Euſebio placet, & vltimo Saraceni. Et centum annos natus ex Sarra Iſaach ſuſtulit. *Guido Bituricens.*

2 Ex fœminis vero in primis occurit Sarra, quæ nouagenaria concepit Iſaach; dicens proinde. Riſum fecit mihi Deus, & quicumque audierit, corridebit mihi, *rurſumque ait*, Quis auditurus crederet Abraham, quod Sarra lactaret filium, quem peperit ei ſeni? *Geneſ.* 17. Super cuius partu *D. Auguſtin. de mirabil. ſacr. ſcript. lib.* 1. *cap.* 12 Abrahę illius ex multitudine gentium in Dei amicitiam electi Sarra ſterilis vxor filium Iſaach nomine iam nonagenaria peperit, cum ad illam vſque ætatem per totum vitæ ſuæ ſpatium ſterilis fuit, ſed hoc valde conueniebat, vt quoniam filius, quem parturiebat, ipſam figuram Chriſti, qui ex ſola virgine, ſine aliqua humanæ voluptatis cupiditate naſceretur, pertulit, illum non ætate, qua ſolent fœminę parere, ideſt à duodecimo anno vſque ad quadrageſimum nonum annum, deſinente ſcilicet partus officio, ſed etiam nonageſimo anno naſceretur, deſinente voluptatis deſiderio. Ex hoc quamuis contra conſuetudinem naturæ, non tamen aduerſus naturam factum eſt; quoniam & ſi contra conſuetudinem eſt, vt pariat anus, aduerſus tamen naturam non eſt, vt in vtero fœminali naſcatur quandoque filius.

3 Secunda, quæ ſterilis peperit, fuit Rebecca. *Gen.* 25. vbi, Deprecatuſque eſt Iſaach Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccę: ſuper quo *Gloſ. interlin.* Quamuis in Iſaach promiſſa erat ſucceſſio, tamen implenda erat precibus Dei præfinitio. *Et Gloſ. ordin. ex Greg.* Quę ſancti orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur, nam ipſa quoque cœleſtis Regni prędeſtinatio ita eſt diſpenſata, vt ad hanc electi ex labore perueniant, vt poſtulando mereantur accipere, quod eis ante ſęcula Deus diſpoſuerat dare.

4 Tertia fuit pulchra Rachel *Gen.* 29. vbi, Videns autem Dominus, quod (Iacob) deſpiceret Lyam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente, & *infra cap.* 30. Recordatus quoq; Dominus Rachelis, exaudiuit eã, & aperuit vuluã eius, quæ concepit, & peperit filiũ, dicens, Abſtulit Deus opprobriũ meũ, & vocauit nomẽ eius Ioſeph. Quarta fuit mater Sanſonis. Quinta Anna vxor Elcanæ, mater Samuelis. *Iud.* 13. *&* 1. *Reg.* 1. De quibus tamen, ſicuti & de Rebecca, & Rachele, non conſtat, quod eſſent inhabiles ad concipiendum propter ſenectutem, ſed potius ſteriles, & infecundæ ob defectum, vel impedimentum naturę. Prout etiam de Sunamitide, cui ſterili Eliſæus precibus filium impetrauit. 4. *Reg.* 4.

5 Sexta fuit Sancta Eliſabeth, vxor Zachariæ ſacerdotis, & mater Præcurſoris Domini. Sic enim habetur, *Luc.* 1. Non erat illis filius, eo quod eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. *& infra*, Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius.

6 De Sanctis, qui ſterilitatem patientibus filios à Deo precibus impetrarunt, non pauca habentur exempla. Etenim de *D. Hilarione* tradit *D. Hieronym.* Illum Mulieri Eleutheropolitanę, quæ ob ſterilitatem à marito deſpectui habebatur, ob idque ad ipſum in Eremo prope Gazam recurſum habuerat, filium impetraſſe. Et Coſdroes Perſarum Rex audiens, Sergium Martyrem eſſe datorem omnium, quæ petebantur ab eo, petijt auxilium in defenſionem Regni, & fecunditatem Coniugis ſterilis, quibus impetratis, miſit ad Gregorium auream crucem, diſcum, poculum, thuribulum, & alia dona in honorem Sergij Martyris, *Euagr. lib. cap.* 21. Zotomus item ſaracenorum Princeps ad celebrem quendam abiens Monachũ dolebat ſe prole deſtitui, cui Monachus ſi in Chriſtum crederet, prolem indubitate promiſit; Et pro Principis ſobole precibus ad Deum fuſis, exauditus fuit, natuſque Zotomo filius. Ex quo non tantum ipſe Chriſtianus factus eſt, ſed eandẽ Religionem omnibus ſimul ſubditis amplecti præcepit, *Sozom. lib.* 6. *cap.* 38.

Ani-

7 Animaduertendum tamen, ętate graues naturaliter, licet rarò, generare, & concipere poſſe, ſic M. Catonem Cenſorinum octuagenarium ex filia Salonij Clientis ſui filium genuiſſe, *Plin. lib. 7. cap. 14.* Et Maſiniſſam Regem nonagenarium filium quadrimum reliquiſſe. *Diodor. lib. 32. Valer. lib. 4. cap. 14.*

8 Porrò licet Ariſtoteles teneat, à ſeptuaginta annis ſupra nullum poſſe maſculum generare, in contrarium tamen ſuadent recentiores Medici; inter quos *Auenzoa. Theizir. lib. 2. tract. 3. cap. 1.* multos refert octuagenarios maſculos generaſſe, & ex eodem id repetit *Math. de Gradi comment. ad cap. 29. lib. 9. Rhaſis ad Almanſar.*

9 Et nouiſſimè Nicolaus de Pallauicinis habuit filium, à ſe in anno centeſimo generatum. *Sauonarol tract. 6. cap. 21. rubr. 21.* Sua etiam tempeſtate Germanum quendam nonagenarium prolem ex caſtiſſima vxore ſuſcepiſſe tradit *Alexand. Bened. de curand. morb. lib. 25. cap. 11.* Sibique narratum à Nauclero quodam fide digno, dum Stocholmiæ negotiaretur imperante Guſtauo, ſe accitu Regis interfuiſſe nuptijs viri cuiuſdam annorum centum, qui in matrimonium acciuerat triginta annorum ſponſam, ex qua complures illum ſuſtuliſſe liberos, indubitata fide memorabar, *Schench. obſer. medic. lib. 4. tit. de conceptione, verbo ætas concipiendi, & generandi, obſeruat. 4.*

10 Plures item vetulas ſexagenarias, & vltrà peperiſſe comperimus. Cornelia è Scipionum gente Voluſium Saturnum poſt ſexageſimum ſecundum annum genuit, Authore *Plin. nat. hiſt. lib. 7. cap. 14.* Valeſius à Taranta Medicus haud ignobilis puerperam ſe vidiſſe teſtatur, quæ ſexageſimo ſexto ſuæ ætatis anno pepererat, cum alios filios anno ſexageſimo, & ſexageſimo primo peperiſſet, *Valeriol. libr. 1. cap. 18.*
11 *loc. com.* Qui quidem *Valeſius libr. 6. cap. 12. de curan. morb.* narrat in quodam Monaſterio in loco, qui dicitur Monuerus, fuiſſe quandam Prioriſſam, cui per multum tempus propter ſenectutem menſtrua defecerunt, & tempeſtiui venerunt in vertice cani, omneſque fere cecidere molares, vberum verò parum, aut nullum remanebat veſtigium, & rugæ in facie profundiſſimæ apparebant. Factum deindè, vt quicquid de capillis, & pilis oriebatur, & creſcebat, totum nigrum pullularet, exibantque dentes molares, ſicut mos eſt in infantibus, ſic etiam oriebantur menſtrua, ac vt in iuuenculis abundanter fluebant. Mammillæ verò, vt in Virginibus, eleuatæ fuerunt montuoſæ, rugæ euanuerunt, & facies pulchra in tantum, quod illa honeſta, & religioſa Monialis verecundaretur, multumque temporis quaſi in iuuentute vitam duxit.

12 Celebris eſt caſus, quem ex *Maſſa Epiſt. 29. tom. 2. notat Schench. loco ſupra citato de conceptione, obſeruat. 2.* Cui alter omninò ſimilis accidit Romæ in perſona nobiliſſimæ fęminæ, de proximo viduæ relictę noſtra tempeſtate iuuenis tamē. Vidi, *inquit*, ego in nobiliſſia hac Vrbe (Veneta) dum eſſem iuuenis, nobiliſſimam Matronam ſexaginta ferè annos natam, cum eius clariſſimo viro coniuge, qui & ipſe ſenex fere ſeptuaginta annorum erat. Cui clariſſimæ Mulieri ipſe medelam præſtabam, iudicaueramque eam aqua intercutem, ſeu hydropeaſcite laborare. Iacebat quidem in lectulo, tumido admodum ventre, cum deiectione appetitus, ſiti, & alijs ſtomachi accidentibus; Cumque ita in ſecundo ſenio eſſet, nemo ex conſanguineis eius, nec ego ſuſpicabar, ipſam concepiſſe. Tandem quinto decimo menſe puellam peperit, quæ vixit quinque menſibus, & quoniam res erat mirabilis, quęſitum fuit de tempore, quo ſimul in amplexu fuerant, erantque quindecim menſes. Quare ſeniores Medici, & ego illam per totum illud tempus geſtaſſe in vtero diximus.

13 Et certe mulierem quinquagenaria maiorem naturaliter parere poſſe, conſtat ex *l. ſi maior quinquagenaria C. de legit. hæred.* vbi, *licet mirabilis huiuſmodi partus inueniatur, & rarò contingat, nihil tamen eorum, quæ probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta reſpui Sancimus.* Ex quo ſe-
14 quitur, quod maior quinquagenaria naturaliter parere poſſit, eſſe præſumptionē iuris, & de iure, ac proinde ad probandum, vetulam miraculoſe concepiſſe; probandum prius eſſet eamdem vetulam omninò, & totaliter virtute concipiendi priuatam fuiſſe. *Text. in l. generaliter §. ſi petitum ff. de fideicom. Libert. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1222. num. 2. Farin. quæſt. 47. num. 52. & quæſt. 36. num. 90.*

15 Sterilitatem verò non propter ætatem, ſed ab impedimento, defectu, vel mala affectione naturali prouenientem, remedijs naturalibus eſſe ſanabilem, docet

Schench.

Schench. obſeruat. Medicin. libr. 4. *de conceptione obſeruat.* 3. vbi multa adducit experimento cognita, & *obſeruat.* 5. nonnulla docet remedia, ad maris, vel fæmellæ conceptionem facienda.

SVMMARIVM.

Ignis, ſeu lux in facie D. *Martini, & aliorum Sanctorum, num.* 1.
Ignis, ſeu lux in natiuitate Sanctorum nu. 2.
Ignis, qui dicitur lambens, naturaliter apparens, num. 3.
Ignis naturaliter apparentis plura exempla num. 4.
Ignis exiens è corpore plurium perſonarum, num. 5.
Ignis, ſeu lux à corporibus mortuis exiens n. 7.
Ignis, ſeu luminis naturaliter apparentis cauſa, num. 6.
Ignis fatuus, num. 9.
Vapores exeuntes è ſepulchris induunt effigiem hominis mortui, nu. 8.

CAPVT XIII.

De Igne, vel lumine in facie apparente.

CElebris eſt raptus Eliæ per Currum igneum prout deſcribitur 4. *Reg.* 2. Celeberrima vero ignis apparitio in forma linguarum ſuper Apoſtolorum capita, qui eorum cordibus, charitatem, ſapientiamque infudit, qua totum terrarum orbem ad diuinum cultum accenderunt.

1 Eodẽ igne correptus fuit in Gallia D. Martinus, qui ad Turonenſem Epiſcopatum aſſumptus magna ſpectantium admiratio, dum Chriſti ſacram hoſtiam immolaret, ingentem flammam emiſit, vt ex eo, qui aderant, intelligere poſſent, quam celebre, clarumque ſanctitatis nomen in Dei Eccleſia eſſet habiturus. *Sabell. lib.* 1.
cap. 4. *& Egnat. lib.* 1. *cap.* 5. Quod &
Sancto Loſio Diacono Miſenati, dum
Euangelium caneret, accidiſſe refert *Ba-*
2 *ron. ad nono Kalend. octob.* Et Epiphanius
Ticinenſis Epiſcopus Sanctiſſimus, cum
nuper eſſet natus, cunæ ſuperno lumine
fulſerunt. *Euod. in eius vita.* De ſancto
item Carolo Borromeo, legitur in Bre-
uiario Romano, quanta futurus eſſet ſan-
ctitate conſpicuus, diuina lux ſuper pa-
rientis matris cubiculum notu corruſcans
præſignauit. Quæ ad demonſtrandam
prædictorum ſanctitatem diuinus acta
fuiſſe credendum eſt.

3 Animaduertendum nihilominus, ignes huiuſmodi naturaliter apparere poſſe, vt notat *Borell. obſeruat.* 70. *Centur.* 3. *& obſeruat* 39. *cent.* 4. atteſtans, viſam fuiſſe lunæ figuram ſupra caput cuiuſdam mulieris deſcendentem. Et ex *Marcell. denat. de hiſt. medic. mirabil. lib.* 2. *cap.* 8. refert *Sennert. inſtit. medicin. lib.* 2. *p.* 3. *ſect.* 1. *cap.* 6. Radios ſolares thalamum cuiuſdam nobilis fæminæ illuminaſſe, Et igneum globulum, qui in flammam ingentem excreuit ab alia muliere viſum.

4 Plura item exempla adducit *Reies franco in Elis. Iucund. quaeſt. campo. qu.* 35. *n.*
4. *& ſeqq.* quibus naturaliter ignem, quẽ
lambentẽ vocant in corporibus humanis
accendi, vel excuti poſſe confirmat. ſci-
5 licet ex *Euſebio Nierembergio*. de Teodo-
rici patre, qui quoties membra fricaret,
flammas ignis è corpore diſcutiebat. De
Antonio Cianſio, & Maximo Aquilano,
qui ſolo lintei tactu velut ignis ſcintillas
in maiori copia emittebant, quam ſi ferro
excuterentur è ſilice. Ex *Ioanne fabro phy-*
lochimico, de Virgine quadam, cui dum
caput pectebatur, velut ſcintillæ in ſinum
cadebant, aut quemadmodum è celo ſtel-
læ cadere videntur, magno adſtantium
ſtupore. Aliud ſimile Caumontiæ Heroi-
næ, apud *Scaliger. exercit.* 174. cui me-
dijs in tenebris, dum capillus pecteretur,
ignem vomere videbatur. De Monacho
Carmelitani Ordinis refert *Cardan. lib.* 8.
de rer. variet. cap. 43. cui per annos 13.
continuos euenit, vt quoties capillitium
reducebat ad occiput, è capillis ſcintillæ
ignis erumpebant, & propterea ad conui-
uia frequenter vocabatur, *& cap.* 49. *ſeq.*
de alio amico ſuo, qui cum prima noctis
hora veniſſet, in pallij conſueta depoſitio-
ne ſcintillas è dorſo petaſij emittebat. De
alio quodam puero tradit *Libanius* qui
detracta per occiput interula ſcintillas co-
pioſe vna excitabat. Et *Philatei* quoq; te-
ſtimonio, Alexandrinus Medicus aſſeue-
rat, à vertebra coxæ in laborante coxen-
dice ignem exilijſſe, inſpicientiſque ocu-
los combuſiſſe. Quod ne fabuloſum vi-
deatur, fidem facit alia magis adhuc ad-
miranda hiſtoria, quam ex *Cornelio Gem-*
ma tradit *Marcell. Donat. lib.* 4. *de hiſter.*
mirab. cap. 25. de muliere, cui in actu pa-
riendi accidit, cum magno ſtrepitu ignem

ab vtero exeuti, qui non ſolum infantem iam eiectum combuſſit, ſed obſtetricis etiam manus; Quod in alterius mulieris cadauere, cum ad cauſam mortis inueſtigandam à Medicis aperiretur, etiam accidiſſe, Et ad Renatum Moreau Medicum Pariſienſem ab amico ſcriptum, author eſt *Bartolinus, lib. 1. de luce animal. cap. 18.* Nouiſſimis etiam temporibus inuentus eſt puer in nouo orbe, in Ciuitate, quæ dicitur S. Feè, à cuius corpore, cum concitanter mouebatur, conſpicuæ, & rutilantes ignis ſcintillæ prodibant, vt ab his, qui viderunt, ſe audiuiſſe teſtatur *Reies franco l. c. num.* 7. Tradit demum *Ioann. de Viana tract. de peſte Malagenſi, fol.* 46. Quod vxor Doctoris freilas, qui Eminentiſſimi D. Cardinalis Sandoualis Archiepiſcopi Toletani, Medicus à cubiculo fuit, ignem naturaliter per arterias tranſpiratione emittebat.

6 Cuius naturalis effectus cauſas inquirens idem *Reies franco ibid. num.* 12. Non vna *inquit* cauſa, ſed multiplex excogitari poſſe videtur. *Ionſtonus* in refractione luminis in ſubiecto leui eam ſtatnit, ſicuti enim in aere rorante guttulæ ſunt quaſi ſingula ſpecula, ita in capite piloſo, pingui, viſcido, ſquammoſo, pili, & ſquāmæ. Tamen ſi ad Paracelſicorum doctrinam accedamus, multo alirer, ac facilius huius euentus cauſa reddi poterit: quippe cum ipſi in corpore humano ſal's, nitri, ſulphuriſque materiam inueniri doceant, pronum erit, vt de ſulphuris tenuiſſima ſubſtantia per modum vaporis aliquid eleuetur, cuius tanta ad ignis trāſmutationem aptitudo ſit, vt facile vel ipſo motu, in flammigerantem illam lucem euadat, præſertim ſi oleaginoſæ ſubſtantiæ aliquid in vaporibus illis mixtum adhæreat, quod ad primum luminis ictum quam citiſſime conſumatur; atque ideò ſtatim extinguatur flamma, cum ſine pabulo permanere non poſſit; & ob ingentem quoque tenuitatem materiæ, ac flammæ raritatem, ob quam velociſſime extinguatur, non lædat. Et licet Paracelſi doctrinam Medici ſint exoſi, & tanquam à communi, & vera, aliena vbique paſſim ab omnibus explodatur, tamen quatenus ad harum ſubſtantiarum in corpore exiſtentiam à quamplurimis recipitur, vt paſſim apud *Sennertum* videre eſt; non quod elementa illius ſint, vt idem *Paracelſus* peſſime cogitauit, ac docuit, quem merito ideo redarguit *Freitagius*, ſed quia ex multarum ægritudinum affectibus non inepte colligitur, quorum cauſas huiuſmodi aliquid habere, ex affectu deduci poteſt, vt docte in *meteoris lib. 4. cap. 9. Caſtrenſis* probauit; Hinc vlcera ſerpentia, hinc veſſicas attolli, hinc eriſipilata, & ignem ſacrum dictum oriri, quæ prout ex ſalſa, aut ſulfurea hac materia, & igne plus, aut minus participant, combuſta, aut in ſcaræ modum exuſta videantur, vt in antracibus, & carbunco conſpicimus. Quod ſi nec his aſſentiris, & Paracelſi hæc cum innumeris alijs meras eſſe nugas contendis, dic in calidiſſimis corporibus illud accidere poſſe, quorum tenuiſſimos, ac ſubtiliſſimos vapores in poris contentos, ibique pinguedinis, oleaginoſæque ſubſtantiæ calore liquefactæ aliquid imbibentes, cum à motu magis calefiant, & attenuentur, in exitu aere frigido contactus, velut contrarium refugientes, aliquantulum magis condenſari, & inter ſe collidi euenit, vnde ex motu oleaginoſa, & tenuiſſima illa materia, ex qua conſtabant, ſubito accenditur, quæ ob ingentē raritatem ad primum luminis iactum, & conſumitur, & ignea quoque lux euaneſcit. Vel etiam dicere poſſumus, calidos illos vapores ad naturam ignis proprius accedentes (quaſi potentia ignem dixeris) agentis tantum alienius actionē expectare, quæ illos ad actum reducar, vt in flammam facile tranſeant, hanc vero ab externo calidiſſimo aere æſtiuo tē-

7 por: accipere, & ſic prompriſſime accendi; ita enim non ſolum ex viuis vaporibus, ſed ex mortuorum quoque ſepulchris, ſoli præſertim expoſitis, vapores exijſſe, à quibus ignea flamma in aere excitabatur, vidit *Beneuenius*, ex cuius viſione maximo terrore correptum in

8 ephemeram incidiſſe, ipſemet ſcribit. Quod etiam *Epiſt. 36. tom. 2. Langius* adnotauit. Quandoquidem tales vapores à ſepulchris exeuntes hominis ſepulti pro magnitudine, & figura effigiem efformare, *qu. 33. ex Cardano* adduximus. Cæterum cum prima ratione adducta videtur conuenire *Ionſtonus in thaumath.* qui noctis frigido ambiente vapores illos calidos per anteperiſtaſim accendi putauit.

9 Viſcoſa enim, & pingui exhalatione tanquam parente gaudent, vt ipſe inquit, & fatuum ignem appellat, qui accedentes fugere videtur, recedentes vero ſequi, quia

quia aeris incurſu propellitur, & fugiendo attrahitur. Hæc Reies franco.

S V M M A R I V M.

Corpora Sanctorum, & inſignium virorum totaliter incorrupta, nu. 1. & 3.

Corpora, ſeu membra aliqua Sanctorum incorrupta num. 2.

Corpora, vel membra, actu Dæmonis incorrupta, num. 4.

Corpora naturaliter incorrupta, num. 5.

Incorruptionis naturalis cauſa, numer. 6. & ſeqq.

Incorruptio, & loci, & ſitus temperie, nu. 6. ex ipſa cadaueris temperie, num. 7.

Incorruptio ex tactu fulminis, nu. 8. Ex influxu aſtrorum, nu. 9.

Incorruptio ratione dierum, num. 10.

Incorruptio ex inflixione claui ænei, num. 11.

Incorruptio ex vi aromatum, num. 12. Plures huius incorruptionis hiſtoriæ, nu. 13.

Incorruptio, quando faciat indicium miraculi, vel non, num. 14.

Incorruptio ad indicandum miraculum quæ requirat, num. 15.

Membra aliqua Sanctorum, corrupto corpore incorrupta, num. 2.

Membra aliqua à Dæmone ſeruata incorrupta, num. 4.

Sanguis è cadaueribus manare poteſt vſque ad tertium diem, num. 16.

CAPVT XIV.

De Incorruptione.

1 PLura ſanctorum corpora poſt aliquot annorum decades, & ſæcula, inconſumpta, & minimè putrefacta permanſiſſe inuenta ſunt, tota membrorum compage ſtabili, ac integra, vt cognoſci de facile potuiſſent, ſi noti accederent; quemadmodum aliquibus in locis oſtenduntur. Quorum virtutem, & vitæ probitatem, animique, ac carnis puritatem, his, & ſimilibus prodigijs notam facere conſtituit diuina bonitas, vt tum eorum animas cælo in æternum duraturas viuere, tum corpora nulla vitiorum labe fœdata, atque ideo à communi corruptione libera extitiſſe, nobis innoteſcat, ac palam fiat.

Sanè D. Amandum poſt annos centum, & quinquaginta duos, adhuc integro corpore apud Cœnobium Eluonenſe inuentum fuiſſe, capilloſque, ac vngues habuiſſe, & dentibus eius euulſis, ſanguinem profluxiſſe, ſcribit *Sigebertus in Cronico.* Ludmillæ Brichoris Bohemorum Ducis viduæ, Drahomiræ nurus inſidijs in templo ſtrangulatæ corpus Venceſlaus Rex nepos ex arce Thetin in arcem Pragenſem templo D. Georgij illaturus, aperto ſepulchro, cadauer integrum reperit, tanta eum fragrantia, vt omnium nares delectaret. *Dubrau. lib.* 5. Quod & de beato Theodulpho, S. Lamberto, S. Lucia, & Euphemia, Catherina Bononienſi, S. Franciſco Xauerio Societatis Ieſu, Indiarum Apoſtolo, & alijs, in eorum vitis, ſcribitur.

2 Sed ingenti admiratione dignum, quod aliquando reliquo corpore conſumpto, partis alicuius, cui perfectionis donum, & virtutis prærogatiua præcipuè debebatur, ſubſtantia omnis incorrupta, & viuido colore perfuſa animaduerſa ſit, & inuenta; Quemadmodum de Aegipria Virgine, Egdari Anglorum regis filia notat *Marulus lib. 4. cap. 8.* cuius corpuſculum à multis annis ſepulchro conditum, aperto Sarcophago, cum in puluerem abijſſet, venter, & genitalia, cunctis mirantibus integra apparuerunt, quod virginitate ſanctificata, & nulla libidinis labe inquinata, quamdiu vixit, ſenſuum etiam integritate præſtitiſſet, & pudicitiæ maximum ſemper ſpecimen exhibuiſſet. Nec abſimile, quod de Britanniæ rege Oſualdo tradit idem Author, cuius in pauperes, & egenos ingens charitas, & liberalis manus fecit, vt eadem dextra, quæ toties ad erogandam eleæmoſynam dexterrimæ, & prompte mouebatur, nullo pacto marceſcens, integra, & illibata in ſepulchro permanſerit. Eodem miraculo D. Antonij Patauini lingua, cum anno trigeſimo ſecundo ab illius morte ſepulchrum aperiretur, viuida, ac rubens, nullaque corruptionis labe infecta inuenta eſt, quam D. Bonauentura Ordinis Minorum tunc Generalis manu tenens exclamauit. O lingua benedicta, quæ ſemper Deum laudaſti, & vt alij laudarent, in cauſa fuiſti. De oculo S. Ludouici Cathalanenſis Epiſcopi idem narrat *Cantiprat. lib. 7. miracul. cap. 36.* Cuiuſdam deuotæ, & Chriſto Sacratæ Virginis pollicem, omnibus alijs membris putrefactis incorruptum extitiſſe, auctor eſt *Fr. Ludouicus Granatenſis in libro vitæ Chriſti*, quod in honorem Paſſionis Domini frequentiſſime pectus ſuum ſigno Crucis munire ſolita eſſet.

3 Alberti Magni cadauer cum è ſepulchro extractum, poſt ducentum annos in medio choro, extructo tumulo, ſupra pauimentum collocaretur, integrum repertum fuiſſe, nulla deformatione, niſi quod mandibula parum collapſa videretur, *Cranzius lib. 8. Metrop. cap.* 51. Et ſub annum Chriſti 1448. veteri pariete auguſtiſſimi templi ad Dounfermileyn in Scotia demolito, inuentum fuiſſe adoleſcentis (quem Malcomi III. Regis, & D. Margheritæ filium eſſe ſuſpicabantur) in plumbea capſula cadauer biſſo inuolutum, viuidum adhuc toto corpore colorem ſeruans, nec vlla ex parte corruptum. *H. Bolthius lib.* 18.

At quamuis prædictam corporum incorruptibilitatē, quando in probis, & virtute præditis hominibus conſpicitur, à Deo miraculoſe conceſſam pie credendum ſit, ita ſi quando in alijs accidat, in quibus nulla vitæ probitas fidem adaugeat, vt tam cæleſti dono à Deo inſignitos fuiſſe credamus, tunc ad alias cauſas recurrere neceſſario debemus, quæ plurimæ poſſunt aſſignari.

4 Et primo quidem poteſt Dæmon cadauera à putredine præſeruare, vel noxia pellendo, vel medicamentorum vi iuuantia applicando, *Reies Franco in Eliſ. iucund. quæſt. campo, quæſt.* 34. *num.* 12. *& ſeqq.* Sic vt ſuorum cultorum affectatam ſanctitatem vulgo ſuaderet, illorum corpora, ne putreſcerent, aliquando ſeruaſſe viſus eſt, vt dicemus infra *cap.* 20. Prout etiam prohibuit aliquando, ne in ignem proiecta cadauera in cinerem redigerentur, vt de quodam Guidone de Sachia narrat *Bernardus Luxemburgicus in cathalogo Hareticorum litt. G.* Neque aliter accidiſſe credendum ea, quæ de corde Germanici Cæſaris notat *Plinius lib.* 11. *cap.* 37. quod reliquo corpore igne conſumpto, cremari non potuerit. Quod tamen veneni vi tribuit *Sueton. in Caligula cap.* 1. Idem de altero gladiatoris corde, Zuinglij Helueti nomine, author eſt *Thuanus lib.* 1. *hiſt. ſui temporis*. Et de pollice Pirrhi, idem *Plinius lib.* 7. *cap.* 2.

5 Secundo naturaliter corporum integritas, & incorruptibilitas accidere poteſt, & de facto multa cadauera, à longo iam tempore humata, cum iterum effoderentur, integra reperta fuere. Siquidem Herculis nouem filij, Theſpij dicti, cum in Sardinia interijſſent, vſque ad Ariſtotelis tempora corpora eorum integra tanquam dormirent, permanſerunt, & proptereà dormire dicti ſunt. Meminit eorum *Ariſt. in 4. phyſic.* Annis etiam ſuperioribus, vt notat *Zach. quæſt. Medicol. lib. 4. tom. 1. quæſt. 9. nu.* 13. in templo D. Cæciliæ trans Tiberim inuentum Cardinalis cuiuſdam Angli corpus vndequaque integrum, nullaque labe contaminatum, qui iam à trecentis annis deceſſerat. Et Bononiæ in Eccleſia D. Dominici repertum integrum, nihilque labefactatum cadauer Alexandri Tartagni Iuriſconſulti clariſſimi, qui, vt dicebatur, a centum quinquaginta annis mortuus fuerat. Idemque de corpore Bonifacij VIII. cum vetuſtiſſimum D. Petri templum demoliretur, exhumato, tradit *ibid. Zach.* Cardinale item Iulio Roma Eccleſiam Recinetenſem exornante, in translatione tumuli alterius Cardinalis eiuſdem Ciuitatis Epiſcopi, qui de anno 1415. obierat, proditum eſt cadauer cum pontificalibus indumentis adhuc integrum, & palpabile, *Vghell. in Ital. Sacr.* Plura videantur huiuſmodi exempla apud *Kormannum in opere, de miraculis mortuorum ferè per totum*.

6 Cauſas huius naturalis effectus inueſtigat *Reies Franco in Eliſ. Iucund. quæſt. camp. quæſt. 34. nu.* 14. Variaſque diuerſorum adducit. Et in primis loci, & ſitus naturalem temperiem, aut ſtellarum vi communicatam, vt præ nimia ſiccitate, & frigore putredini reſiſtere valeat, vel propter exhalationes aliquas inde emanantes, quæ medicamentorum vim, ſimilem effectum producentium, adæquent. Sic cadauer in templo Iunonis Elei inter tabulatum, & ſcandalare repertum, vulneribus adhuc recentibus apparentibus, cum tamen ante Olimpiades 62. vel annos 310. circiter abijſſet; ideoque tandiu integrum permanſiſſe, quod neque per æſtatem vaporum, neque per hiemem, in illis latebris abditum frigoris noxam contrahere potuerit, *Pauſan. lib. 5. ex Ariſtarcho*, qui res olimpicas ſcriptis proſecutus eſt. Sunt quippe nonnulla loca admirandæ, & inſignis virtutis, quæ naturaliter rariſſimos præſtant effectus, quorum cauſam non facilè aſſequi poſſumus. In occidentalis Conactiæ inſula quadam, cui nomen Arnan, hominum corpora nec humantur, nec putreſcunt, ſed ſub dio expoſita permanent incorrupta, *Giraldus Cambrenſis*

cap.

Digitized by Google

cap. 6. Similiter inter quoſdam Indiæ Occidentalis montes carnes ſeruantur incorruptæ, *Cardanus lib. 7. de rerum varietate cap. 39.* Quod etiam iuxta Cuſcum vrbem accidere ait, itaut equi, à menſibus quatuor iam mortui, tam recentes, & ſine fœtore inueniantur, acſi ſtatim mortui eſſent. Et ipſe, *Reies Franco d. quaſt. 34. nu. 14.* ſe audiuiſſe ait à viro fide digno, qui occidentalem illam Indiarum plagam diutius frequentauit, viditque in arenoſa planitie, quæ inter Limam, & Truſillum poſita eſt, multa indorum corpora ſub dio expoſita, quæ à ſepulchris eruta fuerant, exſiccata, & nulla putredine corrupta. Quod etiam, *Philippus Camerarius* adnotauit, *cent. 2. cap. 70.* & ex Paludani Medici eximij opinione ad venti meridionalis vim refert, quod in Chilienſi prouincia præcipuè accidit, vbi hic ventus peculiaris eſt. Quin & in ſeptentrionalibus locis Kiouiam fuiſſe Vrbem, *ex Laurentio Mullero* narrat idem *Camerarius*, in eaque templum egregijs conſtructum fornicibus, in quibus repoſita cadauera minime putreſcerent.

7 Altera naturalis cauſa incorruptibilitatis eſſe poteſt ipſius cadaueris temperies, & ſtatus, qui alicuius diſpoſitionis ratione talis eſſe poteſt, vt per quamdiù putredini reſiſtere valeat; quæ quidem diſpoſitio multis modis acquiri poteſt; ſiquidem vi morbi, vt in conſumptis, tabidis, & emaciatis, atque hectica, maraſmoque affectis, tota pene humiditas caloris, & ſiccitatis morboſæ depaſta, & abſumpta, in cauſa eſſe poteſt, vt quod reſiduum carnis relinquitur, ſiccum, & humoris expers remaneat, ac tanquam fumo induratum diù putredine non infeſtetur. Vel etiam ſi ex parſimonia, & auſteritate talis reſultet diſpoſitio, dum tenuiſſimo victu, & nutrimento ſuſtentato corpore, ob debitæ quantitatis alimoniæ defectum naturalis calor, qui pabulo neceſſario indiget, omnem corporis humorem lambat, ac deuoret, & velut arefactum quod reliquum eſt, dimittat, quo tempore humido omni prorſus deficiente, homo tandem extinctus pereat; quemadmodum in Anachoretarum, & minorum fratrum defunctis corporibus, apertis ſepulchris, vbi diù antea poſita fuerant, non raro obſeruatum eſt. Nimia quippè ſobrietas, & cibi abſtinentia, morbis præcipuè, qui ex putredine oriuntur, obſiſtit, & ad omnem corruptionem viam intercludit. Nec ſolùm dum vita manet, ſed in cadaueribus etiam eundem effectum præſtat. *Reies Franco d. quaſt. 34. num. 17.* Hac ratione Perſæ, qui teſte *Xenophonte*, pane, naſturcio, & aqua tantùm victitare ſolebant, ſicca corpora, nullaque crudorum humorum ſarcina repleta ſibi parabant, & nec tuſſi, aut narium phlegmate vexabantur; quare apud ipſos nares emungere magnum erat opprobriũ. Hinc factum eſt, vt cum ſub Amida Ciuitate, quam Sapor Perſarum Rex oppugnauerat, corpora Perſarum, & Romanorum ad ſepulturam requirerentur, per Deſcenum Tribunum animaduerſum eſt, Romanos, cęterosque Europęos poſt quatriduum putreſcere, taboque corrumpi, vt non facilè qui eſſent dignoſcerentur; contra Perſas ſiccatis corporibus ſine tabo, vt ligna dureſcere. Quod etiam de patre ſuo, cum lapis poſt viginti annos inſcripto epitanio reponeretur, aduertit *Cardan. de rer. variet. lib. 8. cap. 40.*

8 Tertia naturalis cadauerum incorruptionis cauſa potentiæ fulminis attribuitur; poteſt enim caloris vis, quam tangendo fulmen imprimit, corporis humiditatem abſumere, vt putredini reddatur inepta, & poteſt occulta vis fulminis corporis ſubſtantiam ita fixam, & indiſſolubilem reddere, vt non ſolùm putredini, ſed defluxioni quoque reſiſtat. Quod haud indubitanter credendum aſſerit *Reies Franco dicta quaſt. 34. num. 21.* cum ex alijs rebus, quæ minori ſiccandi, & adſtringendi vi præditæ ſunt, eundem effectum cauſari, tanquam certiſſimum, doctiſſimi affirment Scriptores, vt de veneno externo interfectis corporibus, quæ non putreſieri vult *Cardan. lib. 12. de ſubſt.* Eademque verminationem non experiri, *Seneca in nat. quaſt.* neque à feris, aut auibus tangi, *Plin. lib. 2. cap. 62.* Sic Mulierem veneno ſublatam, poſt mortem ita riguiſſe, vt in petram verſa crederetur, *Alex. Taſſon. lib. 9. quaſt. 2.* Et Alexandri Magni corpus, poſt ſeptimum diem imputre fuiſſe viſum, magnam aſſumpti veneni ſuſpicionem dedit *Quint. Curt. lib. 10.*

9 Quartam naturalem incorruptionis cauſam aſtrorum influxui, ac virtuti tribuunt Aſtrologi, & ex Medicis multi, exiſtimantes, talem aliquando planetarum influxum dari poſſe, qui corpus, cui influit, putrefactioni ineptum reddat, vndè poſt multorum annorũ decurſum abſque vllo miraculo integrum reperiatur. *Fonteca de priuil. pragn.* Idque accidere poſſe, etiamſi

in co-

in eodem Sarcophago, quod alicui corpori accidit, alijs etiam corporibus non accidat, cum nec influxus continuo inueniatur, nec in omnibus eadem diſpoſitio, ſine qua nulla cauſa ſuum effectum producere valet. Adſit etiam diſtantia, quoad influentiam, nam quemadmodum in circulo lineæ, quæ à centro prodeunt, licet prope centrum proximę ſint, tamen cum in circuli circumferentiam diſcedunt, à ſeipſis multum diſtant; ſic ob varia Zenith, quæ contigua exiſtunt, quoad celeſtem influxum per plura milliaria differunt; vt hinc etiam cauſam diſcere valeamus, quare domo aliqua peſtilenti lue multum laborante, in vicinis nil mali ſentiatur; Zenith enim lineæ perpendiculares, quæ perniciem huic infundunt, licet ab vna origine prodeant, multum tamen in circumferentia diſtant, vt quod huic communicare valent, diſtantiſſimis admodum locis per aliam lineam, & non in vicinia impertiantur. *Reies Franco d. quæſt. 34. n. 24.*

10 Præterea valde notatu dignum, & admirandum, quod ex *Venerab. Beda lib. de natiuit. infantium* memorat idem *Reies Franco d. quæſt. 34. num. 26.* in anno ſcilicet eſſe tres dies, ac noctes, in quibus, qui nati fuerint, illorum, corpora abſque dubio vſque ad diem Iudicij integra, & incorrupta permanſura; ſuntque dies 27. Ianuarij & 30. eiuſdem, & 13. Februarij. De quibus *inquit* miſterium mirabile exiſtit, ſed aliorum iudicio relinquendum.

11 Nec omittendum videtur, clauum ex ære chalcitide conflatum, carnibus quibuſcumque infixum, eas diù imputres cõſeruare, *Plutarch. 3. Simpoſ. cap. vlt.* Quod experientiæ reſpondere affirmat *Langius epiſt. 36. lib. 2.* & ex *Cardano, Kormanus p. 2. cap. 37.* Qua ratione forſare ducti priſci illi ægiptij in defunctorum corporibus imaguoculas quaſdam æreas recondere ſolebant, non tam ſuorum idolorum deuotione, quam vt ipſa à putredine vindicarent, vt latius apud *Philippum Camerarium, & Kormanum part. 3. de mirac. mort. cap. 7.*

12 Tertio per artem, & vnguentorum, atque aromatum vi incorrupta ſeruari poſſe cadauera, nemo eſt qui dubitet. Siquidem & antiquitus apud Aegiptios, & Hebræos, atque item Romanos talis mos in vſu fuit; & hodie in omnibus fere nationibus, nobilium, & magnatum præſertim, cadauera eodem modo aſſeruati, ſatis notum eſt, vt ſic qui mortis inexorabilem neceſitatem euadere non poſſunt, corporia ſaltem obnoxiam corruptionem omni induſtria deuitare ſtudeant. Conſtant autem prædicta vnguenta ex mirrha, aloe, cedro, melle, ſale, cera, croco, bitumine, piſſaſphalto, & pretioſis alijs odoramentis, quorum balſamica vi, & fragrantiſſimis exhalationibus ad longum tempus incorrupta corpora permanent. Cleopatræ famoſæ illius Reginæ corpus 126. olimpiades, annos nimirum 600. antea humatum, integrum, & incorruptum Heraclius Imperator Alexandriæ reperit, vt conſtat ex eius epiſtola ad Sophoclem ſapientem amicum ſuum, quam *p. 3. cap. 21. refert Kormanus.* Sub Pontificatu Sixti Quarti, compertum eſt Romæ in via Appia è regione Ciceronis conditorij muliebre cadauer, quod ex inſpectione Tulliolæ fuiſſe coniectatum eſt, eratque id aromatibus ita conditum, vt temporis iniuriam non ſentiret. In eo viſebantur capilli aureo reticulo impliciti, ſumma omnium admiratione reperiri aliquid, in quod anni mille quingenti fere nihil prorſus eualuiſſent. Cæterum cadauer in vrbem delatum tridui mora computruit, medicamine amoto, aut vitiato. *Calius lib. 3. cap. 24. Antiq. lect.*

13 Plures non contemnendę huiuſmodi corporum corruptorum hiſtoriæ legi poterunt apud *Reies Franco d. quæſt. 34. à n. 28.* Inter quas celebris eſt, quam ex *Kormano p. 8. de miracul. mortu cap. 26.* refert eiuſdem Kormani ſequentibus verbis. Valentia eſt vrbs Hiſpaniæ, in qua
„ plures inſcriptiones veteres videntur, &
„ præcipue in arce. Anno Domini 1490.
„ (vt fertur) inuentum fuit ſepulchrum
„ vetuſtatis admirandæ, in eo cadauer,
„ quod balſamo conditum hucuſque fuerat
„ ſeruatum, proceritatis non vulgaris, ſed
„ ſolito procerioris, habebat, & hodie ha-
„ bet in fronte lineas duas litteris hebræis,
„ quarum ſenſus huiuſmodi eſt. Hoc eſt
„ ſepulchrũ Adonizan ſerui Regis Salomo-
„ nis, qui huc venit, vt exigeret illius tri-
burum, & mortuus eſt. Habes 1. *Reg.* 4. Adonizan Salomonis ſeruum eſſe. Ex quo patet tantæ virtutis, & efficaciæ antiquos medicamenta habuiſſe, præparaſſeque, vt pluſquam 2500. annos integra, & imputrida corpora ſeruare poſſent.

Qua-

Quare cum ex ſupradictis conſtet, citra miraculum, & aſtu Dæmonis, & ex pluribus naturalibus cauſis cadauera imputria, & incorrupta per multum tempus
14 durare poſſe; propterea monet *Reies Franco d. q. 34. num. 26.* vt ſi aliquando humana corpora integra, & incorrupta inueniantur, poſt multos licet annos effoſſa, non ſtatim hoc miraculo tribuendum, cum ex ſupradictis cauſis prouenire poſſit. Et per conſequens corporis incorruptibilitatem, tanquam proprium ſanctimoniæ, virtutis, & inculpatæ vitæ ſignũ perpetuo minime habendum, niſi ex alijs actis, & notis probitas, & morum integritas conſtet. Quibus tamen ſtantibus, ſi corpus taliter incorruptum inueniatur, magnum faciet ſanctitatis indicium, præſertim ſi molle, & flexibile.
15 Circa quam quidem incorruptionem obſeruandum monet pariter idem *Reies Franco d. q.34. num. 7.* non ſolum ſolidiores, & ſicciores partes eſſe debere incorruptas, ſed etiam molliores, & humidiores, & eas, quæ putrefactioni ſunt magis obnoxiæ, Quare & dictas partes ab omni corruptionis,& putrefactionis genere immunes eſſe oportere, & nullo artis præſidio, aut diligentia, corporiſue conditura præparata, nulla etiam cadaueris exenteratione, nulla excrementorum purgatione, nulla temporis, ac loci conditione, nulla aromatum vi, ſed ipſis corruptiuis cauſis præſentibus, nulloue artificio amotis, aut impeditis, ſic incorrupta permanere debere.

Et licet huiuſmodi quædam non longe ab obitu naturaliter fieri poſſe credantur, vt in primo, ſecundo, aut tertio die, quo tamen longius ab obitu accidant, maiorem miraculi probabilitatem ingerunt, vt de Beata Agneſe de Monte Politiano, è cuius corpore poſt centum annos à morte ſanguis efluxit; Idem in Diuo Franciſco Xauerio viſum fuiſſe traditur, cum illi brachium abſcindere incepiſſent, vt in Hiſpaniam ex India aſportarent; etenim ad primum nouaculæ ictum ſanguis copioſè manauit.
16 Verum ex cadaueribus naturaliter ſanguinem per plures horas, & vſque ad tertium diem manare poſſe, docent *Valeriola, Valleſius 5. Epid. text.87. Reies Franco quæſt. 33., num. 12. & Paulus Zachias quæſt. medicoleg. lib.4. tit. 1. quæſt. 10. nu. 33.* & videbimus *cap.ſeq.*

SVMMARIVM.

Cadauer per plures dies viuidum, & roſeo colore perfuſum, nu. 7.
Cadauera plura, quæ ſanguinem emiſerunt, nu. 3. 6. & 12.
Liquorum è cadaueribus manantiũ cauſa n. 15.
Mortuis an vis vegetatiua inſit emittendi capillos, vngues, dentes &c. nu. 14.
Odor bonus ab hominibus viuis, vel mortuis an emitti poſſit, nu. 16.
Odorem bonum qui viuentes emiſerint, nu. 17.
Sanguinis profluentis è cadauere occiſi in præſentia occiſoris cauſa, nu. 2. 8. 9. 10. 11.
Sanguinem è cadauere occiſi præſente occiſore miraculoſè efluere qui dicant, nu. 2. 4.
Sanguinis efluxus è cadauere occiſi in præſentia occiſoris, non eſt proprie miraculum, nu. 5.
Sanguinem in præſentia occiſoris è corpore occiſi naturaliter efluere, qui dicant, nu. 6.
Sanguis an ſtatim poſt mortem congeletur n 9.
Sanguis è cadaueribus ſoffocatorum quare diffluat, nu. 10.
Sanguinis è cadaueribus naturaliter fluentis exempla, nu. 6. & 12.
Suſpenſorum cadauera, quę ſanguinem emiſerunt, nu. 13.

CAPVT XV.

De Sanguine à Cadaueribus emanante.

1 Grauiſſima inter doctiſſimos Theologiæ, ac medicinæ ſcientiarum Profeſſores eſt quæſtio, cuinam cauſæ tribuenda ſit effuſio ſanguinis è corpore occiſi in præſentia occiſoris, prout videre eſt apud *Reies franco in Elyſio Iocundariũ quæſt. campo, quæſt. 33.* vbi præcipuas adducit, & refellit.
2 Plures enim ex Theologis, & cum ipſis *Fienus, & Nimanus*, multique alij, nõ niſi à cauſa ſupernaturali oriri poſſe cenſent; ſcilicet Diuinæ iuſtitiæ, quæ innocentis ſanguinis vindex ſceleris authorem non patitur impunitum manere. Quod videtur comprobari ex illa ad primum fratricidam diuini Tribunalis increpatione, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, *Gen. 4. 10.* In quem ſenſum afferunt etiam illud, Vſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra, *Apocal. 6. 10.* Non enim

enim ſanguis clamabat, aut clamare po-
terat, ſed iniquitatis, & ſceleris vltrix
iuſtitia, innocentis vindictam, & interfe-
ctoris pœnam expoſtulans; & quia nullus
erat Iudex, qui ſupplicio afficeret, rei
punitionem Dei æquitas requirebat;
Sic quando per humanæ iuſtitiæ diligen-
tiam adhuc reus non agnoſcitur, mirum
non eſt, ſi diuina, quando illum oſtende-
re, & punire decreuit, magnum aliquid
moliatur, cum illi ob abſconditas nobis
cauſas ita facere placuerit. Quod ſic eue-
nire maxime credendum eſt in illis, in
quibus poſt aliquot à morte dies, quando
iam ſanguis non ſolum frigidus, & con-
cretus, ſed etiam putridus naturaliter eſſe
debet, cum iterum è terra effodiuntur,
3 ſanguis profluere conſpicitur. Prout in
exemplo, quem ex *Sebaſtiano Franco*, re-
fert idem *Reies d. q. 33. num.* 2. de quo-
dam milite Ioanne Spiſio, qui propriam
vxorem puluinari ſuffocauerat, & pro-
pterea ad quæſtionem ductus, & tortus,
cum nihil in tormentis faſſus fuiſſet; mu-
lieris cadauer, viginti iam dies humatum
Magiſtratus effodi iubet, & ad maritum
propinquari, cumque propius iam acce-
deret, ſanguis cum ſudore paulatim erũ-
pere cœpit, & cum manus ſuper corpus
demortuæ ad iurandum imponeret, ma-
iori copia ſanguis per feretrum fluere vi-
ſus eſt. Et in alio ſimili ex *Ioanne Frago-
ſo in gloſſ. q. 76.* de quodam, qui mulie-
rem decollauerat, ac in flumẽ proiecerat;
qua extracta, cũ interfectorẽ iam de mor-
te ſuſpectum magiſtratus ad cadauer de-
portaſſet, ſanguis è vulnere ſtatim emana-
uit; & in pluribus alijs, quæ apud eumdem
Reies Francum d. q. 33. videri poterunt.
Propterea hanc eſſe cauſam talis euentus
4 Theologi affirmant; Quos non ſolum ex
medicis, ſed ex alijs magna pars ſequi-
tur. Videantur *Petrus Gregor. lib. 6. cap.
20. Sintagm. Bartol. ſybilla in ſpeculo Pere-
grin. quaeſt. cap. 8. decad.* 3. vbi hoc diui-
no miraculo tribuendum, ad peccati hor-
rorem, & deteſtationem; cum quo conne-
nit *Henric. de Haſs. ſuper Gen. cap.* 4. qui
Deo, aut Angelis hoc adſcribendum pu-
tat, interfectoris iniquitatem detegenti-
bus, aut vlciſcentibus; *Tympius Maiolus
Nirembergius, & alij dicta qu. 33. num.* 14.
5 A quibus licet tale accidens dicatur mi-
raculoſum, non eſt tamen miraculum in
ea acceptione, de qua loquimur in præ-
ſenti tractatu; quod nempè fit, vel ad Di-
uinæ veritatis confirmationem, vel ad ma-
nifeſtandam alicuius ſerui Dei ſanctitatẽ;
ſed eſt naturale quoddam quaſi miraculo-
ſum, *Abulenſis* apud eundem *Reies Franc.
d. qu. 33. nu.* 17. A quo non videntur dif-
ferre *Vairus, Franciſ. Caſſon. de indic. ad tor-
tur. in præfatione, & Neoualdus in exegeſi
purgat. ſagarum part.* 24. qui à natura com-
muni ad manifeſtandum delictum hoc fie-
ri crediderunt. Nulla eſt enim alia natu-
ra communis præter Deum; cætera in re-
rum natura ſunt omnia indiuidua.
6 Simpliciter tamen naturaliter hec eue-
nire poſſe, nõ dubitat *Reies Franco d. quaeſt.
33. nu.* 19. cum ad hoc colligendum non
deſint hiſtoriæ, & caſus, in quibus ita ac-
cidiſſe iudicare valemus. Si quidem ſin-
gulare exemplum refert *Horſtius lib. 1.
Epiſt. ſect. 9.* de infante à matre occiſo,
atque in foſſam cuiuſdam nobilis per lo-
cum ſecretum hiemali tempore proiecto,
qui tandem per loci Prætorem poſt duas
ſeptimanas inuentus, & exemptus, re-
centi ſanguine ſtillare cœpit copioſiſſimè,
cum tamen mater præſens non eſſet, quæ
incognita adhuc morbum ſimulans alibi
decumbebat. Nec minoris admirationis
aliud apud eundem *Horſtium* ſe legiſſe
teſtatur idem *Reies Franco ibid.* ſcilicet in
Auſtria de anno 1604. die 26. Decembris
cuidam nobili vulnus impactum, enſe à
poſtica ad anticam partem tranſeunte, ex
quo quarto die cum mortuus eſſet; à 30.
Decembris, vſque ad 8. Ianuarij ſangui-
7 nem è vulnere manare non ceſſaſſe; ite-
rumque die 13. Februarij ex eodem vul-
nere ad horas fere duas manaſſe, corpore
interim viuido colore ſuffuſo, & nullo
putredinis odore corrupto. Super quo
conſulti Viennenſes Medici, naturaliter
totum hoc accidere potuiſſe iudicarunt.
8 Huius autem fortuiti euentus naturalis
cauſa multiplex aſſignatur. *Aldrouandus*
hoc fieri putat, cum venæ multo, & aquo-
ſo, ichoroſoque ſanguine redundauerint.
Hucherus ſpontaneo ſanguinis motu ex
recenti conflictu etiamnum feruidi, & va-
poroſi. *Fab. Hildanus* motu humorum
extrinſece, vel intrinſece accepto, non
enim illicò poſt mortem ceſſat, in illis
præcipuè, qui chronico morbo non ſunt
conſumpti; nam quamuis efflato ſpiritu
corpus ſubito refrigerari videatur, poroſ-
que, & ductus coarctari debere, vt humo-
9 res, ſanguiſque in locis ſuis retineantur;
propter inſitam tamen venarum, & arte-
riarum

Google

riarum proprietatem ſanguis, quamdiu in
ipſis continetur, non congelatur, ſed ſem-
per liquidum, & fluidum conſeruari, vt
auptoſia ipſa in anatomicis ſectionibua
quotidie oſtendit. Quas quidem ratio-
nea non contemnendas aſſerit *ibidem Reies*
Franco. Nam illa aquoſi, & ichoroſi ſangui-
nis abũdantia in venis contenta, quæ maſ-
ſam ſanguinariam liquidiorem, & fluxioni
aptam neceſſario reddit, naturaliter in ali-
quo occiſo tunc temporia inueniri potuit.
10 Et in aqua ſuffocatis ob prædictam mo-
riendi cauſam perſpicuum eſt concedi de-
bere; ſiquidem ſuffocationis tempore
multa quantitaa aquæ totum corpus per
patentes illius meatna à fortiori ingredi-
tur, quæ reliquis humotibus permixta,
eoa diluit, & aqueoa reddit, quare mi-
rum non eſt, ſi ſubmerſo corpore, ex aqua
extracto, quod antè fundo quieuerat, vel
motione, & diſtractione illa vena, aliqua
putredine iam facile diſſolubilis rumpa-
tnr; vel ad corporis motum dilutus ſan-
guia moueatur, & exeat, cedente ex alia
parte venarum ſubſtantia, aliquali iam
putredine flaccida, & extenuata, aut reſera-
tis illarum oſtija, præ nimia humiditate,
& humorum aquoſitate laxatis, atque ma-
dentibua. Quod non ſolum in aqua ſuf-
focatia, ſed in alijs occiſia, in quibus ta-
lis ichoroſorum humorum diſpoſitio in-
uenitur, accidere poſſe, non dubitandum
eſt; quinimo, ſi tales ſint humores, vt
qualitate, & calore attenuent, arrodant,
aperiant, & hoc pacto etiã viam ſibi para-
re, & exire poterunt, aut moto, & agita-
to corpore erumpere; ſicque ſudore, aut
narium fluxu, vel per vulnus, ſi acceptum
ſit, ſeſe effundere. *Hildan. & Lemn.*
11 Multipliciter igitur, citra miraculum,
ſanguinem naturaliter è cadauere fluere
poſſe, concludendum eſt; vel enim è va-
poribus caloria vi, iam iam ſe eleuare in-
cipientibus, ſumpto motus initio, vel à
nimia ſanguinia copia, & quantitate, ob
fluxilem ſubſtantiam naturaliter ad vena-
rum patentia oſtia, quæ mucrone ruptæ
fuerunt, ſe ſe diffundens; aut aliter ab ex-
trinſeco emoto corpore, ſanguis ex ſua
natura fluidus, & grauis deſcendit, & exit,
aut ſi tenuis corroſiuam, ac mordacem
qualitatem adiunctam habeat, quã vena-
rum orificia reſeret, & aperiat; vel tan-
dem ſeroſa illuuie laxando, & humectan-
12 do, id fieri poterit. Quod in plurimis,
qui ex varijs morbia perierunt, non raro
obſeruatum eſt, in quorum præcipuè cor-
poribua pletorica diſpoſitio, & ſanguinis
abundantia inueniebatur, breuique die-
rum ſpatio à morbo deuicti, mortui ſunt.
Sicuti in mulieribus, quæ ob ſanguinis
abundantiam apoplexia correptæ perie-
runt, multas poſt horas à morte, corpora
eruentaſſe, obſeruauit *Fabritius Hildanus*
cent. 3. obſeru. 11. & 12.
13 Et in ſuſpenſo quodam ſanguinem per
crura, & brachia emanaſſe, quod ad illius
abundantiam in homine ſatis euſarco, &
pletorico referendum putat *Liban. & ex eo*
Hest. lib. 2. epist. ſect. 17. In alio item ſu-
ſpenſo vegeto iuuene Mirtilleti in Palati-
natu, quod per 14. dies ſanguinem ſuda-
rit, ſevidiſſe ait, & *cap 9. ſequenti*. Et alium
pariter furca ſuſpenſum poſt octo diea ad
matris acceſſum ſanguinem per longum
tempua ſtillaſſe, author eſt *Korman. part. 5.*
de miracul. mortuor. cap. 8. & 9.
Quæ omnia notatu digna ſunt, ne
quando ſanguis profluit ex corpore alicu-
ius ſerui Dei, de cuins Canonizatione tra-
ctatur, miraculoſè fluxiſſe, præcipitanter
iudicetur.
14 Cæterum in mortuia ad tempus vim
vegetantem ineſſe, qua crines, dentes,
vngueſque ſuccreſcunt, externo humore
inſito calori alimentum ſuppeditante, te-
net *Leuin. lemn. de occult. natur. miracul.*
lib. 2. cap. 6. Quem tamen arguit *Reis*
Francc d. quaſt. 33. nu. 9. volena hoc pro-
uenire ex effluxu propriæ ſubſtantiæ, quo
fit, vt magis ad radicem detecti longiores
videantur. Cum quo concordat *Zach.*
quaſt. medicol. lib. 4. tit. 1. *quaſt. 10. nu. 37.*
15 Liquores verò, ſudorea, humiditatea,
ſanguis diù, & longe ab obitu ex cadaue-
ribus emanantes, ſuauitatemque redolen-
tes, & in certa copia, ſtatiſque tempori-
bus, nihil in ſe naturale habere, ſed vel
miraculoſe à Deo; *idem Zach. l. c. nu. 38.*
& tenuit. *Reta in relat. mirac. D. Andr.*
Corſini & D. Thereſia Carmelitarum Diſ-
calceatorum fundatricis, vel Dæmonum
præſtigijs operari.
Quod vero de Alexandri Cadauere ia-
ctant, inſepultum per ſeptem dies, incor-
ruptum ſeruatum, gratumque odorem ex-
piraſſe, videtur eſſe merum ſcriptorum
commentum, qui non contenti narrare in-
curruptionem, vt audierant, addiderunt
etiam gratum ſpiraſſe odorem; cum ſuffi-
ceret ad admiratinnem excitandam, quod
ingratum non ſpiraſſet, *Zach. ibid.* vbi, na-

16 turalem odorem qualemcumque, qui gratus quoquo modo dici poſſit, non modo à mortuorum cadaueribus, ſed neque à viuentium corporibus, quantumcumque perfecta ſanitate, & eucraſia fruantur, manare poſſe contendit, contra *Licet. lib. 4. de his, quæ diù ſine alimento viuunt.* Quem fortè de odore quodam corpori humano conueniente, intelligendum aſſerit; qui non ſimpliciter bonus, ac ſuauis odor dici poteſt, nec corpus benè olere, ſed malè non olere.

17 Attamen ſi credamus hiſtorijs, prout credendum pluries voluit *Rota, & vltimò in Nouarien. Decimarum, deciſ. 424. num. 5. par. 14. recent.* Alexandri Magni odorem ex cute gratiſſimum efflaſſe, os eius, totumque corpus reddidiſſe fragrantiam, quam interiores tunicæ retinebant, habetur in Commentarijs *Ariſtoxeni*; In eius cauſa fortaſſe fuit feruidum, & igneum corporis eius temperamentum. Gignitur enim odoris ſuauitas, vt Theophraſto placet, à calore concoctis humoribus, vndè aridi, & feruidi tractus plurima, & optima edunt aromata. Et exhaurit ſol humorem in ſummis corporibus exiſtentem, vt putredinis materiã. De Carolo item Gonzaga Mantuæ Duce, quod leui per totam cutem facta frictione, fragrantes ſpecies emitteret, teſtatur *Bartholinus libr. 1. de luce animal. cap. 9. de luce hominum.* Muſcum verò in cranio, & oſſibus humanis naſci, tenet *Seunert. lib. 5. cap. 7. fol. mihi 163. col. 2. tom. 1.*

SVMMARIVM.

Dæmoniaci à Chriſto Domino ſanati nu. 1.
Dæmoniaci ſanati ab Angelis, nu. 2.
Dæmoniaci ſanati ab Apoſtolis, num. 3.
Dæmoniaci ſanati à Sanctis, nu. 4.
Dæmoniaci aliqui videntur, qui verè tales non ſunt, nu. 21.
Dæmon eiectus ſolo aſpectu caſtè viuentis, n. 5.
Dæmones exorciſmis ſemper eiecti, nu. 7.
Dæmones arte magica eyci poſſunt, nu. 9.
Dæmones vltro, non vi coacti, magis ſeruiunt, nu. 13.
Dæmones naturaliter eyci poſſunt, & quomodo nu. 14.
Dæmones fœdis humoribus delectantur, nu. 15.
Dæmones quibus medys eyci poſſint, nu. 16.
Dæmones herbis, & plantis eyci poſſunt, nu. 17.
Dæmonum expulſio per exorciſmos communis Sanctis, non Sanctis, nu. 8.
Dæmon vnus, quomodo poſſit in alium, nu. 11. *&* 12.
Dæmon ex pacto poteſt ad tempus corpus cruciare, nu. 12.
Differentia inter bonos, malos angelos quoad ordinationem, nu. 10. *&* 11.
Dæmonum eiectiones multis modis facta, nu. 6.
Exorciſmi in Eccleſia ſemper fuerunt, nu. 7.
Plantæ, & herbæ, ad eyciendos Dæmones vim habentes, nu. 18.
Reges Hiſpaniarum Dæmones præſentia eyciunt nu. 19. *& qua vi, nu.* 20.
Reges Galliarum ſtrumas ſanant, & Reges Angliæ morbum Herculeum nu. 20.

CAPVT XVI.

De Energumenorum liberatione.

1 Dæmoniacos duos ſæuiſſimos à Chriſto Domino in Generazenorum regione ſanatos, legimus *Matth.* 8. iiſdem dæmonibus permittendo, vt egreſſi porcorum gregem agerent in mare præcipitem. Ioannam vxorem Chuzę procuratoris Herodis, & Suſannam, quæ illum ſecutæ, de facultatibus ſuis ei adminiſtrabant, *Luc.* 8. *Marc.* 3. Cananeæ filiam, *Matth.* 15. *Marc.* 7. Mutum, & Surdum, quem Diſcipuli liberare nequibant, *Matth.* 17. *Marc.* 9. *Luc.* 9. Et plures alios, *Matth.* 8. 12. *Marc.* 3. 5. *Luc.* 8. 11.

2 Raphael Angelus Saram Raguelis Reptalenſis filiam, forma, & opibus claram à Principe Dæmonum Aſmodeo liberauit, à quo ſeptem illius ſponſi, qui propter incontinentiam illam in vxorem duxerant, prima nuptiarum nocte occiſi fuerãt. Etenim Tobias iunior Raphaelis Angeli monitu, ea in vxorem accepta, cum tribus noctibus precibus vacando ab illa continuiſſet, corde piſcis in thuribulum impoſito, ſuffitum ſub ea fecit, quo nidore olfacto, Aſmodeus aufugit, eumque ad Aegipti fines Raphael relegauit. *Tob.* 3. *&* 6.

3 Ex Apoſtolis Philippus Samariam veniens è multis impuros ſpiritus eiecit, *Act.* 8. Et Pytoniſſa quædam Philippis à Paulo, Diaboli laudes ægre ferente, liberata eſt. *Actor.* 16.

4 A Sanctis viris plures item Dæmones ab humanis corporibus eiectos legimus. Siquidem Hilarione in Sicilia latente, Scutarius quidam cum in Baſilica Beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immun-

immundus ſpiritus; Ante paucos dies Siciliam ingreſſus eſt Hilarion Seruus Chriſti, & nemo eum nouit, & putat ſe eſſe ſecretum, ego vadam, & prodam illum: ſtatimque eum ſeruulis ſuis, aſcenſa in portu naue, appulſus eſt Pachinum, & deducente ſe Dæmone, vbi antè ſenis tugurium ſe proſtrauit, illicò curatus eſt. *D. Hieron. in eius vita.* D. Germanus Rauennę Acholium Eunucum ſacri Cubiculi præpoſitum maligni ſpiritus à vexatione redemit. *Sigon. lib. 13. Imper. Occid.* Samſon Dolcnſis Archiepiſcopus eum, qui ſibi venenum propinauerat, ſpiritu immundo oppreſſum, miſeratus Deo ſupplicando, ſanitati reſtituit, *Marul. lib. 3. cap. 3.* Fridberga filia Gunzoni Sueuorum Principis à Dæmone correpta, à S. Gallo liberata fuit. *Volaterranus lib. 16. Petrus de Natal. lib. 9. cap. 72.* Luitpertus Moguntinus Epiſcopus à Carolo Iuniore, filio Ludouici Imperatoris, qui contra patrem conſpirauerat, cacodæmonem expulit. *Sigibertus.* De Sancto Antonio Egiptio traditur, quod ad ipſius, adhuc viuentis nominis inuocationem Dæmonia fugabantur.

5 Ad cuiuſdam Sæcularis aſpectum, qui cum vxore per vndecim annos caſtè vixerat, Dæmon, qui nunquam ab Abbate de corpore cuiuſdam obſeſſi potuit eiici, ſtatim ſpontè diſceſſit, tam ſingularis virtute præditi pręſentiam ferre non ſuſtinens, *Caſſianus lib. 4. cap. 7.*

6 Huiuſmodi ab humanis corporibus Dæmonum eiectiones multifariam à Sanctis patratæ fuerunt, teſte *D. Hieronymo in vita Hilarionis*; A quo ſanatus fuit Auriga quidam Gazenſis ſola fide, ſcilicèt ſtatim, ac in Ieſum Chriſtum credidit. Plures ſola oratione in Cipro Inſula; prout etiam à Fortunato Tudertinæ Ciuitatis Epiſcopo factum traditur. Alios imperio, minis, & exorciſmis. Alios manuum impoſitione, vt D. Martinus Tetradij ſeruum; & D. Bernardus mutum, cęcum, & ſurdũ, qui matrem pene interfecerat. Crucis ſignaculo *Gregorius Lingonienſis Epiſcopus Turonenſ. in vitis Patrum, cap. 7. & Albinus Andegauenſis Epiſcopus. Vincent. lib. 23. cap. 143.* Peregrinatione ſacra, *apud Bodinũ lib. 3. Demonomaniaca, cap. 6. & Ioann. Vier. lib. 5. cap. 14. de præſtig. Dæmon.* vbi narrat, Puellam dæmoniacam à ſe in Germania viſam, quam exorcizanti Satan reſpondit, opus fore, vt puella Marcodurum Germaniæ oppidum religionis ergo petat, terno quoque paſſu in genua procidens, & Miſſam in Altari S. Annæ celebrari curando, ſic futurum, vt puella liberetur, ſignumque liberationis ſub finem Miſſæ videndum. Quo adimpleto ſub finem miſſæ puella, & Sacerdos albam quandam viderunt imaginem, & illa à Dæmone ſoluta eſt. D. Bruno Caſſinenſis Abbas aqua, vnde ſuas manus abluerat, mulieri in potum data, præmiſſis prius orationibus, eam ab immundo ſpiritu exagitatam curauit. *Croniron. Caſſinenſe lib. 4. cap. 47.* Hipponenſis quędam Virgo vnctione olei, in quo pro illa orans præsbyter lacrimas ſuas inſtillauerat, mox à Dæmone ſanata fuit, teſte *D. Auguſtin. lib. 22. de Ciu. Dei cap. 8.* Et Monachus quidam Nonitius obſeſſus à Diabolo, cum aqua benedicta, crux, & corpus Dominicum nihil ei profuiſſent, tandem ſcutica cæſus, à Dæmone liberatus eſt, *Gerardus à Nazaret cap. 20. de conuerſatione Seruorum Dei.*

7 Peculiare tamen in Eccleſia ſemper fuit exorciſmis vti, prout liquet ex epiſtola Beati Ignatij ad Anthiochenos, & aliam item epiſtola Cornelij Papæ ad Fabianum, quam refert *Euſebius libr. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 15. & ex Firmiliano ad Ciprianum lib. 4. epiſt. 7.* aliiſque Sanctis Patribus, quibus conſtat, in Eccleſia ab initio fuiſſe exorciſtas, & exorciſmos, qui in aliquibus orationibus ab Eccleſia approbatis conſiſtebant. Super quo notauit *Micrologus de obſeru. Eccleſ. cap. 7.* Solos exorciſmos non terminari per Chriſtum Dominum &c. ſicut cæteras orationes, ſed *per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos &c.* Huiuſque diuerſitatis cauſam eſſe, quoniam nihil magis Dæmones exhorrent, quam extremi Iudicij memoriam, quo omnes in æternam gehennam detrudentur. Fiebant autem initio exorciſmi non in domibus priuatis, ob metum, neque in templis ob reuerentiam, ſed ſub dio. *Concil. Laodicen. cap. 26.* quod hodie abſoleuit; & petebatur ſignum egreſsionis a Dæmone, & nomen Dæmonis, quæ adhuc hodie retinentur.

8 Porrò Dæmonum expulſio per exorciſmos ſanctis, & non ſanctis hominibus eſt communis, & non communis, vt patet experientia, & colligitur ex traditis à *Martin. Delrio diſquiſ. magic. lib. 6. cap. 2. ſect. 3. quæſt. 3. fol. mihi 438. col. 2.* vbi ex *Adellin. in vita S. Opportunæ 22. April.* refert Adelinum Sagienſem Epiſcopum in

Digitized by Google

energumenæ Obſurgis liberatione aquã
benedictam, ſignum crucis, & preces,
quæ ſolent adhiberi, feliciter adhibuiſſe.
Et ex *fortunato in vita S. Maurelij*, S. Mau-
relium, Andegauenſem Epiſcopum, la-
tronem, quem ob furti crimen diabolus
occuparat, per exorciſmi gratiam à Dæ-
mone liberaſſe. Et ex *Niderio*, in Con-
uentu Colonienſi fratrem, verbis ſatis
iocoſum, ſed in gratia expellendi Dæmo-
nes valde famoſum, cum in terminis Con-
uentus Colonienſis Dęmonem in obſeſſo
corpore arctaret, Dæmon petijt à fratre
locum recedendi, quo gauiſus frater ait
cum ioco, in cloacam meam vadas. Exijt
Dæmæn, & nocte eum frater ventrem
purgare vellet, Dæmon tam dire eum
torſit propè cloacam, vt vitam cum diffi-
cultate ſaluaret. Quapropter monet ibi-
dem exorciſtas *Delrius*, ne cum Dæmone
iocentur, vel nugatoria miſceanr collo-
quia.
9 Animaduertendum tamen pro diſcuſſione
huius materię, per artem magicã poſſe Dę-
mones, permittenie Deo, ab humanis cor-
poribus eijci, vt traditur ab eodẽ *Mart. De-
lr. diſqu. magic. lib. 2. qu. 30. ſect. 1.* Cũ enim
omnis magorum vis in Dæmones pen-
deat, & oriatur ex fœdere cum eis inito,
ſequitur ſane, ſi Magus pactum habeat cum
Dæmone ſuperiore, poſſe per ipſum Dæ-
monem ſuperiorem ex pacto famulantem,
iuuantemque, inferiores cogere, ad ali-
quid faciendum, omittendumue, & im-
pedire, ne perficiant, quæ alias potuiſ-
ſent; vt probatur ex Chaldei illius Magi
querela apud D. *Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei
cap. 9.* qui conquerebatur, purgandæ ani-
mæ per theurgiam magno molimine fru-
ſtratos ſibi eſſe ſuceeſſus, eo quod vir ad
eandem potens, tactus inuidia, adiuratas
ſacris precibus potentias alligaſſet. Ex
quo conuincitur, vnum Dæmonem alli-
gaſſe, quod alius ſoluere nequiuit.
10 Etenim licet inter bonos, & malos An-
gelos hæc ſit differentia, vt boni Angeli
ſibi ſuperioribus ſpontè, & alacriter ob-
temperent; Cacodæmones è contrario ſu-
perioribus ſuis, vt praua mancipia duris
hominibus, aut imbecillior tyranno po-
11 tentiori, non niſi inuiti, & malo domiti
obediant. Quare quæ inter Dæmones or-
dinum, ex quibus exciderunt, adhuc ra-
tio habetur, illa ſanè non eſt vera, atque
propria ſubordinatio, cum ei deſit ordinis
ratio formalis, ac perfectio, quæ per me-
dia ſubordinata in vnum, vltimumque
finem dirigitur. Quo ſenſu, nullum apud
inferos ordinem reperiri, clamauit *Iob.
cap. 9. 22.* Ordinum igitur dumtaxat quæ-
dam eſt imperfecta, ſiue materialis, vt
vocant, diſtinctio, vſque ad finem mundi
duratura. Quo ſenſu, cum *Caſſian. collat.
8. cap. 14. & D. Th. p. par. quaſt. 109. ar.
1. & 2.* Theologi Dæmonum ordines
agnoſcunt.
12 Ex hoc naturali robore, & ordinis Dæ-
monum præcellentia, naſcitur quoque
Magorum quorumdam in alios Magos
vis, atque poteſtas, qua vel aliorum Dæ-
mones cogunt, vel effectus aliorum im-
pediunt, vel inuicem arte ſua malè mul-
ctant, Deo tamen ſemper permittente,
prout non pauca exempla videre eſt apud
Martin. Delr. l. c.
13 Præterea notandum, Dæmones Magis
vltrò ſeruire, & hominis corpus, Deo
permittente, ad tempus cruciare, quo
completo diſcedunt, vt pluribus docet
idem *Martin. Delrius d. quaſt. 30. ſect. 3.*
14 Animaduertendum ſecundo, naturali-
ter, non quidem directè, ſed indirecte
tantum, multis, varijſque modis, non
per vim cogendo, ſed aliter operando,
Dæmones fugari poſſe, vt plures ex
Theologis, ac Medicis tenent cum
*Dioniſio Cartuſiano Pariſienſe par. ſin.
de vniuerſo, Leuin Lemn. de occult. natur.
miraculis, lib. 2. Caſalpin. lib. de inueſt.
Dæmon. Torreblanca lib. 2. de mag.* Con-
ſtat enim, Dæmonem peſſimis, & fœdis
humoribus delectari, præcipuè melancho-
licis, qui præuiam quandam diſpoſitio-
nem inducunt, vt tanquam in balneo ſibi
proprio commoretur, talis quippè humor
aſſiduo mærore, & meſtitia cubiculum ei
præparat. Propterea ex D. *Chryſoſtomo*
quacumque diabolica actione potentior
ad nocendum eſt mæroris magnitudo,
quia Dæmon quoſcumque ſuperat, per
męrorem ſuperat. Si igitur talis humor
naturalibus remedijs abſumatur, prout
abſumi poſſe non negant medici, ob de-
fectum iſtius humoris, & diſpoſitionis ab
illo inductæ, Dæmon corpus deſerere po-
15 terit. Atque ita de facto cuidam accidiſ-
ſe, qui vermium copiam eiecit, à Panaceo
Medico purgatus, cuius ſe teſtem fuiſſe
ait *Eraſmus apud Reies Franco in Eliſ. iu-
cund. quaſt. campo quaſt. 28. nu. 10.* Dæ-
moniacum, ac maniacum ſe curaſſe, cor-
pore ab atrabile purgato, teſtatur *Mar-*
tinus

Digitized by Google

ginus Rolandus apud eundem *Reies Franco loc. cit.* Quibns aſſentitur *Langius tom. 2. epiſt. 32. Vuierus lib. de curas. laſ. maleſ. 28. C. Lucius de obſeru. proprijs & Schench. lib. 1. cap. de Dæmoniacis*. Poſtquam enim amplius ſubiectnm, aptum, ac diſpoſitum non inuenit, ſedẽ illam relinquit Dæmon alioque migrat. Quo ſanè modo maleficiatis prodeſſe poterunt ſena, lapis laſuli, veratrum, elleborus, & quæcumque alia, quæ triſtem, nigrum, fætidum, & turbolentum illum humorem expellere valeant. Nam & priſcos exorciſtas obſeſſorum corpora, ante coniurationem, ab atra bile expurgare conſueuiſſe, notat *Pomponatius apud Langium tom. 2. epiſt. 34.* quod firmat *Victoria in relatione de magia quæſt. 6. Valleſius in ſacra Phyloſophia cap. 28. Raphael dela Torre art. 2. diſp. 12.*

16 Non ſolum autem naturalibus remedijs, quæ humorem illum depellant, & ſimul diſpoſitionem habitationi Dæmonis requiſitam auferant, malignus ſpiritus fugari poterit, ſed etiam ſi ex fætidis, riſibilibus, & contemptibilibus rebus parentur ſuffumigia; Prout à nonnullis traditur, cornicum ſuffitu, galbani, ſtercoris caprini, animalium vngulis, & ſimilibus, corpora reliquiſſe. Quia cum hæc omnia, quæ circa obſeſſorum corpora fiunt, in Diaboli deſpectum tendant, & ludibrium ſuperbiæ illius; & cum alioquin diuinos honores, ac cultum ardenter appetat, ſitque iniuriæ intollerabilis, fugere potiùs vult, quam talia pati. *Reies Franco dicta quæſt. 28. num. 14.* quod tamen non placet *Delrio lib. 2. quæſt. 30. ſect. 3.*

17 Herbis item, ac planctis Dæmonem abigi poſſe, non dubitant aliqui, ſiue intra ſe ſumptis, ſiue extra appoſitis. Quoties enim medijs naturalibus ad lædendum Dæmon vtitur, dubium non eſt, quin contraria diſpoſitio, per remedia naturalia inducta, læſionem tollere poſſit, ſi nil vltra ex ſua malitia Dæmon addat; quia tunc, licet à Dæmone, naturalis tantum erit morbus à cauſa externa prouenjens, & curatio etiam naturali remedio conquiſita. Atque in hoc ſenſu permittitur, vt energumeni herbas, & lapides geſtent, & alia naturalia. Sic peoniam commendat *Plinius*, hipericon, ac verbenam *Dioſcorides*, & ſpinam albam *Ouidius faſt. 6.* Quæ ſi piè, & deuotè adhibeantnr, tanquam Inſtrumenta diuinæ Iuſtitiæ, maleficia impedire poterunt, & noxam pellere, quia Deus ſimul cum virtute naturali concurrit, *Richardus quodlib. 3. quæſt. 8.*

18 Sunt prætereà & aliæ planctæ, quæ altiori virtute aduerſus Dęmonem multum prodeſſe creduntur, quemadmodum de pentaphillo, quod ad expiationes contra malignos ſpiritus incidatur, notat *Dioſcorides lib. 4. cap. 45. & Nierembergius, lib. 1. curioſ. phyloſ. cap. 50.* Quam planctam Chriſti pedem vocat idem *Nierembergius lib. 1. curioſ. phyloſ. cap. 50.* quia per quamcumque partem radix ſcindatur, impreſſam Crucis figuram exhibet. Quod tamen non in omnibus, ſed in aliquibus tantum inueniri vult. Quare in hoc caſu nil mirum, ſi Dæmon herbam fugiat ob crucis ſignaturam, cum qua perpetuas gerit inimicitias.

19 Potentiſſimos Hiſpaniarum Reges inſignem aduerſus malos ſpiritus vim obtinere, vt ſola præſentia illos ab obſeſſorum corporibus fugare, atque abigere valeant, vt certiſſimum aſſerunt doctiſſimi, ac probatiſſimi authores, *Carolus Tapia de conſtit. Princ. in rubr. cap. 1. num. 3. Korman. in lib. de miracul. viuor. Beſoldus in differt. politic. de maieſtate in genere cap. 2. num. 3. Fr. Ioan. de la Puente, lib. 2. cap. 6. Camillus Borellus de præſtantia Regis Catholici, cap. 55. num. 2. Martin. Delrius diſquiſit. magic. lib. 1. cap. 3. quæſt. 4. Valdeſ. de dignit. Reg. Hiſpan. cap. 15. num. 13. Chaſſanaus in Cathalog. par. 5. conſid. 1. Et ex recentioribus etiam Ioann. Solorz. de Iure Indiarum, Ioſeph Pellicerius. Euſeb. Nierembergius, & Hernandus Caſtrillo in magia naturali.*

20 Verum verò huiuſmodi potentia ſit virtus naturalis, an gratia gratis data, diſputat *Reies Franco dicta quæſt. 28. à num. 24.* concludens, habendam pro gratia gratis quidem data, ſed intuitu meritorum eorumdem Hiſpaniarum Regum, ſicuti etiã Galliarum Regibus gratiam ſanandi ſtrumas; & Angliæ Regibus donum Herculei morbi curandi.

21 Notandum demum, nonnullos quandoque dæmoniacos videri, qui verè non ſunt; Sic puella quædam melancholica, ſe Virgilij ſpiritu obſeſſam fatebatur, diuque coniurata; quod facilius creditum fuit, quia puella ſimplex, admodum pia, & quæ ſemper domi latuerat, pluresque linguas affectaret. Cumque nihil proficerent coniuratores, medicus ex arte adbi-

bitis

blεis melanagogicis primum, deinde alijs roborantibus, illam reſtituit. *Vierus lib. 4. cap. 23. de praſtig. Dæmonum.* Simile quid, de Franciſci Magreti Vxore, quam, cum melancholica eſſet, ac varijs linguis loqueretur, elleboro à Calceario medico purgatam, & furore liberatam, cumque ſimul linguarum peritiã amiſit, ex Pomponatio tradit *Reies Franco loc. cit. num.* 10.

SVMMARIVM.

Animalia bruta per plures dies, & menſes, ſine cibo viuunt, nu. 11.

Animalia frigidiſſima quare ſine cibo diù viuant, nu. 15.

Bos ſine vllo cibo per plures menſes vixiſſe repertus eſt, nu. 12.

Carolus Septimus Galliarum Rex vſque ad ſeptimum diem ſine vllo cibo vixit, nu. 5.

Homo naturaliter ſine vllo cibo vel potu, vſque ad ſeptimum diem viuere poteſt, nu. 4.

Inediam plurium dierum Moiſes, Elias, & Chriſtus Dominus paſſi ſunt, nu. 1.

Inediam plures ſerui Dei per plures dies & annos paſſi ſunt, nu. 2.

Inedia Dæmonis aſtu diù ſupportata, nu. 3.

Inedia naturaliter vſque ad ſeptimum diem ferri poteſt, nu. 4.

Inediam naturaliter multi per plures dies paſſi ſunt, nu. 6.

Inedia per plures ſeptimanas, nu. 7. *per plures menſes, nu.* 8. *per plures annos, nu.* 9 & 10.

Inediæ longioris cauſæ naturales plures aſſignantur, & refutantur, nu. 13.

Inediæ longioris cauſa naturalis aſſignatur à Reies franco nu. 14.

Populi Leucomori ad inſtar animalium ſine cibo dormiunt per totam hiemem, nu. 15.

Vrſus per plures menſes viuit ſine cibo, & potu, nu. 11.

CAPVT XVII.

De Inedia.

1 PRimus, quem de fide nouimus longam tuliſſe inediam, fuit Dei famulus Moyſes, qui quadraginta dierum, & quadraginta noctium ieiunium in monte compleuit, *Exod.* 23. Secundus Elias, qui poſtquam ſub vmbra iuniperi ſubcinericium panem comedit & bibit, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb. 3. *Reg.* 19; Quod ieiunium quadragenarium ſactauit deinde Chriſtus Dominus, *Matth.* 4.

2 Plures deinceps longam inediam miraculoſe ſuſtinuiſſe legimus. Siquidem ſeptem pueros, quos dormientes vocant, 373. annos dormiſſe, refert *Nicephorus lib. 14. hiſt. Eccleſ. cap.* 45. totoque dicto tempore diuina prouidentia ita ſunt detenti, vt neque eorum corpora, nec veſtimenta defluxerint. Maria Magdalena triginta annorum ſpatio non alio cibo ſuſtentata fertur, præter quam celeſtium gaudiorum contemplatione. *Marul. lib.* 5. Gallici auctores Ludouici Pij Francorum Regis rarum, & miraculoſum ieiunium annumerant, qui vltimis vitæ ſuæ 40. diebus, poſt aſſumptum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum, ab omni cibo, & potu abſtinuit, *Robert. Guaguinus lib. 5. de hiſt. franc.* Tempore Lothatij V. Imperatoris in territorio Tullenſi iuxta villam Conuernacum fuit puella annorũ 12. quæ poſt aſſumptam die Paſchatis ſacram Communionem, vſque ad tres annos ſine cibo, & potu permanſit, ab anno ſcilicet 822. vſque ad annum 825. circa initium Nouembris, quo cæpit more aliorum manducare, *Reies Franc. in Eliſ. iucund. quaſt. camp. quaſt. 58. nu.* 15. Alia puella in villa Eikel, circa annum 1288. pariter ſola ſacræ Euchariſtiæ refectione omni alio cibo, & potu carens, per annos triginta vixit, *Nauclerus Gener.* 43. & circa annum 1478. eodem miraculo nonnulli alij comperti ſunt, *idem Naucler. Gener.* 50. Palumba Interamnenſis annos nata viginti, cadẽ Hoſtia Sacratiſſima, nullo alio ſumpto cibo, ſeptem annos vixit, Innocentio VIII. Pontif. quem totam rem diligenter inſpexiſſe, ait *Fulgos. lib.* 1. Idem quoque Romæ contigiſſe presbytero cuidam tempore Eugenij Papæ, ſe vidiſſe refert *Poggius florent.* necnon de Catherina ſenenſi, & alijs virtute, & ſanctimonia præclaris, vt de S. Lutgardi, Maria Oniacenſi, apud *Surium.* Nicolaum deflue anacoretam, quem Nicolaum Heluetium alij nominant, in deſerto viginti annis inediam ſuſtinuiſſe, tradunt *Heluetiorum* annales. Eamdem Dei gratiam obtinuit Religioſus Eremitarum ordinis in Hiſpania, qui poſt acceptam ſanctiſſimam Euchariſtiam, viginti dies ſine cibo, & potu permanebat, quod Rex, & Gene-

ralis

ralis ipſius ordinis maxima diligentia examinarunt, & ita eſſe realiter inuenerunt. *Sauonarol. rubr. 34. de ſingultu.* Alia plura huiuſmodi exempla videri poterunt apud *Reies Franco d. qu.58.* & alios auctores.

3 Animaduertendũ tamen primo, nõnullos aſtu dæmonis longo tempore inediam ſupportaſſe, ſeu potius finxiſſe, in ijs nempe caſibus, in quibus dęmon arte ſua cooperatur, velclã, & occultè ſubminiſtrando, cuiuſmodi exemplũ, ex *Proſpero Aquitano lib. de promiſs. & prædict. cap. 5.* affert *Delrius diſquiſit. magic. lib. 6. cap. 2. ſect. 3.* de iuuencula obſeſſa, cui per ſeptuaginta fere dies in auis figura nocte liquorem inſtillabat. Vel alias ſupplendo, potentiam ſcilicet multi temporis inediam perferendi, prout Epimenidis illum ſomnum, & diuturnam 47. annorum iuxta *Eudemum*, aut 67. iuxta *Pauſaniam*, inediam, quatenus vera ſit, Dæmoni potius, quam vllæ cauſæ naturali adſcribendam vult *Villapandus apud Reies Franco loc. cit.* Quemadmodum de alio ruſtico narrant, *D. Damaſcenus, Silius Giraldus in hiſt. poetic. dial. 4. Medina lib. 2. de recta in Deum fide, & ex medicis Foreſtus lib. 7. obſeruat. 28. in ſcholio,* qui totum autumnum, cum ſequenti hieme ſub ingenti fæni cumulo perpetim dormiuit, ac fæno paulatim cõſumpto, attonito ſimilis tanquam ab inferis excitatus ſurrexit; ob quã ſanè vim, & furorem, illum à Dæmone obſeſſum, & eius arte detentum fuiſſe, oſtendere ſatagit *Reies Franco loc. cit.* Talis etiam fortaſſe fuit ſomnus Scholaſtici, tempore Gregorij Secundi Summi Pontificis, quẽ *Albertus Kranzius lib. 8. ſua Vuandal. cap. 39.* Lubecæ in concamerato muro ſeptem annos dormijſſe; & nec mutata, nec macerata facie. Alia plura exempla videantur apud *Reies Franca loc. cit.*

4 Animaduertendũ ſecundo, naturaliter ad ſeptimũ diem, ex ſentẽtia *Hipocratis lib. de carnibus*, hominem totali cibo deſtitutum peruenire poſſe, prout cõmuniter omnes cũ eodem fatentur, & ob id vitã hominis ſeptem dierũ eſſe dixit; cui ſubſcribit *Macrobius lib. 1. de ſomn. Scipion. cap. 6.* nam, & ſub finem dicti libri *de carnibus*, ſententiam illam velut exponens, cauſam ſubdit, tot dies poſſe quem viuere abſque cibo, quod ſunt dies formationis, qui cum ſeptem ſint, ſeptem dies poterit homo ſine cibo
5 viuere. Quam Hipocratis ſententiam verã eſſe, & in Carolo Septimo Galliarũ Rege obſeruatum fuiſſe, tradunt hiſtoriæ, qui pertinaci inedia vitam die ſeptimo finiuit, quo die eum iam cibum aſſumere vellet, occluſis præ ſiccitate vijs, moribundus minime potuit. Verum licet hoc frequentius ſit, non tamen tanquam præfixũ terminum habendum eſſe, docet *Reies Franco loc. cit.* volens nullum ſtatui poſſe certum, & definitum, cum pro naturæ, & temperamẽti varietate, alios citius, alios tardius extingui contingat. Sic Darij matrem in quinto vitam finiſſe, ſcribit *Q. Curt. lib. 11. cap. 54.* Plinius ad vndecimum diem, & vltra pleroſque duraſſe, tanquã certum tradit, alij ad multo plures extendunt, vt ex infra adducendis caſibus patebit.

6 Equidem Socratem Rhetorem ad nouẽ dies frequenter abſtinuiſſe cibo, auctor eſt *Plutar. opuſc. de eius vita*. Monialem per octo dies ſtetiſſe ſine cibo, & potu, teſtatur *Matthias de Gradi. in 2. p. cap. 12.* Auenione ſuo tempore repertum hominẽ, qui per interualla decem dierum comedebat, tradit *Silu. in conſil. aduerſ. famem.* Quidam à potu vnius libræ olei violacei, in quo cera, & adeps diſſoluta fuerat, per decem dies cibum non appetebat, *Auicen. fen. 3. lib. 1. doct. 4. cap. 2.* Ad eundem numerum dierum peruenit monialis quædã Montis Cæli, de qua *Beneuen. cap. 108.* quæ veteri ſuffocatione oppreſſa, ſola panis buccella ſemel aſſumpta, per decem dies ſine cibo durauit, talemque abſtinentiam non tantum innoxiè tulit, ſed à morbo curata eſt. De Ero Armenio genere Pamphilo, quod cum in acie cecidiſſet, atque decẽ dies iacuiſſet, rogo impoſitus, adhuc viuere inuentus eſt, teſtatur *Plato apud Iuſtinum Martirem*. Apud *Platerum* iuuenis quidam citra vllam querimoniam, aut moleſtiam, quatuordecim dierum ſpatio famem patientiſſime pertulit, dum captiuus in vinculis detineretur ob grauiſſimum crimen commiſſum, cuius cauſa vt infame, ac iam imminens ſupplicium voluntaria morte anteuerteret, ciborum abſtinentiam ſibi elegit, vt ſic ad illam deueniret; & ad decimum quartum diem iam perueniens, pænitentia, ſed ſero, ductus, cum cibum peteret, reſpuens tamen, ac guſtare non valens, citra aliud ſimptoma expirauit. In Germania fæmina vixit, quæ viginti, & aliquando triginta dies ſine cibo tranſegit. *Albert. Magnus, & ex eo Ro-*

eo Rodigin.lib.3: antiq. lect. cap. 24. Simile quid accidiſſe, tradit *Cardan.lib.8.de rer. variet.cap.*43. in iuuene quodam Scoto, ſub Clemente Septimo Pontifice Maximo, qui aliquando viginti, & quandoque triginta dies, ſine cibo attingebat. Hucuſque de diebus.

7 Quædam fœmina grauida ſex hebdomadarum ſpatio ab omni cibo, & potu abhorruit. *Hildan.centur. 4. obſeruat.* 30. *Albert.Magn.lib.7.de animal.* Virū quendam Malencholicum tempore Friderici Secundi vixiſſe, memorat *Albert. Magn. lib.7.de animal.* qui in arcto loco cuſtoditus, ſaluis ſigillis, omni cibo deſtitutus ſeptem hebdomadas permanſit. Vetulam quandam in Ciuitate Paduæ ſeptimanas fere ſex ſine vllo cibo vixiſſe, ex eodem *Alberto* tradit *Gentilis*, & refert *Sauonarola cap.de ſingultu*.

8 Timonis amiram, ſiue nutricem, quotannis vrſarum more bimeſtre tempus in Siciliæ ſpelunca ſine alimento ſemianimē degere conſueuiſſe, traditur *à Plutarcho in Sympoſiacis, & Athaneo dipnoſophiſta lib.* 2. Vidiſſe ſe grauidam, ait *Fernelius apud Reies Franco loc.cit.* cui duro tuberculo ita os ventriculi obturatum fuerat, vt quidquid indebatur, mox remearet, atque ſic nil cibi, aut potus aſſumens bimeſtre ſpatium durauit, tandemque mortua eſt. Mirabilem caſum narrat *Marcell.Donat.lib. 4. de Medic. hiſt. cap.* 12. cuiuſdam Pauli de Goitis, quem poſt longam taciturnitatem menſium 26. & dierum ſeptem, in quibus ne verbum quidem proferre fuit auditus, tandem vltimis vitæ ſuæ 67. diebus nil cibi, aut potus aſſumpſiſſe ait. In Alemania fœminam fuiſſe, quæ per ſex menſes nil ediderit, aut biberit, narrat *Valeſius de Taranta ex Iordan. de Turre*. De Virgine quadam patauina ſcribit *Alexander Viguntia Patauinus Profeſſor*, quod anno Chriſti 1598. varijs morbis conflictata, quorum cauſa in vomitum primum deuenit, vt nil aſſumpti continere poſſet, poſtmodum omnia auerſari cæpit alimenta, cum tamen medicamenta facile ingereret, & detineret; itaque dum nil cibi caperet, omnes euacuationes corporis ſuppreſſæ ſunt, & octimeſtre ſpatium nullo cibo vtens tranſegit; Rurſumque cibi aliquid capere incipiens, corporis item excrementis ſuis in locis apparentibus, ſecundo vomitu correpta, & eiſdem ſimptomatibus, quibus antea oppreſſa fuerat, iterum per duos menſes ſine cibo vixit. Subdens aliud admiratione dignum, nullam ſcilicet in corpore maciem apparuiſſe, colorem corporis nil mutatum, ſed viuidum permanſiſſe. Atque inſuper per tres menſes continuos quotidie, vel alternis diebus, ſanguinis libram per alueum exoneraſſe, quod vix fidem inuenire poteſt apud *Reies Franco loc. cit.* De alia item puella in agro Tullenſi, quæ abſque cibo, & potu per decem menſes permanſit, quem poſt iterum ſumens ſanitati reſtituta eſt, *Dinotus in aduerſar.* Aliam etiam fuiſſe puellam in Hetruria in agro lucenſi, plane contabeſcentem, ſolo ſimplicis aquæ potu, ſine vllo cibo, languidam, ſomnolentam, taciturnam, nullaque excrementa præter vrinam reddentem, quæ tamen ſexdecim menſes ſuperauit, atque iterum cibum ſumens ſanitati reſtituta eſt, tradit *Sennert. lib. 3. p. 1. ſect. & cap.* 2. Atque hæc de menſiū inedia.

9 Per duos annos quendam ieiunaſſe, ex *Cælio Rodig. lib. 13. cap.* 24. refert *Reies Franco loc. cit.* quod tamen in libro meo non reperi, niſi forte errata ſit citatio. Et eodem biennio Stendalienſem monialem ſine cibo degiſſe, tradit *Apponenſis*, & ex eo *Reges Franc. loc. cit.* Per idem tempus ſub Nicolao V. Pontifice Maximo, ieiunus permanſit quidam, quem Sacerdotem Gallum fuiſſe ſcribit *Delrius Magic. diſquiſit. lib. 3. cap.* 5. cuius hiſtoriam late videre eſt apud *Fulgoſ. lib.* 1. Idem ſpatium ſine vllo cibo, aut potu, Germanam puellam traduxiſſe, auctor eſt *Portius*; Quin & *Saxonia lib. 3. cap.* 5. narrat, ſe habuiſſe puellam, quæ vltra duos annos abſque cibo vixit, & adhuc ſuo tempore, dum id ſcriberet, viuebat, quod verum eſſe, & cum eodem *Saxonia* ſe vidiſſe teſtatur *Claud. Deodat. lib. 1. Panth. Hagiaſt. cap.* 20. Aliam puellam in Gallia Narbonenſi ad tres integros annos omni cibo abſtinuiſſe, *Rondoletius lib. de piſcibus cap.* 3. Per idem tempus trium annorum puellam ieiunaſſe, tradit *Citeſius, & ex eo Sennert. ex ambobus autem Reies Franco loc. cit.* Alias item puellas, quæ per tres, & quattuor annos integros ieiunarunt, referunt, *Fabricius Hildanus cent. 2. obſeruat. 40. Langius epiſt. 27. tom. 2. Silvius, Schenchius, & alij*.

10 Cuiuſdam Catherinæ, quæ ſine cibo per ſeptem vixit annos, hiſtoriam inſeruit *Schench. in ſuis obſeruat*. Quam etiam latius enarrat *Henricus Smetius lib. 13. ſuæ miſcel.*

miſcell. qui cum alijs iuſſu Ioannis Caſimiri Comitis Palatini eamdem Catherinam in Palatinatu degentem viſitauit anno 1584. & iterum 1588. In Comandria fæminam fuiſſe, quæ per annos octo nil prorſus ingeſſerit, *Petrus Hipponenſis in problem. ad fin.* Per tempus item annorum decem aliam fæminam ieiunaſſe, *Randoletius loc. ſupra cit.* Quam deinde nupſiſſe, & fælicem habuiſſe prolem, tradit *Ionbertus, decad. 1. paradox.* 10. Duodecim annorum inediam paſſa fuit Apollonia quędam Schreierma nata in oppido Galx, ditionis Bernenſis; ab anno quippe 1600. ieiuna, anno 1612. circa feſtum natalis Chriſti edere cæpit, cuius hiſtoriam cum rebus alijs notatu dignis, quæ in ipſa obſeruatæ ſunt, edidit *Paulus Lentulus* Quam puellam ſe vidiſſe teſtatur *Claudius Deodatus lib. 1. Panth. Hygiaſt.* anno 1608. Aliarum demum fæminarum, quæ per viginti, & triginra annos, ab omni cibo, & potu abſtinentes vixerunt, videantur Authores apud *Reies Franc. d. quaſt.* 58. à quo plures ex recenſitis hiſtoriis deſumpſimus, & apud *Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap. 2.*

11 Verum non homines modo, ſed & bruta animalia per longum tempus ſine cibo, & potu viuere tradunt hiſtoriæ, non tanas tantum, muſcas, glires, montanos mures, ſerpentes, angues, & huiuſmodi, ſed etiam aues, & hirundines, turtures, & quadrupedia, qualis eſt vrſus, crocodillus, qui quatuor hiemis menſibus inediam ſuſtinet.

12 Cæterum de Boue, qui ſub ingenti fæni cumulo multos exegit menſes, omni deſtitutus alimento, narrat *Biſciola lib. 16. hor. ſub cap.* 2.

13 Huiuſmodi tam inſolitæ, & vltra humanum captum admirandæ in hominibus abſtinentiæ plures adduntur cauſæ à Doctoribus, illas referentes ad angelos, vel conſtituentes in occultis qualitatibus, in elementis, ſyderibus, & alijs, quas omnes recenſet, & confutat *Reies Franco d. quaſt.* 58. vbi plura adducit notatu digna, deinde propriam ſubdens opinionem, hæc habet.

14 Dicimus ergo prodigioſæ iſtius inediæ, ſi naturalis eſt, causā eſſe caloris naturalis à corde influentis extaticum quendam ſtatum, aut ſuſpenſionem, ſi libet appellare, in quem idem calor ex actione aliarum qualitatum, & cauſarum prætenaturalium deuenit cum notabili ſui depetditione, & remiſſione, ob quam in proptia ſphera, nempe in corde, velut circumſcriptus manet, ad reliquum vero corpus aut nil, aut certe parum ſe diffundens; vnde in ipſo corde, & partibus præcipuis, & viciniotibus modice adhuc officia ſua præſtat, vt pro vitæ debita ratione in bono ſtatu illas conſeruare poſſit; reliquis interim alijs corporis partibus ab illo influenti calore quodammodo deſtitutis, quo mediante opera ſua conficiebant, & actiones ſuas naturales attrahendi, concoquendi, expellendi, & reſoluendi exequebantur; quare illo priuatæ, aut pauciſſimum recipientes, in ſuis actionibus aut deficiunt, aut claudicant, itaut quaſi mortuam vitam degant, & in operationibus ſuis conſueta munia cogantur intermittere, ac ſuſpendere, quo tempore natiuo, ac inſito calore tantum fruenres, minus ſic attrahunt, ac multo etiam minus quam antea de propria ſubſtantia teſoluuntur. In qua ſane diſpoſirione pro re nata, cum nouæ ſubſtantiæ nil attrahant, ex humiditatibus in corpore redundantibus, quæ etiam tunc ob calotis inopiā ſubſcreſcunt, per longum tempus nutrimentum neceſſitate compulſæ aſſumunt, paulatina admodum ſucceſſione ad id, quod pareiſſime reſoluitut, ſuccedentibus, & à partium indigentia, & ſiccitate attractis, quas diuturnitate languidus calot diſponit, vt tandem nutritioni aptæ reddantur, partium præſertim indigentia non vrgente, cum paueiſſima, & tardiſſima fiat illarum reſolutio, vt dicebamus. Ita in plurimis iſtorum viſum eſt, ex febribus, & alijs diuturnis morbis hanc inappetentiam ortam eſſe, in quibus tantam caloris naturalis influentis iacturam coniectare licet, nec eſt, quod aliquis dicat, quod oporteret tunc, vt deficiente in reliquum corpus calotis influxu, lypothomiam, aut ſincopem adeſſe perpetuam, quia ad talis influxus defectum morbi illi ſtatim ſequi ſolent prætterquam quod etiam videtur, deficiente ad partes corpotis cordis influxu, ipſas viuete non poſſe, imò tunc gangrænam, & ſphacellum citò aduenturam; facile enim reſpondetut, hoc in illis non euenire, quia pro cordis, & principalium pattium fulcimento ſufficiens caloris, & ſpirituum copia in illis remanet, & generatur; aliter quam in ſyncope, atque animi deliquijs accidit, in quibus non ſolum retta-

ctio caloris, & ſpirituum ſit, ſed in ipſo corde illorum maxima, & repentina ſolutio, ita vt in illis deficientibus non ſolum pro alijs partibus, ſed etiam pro ipſo corde in virtute, & viribus ſuis conſeruando ſufficientes non reſtent, quo fit, vt ſtatim concidat; aliter verò modo à nobis dicto, in quo pro cordis robore, & conſeruatione neceſſaria caloris, & ſpirituum copia remanet, & inuenitur; præterquam quod in Syncope, vt accidat, ſpirituum celerrima fit reſolutio, in his verò ideo non accidit, quia reſolutio adeo ſenſim fit, & paulatim, vt defectus non ſentiantur, nec noxa vlla ſequatur, quæ ſyncopem inducat, nec etiam in tali caſu gangræna oboritur, quia hæc non niſi calore partium natiuo à cauſis illum corrumpentibus, aut ſuffocantibus deſtructo fieri poteſt; quibus deficientibus calor natiuus, & inſitus integer manet, & minime deſtructus, tantumque in actionibus debilis redditur ob influentis defectum, qui partium illum innatum adiuuat, & velut in actum reducit, vt commode opera ſua præſtare valeat, præterquam quod aliquid prorſus influere non negamus, ſed tamen parum, quatenus ad vitam ſuſtentandam ſufficit, non ad operationes, quemadmodum in paralyſi fit; in qua licet animalis facultas ad partes illas reſolutas non influat, aliquid tamen ſenſus plerumque reſtat, vel ex facultate in muſculis, & neruis remanente, vel ex aliquo animalis virtutis influxu, licet admodum paruo, qui adhuc partibus illis communicatur; ita ex vitali facultate aliquid impertitur, quod ad calorem innatum viuificandum ſufficiat, non vero ad
15 operationes perficiendas ſit potens. Ita animalia frigidiſſima tota hieme ob defectum à corde communicatum torpida, & immota manent, & fortaſſis ob cerebri etiam virtutem non omnino communicatam; & tamen viuunt, quia cum ex ſua natura frigida ſint, & poros habeant adſtrictos, vere appropinquante dilatantur, & influxum interdum recipientes ad motum alacriora redduntur, & cibum appetunt, calore ipſorum iterum viuificato, & alimentum conſummente, quo fit vt nouo indigeant. Ita forſan, & in caſu noſtro euenire poſſe, non abs re putandum; impoſſibile quippe non eſt, vt ſicut illud in horum vniuerſali natura ob illorum particularem euenit, ita in vniuerſali humana ratione acquiſitæ temperiei, & diſpoſitionis aliquid particulare contingere, quod à communi varier, & à quo aliquid nota-
16 tu dignum reſultet. Sic multa admiranda in particularibus obſeruata ſunt, quæ nos in ſtuporem rapiunt; ſic forſan quod de Leucomoris narratur (ſunt hi populi Ruſsiæ in Moſcouia vltra Obi fluuium in montibus ſiti, quos in ſingulos annos 27. die Nouembris mori tradunt, ac vere inſequente, maxime Aprili menſe exitum affectante, ranarũ ad inſtar denuo reuiuiſcere) ſi verum eſt, accidere ſuſpicamur, cũ quod hic particulare eſt, illis velut commune eſſe poſsit, ob regionis immodicam frigiditatem, quæ hieme maxime vigente tepidos illos, ac velut emortuos reddat, quouſque calore iterum redeunte, dilatatiſque venis, & ductibus, per quos cerebri, & cordis virtutes influunt, ad motum, & ſenſum redeant, diſcuſſaque caligine, qui antea torpeſcebat calor influat, totumque irriget corpus, ſulciet, & viuificet, & illius facultates ad conſueta opera redeãt, ad quæ perficienda anteà ſufficienter non communicabatur, licet ad vitam ſuſtentandam parum influeret. Ita in noſtris abſtinentibus euenire, coniectare poterimus, qui licet non immobiles, nec tanquam mortui iaceant, languidi tamen, inertes, ac torpidi plerumque manent totum illud tempus quouſque contrarijs illis qualitatibus, & cauſis, à quibus calor naturalis eneruatus, & velut per antiperiſtaſim quandam retractus fuerat, iam deuictis, & ſuperatis, iterum à corde influens ſe per totum corpus expãdat, & quemadmodum ſolis radij diſcuſſa nebula in vniuerſum corporis orbem ſe diffundat, quo iterum partes illius abſentia, & alimenti defectu marceſcentes, ad conſueta munia redeuntes, officia ſua, & facultates exequantur, fortiuſque attrahendo, & reſoluendo nouam ſubſtantiam, vberius requirant, vnde in antiquam appetentiam iterum deueniant.

Hæc *Reies Francæ* ad propriam opinionem tuendam contra ſexdecim alias, ab ipſo reiectas, quæ vtrum ſit vera, nec nos alijs diſcutiendum relinquimus; cum nobis ſufficiat, Conſultores, & cauſarum Patronos animaduertere debere, plurium dierum, menſium, & annorum inediam, non ſolum miraculoſe pati, ſed & aſtu dæmonis fingi & naturaliter per aliquod tempus ſuſtineri poſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

Criſis definitio, & eius qualitates, & requiſita, num. 8.
Dæmon poteſt naturaliter ſanare infirmitates num. 16.
Dæmon poteſt cauſare infirmitates, & quomodo, num. 17.
Dæmon quas cauſauit infirmitates, inſtantaneè ſanare poteſt, num. 18.
Dies decretorij qui ſint, num. 9.
Homines dantur, qui naturaliter morbos ſanant num. 14. & 15.
Infirmitates à Dæmone immiſſæ, ab eodem inſtantaneè ſanatæ, num. 19.
Pirrhi digitus lienoſos ſanabat, num. 14.
Potentia animæ multum pollent ad ſanitatem inducendam, nu. 20.
Mutatio naturalis in morbis quot modis contingat, num. 7.
Sanationem miraculoſam non debet præceſſiſſe criſim, num. 10.
Sanationem miraculoſam quæ excludant, numer. 10.
Sanatio miraculoſa non dicitur per hoc, quod non præceſſerit euacuatio, nu. 11.
Sanatio miraculoſa quas conditiones requirat ex Zachia, num. 2. & ſeqq.
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex Laureto de Franchis num. 6.
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex parte morbi num. 3.
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex parte ſanationis, num. 4.
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex parte ægrotantis, num. 5.
Sanatio miraculoſa poſt inuocationem debet fieri perfectè, num. 12.
Sanatio miraculoſa debet fieri ob neceſſitatem, vel magnam vtilitatem, num. 13.
Sanatio miraculoſa excluditur, ſi præceſſerit aliquid ſuperſtitioſum, nu. 14.
Sanatio naturalis poteſt eſſe inſtantanea, n. 7.
Zachias circa genera miraculorum errauit, n. 1.

CAPVT XVIII.

De Sanationibus, quæ pertinent ad tertium miraculorum genus

Miraculoſam febrium ſanationem, quibus detinebatur Socrus Simonis, de qua *Luc. 4. 39.* & aliam febris ſanationem, qua laborabat Reguli filius, *Ioann.*
4. ponit in primo miraculorum genere
Zach. quæſt. medicol. lib. 4. tit. 1. quæſt. 8.
n. 55, ea ratione motus, quod inſanabi-
les eſſent. Subdens inſuper, Quod ſi mi-
nime concedat peruicax medicus, hos
ægrotos fuiſſe inſanabiles, ſed contendat
potuiſſe in illis habere locum medica præ-
ſidia, tunc miracula hæc non erunt toto
genere ſupra naturam, & in ſecundo mi-
raculorum ordine reponenda, habito re-
1 ſpectu ad ſolum modum ſanandi. In quo
videtur deceptus tantus vir, cum in om-
nium ſententia miracula, quæ ſuperant
vires naturæ ſecundum modum tantum,
in tertio genere reponantur. Sicuti erra-
re videtur in hoc, quod ex eo quod præ-
dictæ febres fuerint læthales, inferat fuiſ-
ſe inſanabiles, cum plures morbi morta-
les ſint, & plura vulnera læthalia, nec
tamen inſanabiles, vel inſanabilia, cum
actu ſanentur, vt patet experientia,

2 Cæterum ad hoc vt aliqua ſanatio dicatur miraculoſa, plures conditiones, tam ex parte morbi, quam ex parte ſanationis, & ægroti, requirit idem Zach. *d. q. 8. num. 4. & ſeqq.*

3 Siquidem ex parte morbi vult primò, vt curatu vel impoſſibilis, vel maximè difficilis ſit, quia miracula ſunt circa ardua, & difficilia, non circa leuiora. Secundò vt morbus fuerit grauis, videlicet vel cum manifeſto vitæ diſcrimine, vel cum mala tollerantia, grauibuſque ſimptomatibus. Qualis eſſet febris ardens, & maligna; fortis ſincope, vel fortis aploplexia, oris ventriculi inflammatio; lepra confirmata; paraliſis inueterata, vetus, & nodoſa athritis; ſæuus, & diuturnus capitis dolor, & vniuerſim dolores omnes acuti, nobilem, & ſenſitiuam aliquam partem obſidentes. Tertio quod morbus non ſit in vltima parte ſui ſtatus, itaut non multo poſt naturaliter declinare debeat; vel vt morbus non ſit propè iudicium; in hoc enim tempore, vt patet ex ſententia *Hipp. aph. ſect. 2. aphor. 30.* Simptomata omnia fortiora ſunt, itaut ægri aliquando de vita periclitentur, ſuccedente autem criſi, ſubita, ac repentina mutatio fit ad ſalutem, quæ miraculoſa ob id pleriſque videtur; ob ſæuitatem enim ſymptomatum iudicant, abſque dubio ægrum de proximo moriturum, qui tamen breui ſanitati reſtituitur. Quas conditiones ex parte morbi repetit *tom. 2. libr. 10. conſ. 9.*

4 Ex parte ſanationis requirit primò *dicta*
quaſt. 8. *num.* 7. vt ſanatio fiat ſubitò, &
in inſtanti. Secundò quod ſit vndequaque
perfecta, & abſoluta, non manca, vel con-
ciſa, quia miraculum, vt à ſupernaturali,
& perfectiſſima cauſa emanans, perfectum,
& abſolutum opus eſt; vnde etiam ſi ali-
quis liberetur à morbo aliquo difficili, &
incurabili, ſeu periculoſo, vt puta à forti
apoplexia, mox autem denuò in illã rela-
batur, miraculosè factum id non eſt pu-
tandum. Tertiò vt ex vno morbo quis ita
perfectè ſanetur, quod in alium non inci-
dat; e, g. ne ex febre longa in quartanam,
aut ex febre acutiſſima in lentam, & diu-
turnam, aut ex maligna febre in aliquem
abſceſſum, aut ex apoplexia in paraliſim
decidat, & huiuſmodi. Quia ſanari non
dicitur morbus, qui alterum facit morbũ,
Galen. lib.6. Aphor. 26. Quartò quod per
inſignem aliquam euacuationem non fiat,
nempe per vomitum, per hæmoragiam,
per alui fluorem, ſudorem, vel vrinam, aut
aliam quamcumque euacuationem, quia
tune non erunt miraculo adſcribendæ,
etiamſi in inſtanti ſuccedant, vt elicitur
ex *Galen. 3. de criſibus cap.9.* vbi aliqui in-
terdum ſubitò, & quaſi inſtantaneè à mor-
bo euadunt.

5 Ex parte ægrotantium hoc requirit
ibid. num. 17. morbos, à quibus curantur,
non eſſe conſuetos, hoc eſt, non conſue-
uiſſe ægros alias ijs affici, & ex ijs ſe ſe re-
colligere. Sunt enim, *inquit*, qui morbos
magnos exitiales, & horribiles pati, & ex
illis præter ſpem non ſemel, & bis, ſed
multoties ſanari conſueuerunt. Subdens,
ſe vidiſſe qui quolibet trimeſtri ſpatio ta-
li morbo affligtaretur, vt nullum excogi-
tari poſſet tam exitiale ſymptoma, quo ex
illo morbo non moleſtaretur, illumque
cum ab alijs eius naturæ ignaris pro mor-
tuo haberetur, omnes deluſiſſe.

6 Secundum doctrinã *Lauret. de Franch.*
controu. lib. 1. num. 1189. *verſ. & ratio-*
nem, ad hoc vt ſanatio dicatur miraculo-
ſa, probari debet concludenter non ſolum
ipſum factum, ſed etiam omnes illius cir-
cumſtantiæ, quæ ſatis ſint, ad excludendas
cauſas naturales, ipſumque factum omni-
nò à naturæ viribus eliminandũ. Pro quo.

7 Notandum ex *Sennert. tom. 1. libr. 3.*
par. 3. cap. 9. & dicemus infra *ſect. 3.*
Vtramque naturalem mutationem tam
ſcilicet quæ ad ſalutem, quam quæ ad
mortem tendit, tripliciter fieri poſſe, vel
ſubito, vel paulatim, vel medio modo,
cum ſubita ad melius, vel ad peius fit mu-
tatio, & poſtea vel ad integram ſalutem,
vel ad mortem reliquum tempus abſumi-
tur. Quando ſubitò accidit ſanitas, vel
8 mors, hoc fit per criſim, quæ definitur,
ſubita, & repentina in morbo mutatio ad
ſalutem, vel ad mortem, *Galen. lib.2. aphor.*
13. Quæ quidem criſis, vt perfecta ſit, &
ſalutaris, ſex requirit. Primò vt conco-
ctionis ſignis die indice demonſtretur;
vnuſquiſque enim dies criticus ſuum ha-
bet indicem, quartus videlicet eſt index
ſeptimi, vndecimus decimiquarti, & de-
cimus ſeptimus vigeſimi. In illis igitur
diebus apparere debent concoctionis
ſigna, vt criſis perfectè ſalutaris conſequa-
tur. Secundò debet eſſe manifeſta, hoc
eſt, cum inſigni aliqua euacuatione con-
iuncta. Tertiò debet die critico contin-
gere; In illis enim diebus ſolet natura, dũ
commodè operatur, humores anxios con-
feſtim expellere, vtileſque moliri excre-
tiones. Quartò debet eſſe fida, atque ita
nullas morbi reliquias poſt ſe relinquere,
vnde recidiuæ periculum ſupereſſe poſſit.
Quintò debet eſſe ſecura, ideſt cum ægri
facili tollerantia, & ſine vllis periculis
ſymptomatis. Sextò denique debet eſſe
ſpeciei, & ægrotantis naturæ conueniens,
atque ideo illius ætati, & temperiei con-
9 gener. *Riuer. Inſtit. medic. lib. 2. ſect 2. cap.*
3. Dies verò Decretorij, in quibus perfe-
ctæ criſes contingere ſolent, ſunt ſepti-
mus, decimus quartus, & vigeſimus *Riuer.*
d. ſect. 2. cap. 5.

10 Propterea ſecundum omnes ad hoc, vt
ſanatio, etiam inſtantanea, dicatur mira-
culoſa, non debet præceſſiſſe criſim, vel
morbum fuiſſe in ſtatu declinationis. *An-*
gel. Rocc. de Canon. Sanct. cap. 15. *Caſtellin.*
de dilat. p. 1. punct. 2. & in reſponſ. ad 3.
obiect. Gaſpar à Reies Franco in eliſio iu-
cund. quaſt. campo, qu. 24. nu. 2. Et quod
nulla præceſſerit euacuatio, *Rocca de Ca-*
non. Sanct. cap. 25. *Caſtellin. de dilat. p. 1.*
punct. 2. in reſponſ. ad 3. obiect. Quod non
fuerint adhibita medicamenta, quibus
materia dans cauſam infirmitati, potuerit
expurgari. Et quod in corpore non ma-
neat morboſa materia. Quia miraculum
pendens à cauſa ſupernaturali, & agente
perfectiſſimo, exigit, vt nullæ ſuperſint
morbi reliquiæ, quæ deinde incommo-
dum afferre poſſint, *Zach. loc. ſupra cit. &*
Reies Franco d. qu. 24. nu 2.

Aduer-

11 Aduertendum tamen, quod dicitur, ad miraculoſam ſanationem requiri, vt nulla præceſſerit euacuatio, non inferre neceſſario, quod illa debeat dici miraculoſa ſanatio, inſtantanee facta, quam nulla euacuatio præceſſerit, quia dari poteſt inſtantanea ſanatio naturalis ſine vlla euacuatione. Sicuti ſibi accidiſſe narrauit mihi fide dignißimus vir, qui per plures dies vltro inediam paſſus, coactus ſub Cane Romam accedere, proindè à febri, quæ rarò talibus diebus Vrbem intrando euitatur, correptus fuit, quæ & maligna eſt, itaut non leuiter Medici de illius vita dubitarent, cumque per totam noctem illum acerrime moleſtaſſet, ſubito euanuit, non ſine magna medicorum admiratione; qui poſtea de præterita eius inedia ab ipſo certiores facti, eidem inſtantaneæ ſanationis cauſam attribuerunt, quaſi lucernæ lumini, quod extremam olei partem maiori flamma conſumens, illico extinguitur

12 Requirit inſuper miraculoſa ſanatio, vt ſtatim poſt inuocationem in ea perfectione fiat, ad quam natura, vel ars medica vllo modo peruenire nequeat *Caſtellin. de dilat. part. 1. punct. 2. in reſponſ. ad 3. obiect.*
13 *num.* 4. Et demum cum aliqua congruenti neceſsitate, vel ſaltem cum maxima vtilitate. *Franciſc. de Arauxo deciſ. moral. de ſtat. Eccleſ. tract. 3. qu. 23. §. 5. num. 9. circa med.*

14 Obſeruandum item diligenter ne quid ſuperſtitioſum interceſſerit, cum multæ ſanationes per artem dæmoniacam, vel præſtigiorum vi fieri poſsint, prout de digito Pirrhi Epirotarum Regis, à quo ſolo contactu lienoſos ſanatos dicitur, & ſecundum aliquos etiam febres. Et de quodam cæco à natiuitate, qui auctoribus. *Tacito, & Rodig.* cum ex Pannonia Romã adueniſſet, & ad Imperatorem Hadrianũ febricitantem acceſsiſſet, eius contactu Imperator à febri liber euaſit, & cæcus viſum recuperauit. Et de Veſpaſiano idem *Tacitus*, quod mancum ſanauerit pede, & brachio contactis.

15 Qui tamen caſus, ſi veri ſint, ſecundum aliquos naturaliter etiam fortaſſe accidere potuerunt, cum dicantur dari homines, qui tactu infirmitates aliquas curare valeant, *Bapt. Porta 8. Mag. Natur. cap.* 15. & in ſpecie de Pſillis apud Cirenaicã regionem, quod contra ſerpentes naturalem vim habeant, demorſos iuuando, & manu impoſita venena extrahendo. *Elian. lib.* 16. Similemque virtutẽ in Italia Marſorum genti ineſſe, refert *Plin. lib. cap. a. Solinus, & Strabo lib.* 7. Et ex *Auicenna* tradit *Rodig.* viſum fuiſſe hominem, quem ſerpentes fugerent, pereuntibus ſtatim, qui ad eum appropinquaſſent. Sicuti etiam de Galliarum Regibus, quod ſtrumas, ſeu ſcrufolas ſanent, ſupra *cap.* 16. *num.* 20. & de Rege Angliæ, quod proſit Herculeo morbo.

16 Et quidem quod ad ſanationes diabolicas attinet, vltra ea, quæ diximus ſuperius, nempè Dæmonem omnes ægritudines naturales per cauſæ ablationem, alterationem, aut alterius rei, quæ in corpore detinetur, mutationem, vſu medicamentorum, quæ medicis ignota ſunt, & quam-
17 plures morbos, medicis incurabiles, ſanare poſſe; ſciendum eſt, ab ipſo Dæmone infirmitates naturales in corpore humano poſſe cauſari, prout *ex Franciſco Valeſio* tradit *Martin. Delrius diſquiſit. Magic. lib. 1. p. 1. quæſt. 4. ſect. 5. in fine*, hac arte, quod ſi morbi ex materia pendeant, mouet internas cauſas; quo modo malencholicos morbos excitat, commouendo à principio atram bilem, quæ ineſt corpori, & fuligines in cerebrum, & internorum ſenſuum cellulas propellendo. Deinde ipſam atram bilem augendo, admotis cauſis exurentibus: vel alias detento intus humore, ne expurgetur; epilepſiam, paraliſin, & ſimiles noxas infert per ſucci craſſioris delationem, obſtructis ventriculo cerebri, & neruorum radicibus. Cæcitatem, vel ſurditatem cauſat, noxia excrementa ad aures, vel oculos coaceruando; ſæpè etiam ad odium, amorem, vel ad alias animi perturbationes inducendas mouet imagines, vt in imaginatione firmius inhæreſcant. Ad corporeas vero affectiones excitandas, ſpirituoſam ex ipſo ſanguine ſubſtantiam deligit, eam ſeparans, & expurgans à craſſitie materię, deinde ſpiritibus iſtis vtitur, quaſi proximo animæ inſtrumento ad efficaciſſime, & velociſſime agendum. Ex rebus veneno-ſiſſimis educit quandam quintam eſſentiã (vt ex gemmis, & auro ſolent chimici) ex ipſaque ſpiritus vitales inficit, & malefico morbo imbuit. Quod cum fecerit, incaſſum humana remedia adhibentur, præſertim cum ſoleat omnem præuenire medelam. Poteſt etiam ſine tali materia, vel interna agente cauſa, impedire, vel lędere ſenſationes, vel ſpiritus animales de-

tinere,

tinere, aut ſubtrahere, aut alijs mille, quos nouit, modis.

18 Porro huiuſmodi affectiones, quæ à Dæmone cauſantur, ab eodem etiam inſtantaneè tolli poſſunt, vt notat idem *Delrius d. ſect. 5.* vbi ex *Sprengero* nonnulla refert exempla; & in ſpecie de qua-
19 dam honeſta fæmina, quæ cum aliam fæminam ſuperſtitioſam vocaſſet, ab eadem audijt, An ſim ſuperſtitioſa, nec ne, tertia die ſenties; ſicuti tertia die de mane tantus dolor ipſius corpus inuaſit, primo in interioribus, vt nō eſſet pars corporis, in qua non punctiones horribiles ſentiret; deinde nō aliter ſibi videbatur, niſi quod cōtinuo igniti carbones eius capiti ſuperfunderentur, & deinde in cute corporis à vertice capitis vſque ad plantas pedis non vel minimum ſpatium, vbi non extaret puſtula ſanie repleta: ſicque in huiuſmodi doloribus eiulando, & tantummodò mortem optando, vſque ad diem quartum reſtitit. Tandem ad ſtabulum, vt melius potuit, ducta, petiam panni albi, quæ ſtabat ſupra oſtium ſtabuli, iuſſa eſt remouere, qua petia ſoluta, plura incluſa reperta ſunt, præcipue autem grana alba ad modum, quo puſtulæ inerant eius corpori, ſemina quoque, & legumina, cum oſſibus ſerpentum, aliorumque animalium; cumque omnia in ignem conieciſſet, ſubito, vt res illæ in ignem fuerunt proiectæ, abſque mora totalem priſtinam ſanitatem recuperauit. Et alium ſimilem caſum de alia muliere, cui cum ingens infirmitas accidiſſet, cum doloribus ventris, & acutiſſimis torſionibus à latere ſiniſtro verſus dexterum, & viceuerſa, quaſi duo gladij eſſent eius pectori infixi; & ſic diù noctuque vicinos omnes clamoribus inquietaret extracta ab eius marito de ſub limine Oſtij quadam petia, in qua plurima; nempe figura cerea in longitudine vnius palmi, vndique perforata, duas acus habens exaduerſo per latera infixas, peciæ panniculorum diuerſæ, grana, & ſemina, cum oſſibus, continebantur; omnibuſque in ignem coniectis, ſtatim conualuit, licet nō ex toto, quia non adhuc omnia inſtrumenta malefica reperta fuerant.

20 Vltra ſupradicta, notandum eſt, animi potentias multum poſſe circa corporis affectiones, vt videbimus inferius præſertim verò imaginationis vim. Propterea mouet *Auicenna lib. de viribus cordis*, attendendam eſſe infirmi diſpoſitionem, cum credit, ſe conualeſcere, & ſani, cum credit ſe ægrotare; Multoties enim contingere ex hoc, vt cum corroboratur forma in anima eius, patiatur ex ea ipſius materia, & proueniat ex his ſanitas, vel infirmitas: quia hæc actio efficacior eſt, quàm id, quod agit medicus inſtrumentis ſuis, & medicinis.

Verum, vt quæ ſanationes miraculoſæ dicendæ ſint, clarius percipiatur, ſequentes quatuor ſectiones addere placet, In quarum prima, de humani corporis partibus agemus; In ſecunda, de morborum diuiſione, & cauſis; In tertia, de naturalibus morborum ſanationibus; Et in quarta de pluribus morbis naturaliter curabilibꝰ.

SVMMARIVM.

Abdominis deſcriptio, 94.
Adipis ſubſtantia, & effectus 154.
Aer implantatus eſt organum auditus, 52.
Alę naſi 57.
Alę pulmonis 85.
Allantoides tunica 123.
Amnios tunica 144.
Anatomica cognitio omnibus neceſſaria, 21.
Apophyſis quid 138.
Arteria venalis deſcriptio 86.
Arteria dicitur vena pulſatilis, & quo ſe diffundat 89.
Arteriarum nomina diuerſa 90. & 91.
Aſpera arteria deſcriptio 82.
Aurium deſcriptio 49.
Burſa fellis deſcriptio 107.
Caluaria quæ dicatur 27.
Caluaria in recens natis non eſt ſolida 131.
Calidum innatum 165.
Cartilagines quæ, & quot 148.
Capitis partes 22. & *ſeqq.*
Caruncule, ſeu proceſſus mammillares 59.
Cerebrum, & Cerebellum 34. 35. & 42.
Cæcum inteſtinum, 76.
Chili generatio 166.
Cholidochi ductus 108.
Chorion tunica 125.
Clauicula os. 143.
Clitoris quid 121.
Coctiones ciborum 166.
Colon inteſtinum. 77.
Cordis deſcriptio 87.
Corpus calloſum 36.
Coſtarum deſcriptio 143.
Criſta naſi 58.
Cutis, & cuticula 24.
Dentes ſentiunt, & quomodo differant ab oſſibus 134.

Duode-

Duodenum, ſeu Dodecadactilon inteſtinum 73.
Dura mater 30.
Epiglottis 84.
Eſophagus, & eius ſubſtantia 68.
Facultas vegetatiua 166.
Fauces 67.
Fetus conceptio 122. & ſeqq.
Fibra & earum ſubſtantia 152.
Freuulum linguæ 65.
Genæ oſſa 133.
Generationis organa 116. & ſeqq.
Gingiua 61.
Glandulæ, & earum officium 153.
Glans pituitaria 41.
Hepatis deſcriptio 102.
Hipogagaſtrium 119.
Hipocundria 95.
Humidum radicale 165.
Humores corporis 166.
Ieiunum inteſtinum 74.
Ileon inteſtinum 75.
Ilia 95.
Incus aurium 53.
Inteſtina, & eorum deſcriptio, & ſubſtantia 64.
Labia 67.
Labirintum aurium 55.
Larinx, & eius compoſitio 83.
Ligamenta quæ ſint, & quanta 147.
Lingua vnde dicta 64.
Lobi pulmonis 85.
Malleus aurium 53.
Mammarum ſubſtantia 100.
Mediaſtinum 99.
Membranarum deſcriptio, & officium 151.
Membrana carnoſa 25.
Meninges 29.
Meſenterium 79.
Muſculorum, ſeu lacertorum definitio, & officiũ, quotque in qualibet corporis parte 150.
Naſi conſtitutio 56.
Neruorum deſcriptio, & ſubſtantia 44.
Nerui optici, 43. & 45.
Nerui procedentes à ſpinali medulla 46.
Neruorum coniugationes 47.
Nimphæ. 120.
Occiput. 23.
Oculorum deſcriptio 48.
Omentum, & eius deſcriptio 92.
Oris conſtitutio 60.
Oſſium natura, officium numerus, & qualitates 129
Oſſa caluaria 130.
Os petroſum 50.
Os ſternum 97. & 142.
Os hioides 135.
Os ſphenoides, ſeu baſilare 130.
Os ethmoides, ſeu cribriforme 130.
Os Zizoma, ſeu iugale 132.
Os ſacrum, & quare ſic dictum 140.
Os coccix 141.
Os ileum, & Iſchion 145.
Oſſa manus, brachÿ, femoris, coxendicis, tibiæ, pedis 146.
Ouracus 128.
Palatum. 62.
Pancreas 80.
Parenchimata 127.
Partes corporis, ad actiones obeundas, quæ requirant 163.
Partes corporis, quæ à medicis non conſiderantur 154.
Partes corporis aliæ ſimilares, aliæ diſſimilares 158.
Partes ſimilares 158.
Partes diſſimilares 160.
Partes ſpermaticæ, & carnoſæ 159.
Partes organicæ 141. aliæ principales, aliæ ignobiles 162.
Peraſtatæ glandulæ 115.
Pericranium, & eius ſubſtantia 26.
Pericardium, & eius origo, & ſubſtantia 88.
Paritonæum, & eius deſcriptio 93.
Phrenes, & eius conſtitutio 101.
Pia mater 33.
Picrocoli 171.
Pili qua materia generentur 156.
Pleura, & eius ſubſtantia 98.
Plexus choroides 38.
Pinna naſi 58.
Pinnæ pulmonis 85.
Præcordia 95.
Proceſſus mammillares 39. & 59.
Pulmo, & eius deſcriptio 85.
Pylorus, & eius deſcriptio 70.
Rectum inteſtinum 78.
Renes, & eorum deſcriptio 111:
Regionis thoracis deſcriptio 81.
Sanguinis generatio 166.
Scapularum, ſeu ſpatularum nomina, & deſcriptio 144.
Secunda, ſeu ſecundina 126.
Septum lucidum 40.
Seroſum excrementum 110.
Septum tranſuerſum 101.
Sinciput 23.
Sinus capitis, & cerebri 31.
Speculum lucidum 40.
Spinalis medulla 46.
Spiritus naturales, vitales, & animales 165.
Spina quibus oſſibus conſtet 136.
Splen, & eius deſcriptio 109.
Stapes 53.

Subclauij rami arteriæ 90.
Sutura capitis 28.
Symphiſis 139.
Temperies, ſeu temperamentum in quo conſiſtat 164.
Temperamentum cuiuſque partis 164.
Tendo, ſeu chorda 149.
Teſticulorum ſubſtantia, & deſcriptio 117.
Thorax, & eius deſcriptio 96.
Timpanum auditus 51. & 54.
Tonſilla linguæ 66.
Torcular capitis 321
Ventriculi cerebri 37.
Ventriculi deſcriptio 69.
Venæ arteriales 86. & *ſeqq.*
Venæ diſtinctio ab arteria 104.
Venarum diuiſio 103. & *ſeqq.*
Venarum nomina 105.
Vena porta 106.
Venæ emulgentes 111.
Veſica vrinaria 113.
Vertebrarum coarticulationes 137. & *ſeqq.*
Villi, & eorum ſubſtantia 152.
Vnguium natura 155.
Vrachos, & eius vtilitas 114.
Vreteres, & eorum deſcriptio 112.
Vteri deſcriptio 118. & *ſeqq.*
Vua, ſeu Vuula 63.

SECTIO I.

De Humani Corporis partibus.

21 HVmani corporis cognitionem, anatomica ſectione comparatam, non ſolùm medicis, verùm etiam Theologis, Phyloſophis, ac Iureconſultis, hiſtoricis, poetis, atque omnibus, qui eruditionis, ac prudentiæ laudem affectant, perutilem, perque neceſſariam *docet Zacut. de Medic. Princip. Hiſt. lib. 6. quæſt. 6.* vbi in *Paraphraſi, ſeu Spicilegio* omnes humani corporis partes, earumque vſus, & conſenſus breuiter, & compendiosè deſcribit. Quam quidem deſcriptionem, cum ex præſtantiſſimis antiquorum, & recentiorum Anatomicorum à ſe deſumptam teſtetur; Eam nos quoque ſequemur, non tamen iuxta ipſius *Zacuti* methodum, quia ipſe ab ore initium ſumit; nos verò ab ipſo capite abſolute incipiemus.

22 Pars igitur hominis ſuprema Grecis dicitur *Cephalos*, latinis vero caput, quod eſt verum cerebri propugnaculum. Licet autem caput ſit pars hominis organica, conſtans cute, oſſibus, membranis cerebro, neruis, venis, arterijs, & pluribus alijs; nihilominus tamen caput eſt illa pars animalis, quæ ſupra primam ceruicis vertebram collocatur. Eiuſque figura eſt rotunda, leuiter compreſſa. Quam figuram obtinuit ratione capacitatis, & commoditatis ſenſuum externorum, & motus. Magnitudo in homine maior eſt, quam in cæteris animalibus, proportione ad corpus. Situm in ſublimiori loco ratione oculorum obtinuit; non quod propter ipſos fuerit fabricatum, ſed vt ipſi in ſupremo loco conſtituti, omnia rectè diſtinguerent.

Diuiditur caput in duas partes; In illam ſcilicet, quæ habet capillos, & in illam, quæ capillis eſt deſtituta.

23 Pars capillata vocatur *caluaria*, euius anterior pars dicitur *Sinciput*, poſterior *occiput*, media *tempora*. Pars ſine capillis dicitur *facies*, cuius ſuperior pars vocatur *frons*, & remanens in ſupercilijs vſque ad collum, propriè dicitur *facies*. In caluaria primo loco occurrunt capilli, qui facti ſunt, primò ad ſubiectarum partium tutelam. Secundò ad ornatum. Tertiò ad fuliginoſi excrementi expurgationem. Se-

24 cundo loco adeſt *Cuticula*, ſcilicet Cutis tenuiſſima, quæ totum etiam veſtit corpus, & ſuperficiem ſummam, & Cutis vera, quæ eſt membrana omnium ampliſſima, craſſiſſima, ex feminis, & ſanguinis permixtione genita; quæque licet ſit candida, ratione tamen humoris affluentis aliquando pallet in bilioſis, nigricat in melancholicis, in ſanguineis rubet, &

25 in pituitoſis albeſcit. Et membrana carnoſa, quam Arabes *panniculum carnoſum*

26 vocant, & quæ totum item corpus à capite vſque ad pedes regit. Tertio loco *Pericraneum*, ex eo dictum, quod oſſa cranij cooperiat; Ducitque originem à dura meninge, per ſuturas plura filamenta in caluariam diſtribuente, quæ in vnum conſpirantia, hanc membranam efficiunt, cuius interuentu dura mater manet ſuſpenſa Cranio, quod eſt inter pericranium, & duram membranam.

27 Cerebrum munitum, & contectum eſt Caluaria ne iniurijs externis eſſet obnoxium. In Caluaria verò octo ſunt oſſa; ſex propria, duo communia, quæ ſuturis diſtinguuntur; harumque & in mare, & in fæmina par eſt numerus. Aliæ autem ſunt propriæ, quæ oſſa cranij a ſe inuicem ſecer-

ſecetnunt, aliæ communes, quæ calua-
riam à maxilla ſeiungunt. Et propriarum
aliæ ſunt veræ, quæ pectinatim, aut more
dentatæ ſerræ connectuntur, aliæ Spuriæ,
28 quæ ſquammarum modo agglutinantur.
Pro capitis item figura varius eſt ſutura-
rum numerus, Nam in figura naturali ca-
pitis tres veræ *Sutura* reperiuntur. Prima
eſt *coronalis*, ſic dicta, quod ea capitis
parte coronæ geſtari ſoleant; hæcque à
temporibus in ſummum verticem tran-
ſuerſum tendit. Secunda dicitur *Sagitta-
lis*, quæ in capitis longitudinem porrigi-
tur. Tertia *Lamboides*, à figura græcæ Λ,
vocatur, & à capitis imo ſurſum tendit.
Harum autem ſuturarum multiplex eſt
vſus. Primus eſt, vt ipſarum ope dura
membrana cranio alligetur; & ne com-
primatur, quæ cerebrum à cerebello, &
partes dextras à ſiniſtris diſtinguit. Se-
cundus eſt, vt cerebrum, emiſſis fuligini-
bus per ſuturarum raritatem, melius tran-
ſpiret. Tertius eſt, ne vnius oſſis fractura
alteri communicetur. Quartus, vt medi-
camentorum externorum vis altius pene-
tret. Quare *Gal. 13. Met. c. 22.* iubet, vt ſinci-
piti topica applicentur, quia ibi Suturæ
ſunt laxiores. Quintus, & vltimus eſt vt
caluariæ capacitas amplior reddatur.

29 Aperto cranio quædam conſpiciuntur
membranæ, quæ à Grecis dicuntur *Me-
ninges*, à Barbaris *Matres*; ex quibus
membranis illa, quæ magis immediata eſt
30 cranio, dicitur *Dura*, vel craſſa *mater*, vo-
catur dura ob inſignem duritiem, craſſa
verò, quod reliquas totius corporis mem-
branas craſſitie ſuperet. Huius figura, &
magnitudo reſpondet oſſibus caluariæ,
vt nulla ſit cauitas, aut ſinus in cranio, in
quem non ſe ſe inſinuet hęc membrana,
quę licet ſit huius conditionis, nihilomi-
nus tamen eſt vnica, & omni ex parte ſibi
continua, itaut iure pronunciare poſſimus
eamdem commoditatem in regione capi-
tis præſtare, quam præſtat pleura in regio-
ne thoracis, & peritonæum in abdomine.
Hæc membrana omni ex parte adhæret
caluariæ, & alligatur cranio mediantibus
pluribus filamentis, quæ ad ipſum mittit,
& maximè ad Suturas, quia in reliquis
cauitatibus cranij ſic firmiter inhęret, vt
non ligari, ſed potius innaſci videatur.
Duplicatur autem ſecundum longitudi-
nem à fronte vſque ad occiput; itaut ce-
rebrum diuidat in partes duas dextram,
& ſiniſtram, vt læſa vna parte cerebri, re-
liqua incolumis permaneat. Hęcque du-
plicatio, quæ cerebrum diuidit, ſecun-
dùm vniuerſam eius profunditatem non
progreditur, ſed dumtaxat vſque ad cal-
loſum corpus, & ſeruata lege, vt ſcilicet
talis duplicatio referat formam falcis. In
parte verò poſteriori quadruplicatur, &
cerebrum à cerebello magna ſui parte
diuidit.

Hæ durę membranę coniunctiones, ſeu
duplicationes efficiunt quattuor cauita-
31 tes, quas *Sinus* Anatomici vocant, in qui-
bus copioſus ſanguis inſpicitur, vt in la-
cuna quadam, quia cęteroqui ampliſſima
cerebri moles alia ratione non poſſet nu-
triri, nec ſufficiens copia pro ſpirituum
animalium generatione miniſtrari. Hunc-
que ſanguinem tribuunt iugulares venę
internę, quę in hos ſinus ingrediuntur, &
ibi ſiſtunt, nec vlterius progrediuntur.
Collocantur hi durę matris ſinus in late-
ribus occipitis, ea parte, qua foramen
conceditur internis venis iugularibus
aſcendentibus. Finiuntur autem ad prin-
cipium ſuturę lamboidis, vbi duo con-
iunguntur ſinus, primus, & ſecundus, ex
quorum coniunctione naſcitur tertius, qui
recta via extenſus ab hoc loco, iuxta ſu-
turę ſagittalis longitudinem vſque in oſſa
narium conſtituitur, quem à ſimilitudine
ſinum falcatum vocant. A quo ſinu plu-
res venę diſſeminantur in tenuem menin-
gem, tam ad dextrum, quam ad ſini-
ſtrum latus, per quas venas tanquam per
riuos defluit ſanguis pro nutritione cere-
bri; & quia hic ſinus inſignem ſanguinis
32 copiam continet, vocatur *Torcular*. Quar-
tus verò ſinus inter cerebrum, & cerebel-
lum collocatur. Facta fuit dura mater,
primo, vt cerebrum, & ſpinalem medul-
lam cooperiret, & ab externis iniurijs de-
fenderet. Secundò vt diuidat cerebrum,
in partem ſiniſtram, & dextram. Tertiò
vt cerebrum à cerebello ſecundum ali-
quam eius partem diuidat. Quartò vt
omnes venas in cranium ingredientes ac-
cipiat. Quintò vt ſanguinem pro nutri-
tione cerebri contineat. Sextò, vt ipſum
cerebrum a duritie cranij defendat, & ob
hanc cauſam tantum diſtat dura mater à
ſubſtantia cerebri, quantum ſufficit, ne
motum ipſius cerebri impediat.

33 Statim infra duram membranam occur-
rit alia, quam *Piam Matrem*, ſeu tenuem
meningem ob eius mollitiem appellant,
quæ cerebrum, & cerebellum immediatè

tangit, & tegit. Et licet ſit vnica, ſibiq;
continua, non eſt cauitas in cerebro, in
quam non ſe inſinuet, idcirco eſt facta
tenuis, ne pondere ſuo cerebri motum
impediret. Habet plures venas, & arte-
rias pro nutritione cerebri, & vt caloris
natiui copia reſtauretur. Alligatur duræ
membranæ per venas, & arterias, licet
exiguas, quæ non ſolum ſanguinem ve-
nalem, ſed arterialem ipſi tribuunt.
34 Ablatis dura, & tenui membranis,
ſtatim occurrit *Cerebrum*, cuius figura eſt
circularis, vt oſſa capitis oſtendunt, quia
hæc figura eſt magis capax, & ſecura.
Magnitudo eius eſt maior in homine, quã
in reliquis animalibus, proportione ſerua-
ta ad ſui corporis molem. Replet totum
fere cranium, ſed ita vt libere moueri
poſſit, quando contrahitur, & dilatatur.
Eſt autem cerebri ſubſtantia, alba, mollis,
& medullaris ex puriſſima ſeminis por-
tione conſtructa; dicitur medullaris, non
ex eo, quod ſit eiuſdem naturæ cum oſ-
ſium medulla, quæ igne liquatur, per
inediam, aut febriles ardores imminui-
tur; aut quia contineatur in cauitate, vt
nutriat oſſa; ſed propter ſimilitudinem
dumtaxat, quia à ſuis oſſibus continetur.
Vere tamen eſt pars animata, & viuit,
quod oſſium medullæ, non eſt conceſſũ.
Alba eſt ſubſtantia cerebri ratione mate-
riæ, ex qua generatur, quale eſt ſemen,
& ratione ſpiritus, qui lucidus eſt, &
ſplendidiſſimus, & nullus color magis eius
naturæ aſſimilatur, quam albus. Eſtque
mollis, vt ſpecies à ſenſibus externis
communicatas melius ſuſcipiat, & vt
promptius motui obediat. Diuiditur vni-
uerſum cerebri corpus in duas partes, an-
teriorem ſcilicet, & poſteriorem. An-
terior, quæ maior eſt, & præſtantior, re-
tinet nomen totius, ob quam cauſam vo-
catur cerebrum; Poſterior, quæ minor
eſt, & ignobilior, vocatur *Cerebellum* Di-
35 ſtinguitur Cerebrum à Cerebello dupli-
catione duræ membranæ, non ex omni
parte, ſed dumtaxat per ſuperiorem.
Ea verò pars, quæ cerebrum dicitur, diui-
ditur in dextram, & ſiniſtram per ſinum
falcatum duræ matris. Cauſa huius diui-
ſionis fuit facilitas ad motum, & commo-
ditas nutritionis, vt ſi fortè vna pars ægro-
taret, altera maneret intacta. Externa
ſuperficies cerebri non eſt integrè alba,
ſed ſubcineritia, habetque quamplures
anfractus, & circumuolutiones ad mo-
dum inteſtinorum, quando ab omento li-
bera ſunt. Qui anfractus in aliquas par-
tes intimas penetrant, & venarum, atque
arteriarum cum tenui meninge, per ma-
gnam molem cerebri penetrationi, & fa-
ciliori motui inſeruiunt. Poſt ſuperficiem
ſubſtantiæ cerebri, inferius conſpicitur
durior ſubſtantia, quæ vocatur *Corpus cal-*
36 *loſum*, vbi pars dextra, & ſiniſtra cerebri
de nouo, coniunguntur. In medio cuius
corporis calloſi apparent duo illi *ventri-*
37 *culi* cerebri, quos anteriores vocat Ga-
lenus, ab alijs verò ſuperiores dicuntur;
qui ventriculi figura ſitu, & magnitudine
differunt ab alijs: Et ſi ſeparatim ſpecten-
tur, quilibet eorum refert figuram ſemi-
circuli mediæ lunæ; ſi verò coniunctim
figuram tortuoſam repræſentant. Situs
horum ventriculorum eſt in medio cere-
bri, diſtans ęquali menſura, ſecundum
longitudinem à fronte, & occipite ſecun-
dum profunditatem à baſi cerebri, & ver-
tice. Ideoque fuerunt duo, vt vno læſo,
alter incolumis remaneret, vt exemplo
illius pueri in Smyrna, quem vulnere læ-
thali in vno ventriculo illato, fuiſſe libe-
ratum, refert *Galen. lib. 4. de vſu part. cap. 5.*
In medio horum ventriculorum reperiun-
tur plurimæ venulæ, & arteriæ, inter ſe
complicatæ, & intertextæ ſecundum lon-
gitudinem ventriculorum procedentes,
38 quorum vaſorum aggregatum dicitur
Plexus choroides; in quorum vaſorum ca-
pacitatibus ſpiritus animales generantur.
Atque ab his ventriculis verſus nares
oriuntur quædam portiones ipſius cere-
bri, in quibus ab omnibus ferè conſtitui-
tur organum odoratus, quæ portiones à
ſimilitudine vocantur *Proceſſus Mamilla-*
res.
39 Diſtinguuntur hi duo ventriculi inter
ſe tenui quadam, & pellucida portione
cerebri, quæ ob luciditatem, & tranſpa-
rentiam, *Septum* lucidum, & *Speculum* lu-
40 cidum vocatur, cuius vſus eſt, vt ſpiritus
luciditatem acquirant. Tertius poſt hos
ſe offert ventriculus, ſuper quem conſti-
tuitur *Cameratum corpus*, fornicis inſtar tri-
bus quaſi columnis ſtabilitum; toto ſuo
ductu triangularem figuram referens, ha-
benſque in parte poſteriori quaſi duos ar-
cus, in anteriore vnum, cuius vſus eſt, ce-
rebri molem ſuſtinere, ne tertium ventri-
culum comprimat, ſub quo corpore ter-
tius apparet *ventriculus*, qui dicitur con-
ſtitui ex duorum ventriculorum ſuperio-
rum

Google

rum deorſum deſcendentium, in illa communi cauitate cohærentium, concurſu, & medius vocatur. Ab hoc tertio ventriculo duo conſurgunt ductus, ſiuè viæ, quarum vna, quæ deſcendit deorſum ad baſim cerebri, conſtituit peluim, ſeu infundibulum, per quod craſſa, & mucoſa cerebri excrementa, in nares, & palatum con-
41 fluere ſolent. Et in huius fine conſpicitur *Glans pituitaria*, ſic dicta, quia vt ſpongia humorem excipit, & in palatum guttatim inſtillat. Secunda via, ſiue ductus tertij ventriculi ad quartum tendit, & eſt illa cauitas formata, inter cerebrum, & cerebellum, in exortu ſpinalis medullæ, ſimilis cauitati, quæ conſpicitur in manibus, quando calamum digitis apprehendimus, quo in loco nonnulli, (falſo tamen ſecundum *Zacutum*) aſſeuerant rete mirabile eſſe conſtituendum. In hac via de tertio ad quartum ventriculum exiguę repetiuntur particulæ, quarum prima *Conarium* dicitur, quæ glandula in figura nuci pineæ non eſt diſſimilis. Cui particulæ contigua ſunt duo corpuſcula rotunda, & duriuſcula, quæ *Nates* à forma dicuntur, ſub quibus *Teſtes* exiſtunt, quorum omnium vſus eſt, vt canalem tertij ventriculi in quartum forment, & vt animali ſpiritui à tertio in quartum ventriculum liber pateat aditus. Porrò inter hos ventriculos hoc modo ſeruatur ordo, quod duo anteriores ſunt maiores, ſecundo loco tertius, & vltimò quartus. Suntque continui omnes inter ſe ductibus ſuis, vt animales ſpiritus ex duobus anterioribus procedant in tertium, & ab hoc in quartum, & denique ad exortum ſpinalis medullæ, per continuum illum ventriculorum ductum. Cerebri demum officium eſt, eſſe principium, & ſedem facultatis animalis, tam motiuæ, quam ſenſitiuæ, tam internæ, quam externæ, & animales ſpiritus generare.

42 In poſteriore capitis parte, ſeu occipite conſpicitur *Cerebellum*, cuius ſubſtantia eſt durior, & craſſior habetque anfractus, & circumuolutiones, quæ ſuperficiales ſunt; ſubcineritij coloris eſt, tegitur tenui meninge fere per totum, ſed maiori ex parte dura matre, factumque fuit, vt ſpiritus animales neceſſarios pro ſpinali medulla reſeruaret. Cum autem cerebellum principium ſit, tam ſenſus externi, quam interni, ab inferiori eius parte procedunt nerui, oblique deſcendentes in oculos.

43 Hi *nerui* vocantur *optici*, qui in medio itineris coniunguntur, ſtatimque diuiduntur, & attingunt oculos, eiſque implantantur, dexter ad dexterum, & ſiniſter ad ſiniſtrum.

44 Quod ad neruos attinet ſumitur neruus à medicis pro organo, à quo animalis facultas, & ſpiritus influit per vniuerſum corpus; & definitur, quod ſit pars ſpermatica, à cerebro, aut ſpinali medulla exorta, interiore parte medullaris, exteriore membranea, ſpiritus animales ad ſenſus, & motum deferens. Natura cauus eſt, ſed conſpicuam non habet cauitatem, per quam ſpiritus animalis tenuiſſimus ad omnes partes peruadere poſſit. Alij ſunt motorij, & duriores, alij ſenſitiui, & molliores. Eorumque vſus communis eſt, animalem facultatem, ſimul cum ſpiritu, ad partes pro ſenſu, & motu deferre; Præterea vt animalia, mediante tactu, qui magis reſidet in cute, quia membranarum omnium tenuiſſima, noxia vitare queant, oriuntur è cerebro, ſed præcipue à poſteriori eius parte, & ſpinali medulla, quæ extra caluariam plurimos, eoſque veluti innumeros neruorum ſurculos emittit, quorum triginta obſeruant Anatomici, ſeptem ceruicis, duodecim dorſi, quinque
45 lumborum, ſex oſſis ſacri. Tamen intra caluariam ſeptem coniugationes ſunt inſignes. Prima coniugatio, ampliſſima eſt, & ſunt nerui bini, ſatis craſſi, molleſque, quorum exortus ab anteriore cerebri baſi nonnihil diſtat, & ad oculos, vt ſupra dictum eſt, deferunt, ſuntq; *Nerui optici*, qui etiam viſorij vocantur, ſeu viſiui, quorum ſubſtantia interior eſt medulloſa, & mollis, & dum ad criſtallinum peruenit, dilatatur, & per oculum viſibiles effundit ſpiritus. Obtinent hi nerui viſorij cauitatem, licet non manifeſtam, quæ ſi obſtruatur, fit ille affectus à Græcis vocatus *Amaurosis*, & ab Arabibus *Gutta ſerena*, in quo videndi actio abolетur. Secunda coniugatio defertur ad oculos, nempè muſculos, palpebras, tunicas. Tertia fertur in linguæ tunicam pro guſtu, & priuſquam in linguæ tunicam inferatur, varios promit ſurculos in muſculos frontis, faciei, temporum, narium, & dentium. Quarta huic proxima, ſed minor, deſcendit in palatum, & linguæ tunicam, & etiã guſtui inſeruit. Quinta in muſculos aurium pro auditu, & ad laringem etiam reuertitur. Sexta vaga eſt, ampliſsima, & per omnia viſcera

excurrit, & dum ad iugulum accedit, in tres maximos ramos diuiditur, quorum primus deſcendit in axillarem arteriam, numeroſos ex ſe emittens ſurculos, qui ad laringem, & neruos recurrentes finiuntur. Dicuntur autem hi nerui, recurui, & reuerſiui, recurrentes vocales, nam ijs interſectis ſtatim animal mutum redditur, vt proprio exemplo oſtendit *Galen. lib. 1. de loc. cap.6.* de illo, qui cum curaretur à ſtrumis in collo natis, inciſis his neruis ſcalpello, mutus remanſit, Secundus ſextæ coniugationis ramus per latera, & coſtas, excurrit. Septima coniugatio in linguæ, ac laringis muſculos, ad perficiendum motum defertur.

46 Spinalis midulla cerebri eſt caudex, & tenui membrana immediate tegitur, per quam excurrunt venulæ, & arteriæ nutritionis cauſa. Hæc à caluaria rotundo, & amplo foramine prodita ampliſsima, & craſsiſsima, & ſenſim attenuata, ac medullarem ſubſtantiam paulatim amittens non eandem molem vbique ſeruat: tandem cum ad dorſi fines peruenit tota in funiculos, & filamenta, caudam equinam
47 referentia abſumitur. A ſacra hac medulla nerui prodeuntes propemodum ſunt infiniti, ſed triginta paria præcipuè obſeruantur; itaut extra ceruicem ſeptem paria ſe ſe oſtendant, quorum primum ad muſculos occipitis, & vertebrarum decurrit. Secundum in cutem totam faciei defertur. Tertium in muſculos collum flectentes, & extendentes. Quartum in anteriores brachij partes, ſcapulas, & diaphragma. Quintum poſticos harum partium muſculos diuaricatur. Sextum in eaſdem fere partes excurrit. Septimum in brachia ſe extendit. Deindè à quinto, & ſexto pari ceruicis ſex paria neruorum diſſeminantur in totam manum. Primum in *Deltoidem* muſculum, & cutim. Secundum in totam cubiti manum, & cutim abſumitur. Tertium ad cubiti coarticulationem. Quartum ad *Carpum* tendit. Quintum ad pollicem, indicem, & digitos peruadit. Sextum in cubiti cutim deſinit. Rurſus à ſpinali medulla in dorſum duodecim excurrunt coniugationes. Prima in brachiū, & thoracis muſculos. Secunda etiam numeroſa ſerie in eaſdem partes diuiditur. Reliquæ decem ad coſtarum ſpatia decurrunt. Sic etiam ex lumbis quinque prodeunt coniugationes, quæ omnes in muſculos abdominis, & fæmoris decurrunt. Oſsis ſacri paria ſunt ſex, quæ partim in fæmur, partim in muſculos vicinos, & cutim, partim in muſculos ani, veſicæ penis diuiduntur. Ex his per totum pedem quatuor propagantur grandiores nerui. Primus in crurum muſculos, genu, & cutim abſumitur. Secundus in fæmur, & pedem. Tertius in penem & crura ſurculos mittit. Quartus in nates, calcaneum, pedem, tibiam, digitoſque ſummos. Quare ex cerebri parte poſteriori ſeptem neruorum paria inſignia repullulant, & à ſpinali medulla triginta, quæ illuſtria ſunt, & ſenſibus magis conſpicua.

48 Oculi corpus conflatur ex ſeptem muſculis, ſeptem tunicis, tribus humoribus, duobus neruis, tribus venis & arterijs, copiolo adipe, & corpuſculis glanduloſis. Ex ſeptem muſculis quatuor motibus rectis inſeruiunt, ideoque recti dicuntur; vnus eleuat oculos, ſecundus deprimit, tertius mouet oculum ad angulum dextrum, ſiue maiorem; quartus ad angulum ſiniſtrum, ſiue minorem, duo ſunt obliqui, quorum primus ſurſum oblique oculum mouet, ſecundus vero deorſum. Præter hos muſculos, Galenus, Veſalius, & alii obſeruarunt alium muſculum adhærentem oculo ſecundum longitudinem nerui optici, cuius vſus principalis eſt, non ſolum vt oculum intra cranium contineat, ſed etiam vt motum tonicum efficiat oculorum, vt quando fixis oculis aliquid intuemur, ſtatim poſt muſculos occurrunt tunicæ, ſiue membranæ, & primo loco illa, quæ à latinis *Adnata*, à Barbaris *Coniunctiua* dicitur, quia oculum coniungit, & alligat cum cranio, & reliquis partibus vicinis. Eſt tenuis, & candida, & à pericranio ortum ducit; non circumdat totum oculum, ſed in parte anteriori feneſtratur in loco iridis, & interius palpebras coniungit. Secunda oculi membrana vocatur *Tendinoſa*, ducens originem à nerueis tenuitatibus muſculorum oculi, & collocatur ſub adnata propè itidem. Tertia dicitur *Cornea*, ſumpta ſimilitudine à perſpicuitate, & duritie cornu. Hæc à dura membrana nerui optici originem ducit, & omni ex parte totum oculum circumdat. Eius ſubſtantia eſt dura, denſa, & multum craſſa. Eſt pellucida, & deſtituta colore, non habet venas, arterias, neque neruos. Quarta à Græcis *Rhagoides* appellatur, à latinis *vuea*, quod repræſentet granum vuæ, à quo fit extractus pediculus.

lus. Appellatur etiam *Choroides*, ob plurima vaſa, quæ comprehendit, ad modum illius membranæ fœtus, quæ Chorion nominatur. Oritur à tenui membrana nerui optici: eius ſubſtantia eſt tenuis, licet craſſior, quam in cerebro, locatur ſub cornea, ambitque vniuerſum oculum, & ſolum verſus partē anteriorem perforatur, quod foramen vueæ oculi *Pupilla* vocatur, ab alijs oculi *Feneſtra*, eſtque in parte interna varijs coloribus depicta. Quinta tunica dicitur *Ciliaris*, ſumpta ſimilitudine ciliorum. Oritur à tunica vuea, tegitque humorem vitreum, ne cum aqueo confundatur. Sexta nominatur *Arachnoides*, ob ſimilitudinem cum telis aranearum, eſt tenuis, diaphana, humorem criſtallinum ſolum per partem anteriorem ambiens. Septima, & vltima vocatur *Amphibliſtroides*, hoc eſt *Reticularis*, ſeu *retina*, quæ ſic dicitur à ſimilitudine retis. Oritur ab interna ſubſtantia nerui optici, imo nihil aliud eſt, quam nerui optici ſubſtantia ad modum membranæ dilatata. Eiuſque vſus eſt, vt per eam ſpiritus deſcendant. Poſt omnes tunicas ſtatim occurrunt humores qui ſunt tres. Primus dicitur *Albugineus*, & *aqueus*, ſumpta ſimilitudine ab aqua manante ab ouis, collocatur in parte anteriore oculi, inter corneam, & vueam, & in loco pupillæ, qui eſt inter humorem criſtallinum, & tunicam corneam. Secundus eſt humor *Criſtallinus*, ſeu *criſtalloides*, ſiue *glacialis*, ſic dictus à ſimilitudine glaciei, ſeu criſtalli, figura eius eſt ſpherica, aliquantulum depreſſa verſus humorem aqueum; & ſubſtantia aquea, & denſa, magiſque dura, quam in reliquis humoribus, diaphana, tranſparens, & coloris expers. Collocaturque is humor in medio centro oculi, habens à parte anteriore humorem aqueum, & à parte poſteriore humorem vitreum, in cuius figura aſsiſtit, vt quidam lapis prætioſus in annulo. Tertius, & vltimus humor oculi vocatur *Vitreus*, à ſimilitudine vitri liquati, cuius naturam imitatur, Collocaturque hic humor à tergo humoris criſtallini, vt dictum eſt, cuius ſubſtantia eſt minus fluida, quam ſubſtantia humoris aquei. Tam tunicæ, quam humores, excellentes, admirabileſque oculo præſtant vtilitates. Nam tunica adnata facta eſt à natura, primum vt tueretur oculum, ne duritie cranij læderetur, ſecundo vt oculum cranio alligaret, ne in maximis motionibus à propria ſede dimoueretur. Tertio vt muſculos in propria ſede firmaret. Tunica tendinoſa vnicum vſum obtinet, vt omnes muſculos circa iridem colligaret. Cornea facta fuit, primo vt vniuerſum oculū firmaret. Secundo vt tenuiores tunicas, & humores amplecteretur. Tertio vt ſuis varijs coloribus ſpiritum recrearet, lucemque externam attemperaret, & refrigeraret. Tunica ciliaris inſeruit primò vt humorem criſtallinum cum vuea colligat; ſecundo vt humorem aqueum à vitreo ſeparet, ne commiſceantur ambo. Arachnoides humorem criſtallinum per partem anteriorem tegit. Retina demum vtilis eſt, primo vt per eam ſpiritus animales in humorem criſtallinum, & reliquas partes oculi deſcendant. Secundo vt dum humor criſtallinus alteratur, id ſentiat. Tertio vt per eam alterationes factæ ab iniectis in oculo, deferantur ad cerebrum. Humores item plures vſus habent. Siquidem humor aqueus operatur, ne in parte anteriori criſtallinus lædatur à circumſtātibus tunicis. Secundo vt externi luminis vis in eo frangatur. Tertio vt in eo lumen externum cum interno vniatur. Quarto vt ſuo madore vicinas tunicas, & humorem criſtallinum humectet. Humoris criſtallini, vnica quidem eſt, ſed maxima vtilitas, vt videlicet ſit principaliſsimum, & potiſsimum viſionis organum. Vitreus demum humor, primo alimentum parat criſtallino. Secundo ſpiritus animales deſcendentes in humorem criſtallinum obſeruat. Tertio humorem criſtallinum in ſede ſua firmat. Quarto nè à duritie vicinarum membranarum lædatur vetat. Iris in oculo eſt circulus, qui in anteriore parte eſt collocatus, varijs coloribus refertus. Et dicitur *Iris*, ſumpta ſimilitudine ab iride cæleſti. Illud autem foramen, quod in medio huius circuli conſpicitur, correſpondens oculi centro, vt quoddam punctum dicitur pupilla, eſtque foramen vueæ. Colores demum, qui in oculis apparent, partim ſunt apparentes ex varia luminis reflexione, partim ex vueæ coloribus orti. Præter ea, quæ dicta ſunt, reperiuntur in oculis venæ, pro nutritione illorum à venis iugularibus ortum ducentes. Reperiuntur etiā arteriæ vitalem ſpiritum & calorem influentem deferentes, quæ à carotidibus arterijs originem ducunt, & in vnoquoque oculo conſpicitur vnus neruus opticus à prima coniugatione ſcatu-

riens,

rlens, & alius à ſecunda. Neruus opticus
inſeruit ad viſionem; & neruus ſecundæ
coniugationis deſcendit ad muſculos pro
motu. Inuenitur etiam copioſus adeps,
ne aſsiduis motionibus oculus exſiccetur,
& inflammetur, & vt ſuo calore oculum
à frigiditate defendat, quo pacto oculi
non rigent ex *Phyloſ. in problemat.* Inue-
niuntur prætereà exiguæ carunculæ; ſeu
glandulæ, quæ ſunt collocatæ in angulo
maiori cuiuſque oculi, quarum vtilitas eſt
primo, vt excrementa à cerebro delapſa
ad oculos ſuſcipiant, ac ſi eſſent ſpongiæ,
deinde per compreſsionem exprimerent,
& ſic lacrimæ fluunt. Secundo vt ſua hu-
miditate oculum irrorarent.

Præter ſenſum viſus, collocatur etiam
in cerebro ſenſus auditus, qui ob ſuam
præſtantiam ſenſus diſciplinæ appellatur,
nam auditu res omnes externæ percipiun-
49 tur. Hæc particula communiter vocatur
Auricula, ſiue *auris*, quia voces audit, &
ſonos. Componitur autem organum au-
ditus ex oſsibus, miro artificio connexis,
& muſculis, tunicis, neruis, venis, arte-
rijs, & cartilaginibus. Diuiditur auris in
externam, & internam. Vocatur auris ex-
terna, quæ exterius conſpicua eſt, ſub-
ſtantiæ cartilaginoſæ, ne facile frangere-
tur, vt oſſa, & ne contunderetur, vt caro.
ſuperior auriculę pars vocatur *Ala*, ſeu
Pinna, externus ambitus, *Gibboſus*, & pars
interna carnoſa ab ala dependens, *Locus*
omne vero, quod in aure ſupereſt, voca-
tur *auris interna*, in qua verum, & pro-
prium organum auditus collocatur, cuius
50 ſedes eſt in *Oſſe petroſo*. In quo quidem
oſſe petroſo conſpicitur aditus patens, qui
dicitur auditorius, tortuoſus, & obliquus,
rotundus, & anguſtus. Tortuoſitas ope-
ratur, ne aer externus ſubito pro varieta-
te temporum lædat; obliquitas, vt vehe-
mens aeris percuſsi ſonus in obliquo du-
ctu vehementer refringatur; rotunditas
vero vt beſtiolarum, & paruorum corpu-
ſculorum, quæ moleſtant, ingreſſum pro-
hibeat. Hic tortuoſus meatus, paruus,
obliquus, & anguſtus, non recta via pro-
cedit, ſed oblique ſurſum aſcendit, vt ſi
quid extraneum ingreſſum ſit, facilius ela-
batur. Et in huius cauitatis fine conſpici-
tur quoddam, velut ſeptum, à quo inci-
pit ſecunda cauitas: quod ſeptum mem-
branoſum eſt, & quia ad modum timpani
huius ſepti membrana tenditur, vocatur
51 *Timpanum*, ſubſtantiæ tenuis denſæ, ſic-
cæ, & acuti ſenſus, vt medijs his quali-
tatibus commodius ſuum munus obiret.
Obtinet item hæc membrana ſitum obli-
quum, vt vis aeris ingredientis, aut alte-
rius rei, itineris obliquitate, diuturna
contracta mora refringatur, & minus no-
ceat. Oritur à dura meninge, poſtquam
procedit ſecundus meatus obliquus, in
52 quo conſiſtit *Aer implantatus*, immobilis,
qui eſt medium internum pro auditu. Por-
rò in ſecunda cauitate inueniuntur tria oſ-
ſicula, quæ vocantur; *Stapes*, *Incus*, *Mal-
53 leus*, ſic dicta non ſolum à figura, ſed ab
officio. Quæ quidem oſſicula non dearti-
culantur interſe more aliorum oſſium, ſed
54 alligantur cum membrana illa, *Timpano*
dicta, ope cordæ cuiuſdam tenuiſsimæ,
quæ iuxta menſuram timpani extenditur,
tangitque hæc oſsicula quidam neruus
quintæ coniugationis, vt horum organo-
rum naturalis contiguitas ſeruetur. Fitq;
auditus, hac ratione, vt aer externus tim-
panum, & aerem ſibi adiunctum percutiat.
In hac etiam ſecunda cauitate conſtituunt
Anatomici duo exigua foramina inter ſe
diuiſa paruo quodam tuberculo, quæ fo-
ramina delationi aeris inſeruiunt. Præter
hæc inuenitur quidam canaliculus, ten-
dens in palatum; ad aeris vernaculi ex-
purgationem. Qui ductus eſt cartilagenus,
& à natura ea arte fabricatus, vt permit-
tat excrementa deſcendere in palatum,
non tamen, vt in aurem retrocedant. Ter-
tia cauitas etiam reperitur in aure, quam
55 à ſimilitudine *Labirintum* vocant, cuius
vtilitas eſt, vt ſonus, tranſiens per angu-
ſtum, fiat auctior. Quarta denique caui-
tas eſt, quæ à quibuſdam vocatur *Cecum
foramen*, ſeu etiam *Coclea*, quod teſtæ co-
cleæ ſimilis ſit, & in radice auris duæ glã-
dulæ conſpiciuntur, ad quas cerebrum
ſua excrementa detrudit, quæ appellan-
tur *Parotides*, in quibus fiunt inflammatio-
nes.

56 Naſi conſtitutio conflatur ex oſſibus,
cartilaginibus, muſculis, venis, neruis,
arterijs, membrana, & cute. Oſſa tria ſunt,
duo lateralia, & vnum in medio, quaſi
ſeptum, vtramque narem diuidens; Quæ
oſſa naſi medietatem attingunt, & ab hoc
loco cartilagines prodeunt. Quæ cartila-
gines ſunt quinque, tres oſſibus correſpõ-
dentes, quarum media *Septum* dicitur, duę
laterales, altiori loco conſtitutæ, & *Ad-
natæ* dictæ. Duæ autem laterales magis
infimæ, quæ per reſpirationem mouentur
vocan-

57 vocantur *Alæ*, ſeu *Pinnæ*. Muſculi qua-
tuor ſunt, vt aliquæ eius partes moueantur: Duo inſeruiunt in dilatione naſi, alij
in contractione. Venæ ſuſcipiuntur à iu-
gularibus,arteriæ à carotidibus, quæ ſunt
in iugulo,neruus conſpicitur à tertia con-
iugatione cerebri, non ad organum odo-
ratus, ſed ad peculiarem illius tactum cõ-
ſtituendum. Cuius in parte exteriori ma-
net adipe deſtituta, ne aliquando in mo-
lem acereſcat. Duo foramina naſi multum,
aſcendunt, & conueniunt cum *Oſſe cribro-
ſo*, ſic dicto à multitudine foraminum,
quod quidem os à parte, qua communi-
cat cum ore, eſt magis ſpongioſum,at ve-
ro à parte, qua communicat cum cerebro
eſt magis durum, in cuius medio conſpi-
citur appendix,quæ ob ſimilitudinem vo-
58 catur *Criſta*, & in latebris oſſis cribroſi
reſpectu criſtæ adſunt duo parua forami-
na, ad quæ deſcendunt duæ propagines
cerebri,quas à ſimilitudine vocamus *Pro-
59 ceſſus mammillares*, in quibus ex commu-
ni opinione reponendum eſt odoratus or-
ganum. Fuit factus naſus, primo vt eſſet
organum deferens odores, ſecundo vt eſ-
ſet organum deferens aerem in pulmonẽ
pro ſpiritu vitali,in cerebrum pro animali.
Tertio vt eſſet organum expurgans excre-
mentum deſcendens à cerebro. Quarto
ad formandam vocem. Quinto ad faciei
ornatum.
60 Oris conſtitutionem, & fabricam mul-
ta ingrediuntur, ſed præcipuæ partes exi-
ſtunt duæ mandibulæ, nempè ſuperior,
quæ immobilis eſt, & capiti affixa, & in-
ferior, quæ perpetuò mouetur. Vtraque
tamen mandibula vt plurimum ſexdecim
dentibus eſt refecta. Aperto ore, hæ duæ
mandibulæ cum ſuis dentibus occurrunt,
& ſimiliter gingiuæ, palatum, vuula, lin-
61 gua, fauces, pariſthmia. *Gingiuæ* ſunt
carnes illæ immobiles, quæ mandibulis
inhærent. Harum vſus eſt, vt earum ope
62 dentes in ſuis alueolis firmentur. *Palatum*
eſt pars ſuperior oris, quæ alio nomine di-
citur *Cælum oris*, & præcipuè eſt illa pars,
ſupra quam firmatur naſus. In fine Palati
verſus fauces duo adſunt foramina, craſſis
excrementis à cerebro deſcendẽtibus pa-
63 rata. *Vuula*, quæ ab alijs dicitur *Vua*,
diuerſis nominibus inſignitur, licet vua
magis pertineat ad hanc partem morbo
affectam, quam vuula, quod eſt nomen
proprium huius partis, quo pacto aucto-
res, cum loquuntur de inflammatione il-
lius, ſemper inſigniunt caput de vua, non
de vuula, nam hæc pars in morboſo ſtatu
ita corrugatur, vt vuam repreſentet. Ap-
pellatur etiã ab Anatomicis *Gurgulio*, *gar-
gareon*, *columna*, *columella*, *plectrum*, ſeu
tintinnabulum vocis. Eſtque hæc particu-
la fungoſa, & carnea, à fine palati, vbi
foramina narium fauces ſpectant, orta, in
modum piramidis libere deſcendens, ve-
nis arterijs, & neruis conſtans. Quæque
particula fuit à natura conſtituta, primo
vt vocem moduletur, nam gurgulione per
vlcera gallicata, aut alia quauis ratione
imminuto, & conſumpto, turpis vox ap-
paret. Secundo, vt frigidioris aeris ingre-
dientis impetum detineat, & coerceat, ne
pulmonibus officiat,& miſerè contabeſcat
animal, refrigeratis vijs ſpiritus ab am-
biente aere,cum excrementa ab aere craſ-
ſiora facta, & præ mora acriora reddita,
exulcerent pulmonem, quo pacto expe-
rimento cognitum eſt, & firmat *Ariſt. in
problem.* eos, qui citra vulam viuunt, ta-
bidos hac de cauſa progreſſu temporis
euadere. Adde quod refrigeratus non bo-
num parat cordi refrigerium, & ſic inna-
tus ignis extinguitur.
64 Lingua in medio oris conſiſtit, vt qui-
dam fidelis cuſtos; ſic dicta, quia ſimul li-
gat, & detinet, aut quia dentibus, & ma-
xillis, quaſi in quodam ſepto ſit ligata; &
à quibuſdam vocatur Sermonis nuncia.
Eius ſubſtantia eſt carnea, mollis, rara,
ſpongioſa, vt illi alia ſimilis in corpore
non reperiatur. Habet plures venas, &
arterias, ſed maiores, quam eius ſit moles.
Habet item tunicas, ſiue membranas,
vnam internam eius carni coniunctam,al-
teram externam, ori, palato, & ventriculo
communem. Ad quas membranas nerui
ſparguntur a tertia, & quarta coniugatio-
ne pro ſenſu, & motu. Et neruos habet
pro motu à ſeptima coniugatione. In in-
feriori eius parte adnaſcitur funiculus,
65 qui vocatur *Frænulum*,ſoli linguæ, & pu-
dendo conceſſum;quod ſolùm in his duo-
bus organis voluit natura homines eſſe
continentes. Habet demum linguæ
decem muſculos, quorum ope, ſurſum,
deorſum, ante, retro, & in latera mo-
uetur; ac figura, & magnitudine talis
eſt, vt omni ex parte omnibus partibus
oris commode applicetur. Quod attinet
ad eius vſus, hi mirabiles ſunt, &
ſic ab omnibus magnis præconijs lauda-
tur. Primo enim ad vocem dearticulan-
dam

dam inſeruit, & ſic in homine nuntia voluntatis appellatur. Secundò omnes differentias ſaporum agnoſcit cuius officij munere organũ guſtus conſtituitur. Tertio ad inſtar manus nobis inſeruit, huc illucque cibos in ore transferens, & in æſophagum trudens. Alia item vtilitas elicitur ex *Hip. 6. epid. ſect. 1. tex. 14.* nam ſicuti vrina humores peccantes oſtẽdit, ſic lotium lingua ſignificat. Tanta denique eſt linguæ præſtantia, vt iure optimo diuinum organum appelletur. Ad ipſius demum radicem ad extremum palatum quædam adnaſcuntur carunculæ,
66 à latinis *Tonſillæ* à Græcis *Pariſthmia*, & à Barbaris Amigdalæ appellatæ. Quarum duplex eſt vſus; Primo vt ſuſcipiant ſaliuam, à cerebro diſtillantem; Secundò vt fauces, & linguam ſaliua ſua humectent.

67 Fauces appellamus totam illam capacitatem, quæ toto ore aperto, & directo viſui ſeſe offert. Cuius oris externa conſtitutio duobus *Labris* finitur, quorum vſus non ſolum ad vocem dearticulandam, & formandam, ſed ad dentium tutelam eſt neceſſarius; deinde ad ciborum retentionem fabricata ſunt, habentia ſubſtantiam quaſi fungoſam. Hæc ex quatuor muſculis ſimul cum cute veſtiuntur; & hæc cutis eſt eadem, quæ ventriculum veſtit; ex quo apparet ſolutum dubium, ab auctoribus propoſitum, cur dum ventriculus nauſea laborat, labra tremant & aliud, cur labiorum palpitatio vomitum futurũ prænunciet.

In fine linguæ, & loco faucium adeſt canalis quidam, longus, & rotundus, deorſum tendens vſque ad ventriculum, qui à Græcis appellatur *Eſophagus*, à la-
68 tinis *Gula*, locaturq; hic canalis inter vertebras ſpinæ, & aſperam arteriam. Conſtat ſubſtantia membranoſa, & neruea, vt facile extendi, & contrahi poſſit. Conſtat item duabus tunicis proprijs, ex quibus interna eſt durior, fibris rectis inſignita; externa eſt carnoſior, & ſolum tranſuerſis fibris ornata; prioribus ſcilicet rectis trahit alimentum, & poſterioribus tranſuerſis deorſum trahit, ea ratione, vt vtroque genere fibrarũ perficiatur deglutinnis opus. In medio Aeſophagi ſecundum longitudinem adſunt duæ glandulæ, quarum duplex eſt vſus. Primo ſcilicet, vt ſua humiditate perpetuo æſophagum irrigent. Secundò vt hac de-cauſa melius contrahi poſſit, promptiuſque labatur cibus. Vſus gulæ primus eſt, vt ſit via communis cibi, potuſque; Secundus, vt tempore neceſſitatis per eam vacuentur quæ ventriculum moleſtant.

69 In fine Aeſophagi eſt *Ventriculus* cibi, potionisque commune receptaculum, nõ quod inter ſe diuidantur ventriculus, & æſophagus, qui continui ſunt. Collocatur autem ventriculus ſtatim ſub ſepto tranſuerſo, inter lienem, & hepar, ea ſeruata lege, quod maior pars ventriculi inclinet ad latus ſiniſtrum; ſed ita eſt ſub hypocondrio ſiniſtro, vt cedat hepati. Figura eſt oblonga, & rotunda, cucurbitæ inſtar. Eſt æqualiter oblongus, habetque duo orificia, ſuperius, & inferius; per ſuperum cibos admittit, per inferius iam confectos ad inteſtina detrudit; inferius enim recta via in inteſtinum tendit, ſed verſus ſuperiora ſpectat. Subſtantia ventriculi eſt membranoſa. Conſtatque tribus tunicis, prima exteriore, mutuata ex peritonæo, in propugnaculum vaſorum, venarum ſcilicet, & arteriarum, & duabus proprijs, ex quibus Interior eſt neruoſior, & durior. Conſtat item omni fibrarum genere, vt cum ſecuritate extendi, attrahere, retinere, expellere poſſit. Extrema tunica, quæ magis eſt carnoſa, plures habet fibras tranſuerſas, & pauciores obliqua. Ex duobus orificijs ventriculi ſuperum nomine caret, ſed eſt magis amplum, quod alimen-
70 ta cruda, & dura ſuſcipiat. Inferius vocatur à Græcis *Pylorus* à latinis *Ianitor*, quod non permittat labi alimenta ad inteſtina priuſquam ſint concocta. Hoc oſtiolum eſt anguſtius, & ſtrictius ſuperiore, ſicuti quæ debent exire, ſunt liquidiora. In pylori interna parte quædam protuberant glanduloſæ ſubſtantiæ, ianitoris anguſtiã adaugẽtes. Habet inſuper ventriculus plurimas venas, mutuatas à vena portæ, & à vena caua: Per venas portæ pars tenuior chili velociter defertur ad hepar, abſq; eo quod pertingat inteſtina. Per venas à caua tributas miniſtratur alimentũ ventriculo, & fiunt copioſi ſanguinis fluxus. Arterias ſuſcipit vẽtriculus ab arteria magna, neruos plures, & magnos, à ſexta coniugatione deductos. Præter vaſa prædicta, aliud vas venoſum, à liene exiliens, deducitur ad fundum ventriculi, non quidem, vt excitet famem, ſed dumtaxat, vt ventriculum roboret, quo cibos reti-

retineat , donec optime ſint concocti .
Aliud item vas ad fundum ventriculi ali-
quando eſt animaduerſum, à vaſis expur-
gantibus excrementum bilioſum originē
ducens. Sed hæc conformatio miſerabi-
lis eſt, & vitioſa, quoniam ex naturæ le-
ge hoc vas ad inteſtinum duodenum de-
bebat implantari; quando enim ventricu-
lum attingit, omnes ſic affecti, perpe-
tuò euomunt bilem; quare vocantur in-
71 fælices à natura, & *Picrocholi* factus eſt
ventriculus à natura, primò vt ſit com-
mune receptaculum cibi, & potus, ſecun-
do, vt in eo conficiatur coctio, ſeu gene-
ratio chili, tertio vt in eo reſideat ſen-
ſus functionis, qui fames dicitur, qua ad-
monitum animal cibi, potuſque indigen-
tia, ad cibum capiendum moueatur. Vn-
de ſicuti præſtat egregias vtilitates toti
compoſito neceſſarias, ſic cum præcipuis
partibus animalis magnam habet affinita-
tem. Conſentit enim ſumme cum cere-
bro per plures neruos, cum hepate per
venas venæ portæ, & per venas venę ca-
uæ, *ſec. Gal.* cum corde per viciniam ar-
teriarum, cum æſophago per ſupernum
orificium, cum inteſtinis per pylorum;
cum reliquis partibus exiſtentibus in re-
gione abdominis per conſenſū peritonæi.
72 Finito ventriculo, ſuo ordine occurrunt
inteſtina ventriculo continua; quæ à Bar-
baris dicuntur *Chordæ*, ab antiquis *Inter-
ranea*, & ſunt continua. Ille magnus inte-
ſtinorum ductus, ab inferiori ventriculi
orificio vſque ad podicem pertinens, vl-
nas italicas habet 14. vt placuit *Veſal. lib.
5. de fabrica*, & *ſecund. Galen. lib. de ho-
min. ſtructur. nu.* 7. tredecim cubitos.
Sunt inteſtina rotunda, & concaua, ab
inferiori ventriculi orificio vſque ad podi-
cem extenſa, coquendis, alterandis, di-
ſtribuendis alimentis, necnon expurgādis
fæcibus idonea; oriuntur à ventriculo, &
in maiori abdominis parte collocantur.
Eorum ſubſtantia eſt membranoſa, con-
ſtans duabus tunicis proprijs, & tertia
communi, mutuata à peritonæo, ex pluri-
bus neruis, venis, & arterijs conſtructa.
Ideoque membranoſa ſunt, vt diſtenſa
minus patiantur; Duaſque tunicas pro-
prias obtinuerunt, primo vt facultas ex-
pultrix eſſet robuſtior in expellendo; ſe-
cundo, vt ſi aliquando vna tunica præ
morbo dilaceretur, rodatur, & putreſiat,
reliquæ incolumes remanerent. Et vtra-
que tunica diſtinguitur à tunicis ventricu-
li in duritie, & ſubſtantia minus carnoſa,
ex quo nec ſubſtantiam ventriculi ſuſcipe-
re debuiſſent. Præter hæc omnia obti-
nuerunt inteſtina in parte inferiore humo-
rem quendam pinguem, & concretum, ad
modum pituitæ, qui à bilis acrimonijs il-
la defendi, ne fortè ſua mordacitate
exulceraret. Vtraque inteſtinorum tuni-
ca habet fibras tranſuerſas ob validam
expulſionem, qua pollent, & ſolum in re-
cto inteſtino reperitur omne fibrarum ge-
nus, ratione roboris, ac firmitudinis, quod
ſicciora excremēta debeat obtinere. Non
omnia æqualem numerum venarum ſuſci-
piunt, nam quo ſunt ventriculo proximio-
ra, plures venas habent; & ſic ordine quo-
dam gracilia inteſtina plures, craſſa pau-
ciores, ſic etiam arterias à ramis arteriæ
magnę deſcendentes; & neruos à quibuſ-
dam partitionibus ſextæ coniugationis
ſortita ſunt. Licet autem inteſtinorum
corpus à principio vſque ad finem ſit vnū,
& continuum, nihilominus tamen pro va-
rietate ſubſtantiæ, figuræ, officij, & ſitus
diuerſas ſuſcipit denominationes. Ete-
nim ratione ſubſtātię alia dicuntur *craſſa*,
alia *tenuia*, alia *gracilia* Ratione officij alia
ſuſcipiunt, alia diſtribuunt. Ratione for-
mæ alia dicuntur *recta*, alia habentia *or-
bes, meandros* & *plexus*. Ratione ſitus di-
cuntur *inferiora*, & *ſuperiora*.
73 Primum inteſtinum incipiens à ventri-
culo, dicitur à Græcis *Dodecadactilon*, à
latinis *Duodenum*, ſumpta ſimilitudine
duodecim digitorum, & multis plexibus,
ſiue plicis eſt implicatum Oritur ab infe-
riori ventriculi parte, & deſcendit verſus
ſpinam, vt locum præbeat venæ portæ, ſe-
cundum propriam longitudinem exten-
ſum habet corpus glanduloſum, ſtatim-
que infra ſeptum tranſuerſum tenuia in-
teſtina exiſtunt, & pluries multiplicata di-
uiſione inteſtina craſſa.
74 Secundo ordine procedit inteſtinum
Ieiunum, ſic dictum, quod inter diſſecan-
dum appareat reliquis magis inane, & ſic
magis ieiunum repræſentetur; Parum
enim immoratur chilus in hoc inteſtino;
primò ratione bilioſi excrementi, eius
motum accelerantis. Secundò ratione
plurium venarum, chilum ad hepar attra-
hentium. Tenuius duodeno eſt hoc in-
teſtinum, & collocatur ferè in tota regio-
ne vmbilicali, ſuis flexibus, ad ilia vſ-
que deſcendens.
75 Tertiò loco procedit inteſtinum *Ileon*,

ſic vocatum, quia freqnentibns giris, ſiue
anfractibus conſtat, & vltimum gracilium
eſt, omnium longiſſimum, obtinuit ſitum
infra vmbilicum ad ilia, ob quam cau-
ſam ratione huins inteſtini illæ partes *Ilia*
vocantur. Difficulter diſtinguitur à ie-
iuno, niſi quod in hoc venæ meſeraicæ
ſunt plures, & maiores.

76 Quarto loco procedit inteſtinũ *Cæcum*,
ſiue *Monoculum*; quod conſtat vnico dum-
taxat foramine, quo diuerſis temporibus,
& ſuſcipit, & expellit; licet non defuerint,
qui huic inteſtino duo parua orificia con-
cederent iuxta ſe poſita, per quorum
vnum ſuſcipiat, per aliud expellat. Loca-
tur hoc inteſtinum in parte dextra; Et eius
vſus peculiaris eſt, vt in eo chilus deten-
tus amplius concoquatur; ob quam cau-
ſam bruta animalia, quanto voraciora
ſunt, magis obtinuerunt illud amplum,
aut multoties duplicatum. Et appendix,
quæ in pueri, eſt amplior, inſeruit, vt craſ-
ſior pars chili ibi ob viarum anguſtiam
moretur, & perfectior concoquatur.

77 Quinto loco ſequitur inteſtinum *Colon*,
ab inteſtino cęco originem ducens, in
dextro ilio tangens renem dextrum, & ab
hoc loco adhæreſcens ventriculi fundo;
extenditur ad ſiniſtrum renem, & ilium
ſiniſtrum, ad modum cinguli ab hoc loco
deorſum deſcendit. Hocque omnium eſt
ampliſſimum, habens plures flexus, &
mæandros.

78 Sexto, & vltimo loco eſt *Inteſtinum re-
ctum*, ſic dictum ratione ſitus, quod à
parte dextra oſſis ſacri, vſque in anum
recta via feratur. In cuius fine exiſtit qui-
dam muſculus tranſuerſus, qui non per-
mittit excrementa ſine lege, & ordine
exire.

Aduertendum verò, quod inteſtina,
quę tenuia dicuntur, ſunt locata in me-
dio, craſſa ad latera, & circumcirca, vt
quidam murus. Inteſtina tenuia, ſitu, &
compoſitione, inferiora ſunt craſſis; craſ-
ſa verò ſuperiora, licet tenuia in exortu à
ventriculo ſint priora. Ne autem inteſti-
na aſſiduis animalium motionibus diſſum-
perentur, aut à ſua naturali ſede moue-
rentur deorſum, ea ſpinę fortiter alliga-
uit natura, media illa membrana, quę di-
79 citur *Meſenterium*, ſiue *Meſaræum*, quo-
niam eſt in medio inteſtinorum verſus
partem poſteriorem, quod membrum ni-
hil aliud eſt, quam quoddam corpus
membranoſum, duabus tunicis, pluribus
venis, arterijs, quibuſdam neruis, copio-
ſo adipe, & glandulis intertextum, inte-
ſtina colligans. Duę eius membranę
oriuntur à peritonęo, & à ligamentis, ver-
tebras annectentibus, & os ſacrum cum
oſſibus ilium; Arterias ſuſcipit, & venas,
à ramis meſentericis, neruos à ſexta con-
iugatione. Vſus copioſi adipis meſente-
rij ſimul cum glandulis à natura eſt con-
ſtitutus, primò, ne vaſa rumperentur; Se-
cundo ne cauitates vaſorum ſic facilè
comprimerentur, Tertio vt glandulæ ſua
humiditate inteſtina irrorarent; Quartò,
vt eſſent quaſi vaſorum ligamenta; Quin-
to ne ventriculus ex ſpinæ contactu læde-
retur. Corpus glanduloſum in poſtrema
ventriculi regione verſus ſpinam reper-
tum, duodeno inteſtino adhæret; quod
quia quandam carnem, & diuerſam natu-
ram à meſenterio repreſentat, *Pancreas*,
80 tam à Græcis, quam latinis appellatur;
cuius vtilitas eſt, vt ramos venæ portæ
ventriculo, & lieni diſtribuendos, ſecu-
ros reddat, deinde vt ventriculo tanquam
molle ſubſterniculum ſubijciatur.

81 Quod autem attinet ad regionem tho-
racis; Aer per os ingreditur ad pulmo-
nes, & cor, ſed per aliam viam diſtinctam
ab illa, per quam ingreditur cibus, & po-
tus. Quæ via aeris in pulmones, & cor,
eſt canalis cauus, oblongus, cartilagineus,
ſupra eſophagum recta via deorſum ten-
82 dens, & dicitur *Aſpera arteria*. Voca-
tur arteria ab officio, quod deferat aerem
ad cor, & expurget fuligines, & dicitur
aſpera à conſtitutione, vt diſtinguatur à
reliquis arterijs totius corporis pulſanti-
bus, quæ leues dicuntur. Conſtat igitur
aſpera arteria membranis, cartilaginibus,
venis, arterijs, neruis; facta eſt cartilagi-
nea, quia non ſolum erat futurum orga-
num reſpirationis, ſed etiam vocis; &
quia in attrahendo aere debuit dilatari,
ac contrahi. Ob eamque cauſam non eſt
fabricata aſpera arteria ex vna dumtaxat
cartilagine, ſed ex pluribus, anuli for-
mam referentibus, quæ ea parte, quæ
æſophago coniungitur, non conſtituunt
integrum annulum. Ligantur autem hæ
cartilagines inter ſe per membranulas,
tam in brutis, quam in hominibus. Ratio
quare cartilagines non conſtituant inte-
grum annulum, eſt primò, ne æſophagus
à duritie cartilaginis lædi poſſit. Secun-
dò ob ſecuritatem ipſius aſperę arteriæ,
quæ ſub hac conſtitutione minus ab ex-
trinſeco

Digitized by Google

trinſeco offenditur. Tertiò ratione deglutionis, vt ligamentis duris melius cederet. Aſperæ arteriæ figura aſſimilatur arbori ſine radice, cuius maiores rami diuiduntur in alios duos minores; quilibet horum in alios; & ſic multiplicatur diuiſio aſperæ arteriæ per corpus pulmonis, habetque duas ſuperficies, internam, & externam; Illa eſt æqualis, hæc verò ſimiliter habet duas tunicas, vnam externam à pleura, aliam internam, & propriam, craſſam, duram. Venas conſequuta eſt à vena caua, arterias ab arteria magna, neruos à ſexta coniugatione. Superior pars, qua cum ore communicat, appella-
83 tur à Græcis *Larinx* à latinis *caput arteriæ*. Componitur latinx ex tribus cartilaginibus, quarum prima à figura, dicitur ſcutiformis. Secunda appellatur annularis, quæ etiam baſis, & fundamentum reliquarum exiſtit. Tertia dicitur gemina, & habet orificium quoddam factum ex cartilaginea membrana, quod *Epilottis*
84 vocatur, ſeu latingis operculum. Reliquum aſperæ arteriæ corpus ex multis perficitur cartilaginibus, quarum quælibet reſpondet viculo. Ad latera latingis exiſtunt duæ glandulæ, vt ſua humiditate prædictas partes irrigent. Denique aſpera arteria, præcipuè in loco latingis habet plures muſculos, quorum beneficio variè mouetur; & facta eſt, vt ſit via, & canalis, per quem aer ingreditur, & egreditur. Secundo vt ſit præcipuum vocis organum, & maxime ſecundum laringem, ob quam cauſam vox, & reſpiratio copulantur; ſicque animalia, quæ reſpirant, habent vocem, pulmones, aſperam arteriam, & dextrum ventriculum cordis; & è contra deficiente voce hæc deficiunt.

Inferior pars aſperæ arteriæ, mediantibus ſuis ramis, adiungitur illi organo,
85 quod *Flabellum cordis* appellatur, & *Pulmo* dicitur, qui componitur ex carne, ſibi propria, triplici vaſorum genere, & tenui membrana. Eius ſubſtantia eſt caro mollis, rara, ſpungioſa, vt inſtar follis aerem ſuſcipiat, & fuliginibus, & vaporibus viam præbeat. Color carnis pulmonis in fetu, intra vterum exiſtente, eſt rubicundus, in adultis magis albicans, in his ratione motus, & copia ſpirituum; in illis vero defectu vtriuſque. Collocatur Pulmo in ampla thoracis regione, ea lege, vt quando dilatatur, tam dexter, quam ſiniſter totam cauitatem repleat. Habetque pulmo ſciſſuras, quas *Lobos*, *pinnas*, *ſeu alas* dicimus; duas patitur diuiſiones, ad faciliorem motum, ſeu cordis amplexum. Nulli parti eſt alligatus propter libertatem motus, ſed ſolum ſuſpenditur, vaſorum, & aſperæ arteriæ interuentu, ne dilabatur; aliquando tamen viſus eſt in hominibus thoracis lateribus ligari. In duas partes diuiſus eſt, vt vna deficiente in vno latere, reliquus, qui permanet incolumis, inſeruiat animali. Obtinuitque inſignem molem, vt plurimum aerem ſuſciperet, qui pluribus motionibus cordis ſufficere poteſt. Porrò per corpus, & ſubſtantiam pulmonis tria vaſorum genera diſſeminantur; itaut dubitandum, an pulmo exiſtat fundamento vaſorum, an verò ab ipſis eius calor ſuſtentetur. Aſpera arteria, quę vt dictum eſt, initium ſumit à faucibus, per vniuerſum pulmonis corpus excurrens, non ſolum aerem intro, foraſque fert, ſed etiam vapores, ſeu fuligines. Vt autem diſſeminetur per corpus pulmonis, iuxta quartam vertebram thoracis diuiditur in duos truncos, quorum dexter tendit in dextrum pulmonem, ſiniſter in ſiniſtrum, & iſtorum quilibet in duos ramos diuiditur, & rurſus quilibet ſuo ordine in plures, donec multiplicata diuiſione vniuerſum pulmonis corpus intertextum appa-
86 reat. Arteria autem venalis, quę à ſiniſtro cordis ventriculo procedit, & vena arterialis, quę à dextro oritur, ab oppoſito loco ſurſum tendentia, pari lege, ſicut aſpera arteria diuiduntur, & diſſeminantur in pulmones, & intertexta tria hæc vaſorum genera apparent intra pulmonis corpus; huncque ſeruant ordinem, vt rami aſperæ arteriæ ſint in medio, rami arteriæ venoſę ſint in parte anteriori, at verò rami venę arterialis in parte poſteriori pulmonis. Hęc vaſa per oſcula ſeſe contingunt, & inuicem communicant, efficientia admirabilem anaſtomoſin intra pulmonis corpus. Reliqua verò extrema oſcula, tam aſperę arterię, & arterię venoſæ, quam venę arterioſę, quę manent ſoluta, in extremam pulmonis ſuperficiem decidunt. Vniuerſa hęc pulmonis machina non aliter quam hepar, tenui quadam membrana obuoluitur, orta à pleura; in quam patui diſſeminantur nerui, à ſexta coniunctione originem habentes, qui eius ſubſtantiam non penetrant, & idcirco in affectibus pulmonis nunquam adeſt acutus dolor. Factus eſt pulmo à

natura, primò vt aerem cordi pręparet pro ſpiritus vitalis regeneratione; Secundo vt cordis calorem attemperet. Tertiò ad formandam vocem; Quarto vt ſit ſuſtentaculum cordis; cum quo communicat per arteriam venoſam, & venam arterioſam; & per dorſum communicat cum aſpera arteria, cum parte anteriore pectoris per mediaſtinum, ſeu membranam, coſtas interſepientem.

Omnia quæ de pulmonis fabrica, & eius vaſis adducta ſunt, conſpirant in præſtantiſſimum animalis membrum, quod
87 communi appellatione *Cor* nominatur, quod eſt principium, & ſedes facultatis vitalis, & caloris vitalis fons, in quo ſanguis arterialis, & ſpiritus producerętur, & ideo in medio corporis eſt creatum, vt tum inferioribus, tum ſuperioribus partibus calorem vitalem largiatur; Cuius figura eſt piramidalis, ſimilis nuci pineæ. Quam formam obtinuit, quod ratione rotunditatis ſit capaciſſima, & magis ſecura, ratione verò longitudinis intenſe attrahat, ſi verum eſt, quod omni attractionis genere inſigniatur à vacuo, à facultate, à calore. Tota ſuperficies externa cordis à baſi vſque ad mucronem eſt leuis, & ſolum eam ſortitur inæqualitatem, quam arteriæ, & venæ conſtituunt. Eſt in media thoracis regione collocatum, non quomodocumque, ſed ſecundum trinam dimenſionem, reſpectu centri thoracis; quod intelligendum eſt ſecundum baſim, cum certum ſit ratione mucronis ad ſiniſtram inclinare, ne ſua cuſpide ſeptum tranſuerſum impediret, dum mouetur. Cuius quidem cordis fabrica vniuerſa conſurgit ex carne ſibi propria, adipe, venis, arterijs, atque etiam neruis, duabus auriculis, & duobus ventriculis. Caro eius eſt minus rubra muſculorum carne; magis denſa, dura, & ſolida, ratione contentorum, ſcilicet ſpiritus, & ſanguinis arterialis, & perpetuitatis in motu, licet in mucrone ſit durior, quam in baſi, in quem ſcilicet mucronem deſinunt fibræ. Pariter durities, & ſubſtantiæ ſoliditas non eſt æqualis in toto corde, quia maior reperitur in ſiniſtro ventriculo ratione contenti, quam in dextro. Propria hæc caro, & & ſubſtantia cordis triplici fibrarum genere eſt contexta, ſcilicet rectarum, obliquarum, tranſuerſarum, quæ ſic inter ſe coniunguntur, & aſſociantur, vt nulla arte diuidi, vel ſeparari queant. Quæ fibræ debentur cordi, tum propter robur, & firmitudinem membri, tum quia mediantibus fibris rectis cor ſanguinem, & aerem attrahit, obliquis retinet, & aere fruitur attracto, at verò tranſuerſis, vt fiat ſanguinis, & fuliginum expulſio in pulmones, & vt ſpiritus vitalis, & ſanguinis arterialis per arteriam magnam in vniuerſum corpus tranſmiſſio fiat. Vaſa autem, quæ reperiuntur in corde, ſunt in duplici differentia, quædam propria, & quædam communia. Propria ſunt vena vna coronalis pro nutritione, vna arteria coronalis, ambo innatum calorem fouentes. Vaſa communia ſic dicta ſunt, quæ non ſolùm cordi, ſed vniuerſo corpori animalis inſeruiunt; & ſunt duæ venæ, duæque arteriæ. Venæ aſſiſtunt lateri, & ventriculo dextro, arteriæ lateri, & ventriculo ſiniſtro. Quæ venæ ſunt vena caua, à qua ſuſcipit cor ſanguinem elaborandum pro pulmone; & vena arterioſa, per quam tribuit alimentum pulmonibus. Dicitur vena ab officio, quia defert ſanguinem, & continet; arterioſa verò à conſtitutione, quod magis craſſam obtineat tunicam, quam omnes alię venæ. Arteriæ ſunt, arteria magna, per quam cor vniuerſo corpori ſanguinem arterialem, & ſpiritus vitales tribuit. Alia eſt arteria venoſa, per quã aerem pro ſpirituum generatione accipit, & pulmonibus ſanguinem arterialem, & ſpiritum vitalem præbet. Dicitur arteria ab officio; venoſa vero, quia cum debuiſſet habere tunicas ſextuplo craſſiores, quam ſit tunica venę, aſſecuta eſt in compoſitione venarum naturam. Vt autem non confunderetur naturæ ordo, quando ſuo motu agitatur cor, in principio horum quatuor vaſorum conſpiciuntur quędam membranæ, ſeu valuulæ, ſiue oſtiola, ea naturæ lege conſtructa, vt nihil exeat à ventriculis, aut ſine ordine regrediatur, quę quidem oſtiola ſunt vndecim tria in vnoquoque vaſe, præterquam in arteria venoſa, in qua ſolum exiſtunt duo; non tamen omnia oſtiola æqualem habent inplantationem, quia alia foris ad intra ſpectant, hoc eſt, foris ſunt aperta, & intus clauſa, & ſunt illa, quibus materiæ introducuntur ad cor; alia oſtiola ab intro foras ſpectant, & ſunt illa, per quæ cor materias effundit. Priora videntur fibroſa, triangulum referentia; poſteriora referunt figuram ſemicirculi; nam quædam valuulæ motu cordis aperiuntur,

aliæ

aliæ clauduntur, ſolum in arteria venoſa nunquam totum clauditur orificium. Cordis ventriculi in animalibus reſpirantibus ſunt duo, vnus in parte dextra, & alius in parte ſiniſtra, ex quibus dexter maior eſt ſiniſtro. Hic dicitur arterioſus, quod aerem eliciat, & ſpiritum vitalem contineat, ille venoſus, quod ſanguinem venoſum attrahat. Siniſter ventriculus circumſcribitur pariete multo craſſiore, quàm dexter; illud autem naturæ opus factum eſt duplici titulo, primo vt cor eſſet in æquilibrio, non magis ad vnam, quam alteram partem inclinans, Secundo, ne ſanguis arterialis, qui tenuiſſimus eſt, facile euaneſcat. Hos ventriculos diſtinguit, ac ſeparat ſubſtantia cordis, quendam parietem conſtituens, qui ab omnibus dicitur *Septum*, qui paries plurimis foraminibus eſt peruius, ea naturæ induſtria, vt a dextro in ſiniſtrum ventriculũ facilis ſit tranſitus per hæc foramina, & ſanguis venalis communicetur ſiniſtro, vt ex eo ſpiritus vitales generentur; licet nõ ſolum per hanc viam materia pro ſpiritu communicetur, ſed per arteriam venoſam ex pulmonibus; vt ob hanc cauſam apertè à Galeno pulmo ſpirituum promptuarium nuncupetur. Ad latera vtriuſque ventriculi conſtituuntur duæ membranæ carneæ, quæ à ſimilitudine dicuntur *Auriculæ*, ex quibus dextra aſſiſtit venæ cauæ, ſiniſtra arteriæ venoſæ. Quarum auricularum vſus ſunt, primo ne aſſiduis motionibus tunicæ tenues venæ cauæ, & arterioſæ venæ rumperentur. Secundò, vt aere ſuſcepto, follis inſtar cor infrigidarent. Tertiò vt vis aeris attracti frangeretur, ſanguiſque detineretur. Demum vniuerſo cordi tenuis membrana obtenditur, inſtar illius, quæ iecur inuoluit, in cuius ſuprema parte, quæ reſpondet baſi, ingens duri adipis copia ſecundum vaſorum multitudinem apparet. Fuitque creatus adeps à natura, ne aſſiduis motionibus cor comburi poſſet, cum ſit flamma vrens; in cuius ſignum ſi viuenti animali digitum immitas, vehementiſſimum ſenties calorem, auctore *Galen. lib. de inæqual. intemp. cap. 3.* Ad hanc tunicam contegentem deſcendit exiguus neruus ſextæ coniugationis, ob eam cauſam, vt quæ ſibi moleſtiam inferrent, illicò ſentiret. Omnes ſupradictæ partes, ex quibus conſtat cor, & vniuerſa eius ſtructura, reſeruantur tanquam in arca, ſeu ſacculo, nempè membrana quadam di-
88 cta *Pericardium*, quæ à latinis medicis *cordis inuolucrum*, ſeu *vagina* nuncupatur. Hæc non adhæret immediatè cordi, ſed tantum diſtat, quantum ſufficit, vt ſine noxa intra eius cauitatem poſſit moueri. In reliqua cauitate, quam non occupat cor, inuenitur quædã aqua, ſimilis ſero, & vrinæ. Cuius ſeri multiplex eſt vſus. primo ne aſſiduis motionibus cor inflammaretur, & deſiccaretur, & ſic ſanum in cuſtodia effloreſcat. Secundus, vt cor quaſi innatans, minus graue eſſet animali. Tertio, vt commodius debile cor moueretur, ab aqua enim reciproco motu agitatur. Originem ducit pericardium à membranis quatuor vaſorum cordis, ſcilicet venæ cauæ arteriæ magnæ, arteriæ venoſę, & venæ arterioſæ. Non habet alium ſitum, quam eum, quem habet cor. Conſtat ſubſtantia membranea, dura, craſſa, quæ inter pulmones, & oſſeam eius ſubſtantiam media eſt. Suſcipit venas à vena caua, arterias ab arteria magna, & ramis venarum, & arteriarum, quæ diſſeminantur per membranas interſepientes thoracem; neruoſque exiles, & obſcuros à recurrente ſiniſtro, ſicuti, & cor.

89 Arteria dicitur vena pulſatilis, & ab Auicenna vocatur *vena audax*; appellatur etiam *arcula*, & arterioſi ſanguinis conceptaculum. Eſt vas rotundum, oblongum, fiſtulæ modo excauatum, duplici tunica fibris intertexta conſtans, ducendo ſanguini ſpirituoſo dicatum. Eius, ſeu earum vſus eſt, primo, vt ſpirituoſum ſanguinem, in ſiniſtro cordis ventriculo concoctum, contineant, diſtribuant, traſmittant. Secundo vt influentem cordis calorem cum vitali ſpiritu in corpus deferant. Tertiò vt calorem natiuum attemperent, dilatatione attrahendo aerem, cuius refrigerio innatus calor fouetur, & contractione fumidas fuligines expellendo, quarum excretione inſigni igni ſuffocatio prohibetur, & idcircò venis multo ſunt nobiliores. Arteria ergo magna, quæ eſt aliarum omnium arteriarũ mater, duplex eſt, aſcendens, & deſcendens. Oritur à ſiniſtro cordis ventriculo ſurſum ad ad iugulum, ibique in duos prægrandes
90 ramos diuiditur, *Subclauios* dictos. A ſubclauio dextro quinque ſcaturiunt arteriæ, prima *Intercoſtalis* ſuperior, quæ ad ſuperiores coſtas fertur. Secunda *Mammaria*, quæ per ſterni regionem in mammas

exi-

exiguos ſpargit ſurculos. Tertia *Muſcula*, quæ in ceruicis muſculos diuiditur. Quarta *Ceruicalis*, quæ in ceruicem aſcendens, perreptat deinde duram matrem, mediam cerebri baſim, & per membranam tenuem ſe ſeſſpargens, in cerebri ventriculos ſe ſe inſinuat. Quinta eſt *Carotis*, ſic dicta, quia his arterijs carotidibus interceptis, caros, & apoplexia excitantur. Nã denegato aditu vitali ſpiritui, qui animalem fouet, ſæui pullulant affectus, & ſic ex ijs ramis ſparguntur multi alij rami per totam capitis ſuperficiem, ex quibus temporales arteriæ oriuntur, & aliæ, quæ ad frontem pertingunt. At ex ramo ſubclauio ſiniſtro emanant arteriæ, quæ in thoracis cauitatem
91 ſe ſe inſinuant. Prima dicitur *Axillaris*, quia axillas occupat. Secunda *Thoraica*, quæ in thoracis muſculos anticos, & poſticos fertur. Altera dicitur *Baſilica*, quæ iuxta baſilicæ venæ ſitum, tum profunde, tum ſuperficialiter plurimos ſpargit ramos. Deſcendens arteria magna diaphragma permeans, in ventrem inferiorem, meſenterium, & inteſtina excurrit. Eius truncus ad læuam paulum declinans, priuſquam in ramos iliacos diuidatur, nouem fundit ſurculos. Primus dicitur *Intercoſtalis maior*, qui octo inferiores coſtas penetrat. Secundus vocatur *Phrenicus* magnus, qui per diaphragma fertur. Tertius appellatur *Cæliacus*, à quo plures ſparguntur riuuli in ventriculum, pylorum, omentum, hepar, veſſicam felleam, & multo maiores in lienem, quia viſcus huiuſmodi maxima egebat expurgatione. Quartus dicitur *Meſentericus ſuperior*, qui in ſuperiorem meſenterij partem tendit. Quintus vocatur *Renalis*, ſeu *Emulgens*, qui in renes infertur. Sextus eſt *Spermaticus*, qui in teſtes deriuatur. Septimus eſt *Meſentericus inferior*, qui in inferiorem meſenterij partem ſe ſe immergit, & colon, & rectũ inteſtinum. Octauus dicitur *Lumbaris*, qui in lumbares muſculos fertur. Nonus appellatur *Muſculus*, qui ad lumbares muſculos defertur. Poſtquam autem truncus huius arteriæ in has nouem coniugationes, tanquam in riuulos eſt deriuatus, in tres inſignes ramos diffunditur, qui *Iliaci* dicuntur. Primus eſt *Sacer*, qui ad oſſis ſacri medullam fertur. Secundus eſt *Hypogaſtricus*, qui hypogaſtrij paries irrigat. Tertius *Vmbilicalis*, qui ab vmbilico emergit, & hoc viuit, & tranſpirat fœtus in vtero. Quartus *Epigaſtricus*, qui per epigaſtrij muſculos excurrit. Quintus eſt *Pudendus*, qui in genitalia fertur. Item ramus iliacus in crura delatus cruralis vocatur, & in muſculos, genu, poplitem, tibiam, pedes, digitoſque diuaricatur.

Porro ſicuti à parte poſteriore meſenterium ponitur, vt diximus ſupra, ſic à parte interiore adeſt aliud membrũ, quod à Græcis dicitur *Epiploon* à latinis *Omen-*
92 *tum*, & ventris mappa, à Barbaris *Zirbus*. Eſt collocatum omentum in maiori parte abdominis, tangens peritonæum per propriam ſuperficiem. Eſt alligatum ventriculi fundo, inteſtino colo, & lieni in parte inferiore. In hominibus tamen rarò extenditur infra vmbilicum. Eius figura eſt ſimilis ſacco, propter duas tunicas, quas habet, & ob iſtam cauſam *Marſupium* dicitur. Conſtat ſubſtantia membranoſa, venis, arterijs neruis, & copioſo adipe intertexta. Suſcipit venas à vena portæ, arterias à ramo arteriæ magnæ, neruos à ſexta coniugatione. Factum eſt omentum, primò, vt ſecure ramos venæ portæ in ventriculum, lienem, duodenum, & colon diſtributos fulciat. Secundò, vt genuinum, & naturalem colorem ventriculi, inteſtinorum, & aliorum partium foueat, & ob hanc cauſam fatetur *Galen. 4. de vſu part. 9.* nonnullos, quibus omenti pars fuit abſciſſa, impoſterum ſuperuixiſſe, ſed functiones infeliciſſime fuiſſe aſſecutos, nam debiliter concoquebant, & tegumentis, culcitriſque ventriculum ſemper habebant inuolutum.

93 Omento contiguum eſt illud membrũ quod à Græcis, & latinis dicitur *Peritonæum* ſcilicet membrana tenuis, ſed fortiſſima aranearum telis ſimilis, omnes partes in regione abdominis contentas amplectens, & veſtiens. Eſt membranoſum peritonæum, vt facile diſtendi, & comprimi poſsit. Et factum eſt tenue, ne ſit onus partibus ſubiectis, forte ne in diſtentionibus facile rumperetur, oritur à ligamentis vertebrarum, oſsis ſacri, & ab implexu quorundam neruorum, figuram obtinet ſphericam, ſed oblongam ad modum oui. In ſuperficie externa, quæ tangitur à muſculis eſt aſperum, in interna, qua reſpicit omentum, & inteſtina, eſt planum, ac leue, quaſi aqueo quodam humore irrigatum, non eſt autem ex omni parte æquale ſecundum ſubſtantiam, quia in parte poſteriore dorſi eſt magis craſſum, quam in anteriore, & in iſta etiam conſpicitur vari-

varietas, cum in viris craſsius ſit à mucronata cartilagine vſque ad vmbilicum, in fœminis oppoſito modo, ad vmbilico vſque ad oſſa pubis craſsius conſpicitur; in hominibus ſcilicet ad ventriculi diſtentionem, ortam ex multa crapula, in fœminis ad fœtus geſtationem, pondus, & incrementum. In omni ſua ſubſtantia membrana peritonæi conſpicitur duplicata, quamuis *Realdus Columbus lib. 11. cap. 11.* ſolum à muſculis pubis vſque ad vmbilicum eſſe duplicatam aſſeueret, vt inter tunicam, & tunicam, vaſa vmbilicalia, deorſum diſtribuenda, & arteria vmbilicalis vrachos, & vaſa reuerſiua aſcendentia, per muſculos rectos abdominis ſecure progrediantur. Perforatur in parte ſuperiore, in ſitu ſepti tranſuerſi, tribus in locis, pro æſophago, pro vena caua aſcendente, & pro arteria magna deſcendente. In parte inferiore eſt perforatum pro ano, & pro vtero, pro venis, arterijſque deſcendentibus ad crura. Et perforatur vltimo in vmbilico pro venis, pro arterijs, & vracho. Vſus peritonæi à natura datus primo fuit, vt omnes partes in regione abdominis contentas contineat. Secundo, vt omnibus peculiare tegumentū tribuat. Tertio, vt ſubiectas partes defendat. Quarto vt retineat inteſtina. Quinto vt quaſi manibus dura, & ſicca inteſtinorum recrementa pellantur. Porrò inter iſtam tunicam, & illam, quæ omentum dicitur (& rarius inter inteſtina) frequenter colligitur illa aqua, flatus, ac pituita, ex qua generatur hydrops.

94 Supra peritonæum eſt *Abdomen*, à Græcis dictum *Epigaſtrium*, & à Barbaris *Mirach*, quo etiam loco fit hydrops, licet rariſsime. Eſtque illa regio, quæ inter coſtas, & os pubis ſita eſt. Cuius abdominis muſculi ſunt octo, duo recti (in vnoquoque latere vnus) à mucronata cartilagine vſque ad pubem extenſi, portionibus albis ligamentoſis inſigniti, à Barbaris *Latitudinales* dicti, vnus ortus à dextro, alter à ſiniſtro latere vſque ad vmbilicum. Quatuor ſunt obliqui, duo ſuperiores, & duo inferiores, ſuperiorum alter ab hypocondrico dextro, alter à ſiniſtro oblique deſcendit. Inferiorum è conuerſo ab oſſe pubis in parte dextra vnus, in parte ſiniſtra alius, oblique aſcendunt vſque in eum locum, vbi ſuperiores cum inferioribus in medio circa vmbilicum ſuis ligamentis annectuntur. Inſeruiunt recti, & tranſuerſi expulſioni, obliqui retentioni, dum ſeorſim agunt, ſi tamen omnes ſimul agant, æquali compreſsione fæces ab inteſtinis expellunt. Sumitur igitur *Abdomen* ſtricte pro tota illa mole muſculorum ſupra peritonæum exiſtentium, magis tamen proprie ſumitur pro ventre. Omnes autem hi abdominis muſculi dura quadam teguntur membrana, quæ omnes colligit, & tuetur. Super qua membrana copioſus adeps inſpicitur, & ſuper pinguedine craſſa cutis, commune abdominis tegumentum, quemadmodum, & omnium aliarum partium. Caret oſsibus regio abdominis. Primo quod debeat dilatari per repletiones ciborum, & ſimiliter in vtero gerentibus. Secundo quod debeat comprimi, concidereue in vacuatione, & ieiunio. Tertio propter veneris congreſſum, ne mutua oſsium colliſione vitiaretur generatio. Et quamuis hic venter inferior ſit vnus, varie tamen appellatur pro varietate particulari regionis, vt ex. gr.

95 *Hypocondria* dicuntur partes, quæ reſpondent ſpatijs cartilaginum, vel notharum coſtarum. Dicuntur ſimiliter *Præcordia*, quia ventriculus ab antiquis cor appellabatur. *Ilia* dicũtur in parte ſiniſtra, & dextra, illæ regiones, quæ reſpondent inteſtino ileo. Vſus dictorum muſculorum eſt, vt venter comprimatur ad expellendas fęces. Secundo, vt eorum ope diſtendatur, contrahaturque, follium inſtar thorax, & fiat facilis reſpiratio.

Porrò omnis illa regio, quæ à iugulo vſque ad mucronatam cartilaginem extẽditur, in parte ſuperiori clauiculis, in parte inferiori ſepto tranſuerſo, in parte anteriore *Oſſo ſterno*, in poſteriore vertebris ſpinæ, in lateribus viginti quatuor coſtis, tanquam terminis circumſcribitur.

96 Communique appellatione ab omnibus dicitur *Thorax*, cuius figura eſt rotunda, quia capaciſsima, & pulcherrima, & compoſitio partim oſſea, partim carnea, oſſea ſcilicet ad formandam cauitatem, & ad robur partium contentarum; carnea verò, vt commodius tam in contractione, quã dilatatione moueretur, obtinuit medium ſitum, vt ſuo calore viuifico partes ſuperiores, & inferiores illuſtraret. In eiuſque fabrica, & compoſitione, poſt cutem, & membranam carnoſam, plures occurrunt muſculi, tam qui in eo naſcuntur, quam qui ibi implantantur, licet alijs partibus inſeruiant. Reperitur etiam os in parte

ante-

anteriori, quæ proprie dicitur pectus, &
97 eſt *Os ſternum*. In poſteriore parte, quæ tergum, aut dorſum dicitur, inuenitur *Spina* cum ſuis vertebris. Et in lateribus *Coſtæ* reperiuntur. Statim verò infra co-
98 ſtas, adeſt illa membrana, quæ dicitur *Pleura*, ſuccingẽs coſtas, & quæ eſt in thorace, ſicut peritonæum in abdomine. Collocaturque in tota regione thoracis, itaut oſſa etiam attingat, & ſic obtinuit formã, & magnitudinem, qualis reperitur in thorace. Eius ſubſtantia conſtat membrana dura, tenui, alba in parte poſteriore, ſpectante ad dorſum, eſt durior, quam in anteriore, ob quam cauſam dorſales pleuritides ſunt deteriores. Externa ſuperficies, per quam adhæret oſsibus, eſt inæqualis, & aſpera, interna leuis, quaſi aqueo humore irrigata. Dependet hæc membrana à ligamentis, annectentibus vertebras ſpinæ, & eſt duplex, interna vna, alia externa. Suſcipit venas à vena ſine coniuge, & ramis intercoſtalibus, arterias ab arteria magna, plures neruos à ſexta coniugatione. Facta fuit pleura, primo, vt omnibus partibus contentis in regione thoracis ſit inuolucrum. Secundo vt omnes has partes colliget, & firmet. Tertio, vt pulmonem tueatur, ne ab oſsium, & coſtarum duritie lædi poſsit. Quando autem hæc membrana ſecundum longitudinem diuidit thoracem, mutat nomen pleuræ, &
99 vocatur *Mediaſtinum*, ſiue *Membrana interſepiens* thoracem ab oſſe ſterno vſque ad ſpinam ſecundum profunditatem, & à iugulo, & clauicula vſque in ſeptum tranſuerſum ſecundũ longitudinẽ. Inſeruit Mediaſtinum primo ad viſcerũ ſuſpenſionẽ. Secundo ad firmanda, & Fulcienda vaſa. Tertio vt læſa vna parte thoracis, aut pulmonis, reliqua remaneat incolumis.
100 Quod attinet ad mammas deſcribuntur, quod ſint corpus diſſimilare compoſitum ex venis, arterijs, tunicis, adipe, carne glandulosa. Habent ſenſum ex neruis. Venæ, & arteriæ ducunt ſanguinem, & ſpiritum naturalem, & vitalem, qui ſpiritus, cum glandoſo corpore, lactis gignendi inſtrumenta exiſtunt. Adeps iuuat calorem, & coctionem ſucci. Sanguis eſt materia, ex qua lac conficitur. Caro propria eſt craſſa, ſpongioſa, & alba, vt melius in eius anfractibus præ mora ſanguis detentus abeat in lac. Sunt circa pectus ſitæ, vt ob cordis vicinitatem melius coquatur lac, & elaboretur. Communicant valde cum toto corpore, ſed præſertim cum vtero, vt late docuit *Galen. 18. de vſu part. cap. 4. & 8.*

Sicut autem regio thoracis per ſuperiora, poſteriora, anteriora, & per latera, ſuis finibus circumſcribitur, ita etiam in parte interiori finem, & terminum conſequitur per illam particulam, quæ ab
101 antiquis vocabatur *Phrenes*, quia in illo loco prudentiam conſtituebant, cum hæc pars magnum cum cerebro conſenſum obtineat, in quo facultates principes ſedem habent: quod ita verum eſt, & experimento confirmatum, vt inflammato *ſepto tranſuerſo*, hoc enim nomine à latinis nuncupatur, ſtatim ſequatur paraphrenitis, aut delirium à phrenitide parum diſtans. Vocatur autem ſeptum, quia velut paries quidam interpoſitus, pectoris, & thoracis regionem, à regione abdominis, & ventris inferioris diuidit. Et dicitur tranſuerſum ratione ſitus; quia quamuis ſeptum tranſuerſum ſit muſculus, & aſſimiletur piſci, qui torpedo dicitur, ſitum tamen obtinuit tranſuerſum in ordine ad longitudinem corporis, adhærens extremitatibus nothorum coſtarũ vſque in dorſũ, ab oſſe pectoris incipiens. Cuius vniuerſa conſtitutio ex duabus ſubſtantijs conſurgit, ſcilicet carnea, & membranea, conſtituentibus duos circulos, quorum vnum membranoſum, alium carnoſum vocamus. Conſtatut etiam ex duabus venis, & duabus arterijs, duobus neruis, & ſimiliter duabus tegitur tunicis. Prior circulus neruoſus eſt, & minor in medio, & quaſi in centro. Secundus circulus carnoſus, & maior, priorem comprehendens per partem anteriorem oſſi pectoris, & coſtis nothis alligatur, per poſteriorem ſuperioribus vertebris lũborum, mediantibus duobus tendonibus. Præterea ſeptum tranſuerſum duæ membranæ veſtiunt, vna per partem ſuperiorem, alia per partem inferiorem, quæ vocatur *Peritonæum* ſuſcipit duos neruos, vnum à latere dextro, alterum à ſiniſtro, qui à ſpinali medulla, inter quartam, & quintam ceruicis vertebram oriuntur; in vtrumque tamen circulum, membranoſum, & carnoſum implantantur, hac ratione, vt quilibet horum neruorum, quando peruenit ad locum ſuæ implantationis, diuidatur in duos ramos minores, quorum vnus ad circulum nerueum, alius ad carneum inſeratur. A qualibet partitio-

ne

ne horum neruorum, à centro ad circumferentiam, plures fibræ rectæ ducuntur, vſque in finem ſepti tranſuerſi, quę ſimul cum eius carne verum circulum conſtituunt. Aduertere tamen opus eſt, quod licet omnes hæ fibræ ſint rectæ à centro vſque ad circumferentiam, quando retrahuntur, & abbreuiantur in motu reſpirationis, pro varia implantatione fibrarum id efficiunt, vt quando vnæ dilatantur, aliæ contrahantur; etenim conſtat, ſeptum tranſuerſum motum reſpirationis, tam in dilatatione, quàm in contractione, poſſe efficere. Venas ſuſcipit à vena caua aſcendente, arterias ab arteria magna. Perforatur ſeptum duobus locis, pro Aeſophago, & pro vena caua, non autē pro arteria magna, cum deſcendat adhærens vertebris dorſi, & ſpinæ, à quibus perforatur. Factum fuit à natura ſeptum tranſuerſum, primò, vt tam ad inſpirationem, quàm ad expirationem eſſet adæquatum liberæ reſpirationis organum. Secundò vt partem gibbam hepatis, & vniuerſam hypocondriorum regionem ventilaret, quare illud ventris inferioris reſpiratoriū Medici appellare conſueuerunt. Tertiò, ad fæcalium recrementorum vacuationem per inferiora iuuandam, nam ſuo corpore vicina comprimit inteſtina.

102 Hepar autem eſt officina ſanguinis, naturalis ſpiritus auctor, venarum principium, quibus velut tubulis totam animalis rempublicam irrigat, & Principis inſtar proprijs ſumptibus vniuerſam corporis familiam ſuſtentat. Quare ab Anatomicis fons, & origo gratioſi humoris nuncupatur, & inter præſtantiſſima organa, perfecta, & neceſſaria ponitur. Collocatur in dextro hypocondrio, ſtatim infra ſeptum tranſuerſum, & ſub coſtis nothis propter ſecuritatem, quia nec extendi, nec dilatari debuit more ventriculi. Habet duas regiones, ſuperiorem, & inferiorem, illam vocamus gibbam, ſeu conuexam, quæ eſt leuis, & terſa, ne motui ſepti tranſuerſi obſiſtat. Inferiorem verò partem vocamus cauam. Hepatis magnitudo maior eſt in homine, quàm in reliquis animalibus pro proportione, eiuſque ſubſtantia craſſiſſima eſt inſtar ſanguinis concreti feruore toſti. Appellatur à Græcis *Parenchima*, à latinis *affuſio*; duobus ligamentis ligatur, & firmatur in ſua ſede, vno exiſtente circa venam, quo ſeptum tranſuerſum ligatur; altero ex vena vmbilicali orto, quo mediante eſt ſuſpenſum. Per vniuerſam hepatis ſubſtantiam innumeræ venæ diſſeminantur, & ſparguntur, tenuiſſimam tunicam habentes; idque duplici titulo à natura factum eſt; primo, vt diutius retentus ſanguis, perfectius elaboretur; ſecundo, vt immediatius à carne hepatis tangeretur. Venarum autem, quę ſunt intra corpus hepatis, quædam oriuntur à vena caua, & quædam à vena portæ. Hæ *Chilum*, futurum ſanguinem attenuant, & præparant. Illæ ſanguinem iam factum deducunt ad truncum venæ cauæ. Inter ſe ſe omnes hæ venæ ſeruant ordinem, vt oſcula oſculis reſpondeant, & fiat anaſtomiſis. Vndè cum tres maiores venæ, ſcilicet caua, portæ, & vmbilicalis oriantur ab hepate, conſultò principium venarum dicitur, quia in eo vaſa hęc radicantur. Continet ſimiliter hepar exiguas arterias, ad natiui caloris attemperationem, & ſpiritus conſeruationem; non tamen in omni eius regione, ſed ſolum in caua parte, nam in gibba ſufficit aſſidua ventilatio, quaſi flabello, facta à ſepto tranſuerſo. Deinde caro hepatis magis conſeruatur difflatione, quæ repurgaris ſuæ coctionis exerementitis perficitur, quo modo intelligitur *Galen. 6. epid. ſect. 5. com. 5. ad finem*, dum ait, cordis calorem magis indigere reſpiratione; hoc eſt infrigidatione; at calorem hepatis attemperatione, quæ perficitur expurgatione fuliginum. Porrò vniuerſum iecoris corpus tegitur membrana tenuiſſima, mutuata à peritonæo, ad quam duo implantantur nerui, & vterque à ramis ſextæ coniugationis, vnus à ramo ventriculi, alius à ramo coſtarum, ambo exigui ſunt, & non penetrantes corpus hepatis, & ob id iecur acutum non habet ſenſum. Factum eſt hepar à natura, vt quatuor humores animali neceſſarios generet, & in eo ſanguifica vis ſplendeat, & ſecunda perficiatur concoctio, & ob hanc vtilitatem, iure optimo, princeps membrum appellatur, & ſic nulla eſt particula animalis, quantumuis minima, cū qua aliqua ratione non conſentiat.

103 Vena definitur, vas oblongum rotundum, fiſtulæ modo excauatum, ſimplici, & tenui tunica, omni villorum genere contenta conſtructum, ab hepate ortum continendo, diſtribuendo, & concoquendo ſanguini à natura dicatum. Primus venarum vſus eſt, vt deferat alimentum

 nem-

nempe ſanguinem partibus. Secundus,vt
ſanguinem contineant. Tertius, vt calo-
rem,& ſpiritum deferant. Quartus,vt ſan-
guinem alterent. *Galen.4.de vſu part. 17.
& alibi*. Alij vſus venarum particularium
ſunt, vt *Emulgentes* venæ ſeorſum humo-
rem deducant, *Spermatica* ſemini rudi-
mentum conferant. *Meſeraica* chilum in
hepar conuehant, *Splenica*, quæ à liene
in anum terminantur, ſanguinem melan-
cholicum per venas dictas hemorrhoidas
104 expurgent. Vena diſtinguitur ab arteria,
ſtructura, motu, & vſu. Structura videli-
cet, quia vena tunicam habet tenuem, ar-
teria craſſam, & duplicem, vt ſanguis ve-
nalis craſſiuſculus arteriali melius tranſ-
piret; prætereà vt aliturus venalis per po-
ros tunicarum, toris inſtar, partibus ap-
poneretur. Motu, quia vena non pulſat,
arteria reciproco contractionis, & dilata-
tionis motu eſt prædita. Vſu, quia arteria
vitalem vna cum ſubtili ſanguine defert
ſpiritum, vena venalem cum ſpiritu craſ-
ſiore tranſportat. In parte iecoris gibba,
vbi maior, craſsiorque ſubſtantia conſpi-
citur, vena enaſcitur, quæ venarum *Ma-
ter*, radix, & origo appellatur, & quia
maxima eſt, *Concaua*, ſeu *Caua* vocari ſo-
let, quæ ramos per omnes corporis par-
tes diffundit, & propagines inſignes ad
ſuperas, & infimas partes pereptantes, &
remotiſsimas tranſmittit. Hæc fluminis
inſtar deriuatis riuulis in multas partes
diuiditur,& ſic in aſcendentem,& deſcen-
dentem partitur. Deſcendens truncus ad
oſsis ſacri initium, & ilia vſque excurrit,
vbi in ramos diuaricatur ampliſsimos,
iliacos dictos, & antequam in hos finda-
tur, ſpargitur in quinque ſurculos, ſeu
venas; nempe *Adipoſam*, quæ fertur in
exteriorem renum tunicam, *Renalem*,quæ
in intimam renum ſubſtantiam tendit, &
Emulgens etiam dicitur,quod ſeorſum hu-
morem ſurgat, & in renes tranſportet.
Spermaticam, quæ ſeminis materiam ad
teſtes defert. *Lumbarem*, quæ lumborum
vertebras, & ſpinalem medullam ſucco
laudabili irrigat. *Muſculoſam*,quæ in lum-
borum, & abdominis muſculos plures
mittens propagines, has partes optimo
ſanguine irrorat, quæ omnes in quamplu-
rimos ſparguntur ſurculos, donec in ca-
pillares abeant. Deinde ramus iliacus in
duos ramos inſignes ſpargitur, & ab vtro-
que ramo venæ quatuor emanant, qua-
rum prima dicitur *Sacra*, quæ ita appella-
tur, quia in ſacræ, ſeu magnæ vertebræ
medullam pro nutritione fertur. Secunda
eſt *Hypogaſtrica*, quæ partes Hypogaſtrio
contentas alit, & multos dimittit ſtipites
in vterum, eius ceruicem, veſicam, re-
ctum inteſtinum, hemorroidales venas.
Tertia dicitur *Epigaſtrica*, quæ in epiga-
ſtrij muſculos diſſeminatur. Poſtrema vo-
catur *Pudenda*, & fertur ad virorum ge-
nitalia, & pudendi muliebris carnem.
Rurſus ramus iliacus extra abdominis ca-
uitatem delatus ad inguina deſcendit, &
per crura, & femur numeroſas, & varias
propagines emittit, vnde ſcaturiunt mul-
tæ venæ. Primò namque emanat vena,
quæ dicitur *Cruralis*, quia crura nutrit,ex
qua varij, ſed præcipuè ſex ſurculi magis
notabiles oriri conſpiciuntur. Videlicet
ramus, qui dicitur vena *Saphana*,quæ per
internam cruris partem ad malleolum ex-
ternum deſcendit. *Iſchias* minor, quæ mal-
leoli muſculos internos perreptat, & eſt
ſita è regione ſaphænæ. *Muſcula*, quæ du-
plex eſt, vna maior, & fertur in muſcu-
los omnes fæmoris, altera minor, quæ
tibiam perreptat. *Poplitea*, quæ in popli-
tem deſcendens, vſque in calcem termi-
natur. *Suralis*, quæ per ſuram diſſemina-
tur. Vltima dicitur *Coxendica*, ſeu *Iſchias*
maior, quia ad coxæ, ſeu iſchij muſculos
delata,deinde ad externum pedis malleo-
lum extenditur, & illuſtris eſt, ſecaturque
iſchij, ſeu coxæ dolore,cum vtilitate ſum-
ma. Venæ cauæ aſcendentis deſcriptio ſa-
tis eſt elegans; etenim natura aſcenden-
tem venam alligauit diaphragmati, mem-
braniſque interſepientibus per communes
tunicas, cordi per auriculam dextram, &
ita multos ramos diffundit ad iugulum, &
thoracis cauitatem, ibique ad axillas fer-
tur, & finditur in tres inſignes ſurculos,
ſeu venas, quæ dicuntur *Baſilica*, *Media-*
105 *na*, & *Cephalica*, quæ communiter in
morbis ſecari ſolent. Baſilica, quæ *Hepa-
tica*, *iecoraria*, *interna*, ſeu *regia* appella-
tur, per interiorem brachij partem fertur.
Cephalica per exteriorem, & dicitur hu-
meraria, quia per exteriorem humeri par-
tem decurrit, vocatur etiam nigra, ſeu
alta. Ex ijs tanquam riuulis in cubiti co-
articulatione emergit alia, quam media-
nam vocant, & eſt Cephalicæ & Baſilicæ
ramus in flexura brachij propullulans,
quæ *Communis* etiam nuncupatur. Ex ba-
ſilicæ ramo venula oblique ad carpum
excurrit, quæ per manum externam diſ-

ſemi-

ſeminatur, & deſinit inter paruum digitum, & annularem, quam venam Arabes *Saluatellam* vocant, quia ſaluat ægrotantantes, & in diuturni venoſi generis morbis, melancholicis affectibus, cutaneis, lienis vitijs fæliciſſime, declinante iam morbo, ſecari ſolet, & licet cephalicæ ramus ſit, tamen experientia monſtrat, in ijſdem morbis ſummo eſſe in vſu, propter naturalem, quam habet cum hepate, & & liene conſenſum, ex *Paul. lib. 3. cap. 49.* Quare in lienis morbis in manu ſiniſtra in hepatis vitijs in manu dextra ſecuriſſime eius ſectio adminiſtrari ſolet. Hæc aſcendens, poſtquam diuiſa eſt in ramum ſubclauium, etiam ex altera parte, per interiorem partem diffundit riuulos, & ſic aliæ venæ ſcaturiunt, quarum prima eſt vena *Phrenica*, quæ per vniuerſum diaphragmatis corpus excurrit, & ad pericardium ramos ſpargit. Altera dicitur *Coronaria*, quæ vniuerſam cordis baſim inſtar coronæ cingit, & ad dextrum cordis ſinum, & pulmones pro nutritione ramos ſpargit. Tertia dicitur vena *Azigos*, hoc eſt, coniugis expers, & medici vocant venam ſine pari, nam nulla eſt vena, quæ ſibi coniugem non habeat arteriam, hac excepta. Hæcque octo ſurculos ex ſe promit in ſiniſtram, & dextram partem valde diffuſos, qui octo inferiores coſtas, & eorum ſpatia alunt. Quarta dicitur *Intercoſtalis*, quæ in thoracis cauitatem ſe ſe inſinuat, & in ramos multos per ſterni partem interiorem diuiditur, & ab hac etiam quinque naſcuntur venæ. Prima dicitur *Mammaria*, quia mammas nutrit. Secunda dicitur *Thimica*, quia glandoſum corpus, iuxta mammas poſitum nutrit, & occupat, quod *Thimum* vocant, ſic etiam penetrat ſe ſe in interſepiẽtes membranas. Tertia dicitur *Capſularis*, quia in capſulam, ſiue inuolucrum cordis fertur. Quarta dicitur *Ceruicalis*, quia per muſculos ceruicis ſe ſe exerit in cerebrum. Vltima dicitur *Muſcula*, quæ in ceruicis muſculos defertur. Inſuper axillaris ramus, per inferiorem partem in baſilicam, cephalicã, & medianam diuiſus, in duas etiam iugulares diuiditur venas, quarum vna dicitur *Externa*, altera *Interna*. Externa per latera ceruicis fauces attingens, in duas partes diuiditur, quarum vna in muſculos laringis, & linguæ abſumitur, altera in labra, pinnas nariũ, frontem faciem ferè totam, maiorem oculi angulum, & partes aurium poſteriores penetrat. Interna per latera ceruicis ad cerebrum extollitur, & per cranij foramina, in duræ meningis ſinus aſcendit, è quibus numeroſi venarum ſurculi prodeunt, totum cerebri corpus alituri, qui per frontem etiam excurrunt, & ſuas propagines, licet tenues, ad naſi lepotem emittit. In his partibus ſunt duæ illæ venæ, nempe in fronte, & lepore naſi, quas in calidis, & inflammatorijs cerebri affectibus, communiter ſecant, & in alijs periculoſiſſimis morbis, qui ſubitum exitium minantur, vt apoplexia, epilepſia, caro, catalepſi, &c. Reperiuntur enim in ceruice venæ, quæ à iugulari interna oriuntur, & alium cephalicæ ramum perreptant, & dicuntur *Iugulares*, *apopletica*, *ſphagitides*, quæ raro ſecari ſolent.

Cum autem dixerimus ſupra, omnia inteſtina venas ſuſcipere à ramis venæ portæ, hoc videtur ita explicandum. Vt quẽadmodum radices planctarum ex terra pabulum, & alimentum legentes, ipſis plantis miniſtrant, ita ſimiliter venæ meſeraicæ diſſeminatæ in inteſtina, vt quod ex crebra coctione in ventriculo reperiunt bonũ, & vtile, per anaſtomoſin recipiãt, & ad epatis regionem perducant. Prius quam autem eius ſubſtantiam attingant, tanta venarum multitudo in vnam, eamque capaciſſimam venam degenerat, quæ ſumpta ſimilitudine portarum ciuitatis dicitur *Vena por-*
106 *ta*. Quod conſulto à natura fuit fabricatum, ne tot venæ, tanquam cribrum, hepatis corpus perforarent. Omnes aliæ venę, quę conſpirant in hanc vnã, quia ſunt contentæ in illa membrana, quam appellamus *Meſenterium*, dicuntur *Meſeraica*, ante tamen quam conſpirent in venam portæ innumeræ illæ venæ, quinque, aut ſex ramos conſtituunt, quorum primus tendit ad partem alteram ventriculi inferiorem, ſecundus ad omentum, tertius ad lienem, quartus ad meſenterium, & omnia inteſtina, quintus ad rectum inteſtinũ recta via tendens, *Venas hemorrhoidales* conſtituit. Vtilitas harum venarum eſt, vt diuerſis temporibus chilum à ventriculo, & inteſtinis in hepar, & ab illo ſanguinem pro nutritione ventriculi, inteſtinorum, & aliarum partium deferant. At vena porta habet ſuum locum in parte caua iecoris; & ſicuti, vt tangat inteſtina, multifariam diuiditur, ita poſtquam hepatis ſubſtantiam ingreſſa eſt, denuò diuiditur in duos ramos, quorum quilibet diuidi-

tur in duos alios, donec repetita diuiſio-
ne venæ portæ innumeri ſurculi per totã
hepatis ſubſtantiam diuagentur. Factaque
fuit hæc vena, vt per eam chilus primo
ingrediatur in hepar. & iterum ſanguis
ad inteſtina & ventriculum pro eorum
nutritione deſcendat. Hæc demum vena
partem cauam hepatis ingreditur, eo in
loco *Vmbilicalis*, per quam nutritur fœ-
tus, in hepate implantatur.

Cum ex ſecunda coctione, ſanguifica-
tione dicta, vnum reſultet excrementum
tenue, & ſpumoſum, quaſi flos, & ſpu-
ma vini, vt ſanguinis maſſa purior red-
datur, illicò tranſmittitur ab hepate, &
in aliud organum transfertur, quod in
parte caua iecoris collocatur; quod orga-
107 num dicitur *Folliculus*, veſica, ſeu *Bur-
ſa fellis*; & conſtat figura rotunda in fun-
do verſus collum oblonga, ad modum
pyri ſubſtantiæ membranaceæ, vt facilè
dilatari, & comprimi poſſit. Vnam ſim-
pliciſſimam, ſed robuſtam habet tunicam,
& præter hanc, aliam mutuatam à tuni-
ca iecoris, quæ non eſt in vniuerſo ſuo cor-
pore, ſed in parte ſuperiore, quæ pendet.
Venas habet pro ſui nutritione à ramis
venæ portæ, arterias ab illa, quæ hepati
tribuitur, neruulum etiam ſuſcipit à ſexta
coniugatione, ab eo ramo, qui per co-
ſtas hepati committitur. Qui folliculus
fellis non ſuſcipit excrementum per eas
venas, per quas admittit alimentum, ſed
per diuerſas, & per diuerſa vaſa, quæ *Du-
108 ctus cholidochi* nuncupantur. Oritur à
parte caua iecoris, iuxta implantationem
venæ portæ: In qua parte conſpicitur
quidam canalis flauo colore tinctus, per
plures propagines in hepate radicatus,
qui canalis via recta in inteſtinum duode-
num deſcendit ex naturæ lege, & vitioſè
aliquando ad ventriculum. In medio hu-
ius canalis conſpicitur alius ad follicu-
lum fellis ſurſum aſcendens, per quas vias
hepar ab excremento bilioſo expurgatur.
Ex qua parte deſcendit meatus hic ad in-
teſtinum duodenum, oblique implanta-
tur inter duas illius tunicas. Vſus follicu-
li fellis eſt, vt diximus, vt ſanguis à bile
expurgetur, quæ amara cum ſit, nutritio-
ni inutilis eſt, ſed neceſſario diſtribuenda
erat in multas partes, vt in inteſtina, ad
hoc vt ſua acrimonia facultatem expul-
tricem irritando, feces propelleret, ob
cuius colorem hæ flauæ apparent.

Aliud etiam excrementum emanat à
ſecunda coctione, craſſum, & terreſtre,
quod aſſimilatur fæcibus, quę reſident in
dolio, & appellatur excrementum me-
lancholicum, quod expurgatur ab illo
109 membro quod *Splen* dicitur, ſeu *Lien* &
hic eſt vſus huius partis primarius. Qua-
re vulgari carmine dicitur, ſplen ridere
facit, quia attracto nigro excremento ab
hepate, quod triſtitiam generat, & ſpi-
ritus conſpurcat, hi cum ſanguine clario-
res fiunt, & pellucidiores, & ſic lætatur
anima. Collocatur ex oppoſito hepatis
ſub hypocondrio ſiniſtro; Et ſub coſtis al-
ligatur ſepto tranſuerſo, & reni ſiniſtro,
interueniente peritonæi, ventriculo per ve-
nas, & per omentum. Formæ eſt oblon-
gæ ad modum plantæ pedis, quamuis per
partem ſuperiorem eam formam non ſer-
uet. Magnitudo eius, & color non in
omnibus eandem æqualitatem habent.
Conſtatque lien ſubſtantia molli, rara, &
ſpongioſa, venis pluribus, neruis, & ar-
terijs, in tenui membrana exiſtentibus.
Venaſque ducit à vena portæ, per quas
mittitur aliud vas ad ventriculi fundum,
per quod ea portio excrementi malenco-
lici, quæ vinci, & ſuperari non poteſt à
natura, euacuatur, non ſolum vt famem
naturalem excitet, ſed etiam vt faculta-
tes ſua adſtrictione roboret, & tamdiu
alimenta in eo detineantur, quouſque
concoquantur. Suſcipit arterias ab arte-
ria magna deſcendente, plures, & ma-
iores, quam ſua mole requirit, primo vt
ſuo motu, & calore viuifico ſanguinem
craſſum attenuent, & expurgent. Se-
cundò vt ſanguinem à venis ſuo motu
exire ſollicitent. Tertiò vt calorem ipſius
lienis attemperent. Vltimò, vt propriæ
carni lienis vitalem facultatem tribuant.

Vltimum excrementum, quod ex ie-
coris elaboratione emanat, nec ita tenue
eſt, vt bilioſum, nec ita craſſum, ſicuti
melancholicum, ſed inter vtrumque me-
diam ſeruat naturam; appellaturque *Se-
110 roſum excrementum*, cuius vna pars, vt
alimenti vehiculum per totum corpus de-
fertur, & materia ſudoris eſt. Altera
pars ex naturæ lege in *Renibus* colligitur.
111 Qui duplicati fuerunt conſtituti, vt ſi
forte vnus ab actione deficiat, reliquus
ſaluus, & incolumis remaneat; facti etiam
ſunt duplices, quia vnus non ſufficiebat,
cum ſerum ſit copioſum. Suntque loca-
ti parum infra iecur in medio fere ſpinæ,
Et alligantur venæ cauæ per emulgentes
venas

Digitized by Google

venas, dorſo, & coſtis lumborum per membrana peritonei. Sed cum robuſta polleaot attrahendi facultate, ne inter ipſos aliqua inuidia eſſet, ſi in eadem regione ambo fuiſſent locati, diuerſum ſitũ ſunt aſſecuti, itaut ren ſiniſter ſit in altiore loco, dexter vero in inferiore maiori ex parte; cauſa vero huius varietatis eſt magnitudo hepatis deorſum deſcendentis, quia magnum eſt in homine hepar, lien verò paruus. Renum figura aſſimilatur mediæ lunæ, quamuis in humano genere quandoqne variet; verſus ſpinam eſt cauitas, & in oppoſito latere gibbitudo, & rotunditas; tantaque eſt magnitudo, quanta conuenit proprio muneri. Eorum ſubſtantia eſt dura, craſſa, denſa, & rubea, parum diuerſa à ſubſtantia cordis, niſi quod fibris ſit diſiuncta; Habentqne tria vaſorum genera, venas, arterias, & vreteres; venas ſcilicet, quas *Emulgentes* dicunt ratione officij, à vena caua, arterias ab arteria magna. Vtraque vaſa ſunt maiora, quam requirat vtraque renis moles, quod non ſolum nutritioni, & vitæ ſint dicata, ſed etiam expurgationi recrementi ſeroſi. Tam arteria, quam vena, quando ingrediuntur renum corpus, diuiduntur in duos ramos, & quilibet in alios duos. Et intra renum corpus duo obſeruantur ſinus, vnus ab extremitatibus venarum, & arteriarum, ad modum ſinus cerebri, alius eſt conſpicuus, qui ſerum iam depuratum, & à ſanguine ſecretum ſuſcipit. Vniuerſum renum corpus duplici tegitur membrana, vna communi à peritonæo deducta, ſecunda propria, immediate renum ſubſtantiam tangente, quæ paruum neruum ſuſcipit à ſexta coniugatione, & ab ea portione, quæ ad ventriculum tendit. Ligantur demum renes cum lombis, mediante peritonæo cum veſica vrinaria per vreteras; cum cerebro per neruos, cum corde per arterias; cum iecore per venas Et vterque ren factus eſt à natura, vt tam ab arterijs, quam venis, ſerum expurget.

Porrò à ſecũdo renũ ſinu oriuntur vaſa,
112 quæ *Vreteres*, ſiuè *vaſa vrinaria* appel-
lantur, quæ ſunt concaua, alba, craſſa,
inſtar arteriarum; à renibus vſque ad ve-
ſicam progredientia. Progrediuntur au-
tem ſub peritonæo, lumbis, & dorſo ad-
hærentia. Conſtant vreteres vnica tuni-
ca, denſa, fibris aliquibus intexta. Im-
plantantur in collum veſicæ, oblique, &
tortuoſe, ea naturæ induſtria, vt vrinæ
pars, quæ intra eam cauitatem veſicæ
colligitur, non poſſit iterum ad renes re-
trocedere.

Quemadmodum autem renes, & veſica
fellea commodum ſitum obtinuerunt in
animantium corporibus, ita *Veſica vrina-*
113 *ria* ſita eſt ſub aſſe pubis, recto inteſti-
no innitens in viris; & in fœminis inter
vterum, & os pubis, figura exiſtit rotun-
da, aliquantulum oblonga, qua parte de-
ſinit in collum. Conſtat ſubſtantia mem-
branea, vt facilè dilatari, & coarctari
poſſit. Et conſtat duabus tunicis, vna
communi, mutuata à peritonæo, per quã
recto inteſtino, & oſſibus coxarum anne-
ctitur; altera ſibi propria, & genuina,
dura, ac ſolida, triplici fibrarum genere
contexta, in cuius tunicę interna parte
adeſt veluti cruſta quædam, defendens ve-
ſicam ab acrimonia vrinæ, nam eſt veluti
caruncula, quæ ſua mulcebri humidita-
te acrimoniam ſeri attemperat; quare ſi
hæc præ febrili ardore, aut alia cauſa at-
teratur, vrinæ ardor immanis. A fundo
veſicæ oritur quoddam vas, ſurſum aſcẽ-
dens ad vmbillicum, ſeruans eandem
naturam cum vreteribus, per quod vas,
quamdiu fœtus eſt in vtero, euacuatur
114 vrina, & ab hoc officio dicitur *Vrachos*,
cuius vtilitas nobis iam in lucem editis,
nulla alia eſt, quam vt ligamenti vicem
115 gerat. In eius collo aſſiſtunt duæ car-
neæ portiones, dictæ *Paraſtatæ glandulæ*,
quę in fœminis deficiunt. In fine colli
veſicæ reperitur quidam muſculus, vt fi-
delis ianitor, cuius officium eſt, conſtrin-
gere veſicam, ne videlicet citra volun-
tatis imperium vrina fluat; & præter hoc
mirabile naturæ artificium, in collo ve-
ſicæ aliud reperitur, quod videlicet mea-
tus ille, per quem fluit vrina, ſit tortuo-
ſus, ne ſcilicet facile vrina, non compri-
mente muſculo, rectè elabi poſſit. Va-
rias habet venas pro ſui nutritione à ve-
na caua; arterias pro vitæ conſeruatione
ab arteria magna; & ſuſcipit duas propa-
gines neruorum, vnam à ſexta coniuga-
tione, aliam à ſpinali medulla. Facta fuit
veſica à natura, vt eſſet ſeroſi excremen-
ti receptaculum, vt exiſtens in veſica,
commodè per eam expelleretur.

116 Quod verò attinet ad organa, quæ ge-
nerationi inſeruiũt, alia præparãtia, & alia
vocantur deferentia. Præparãtia ſunt qua-
tuor, nempè duæ venæ, & totidem arte-
riæ,

riæ, venæ in latere dextro oriuntur à vena
caua, ſub emulgente in latere ſiniſtro ab
ipſa emulgente. Arteria verò in vtroque
latere oritur ab arteria magna ſuper emul.
gentes. Quæ vaſa tam venæ, quam arte-
riæ prius aliquantulum diſtant, poſtea ita
implantantur, vt vnam naturam conſtitue-
re videantur, & fiat admirabilis anaſtomi-
ſis venæ cum arteria, quando tamen iam
pertingunt, deſinunt in plexum, ſimilem
capreolis vitium, aut hederæ, & degene-
rant in corpus varicoſum. Ideò præcipuè
in hunc vſum hæc vaſa ſunt fabricata, vt
ſanguis, diutius detentus, genuinum ro-
bur paulatim acquirat, & elaboretur. A'
dicto corpore varicoſo ſurſum aſcendit
aliud vas, quod implantatur in corpore
glanduloſo dictæ partis, quæ in finibus
veſicæ collocatur. Hæc dicuntur defe-
rentia ab officio. Et hæc eſt vaſorum
huiuſmodi conſtitutio, & ſitus in homine
117 tantum; Teſticulorum ſitus in homini-
bus omnibus eſt notus, qui plurimis mem-
branis circumuoluuntur; prima vocatur
Scrotum, & *burſa*, quæ nihil eſſe videtur,
quàm rugoſa cutis, ſub qua etiam com-
prehenditur cutis & membrana carnoſa,
hæcque tunica eſt communis; propriæ ve-
rò ſunt tres, vna oritur à neruea tenuita-
te muſculorum obliquè deſcendentium,
& ob hanc cauſam in inflammatione teſti-
culorum dolent, & conſentiunt partes re-
gionis abdominis. Secunda tunica eſt
ipſum peritonæum vaſis affixum. Tertia
eſt illa membrana, quæ immediatè teſtium
ſubſtantiam tangit, & vocatur *Epididymis*.
118 Porrò ea mulicbris portiuncula, quæ
vocatur *Vterus*, conſtituitur in parte abdo-
119 minis inferiore, quæ dicitur *Hypogaſtriũ*
inter veſicam vrinariam, & rectum inte-
ſtinum, ne oſſium duritie offenderetur,
cum à parte anteriori habeat oſſa pubis, &
à poſteriori os ſacrum, à lateribus oſſa
ilium, quibus firmiter alligantur. Ma-
gnitudo eius varia eſt pro varietate ætatis,
120 & tempore geſtationis in vtero. Figu-
ram obtinuit rotundam, & aliquantulum
oblongam ad ſimilitudinem pyri maiuſcu-
li. Conſtat vterus ſubſtantia membranea,
tribus fibrarum generibus eſt intertex-
tus; Habetque duas tunicas, externam à
peritonæo, internam ſibi propriam, om-
nium craſſiſſimam, in qua triplex fibrarum
genus reperitur; Habet inſuper duos pro-
ceſſus, & veluti cornua, & interius caui-
tatem vnam, diuiſam vnica linea in par-
tem dextram, & ſiniſtram. Duas obtinuit
venas vnam à ramia venæ cauæ, diſſemi-
121 natam per totum eius corpus, & ceruí-
cem; Habet ſimiliter arterias ab arteria;
& duos neruos à ſexta coniugatione, ſci-
licet à ramo coſtali, & ex his alios à ſpi-
nali medulla productos. Annectitur de-
mum vterus cum hepate per venas, cum
corde per arterias, cum cerebro per ner-
uos ſextæ coniugationis; cum veſica vri-
naria, & recto inteſtino, per ligamenta, cũ
oſſe ſacro, ilium, & pubis, per tunicam à
peritonæo mutuatam. Eſtque factus vte-
rus magno naturæ artificio, vt in eo gene-
retur animal, augeatur, nutriatur, conſerue-
tur, & poſt certum tempus, quaſi è carcere
ſolutum exeat in lucem.
122 Poſtquàm enim vterus eſt plenus, &
clauſus à vi formatrice, membrana gene-
123 ratur, quæ *Allantoides* dicitur, vteri ca-
uitati adhærens; Cingitque fætum Zonæ
inſtar, & vrinam continere dicitur. Poſt
124 hanc ſecunda, quæ dicitur *Amnios*, ſeu
Amiculum fætus velut ſudorem excipiens;
125 Et tertia, quæ appellatur *Chorion*, nihil-
que aliud eſt, quam vaſorum multitudo
membrana tenui connexorum; Hæcque
126 appellatur *Secunda*, ſeu *ſecundina*. De-
inde in omnium partium delineatione la-
borat perpetuò vis formatrix, neque con-
quieſcit, quouſque omnium membrorum
diſcretio fuerit abſoluta, quæ in maribus
dicitur perfici trigeſimo, in fæminia qua-
drageſimo, aut quadrageſimo ſecundo die,
vt placuit *Hippocr. lib. de natur. puer. n.
14. & 20.* Poſteà ordine quodam ex ſan-
guine, qui eſt alterum noſtræ generatio-
nis principium, generantur parenchyma-
127 ta, & carnoſæ partes; Parenchymatum
autem primum eſt hepar, ſecundum cor;
deinde reliquorum viſcerum carnes effor-
mantur. Poſteà ſimul iaciuntur partium
ſpermaticarum fundamenta, & partes
ſpermaticæ generantur, ſed primò nobi-
liores, & magis neceſſariæ, venæ, arteriæ,
nerui. Venæ ab hepate ad chorion vſque
propagantur, arteriæ à corde, nerui à ce-
rebro. Duriores, & ſolidiores partes ſi-
mul quidem figurantur, ſed non ſimul
perficiuntur; nam ex oſſibus alia celerius,
alia tardius elaborantur; coſtæ, gena in-
ferior, auricularum oſſicula, os hoydes
primis diebus oſſeam acquirunt naturam;
deindè brachij, tibiæ, fæmoris, ſpinæ,
vtriuſque manus, ſterni ita vt ſeptimo die
omnium ſpermaticarum partium rudimẽ-
ta

ta ſint conſpicua. Totus autem contractus,
& conglobatus ſedet in vtero puellus,
manibus genua apprehendens, & in ge-
nua caput demittit, vt oculi vtrinque ma-
nuum pollicibus velut affixi hæreant, na-
ſus verò inter genua procumbat. Nutri-
tur per vmbilicum, & per eumdem excre-
menta reddit. Eſt enim vmbilicus rece-
ptaculum quatuor vaſorum, & vnius venę,
quæ dicitur vmbilicalis, quæ ab vtero or-
tum ſumens, per vmbilicum ſurſum, par-
tem quandam iecoris diuiſam ingreditur,
terminaturque In venam Portæ. Duæ ar-
teriæ vmbilicales, vna vtrinque à ramo
iliaco ortę, & per chorion varijs ſurculis
diuaricatę, tandem cum vterinis arterijs
coeunt. Vena attrahit quod dulciſſimum
eſt ex venis vteri. Arterię maternum
ſpiritum attrahunt, & arteriosum ſangui-
nem; atque horum vaſorum ope nutritur,
128 viuit, tranſpirat fętus. *Ouracus* verò eſt
vas cauum, & membranoſum, quod à ve-
ſicę fundo ad vmbilicum fertur, eo cana-
li vrinam effundit fętus in allantoidem
membranam. Quando perfectus eſt fętus,
tunc mole ſua recalcitrat, rumpit mem-
branas, & à natura extra protruditur. Et
quatuor vaſa In vmbilico coeuntia, fætu
in lucem edito eorum munere priuantur,
& in ligamentum degenerant, quod eſt
idem vmbilicus.
129 Quod autem attinet ad oſſa, ex quo-
rum figura, & magnitudine reliquarum
partium figura æſtimatur, & quorum par-
ticulis ignoratis, nec muſculorum exor-
tus, nec inſectiones, venarum ductus, ar-
teriarum diuortia, neruorum diremptus
agnoſcere poſſumus, ſubſtantia ſunt ter-
rea, duriſſima, frigidiſſima, aridiſſima, ex
ſeminis parte magis terreſtri generata; &
ita ſolida facta ſunt, vt eſſent aduerſus im-
petus externorum corporum propugna-
culum, & robur proprio corpori ſuſtinen-
do præſtarent; & item ad corporis recti-
tudinem. Nutriuntur medulla, ſeu parte
medullæ, magis terreſtri; & multiplici-
130 ter diuiduntur; Etenim in primis calua-
ria, ſeu cranium octo conſtat oſſibus, ſed
proprijs, & duobus communibus. Pro-
pria ſunt oſſa frontis, occipitis, ſincipitis
duo, temporum duo. Communia ſunt,
Sphenoides, *Ethmoides*, quæ inter calua-
riam, & genam ſupernam exiſtunt. Sphe-
noides, ſeu cuneale, dicitur, quod inter
omnia ferè capitis, & genæ ſupernæ oſſa
cunei modo ſe ſe inſinuet; Barbari *Baſila-
re* vocant, quod in capitis baſe poſitum
ſit. Eius primus vſus eſt, vt per eius fo-
ramina varia, neruorum, arteriarumque
propagines ferantur. Secundo, vt opti-
co neruo exitum præbeat. Tertio, vt ter-
tio, & quarto neruorum partibus ſit in
tutelam. Ethmoides, quod vocatur etiam
cribriforme, ſeu ſpongioſum, ſitum eſt in
media frontis baſi, & ad ſummam naſi ra-
dicem fertur. Cuius vſus primus eſt ad
aeris inſpirationem, neceſſarij ad anima-
lis ſpiritus generationem. Secundò, vt
per eius foramina, tanquam per infundi-
bulum, à muco expurgetur cerebrum.
131 Porro caluaria in recēs natis nō eſt ſoli-
da, vt in adultis, ad faciliorum partum,
& vt in hac ętate humidiſſimum cerebrum
expurgaretur, & idcirco in ſincipite cere-
brum manifeſtè moueri videtur. Sequi-
132 tur *Zizoma*, quod *os iugale* appellatur;
& eſt portio, ſeu coalitus oſſis temporum,
& maxillæ ſuperioris, quarum altera na-
ſcitur ab oſſe temporum, altera à maxillæ
ſuperioris oſſe, & faciunt os, quod verſus
maiorem angulum oculi conſtituitur, ad
temporalis muſculi tutelam. Oſſium ge-
133 næ ſuperioris numerus eſt ambiguus,
ſed à peritis vndecim nominantur; alij duo
addunt ſpongioſa in interno naſo ſita, vbi
retinetur mucus. Inferior maxilla intus
caua eſt, & medulloſa ad dentium nutri-
tionem, accretionem, & nouam genera-
tionem; Alueolos habet, & foramina duo,
per quæ nerui, venæ, & arteriæ immit-
134 tuntur. Dentes verò, licet oſſa ſint,
ſentiunt tamen, ratione membranæ, inter-
nam, & cauam partem veſtientis, & ra-
tione nerui ad ipſos delati, orti à tertia
coniugatione, qui ſpiritum animalem in
totum illorum corpus infundit. In eorum
cauitatem etiam arteriæ, & venæ inſerun-
tur, & propterea pulſant per arteriam.
Differunt etiam dentes ab oſſibus in hoc,
quod dentes ſemper creſcunt, quia per-
petuo aluntur, oſſa non item, ſed vſque
ad certum terminum. Præterea, quia
dentibus inſunt ſua vaſa, venæ, arteriæ
conſpicuæ, ac proinde ſoli ad extremum
ſenium creſcunt, & auulſi renaſcuntur.
Vt plurimum ſunt triginta duo, ſexdecim
in vtraque maxilla. Quatuor primi di-
cuntur inciſorii, & acuti, quia alimen-
tum oblatum cultri modo ſecant, canini
frangunt cibum, molares læuigant. Præ-
ter oſſa naſi, & aurium oſſicula, de qui-
bus ſupra dictum eſt, in capite exiſtit os

hyoides

Hyoides ad linguæ radicem ſitum, ad fir-
mamentum linguæ, & laringis; niſi enim
huic oſſi tanquam baſi hæreret lingua,
non poſſet tot motibus agitari.
136 Spina, de qua pluries mentionem fe-
cimus, dicitur totum illud, quod à pri-
ma ceruicis vertebra ad *Coccygem* vſque
extenditur. Cuius magna eſt dignitas,
cum per eam *Myriades* excurrant. Diui-
ditur in quatuor partes, nempè ceruicem,
dorſum, lumbos, os ſacrum. Eſt caua,
vnde dicitur ſacra fiſtula, & habet proceſ-
ſus exuberantes, vt eam ab iniuriis tuean-
tur externis. Conſtatque pluribus oſſibus,
& ijs valide ad motum varietatem com-
137 pacta; ac pluribus *Vertebris*, ſeu *verti-
culis*, ſic dictis, quod earum opera in va-
rias partes vertatur corpus. Sex videli-
cet ſunt vertebrarum coarticulationes,
duæ per corpora, quator per obliquas
Apophiſes deſcendentes, & aſcendentes,
138 hoc eſt, extuberationes, ſeu eminentias;
eſt enim *apophyſis* pars oſſium legitima ex
ipſomet oſſe prorumpens, & extra ſuperfi-
ciem planam extuberans. *Simphyſis* verò
eſt naturalis oſſium vnio, per quam oſſa
139 continuantur, & vnum fiunt. Porrò
omnes vertebræ vnum habent inter ſe
communem, vt habeant foramen ampliſ-
ſimum, medullæ continendæ dicatum, nō
ſit tamen per cartilagines, ſed per vincu-
la validiſſima, tum ab oſſibus orta, tum à
cartilaginibus, tum à membranis oſſa ve-
ſtientibus. Prætereà in qualibet vertebra
tria apophyſeon genera obſeruantur, nem-
pe extuberationes, ſiue proceſſus acuti,
obliqui, tranſuerſi, ſunt inſuper quinque
epiphyres, ſeu appendices, aut annexus.
Ceruicis autem vertebræ ſunt ſeptem, dor-
ſum duodecim conſtat, quibus duodecim
coſtæ articulantur. Lumbi tertiam ſpinæ
partem conſtituunt, & quinque vertebris
conſtant, crebris foraminibus peruijs. *Os*
140 *ſacrum* eſt eorum ſpinæ oſſium maximū,
& ſic dicitur, quia magnum, ſicut etiam
dicitur vertebra magna. Ad cuius oſſis
ſacri extremum os apparet, quod à ſimili-
tudine, quam cum cuculi roſtro habet, di-
141 citur *Coccix*, tribus conſtans oſſiculis, eo-
que collapſo, & eius glutine, quo tenaci-
ter adhæret, emollito, & luxato, ſæui cō-
citantur dolores; qua propter huius oſſis
procidentia labem accerſit. Thorax par-
tim eſt carneus, de quo diximus ſupra, &
partim oſſeus, quia oſſibus ad viſceris no-
biliſſimi tutelam ipſum vallauit natura.

142 In anteriore parte eſt os, quod vocatur
ſternum, cuius oſsium numerus eſt incer-
tus, quia quandoque ſeptem apparent,
quandoque quinque, vel tria, quod acci-
143 dit ex ætatum varietate. *Clauicula* vero
eſt os, quod clauis modo, humerum, &
brachium cum ſterno firmat, ne brachium
in motu præcipitetur. Thoracis latera *Co-
ſta* vocantur, & figura ſua arcū reſcruut; in
exortu ſunt anguſtiores, deindè paulatim
latiores, poſtmodum fiunt iterum angu-
ſtiores. Partimque ſunt oſſeæ, partim car-
tilaginoſæ, qua parte cum ſterno commit-
tuntur. Prætereà coſtarum aliæ ſunt veræ,
& legitimæ, quæ ſeptem ſunt. Aliæ *Spu-
ria*, *Mendoſa*, *& adulterina*, quæ ſunt
quinque minores, & breuiores, quarum
poſtrema vocatur *Noths*, quia nulli adhæ-
144 ret. *Scapula* dicitur à Græcis *Omoplata*,
humeri latitudinem conſtituens, quam la-
tini *Sceptulam* opertum Barbari *Spatulam*
vocant. Cuius vſus eſt primò ad coſtarum
robur, ſecundo ad muſculorum, brachium
mouentium implantationem, cum ab ea
omnes brachium mouentes oriantur. Ter-
tio ad brachij, & clauiculæ articulationem
145 confirmandam. *Os Ilium* dicitur, quod
ileum inteſtinum continet. In pube adeſt
etiam os ad vteri tutelam. Aliud nomina-
tur *Iſchion*, ſeu os coxendicis, in quo ca-
uitas eſt profunda, & vocatur *Acetabulum*
146 *coxa*. Oſſa bracij, cubitus, & manus ſunt
contigua. Brachium dicitur, & humerus,
& vno conſtat oſſe valido. Cubitus duo-
bus conſtat oſsibus. Summa manus in tres
partes diuiditur, prima dicitur *Bracchiale*,
ſiue *Carpus*, & in hac parte ſunt duodecim
oſſa, vt manus expedite moueri poſsit al-
tera pars dicitur *Poſt Bracchiale*, ſeu *palma*,
& quatuor conſtat oſsibus gracilibus. Ter-
tiam partem conſtituunt digiti, qui oſsi-
bus quindecim conſtant, triplici ordine
diſpoſitis. Pes in tres partes diuiditur, *Fa-
mur*, *tibiam*, *extremum pedem*. Fæmur eſt
os omnium longiſsimum, & maximum, &
totum cauum. Tibia duobus conſtat oſsi-
bus, & inferior tibiæ pars habet appen-
dicem, quæ dicitur malleolus. Fæmori,
& tibiæ communem præſtat operam os
rotundum, quod dicitur *Rotula*, cuius vſus
eſt, vt tibiæ, & fæmori articulum laxio-
rem firmet. Pes extremus tres habet par-
tes, *Tarſum*, *metatarſum*, & *digitos*. Tarſi
ſeptem ſunt oſſa, metatarſi, quinque; &
digitorum quatuordecim, triplici acie diſ-
poſita, excepto pollice, qui duobus tan-
tum

tum conſtat oſsibus. In manibus, & pedibus oſsicula reperiuntur, dicta *Seſamoida*, quia ſeſamini ſeminis figuram exprimunt, ſolida, & rorunda, quorum numerus eſt incertus, eum alij duodecim, alii ſexdecim obſeruent, eorumque vſus eſt, vt firmentur articuli, & luxatio prohibeatur.

147 Cum autem oſſa perpetuo moueantur, ne motus agitatione diuelli poſſent, vinculis quibuſdam fortiſsimis ligata ſunt; nempè *Ligamentis*, quæ ſunt partes ſiccæ, frigidæ, mediam inter neruum, & cartilaginem naturam obtinentes, & ſeminis portione caloris vi genitæ, varios in colligando, & continendo partes vſus præſtantes. Hæc ligamenta non ſentiunt,quia neruos non recipiunt,& quia alias ob perpetuos motus,animalium vita ſemper plena eſſet triſtitia, & dolore. Vſus eorum eſt primo, vt oſsium, & cartilaginum articulationes firment, & luxationem impediant. Secundo, vt oſſa ipſa, qua parte non dearticulantur vinciant, ſic radium cubito, & tibiam calcaneo ligant. Tertio vt indumenti inſtar extrinſecus apponantur. Quarto vt tendines ſuis contineant locis. Quinto, vt muſculos dextros, & anticos, à ſiniſtris, & poſticis diſtinguant. Sextò vt viſcera ſuſpendant, ne nimio pondere decidant, vt ſunt hepatis, veſicæ, vteri ligamenta. In capite adſunt ligamenta tria. Cum enim totum caput ſuper primam vertebram moueatur, debuit vinculis colligari, ne tam mobile membrum periclitaretur, laxæ articulationi commiſſum. Primum ligamentum eſt in baſi occipitis, inter primam, & ſecundam vertebram, vbi adhæret validiſsime. Secundum denti ſecundæ vertebræ valde annectitur. Tertium ab anteriore primæ vertebræ parte exortum, ſecundæ vertebræ denti ſtrictè adhæret. In lingua etiam adeſt ligamentum, quo connectitur, cuius auxilio fulta facilius vibrari, producique poteſt. In ſpina multa ſunt ligamenta, quorum ope vertebræ ligantur. In coſtis item plura ſunt, quorum beneficio cum vertebris articulantur. Sic etiam in carpo, & digitis, pube, & tibia membranea, ſicuti, ex tarſo oſſa vinculis connectuntur.

148 Et quia ſupra pluries de cartilaginibus mentionem fecimus, ſciendum eſt, cartilaginem eſſe partem ſimilarem,frigidam ſiccam, ex craſſa ſeminis parte genitam, & ad motum varietatem ſuauitatemque fabricatam, quæ cartilago differt ab oſſe ſecundum magis, & minus, quia oſſa ſunt duriora, ſicciora, frigidiora, item cartilago eſt læuis, lucida, polita,oſſa verò aſpera, & inæqualia. Earum primus vſus eſt, vt oſſium motus laxa coarticulatione iuuent. Secundo, vt ab exterioribus noxis partes defendant. Tertiò, vt oſſium inſtar aliquas partes ſuſtentent. Quartò, vt aliqua partes internas tueantur, vt ſterni, coſtarumque cartilaginea ad cordis, pulmoniſque tutelam. Quinto, vt per ea oſſa glutinis modo coaleſcant. Sexto, vt oſſa dura, & laxa, cum raris iungantur. Differentiæ cartilaginum tres ſunt potiſſimæ. Aliæ enim ſunt in capite, aliæ in trunco corporis,& aliæ in extremis partibus. Capitis cartilaginea ſunt, aurium, naſi, palpebrarum,& inferioris maxillę, qui truncua diuiditur in ſpinam, thoracem, & os innominatum. Palpebræ oculorum ideo factæ fuerunt cartilagineæ, quia ſi eſſent molles, facile conciderent, ſi oſſeæ, tunicas interiores lederent. In auribus cartilagines auditus organum,& aures exquiſitiſsimo ſenſu præditas ab externis iniurijs tuentur, iuuant auditum, & efficiunt, vt aer ſemel ingrediens non reſiliat. Quinque naſi cartilagines operantur, vt inſpirantibus nobis melius dilatentur, & facilius excrementa emungere poſsimus. Epiglottis, vt vidimus ſupra, cartilaginea eſt, vt celeriter ad cibi, & potus ingreſſum comprimi poſsit. Qua etiam ratione larinx tres habet cartilagines, vt dilatari, conſtringi, aperiri, & claudi facile poſſit. Ceruicis, ſeu colli cartilagines ſunt etiam poſticæ, quæ vertebras connectunt. Thoracis autem in extremis coſtarum, & ſterni ſunt conſpicuæ. Et oſsia ſacri duriores ſunt, quia hoc eſt os immobile, oſsiſque extremum, quod *Coccix* dicitur, eſt cartilagineum: quo delapſo, aut laxato, putat vulgus, homines tabeſcere poſſe, eiuſque opinio contemnenda non videtur, cum enim hæc pars ſit fundamentum corporis, ſi dolet, aut abſceſſus patitur, ex diuturno dolore viribus flacceſcentibus,ob vigilias,& labores extenuantur corpora. Sic etiam cartilago enſiformis, quæ & *Mucronata*, & *Xiphoides* dicitur, cuiuſque vſus eſt, ventriculum ab externis iniurijs tueri,cum pectori glutine quodam adhæreat, ſi laxetur, & flacceſcat (quod vulgus *Decidentiam* vocat) tabem corporis conciliat, quoniam tunc

Gg ven-

ventriculus externis iniurijs magis exponitur, debilitatus non rectè concoquit, & non celebrata rectè ſanguificatione, & ſanguine non ita puro genito, non tam commode partes nutriuntur, & ſic tabeſcunt homines. In omni demum coarticulatione cartilagines reperiuntur, ad faciliorem motum comparatæ. Sic in clauiculis duæ adſunt, in ſcapulæ cauitate vna ne violentis motibus luxetur articulus. In cubiti parte inferna altera. In pube alia craſſa, & dura, vt oſſa pubis vniantur. In Iſchii cauitate, & fæmore, in manibus, & pedibus. Et ſic oulla eſt articulatio, in quam non inſeratur cartilago, vt partes facilius, ſecurius, & diutius moueantur.

149 Tendo, ſeu *Chorda* eſt membrum ſpermaticum, quod partim generatur ex filamentis neruorum, partim ex ligamentis ſimul mixtis, ſenritque ſenſu tactus, cuius vſus eſt iuuare muſculos ad motus grauiores, & vehementes. Vbi vero natura non eget vehementi motu, ſed exiguo, generat muſculos abſque tendine, vt ſunt muſculi labiorum, & narium, & inſuper firmat articulos, & oſſa cum oſsibus. Subſtantia conſtat dura, tenaci, & frigida. Figura eſt rotunda, & connectitur ſemper cum oſſe ab vna parte, & ab alia cum carnoſa ſubſtantia muſculi. Colorem obtinet album, non habet cauitatem, ſed potius poros, & tot ſunt numero, quot muſculi.

150 Porrò *Muſculus*, qui ab Arabibus dicitur *Lacertus*, & definitur à *Galen. lib. art. med. cap.* 50. Caro ex ſimplici carne, & vilis neruoſis contexta. Eſt immediatum voluntarii motus organum, cuius partes ſimilares ſunt nerui, fibræ, tendines, caro, vena, & arteria, caro tamen fibroſa eſt præcipua muſculi pars, cuius ſimilem in corpore non eſt inuenire, & ea deficiente deficit motus, nam ſine neruis, qui in muſculos varie diuaricantur, motus fieri non poteſt, quia ſunt ſpirituum animaliſt delarores. Ligamenta enim, & tendines perfectiorem tantum reddunt motum, & tendo per ſe non eſt comparatus ad motum, ſed ad valentiores, & vehementiores motus edendos, quoniam tendo eſt mediæ naturæ inter neruum, & vinculum, licet multa craſsitie tendo neruum excedat. Porrò muſculorum differentiæ ſunt plures. Alii enim ſunt carnoſi, vt linguæ, & *Spincteres* dicti; alii neruoſi, vt qui tibiam cingunt, alii longi, lati, tranſuerſi, recti, & obliqui. A peritioribus Anatomicis numerãtur 405. ab alijs plus, vel minus. In fronte duo ſunt, qui frontem, ac ſupercilium attollunt, nam licet cutis vniuerſa ſit immobilis, in fronte tamen, & facie ſponte mouetur. In palpebris item duo, qui eas aperiunt, & claudunt. Oculi ſecũdum aliquos habent ſex muſculos, & ſeptem ſecundũ alios. Aures habent tres, quorũ primus in anteriore parte ſitus eſt, ſecundus ab occipitio emanat verſus eaſdem aures, tertius ex interna parte ad radices excurrit. In naribus duo ſunt dilatantes, & duo reſtringentes. In labijs nouẽ alij ſurſum, alij deorſum mouentes. Adeſt & alius *Buccinator* dictus, qui buccam mouet. In maxilla inferiori adſunt ſex, quibus mouetur ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, antrorſum, retrorſum, & claudunt duo. Os hyoides octo muſculi nectunt, & firmant. In lingua decem ſunt, qui eam invarias partes mouent, iuuantque ad tranſmittendos cibos, & exprimendas litteras. In faucibus adſunt ſex inſeruientes ad deglutionem, tres vtrinque. In laringe, qui eſt operculum aſperæ arteriæ, quatuordecim numerantur, quibus mouetur, dilatatur, conſtringitur, aperitur, & clauditur. In capite plures reperiuntur, quorum extendunt duo, flectunt duo, & alij oblique, & circulariter mouent. In ceruice ſunt octo, ex quibus quatuor flectunt, & totidem extendunt. In ſcapulis quatuor ſunt, qui eas ſurſum, deorſum, antrorſum, & retrorſum mouent. Brachium ſurſum mouent duo, deorſum duo, antrorſum mouet vnus fortis, qui dicitur *Pectoralis*, retrorſum mouent tres. Cubitum flectunt duo, & totidem extendunt. Radium mouent quatuor. Carpum duo laxant, & duo etiam extenduot. Digitos flectunt muſculi tres, & quamplures extendunt. Pollicem flectit vnus, extendunt duo, abducunt tres. Reſpirationis muſculi ſunt ſexaginta quinque, diſtendunt inſpirationi inſeruientes 32. contrahunt expirationi dicati 32. Accedit Diapragma, inſpirationi, & reſpirationi inſeruiens. Abdominis muſculi, reſpirationi ſeruientes ſunt octo, qui oriuntur à ſuperiore parte oſsis, & pubum. In dorſo reperiuntur octo, ſcilicet duo ſuperiores, totidem inferiores; quintus, & ſextus à lumbis oriuntur, ſeptimus, & octauus à proceſsibus primæ, ſecundæ, & tertiæ thoracis vertebræ. In ano quatuor ſunt, nempe ſpicteres duo, tectum inteſtinum

ſtum occludentes, leuatores duo, qui anũ delapſum reuocant. In veſica vnus, qui eius ceruicem omni ex parte cingit,& exi-tum vrinæ intercludit. In teſtibus duo, *Cremaſteres* dicti, ideſt *Suſpenſory*, qui ſuſtinent teſtes, ne ſuo pondere vaſa extendant. In pene ſunt quatuor, & in mulieribus clitoris, ſtans loco pudendi, duos exiles habet muſculos. In fæmore flectentes duo ſunt,extendentes tres, circumagentes tres, abducentes ſex. Flectunt tibiam quatuor, extendunt quatuor, adducunt duo, & vnus abducit. In pede ſunt flectentes, extendentes quatuor. Digitos pedum flectunt duo, extendunt duo, adducunt quatuor;abducunt octo. In pollice demum ſunt peculiares,vno flectitur, extenditur altero, adducitur vno, abducitur alio.

151 Et quia ſupra mentionem fecimus de membranis, & villis, ſeu fibris, quod ad membranas attinet, Membrana eſt pars ſimilaris, frigida, ſicca, lata, tenuis, ac denſa, ex ſeminis portione genita, ſenſus tactorii organum, partes ſubiectas cuſtodiens. Eſt lata, vt partem veſtiat, denſa ad robur, tenuis, ne pondere ſit moleſta. Eſtque minus frigida tendine, vinculis, cartilagine, oſſe, ſed frigidior venis, arteriis, & neruis. Aliæ ſunt membranæ legitimæ, & veræ, vt membranæ cerebri, pleura, peritonæum, perioſtium; aliæ ſunt latæ, aliæ longæ,aliæ internæ,& aliæ externæ. In ſingulis partibus multæ ſunt. In oculis plures inſunt, vt vidimus, linguam veſtit vna tunica, communis æſophago, palato, faucibus,ventriculo. Cor pro tunica pericardiũ habet. Pulmo mediaſtinũ. Aſunt etiã membranæ in epate, epiploo,inteſtinis,& vtero, vt vidimus ſupra.

152 Villi, ſeù fibræ ſunt partes ſimilares, frigidæ, ſiccæ, albæ, ſolidæ, oblongæ exilium filorum inſtar, ad motum, & carnis cuſtodiam deſtinatæ. Alii ſunt tranſuerſi, alii obliqui, alii recti. Alii animalibus organis inſeruiunt, muſculis, neruis ligamentis, alii vitalibus, vt cordi, arteriis, alii demum naturalibus,vt æſophago, ventriculo, veſicæ, vtero, & neruis.

153 Glandula, de qua pariter ſupra mentionem fecimus, definitur pars ſimplex, rara, ſpongiæ ſimilis, mollis, excrementis recipiendis, & humectandis partibus, à natura fabricata. Vſus glandularum eſt primo, vt vaſa firment. Secundo, vt excrementa ſuperflua abſorbeant, & emungant, ac proinde factæ ſunt ad inguina, axillas, retro aures, vt excrementitios humores ex iecore, corde, & cerebro in ſe imbiberent. Tertio vt partes irrigent, ne facile ſiccentur; Hoc modo ſub lingua factæ ſunt, & iuxta maiorem angulum oculorum. Plures etiam reperiuntur in cerebro, laringe, pancreate, meſenterio, collo veſicæ, vt ſuprą viſum eſt.

154 Reſtat, vt de adipe dicamus, qui eſt tertium humani corporis tegumentum, & vocatur etiam pinguedo,exungia, ſeuum, ſed hæc differunt inter ſe ſecundum magis, & minus, quoniam adeps eſt ſiccior, pinguedo mollior, ſeuum ſiccius. Huius materia eſt ſanguinis portio, magis aerea, & pinguis. Sub cute copioſus adeps inſpicitur, quia ſanguinis portio, quæ ob tenuitatem rariores muſculorum partes prǽterit, à denſiore cute retinetur; quare animalia, quæ corium habent denſum, vt ſues, & delphini, plurimo adipe abundant. Eius primus vſus eſt,vt corpus tueatur, ſecundo vt conſeruet calorem, viſciditate enim, & lentore ſuo effluxum eius prohibet. Tertio vt ſicca corpora oblinat, vt in corde. Quarto, vt ad faciliorem motum dura corpora humectet. Quinto vt loca vacua impleat. Sexto, vt ſit pabulum caloris, qui gaudet humidis, fugit à mere ſiccis; Quare inediæ tempore pinguedo in alimentum vertitur.

155 Vngues demum mediam naturam obtinent inter oſſa, & cartilagines, & fiunt ex tertiæ coctionis craſſioribus excrementis, ideoque continuò creſcunt, & nutriuntur, attracto alimento, non per aſſimilationem, ſed per intus ſuſceptionem. Pili
156 generantur item ex materia tertiæ coctionis, nempè vapore fuliginoſo, rariora cutis ſpiracula permeante. Quorum cauſa efficiens eſt calor moderatus, qui fuliginoſos vapores in cutis ambitum detrudit, ſiccat, & per moram indurat.

157 Porrò licet pili, vngues, adeps, medulla, ſint partes corporis phyſicæ: à medicis tamen inter partes corporis nõ enumerantur, qui pro corporis partibus eas tantum accipiunt, quæ ſunt morborum ſubiectum, vt videre eſt apud *Riuer. inſtit. medic. lib. 1. ſect 5. cap 1.*

158 Partes autem corporis diuidunt Medici, in *Similares*, & *Diſſimilares*. Similares vocant, quæ in partes eiuſdem naturæ, & ſpecie non differentes, diuiduntur, ſeu vt placet *Auicenn.* pars ſimilaris eſt, cuius par-

partes idem nomen, eandemque defini-
tionem retinent cũ toto, vti eſt pars nerui;
& oſsis. Et hæ ſunt in duplici differentia,
Spermatica ſcilicet,& *carnoſa*. Spermaticæ
fiunt ex ſeminis craſſamento in prima cor-
poris conformatione; Carnoſæ verò ex
159 ſanguine componuntur. Duo enim ſunt
principia generationis noſtræ, ſemen ſci-
licet,& ſanguis menſtruus, ex quibus
omnes noſtri corporis partes efformantur.
Ex ſemine autem conſtituuntur prima illa
ſtamina, quæ ſunt totius corporis veluti
fundamenta; nimirum, oſſa, ligamenta,
tendines, membranæ, & alia huiuſmodi.
Partes carnoſæ à ſpermaticis facile diſtin-
guuntur, quod illæ rubræ ſint, et molles,
hæ vero albæ, atque vt plurimum ſolidæ,
et duræ; quia vero ſanguis calidus,et humi
dus eſt,ideo partes carnoſę calidam etiã,et
humidam temperiem obtinuerunt,non ita
ſe habet de ſpermaticis, quæ,licet ſemen
ſit calidum, & humidum, ſunt tamen
frigidæ, & ſiccæ, quia ſeminis caliditas,
è ſpiritibus illius dependet, qui non mu-
tantur in ſubſtantiam partis, cum habeãt
tantum rationem efficientis in genera-
tione; Humiditas verò ſeminis abſumi-
tur, vt partes ex eo genitæ, ſiccæ, & du-
ræ euadant, vnde cum calor humido ad-
hæreat, eo abſumpto, ille etiam immi-
nuitur. Harum partium ſimilarium ca-
ro triplex eſt, muſculorum, viſcerum,
& caro proprie dicta. Ad quarum actio-
nes exercendas vnica tantum requiritur
conditio, earum ſcilicet debita temperies;
cum vnicam tantum actionem habeant,
nempe nutritionem, cuius gratia pro-
prium, & conueniens alimentum attra-
hunt, & ſibi aſſimilant; quod per ſolam
temperiem fieri poteſt; Vnde ſimilaris
actio definitur, quæ à ſola partis tempe-
rie inchoatur, ab eadem perficitur, & à
qualibet partis portiuncula integra, &
perfecta editur. Partes diſſimilares ſunt,
160 quæ in partes diſſimilis naturæ, & di-
uerſæ ſpeciei diuiduntur, vt cor, hepar, &
ſimiles, quæ ideo diſſimilares appellan-
tur, quia ex multis ſimilaribus, nempe
membranis, venis, arterijs, neruis, pa-
renchymate componuntur. Sic manus,
& brachium, ex oſſibus, neruis, carne
muſculorum, cute, & reliquis conſtitui-
tur. Licet autem omnis pars diſſimila-
tis ſit organica, non tamen omnis pars
organica eſt diſſimilaris. Oſſa enim,venæ,
& arteriæ ſunt partes ſimilares, cum ta-
men ſint variæ conformatæ, & actiones
organicas exerceant, organicæ etiam di-
ci ſolent; atque ita ſimilares ſunt ratione
materiæ, & organicæ ratione formæ, &
161 figuræ. Pars enim organica eſt, quæ
determinatam edit actionem vi propriæ
conformationis, quæ tamen non ſufficit,
cum ad partiũ organicarũ actiones exer-
cendas, quattuor requirantur conditio-
nes, *Conformatio*, *Magnitudo*, *Numerus*,
& Coniunctio. Nomine *Confirmationis* tria
comprehenduntur, figura, meatus, &
cauitas, aſperitas, & lænitas. *Magnitudo*
certa, & determinata vnicuique parti eſt
tributa, quæ actioni ſuæ exercendæ ſit
neceſſaria; ſic iecur eſt maius corde, ce-
rebrum maius oculo,& ſic de alijs. Quod
ad *Numerum* attinet, certæ actiones vni-
ca tantum eiuſdẽ generis parte indigent,
aliæ pluribus. Sic ad loquelam vnica lin-
gua ſufficit, ad comprehenſionem autem
plures digiti ſunt neceſſarij. *Coniunctionis*
nomine duo comprehenduntur, ſitus, &
connexio. Sic iecur in dextro hypocon-
drio ſitum eſt, lien in ſiniſtro. Inteſtina
in medio abdomine, vterus inter veſicam,
& inteſtinum rectum; Ita oſſa ad motum
efficiendum in articulationibus inuicem
connectuntur; contra verò labra, & pal-
pebræ, ad ſua munia exercenda, conne-
cti ſimul non debuerunt, ſed diſiuncta,
162 & ſeparata relinqui. Porrò duplices
ſunt partes organicæ; *Principes*, *& igno-
biles*. Principes ſunt, quæ ad indiuidui
conſeruationem abſolutè ſunt neceſſariæ,
& toti corpori facultatem & ſpiritum
elargiuntur, ſcilicet, cor, hepar, & ce-
rebrum. Ignobiles verò ſunt illæ, à qui-
bus facultates, & ſpiritus non promanant,
quæuè principalibus inſeruiunt, & fa-
mulantur. Sic ſenſuum organa ſolius ce-
rebri gratia ſunt conſtituta; ſic pulmo,
diaphragma, & arteriæ, ſoli cordi tem-
perando; expurganduuè dicatæ ſunt; Ita
ventriculus, inteſtina, lien, renes, vtra-
que veſica propter hepar ſunt condita.
Vno verbo omnes totius corporis partes
ignobiles dicuntur, exceptis tribus prin-
cipibus ſupra enumeratis. *Riuer. inſtit:
Medic. lib. 1. ſect. 4. cap. 2. & 3.*
163 Vt igitur noſtri corporis partes ad
actiones naturales obeundas aptæ ſint, bo-
nam ſecundum naturam debent habere
diſpoſitionem; quę vt diximus in tribus
conſiſtit: Vt videlicet quælibet pars ſit
vna,& integra, deinde in ſimilaribus ha-

beatur

beatur temperies; In organicis compoſitio, & ad actiones neceſſarias conformatio, quę pro varietate actionum edendarum in diuerſis partibus diuerſa eſt.

164 Temperies, ſeù temperamentum duplex eſt, vnum corporis, quatenus ſimpliciter mixtum, aliud corporis viuentis, quod per mortem euaneſcit, remanente in cadauere, donec corrumpatur, temperamento mixti. Hoc temperamentum hominis viuentis eſt calidum innatum, & humidum primigenium, eſtque diuerſum in diuerſis partibus. Cutis enim temperatiſſima eſt, præſertim manus. Inter calidas primum locum obtinet cor, cui ſuccedit hepar, lien, caro muſculoſa, renes, pulmo, vena, arteria, pinguedo, & adeps. Inter frigidas primo numerantur oſſa, deinde cartilagines, ligamenta, tendines, nerui, membranæ, ſpinalis medulla, & cerebrum. Humidæ ſunt adeps, oſſium medulla, cerebrum, medulla ſpinalis, teſtes, mammæ, pulmo, lien, renes, caro muſculorum, lingua, cor, nerui molliores. Siccæ demum ſunt, oſſa, cartilagines, ligamenta, tendines, membranæ, arteriæ, venæ, nerui duri.

165 Calidum igitur innatum eſt humidum primigenium, inſito ſpiritu, & calore vndique perfuſum. Hæc enim tria, calor, ſpiritus, & humidum radicale, ſeu *Balſamum naturale*, vt nonnulli appellant, ita arctè coniunguntur, vt facilè ſeparari non poſſint. Quod quidem calidum innatum ineſt principaliter partibus ſpermaticis; præcipue tamen in corde, quod ideo *Galenus* calidi innati focum nominat. Eſtque huiuſmodi calidum innatum præcipuum animæ inſtrumentum, quo omnes actiones obit, & perficit. Prima ætate plurimum adeſt; procedentibus autem annis humidum radicale paulatim abſumitur, & exſiccatur; tandemque, eo abſumpto, calor etiam extinguitur, & ſequitur mors naturalis. Fouetur autem, & excitatur ab influente per ſpiritus, qui ſunt, corpus tenuiſſimum, calidum, & mobile, ex tenuiſſima, & maxime ſincera ſanguinis parte genitum, & cum calido innato iuncti, proximum, & præcipuum omnium actionum edendarum inſtrumentum; faciuntque, vt animæ facultates ad actum ſecundum accedere poſſint. Hoſque ſpiritus eſſe facultatum vehiculum, & facultates per ipſos ſpiritus à partibus principibus in reliquas influere, plurimi autumant, quos refellit *Sennert. oper. medicin. tom. 1. lib. 8. cap. 2. poſt. init.* Diuidens deindè eoſdem ſpiritus in tres ſpecies, naturalium ſcilicet, vitalium, & animalium. Et licet naturales plerique non admittant, ipſe tamen *Sennert. ibid.* non paruam inter hos, & alios ſpiritus differentiam agnoſcit, etſi neque ita propriè eiſdem nomen ſpiritus, vt reliquis competere, neque idem officium habere concedat. Generantur autem in hepate, & continentur in venis; ac tenuiores, & ſpirituoſiores partes ſanguinis ſunt, ſpiritibus vitalibus materiam ſubminiſtrantes. Spiritus autem vitales ex tenuiore ſanguinis parte, ſeu ſpiritu naturali, ad cor influente, & primum in dextro cordis ventriculo attenuato, magiſque elaborato, in ſiniſtro cordis ventriculo generantur. Qui ſpiritus non ſolum in ipſo corde, cum calido eidem inſito, actionum cordis præcipuum inſtrumentum ſunt, ſed per arterias in totum corpus diffuſi, innatum ſingulis partibus calorem deferunt, excitant, & augent, eique quaſi perfectionem tribuunt; vndè, & calidum influens à nonnullis appellatur, ijdemque ſpiritibus animalibus materiam ſuppetunt. Qui ſpiritus animales ſunt ſenſus, & motus proximum inſtrumentum, vt diximus, è vitalium ſpirituum parte puriſſima, per carotides, & ceruicales arterias in cerebri baſim, atque inde in cerebrum delata, & cum aere, inſpirationia ope attracto, mixta.

166 Facultas vegetatiua, quæ infima eſt, nutritionem, augmentationem, & generationem ſub ſe cōtinet. De Generatione non eſt quid addendū. Nutritio, & augmentatio fit per alimentū, quod pluribus coctionibus elaboratur, & corpori ſimile redditur. Duplex enim eſt coctio; priuata ſcilicet, quę fit in ſingulis partibus, & publica, quæ in totius corporis vſum communem inſtituta eſt, ac in ventriculo, & liene præcipue peragitur. Quæ dicitur prima coctio; & qua abſoluta, chylus à venis meſeraicis, quarum orificia ad inteſtina pertingunt, recipitur, alteratur, & mutatur. Nonnihil, & hinc ad venarum portæ radices, & hepar defertur, poſtquam enim chylus aliqua rudimenta in venis meſeraicis accepit, atque ita à fæculentiore parte beneficio lienis purgatus eſt, in hepate perfecti ſanguinis formam accipit, & hinc per ve-

nam

nam cauam in totum corpus, omneſque eius partes, ad eas alendas diſtribuitur. Quiquidem ſanguis, etſi vnica forma contineatur, & totus alendo corpori ſit vtilis, eius tamen partes non ſunt planè ſimiles, ſed aliæ temperatæ, quæ in ſpecie ſanguis appellantur, aliæ calidiores, & ſicciores, quę ſanguis bilioſus, aliæ frigidiores, & humidiores, quæ ſanguis pituitoſus, aliæ frigidiores, & ſicciores, quæ ſanguis melancholieus, vulgo autem bilis, pituita, melancholia, nominantur. Atque ex his partibus nulla excrementia eſt, ſed ſunt omnes corpori alendo perutiles. Proinde in corpore ſano nihil datur excrementitij, ſed tantum ſanguis alimentarius in venis continetur, omneſque noſtri corporis partes ſolo ſanguine aluntur. Qui quidem ſanguis in ſingulis partibus pro cuiuſque natura elaboratur, & tandem partibus aſſimilatur, & in partium ſubſtantiam conuertitur. Cum autem in hac elaboratione ſanguis aliquas mutationes ſubeat, à medicis in in tertia coctione quattuor humores ſecũdarij generari dicuntur, quorum vnus alterum ſequitur, & per has mutationes ſanguis in ipſam corporis alendi ſubſtantiam tranſit. Primus dicitur innominatus, Secundus Ros, Tertius Gluten, Quartus Cambium. In qua quidem coctione generantur item duo excrementa, vnum craſſius, quæ ſunt ſordes cuti adhærentes, alterum tenuius quod per ſudorem diſcuritur; ad quæ excrementa euacuanda cutis ſuos obtinet poros.

SVMMARIVM.

Aegritudinis, ſeu Infirmitatis definitio, 168.
Morborum differentia 171. *cauſa interna, & externa* 169. *Definitio* 169.
Morbi per conſenſum 173. *&* 174.
Morborum genera innumera 170. *Morborum denominationes* 171.
Morbi lethales non lethales, ſalubres, & ſalutares 172.
Sanitatis definitio 167.

SECTIO II.

De Morborum cauſis, & Diuiſione.

SAnitas definitur à *Galen. de different. morb. cap.* 2. naturalis omnium partium
167 conſtitutio; & à *Sennert. inſtit. medic. lib.*
1. *cap.* 3. Corporis humani eas, quæ ſecundum naturam ſunt, actiones exercendi potentia, à partium omnium natu-
168 rali conſtitutione proueniens. Egritudinem verò, ſeu morbum definit idem *Sennert. lib.* 2. *cap.* 1. quod ſit partium viuentium corporis humani ad actiones naturales obeundas impotentia, ſeù ineptitudo, ab earumdem conſtitutione præter naturam ortum habens.

Morborum cauſas à pluribus, & diuerſis accidentibus originem trahere, tenent
169 omnes cum *Sennert. inſtit. medic, lib.* 2.
cap. 1. *& ſeqq.* Eaſque vniuerſaliter in internas, & externas diuidunt, externę morborum cauſæ ſunt, anni tempora, à naturali ſtatu declinantia, venti peſtilentes, & huiuſmodi. Internæ vero dicuntur illę, quæ vel ſecundum naturę legem ſunt in corpore noſtro, veluti humores naturales, qui ſi modum excedunt, cauſæ morborum eſſe poſſunt; vel pręter naturam in eodem inueniuntur, vt calculi, arenulę, vermes, & omnia, quæ intus gignuntur. Internæ demum, & externæ ſimul morborum cauſæ ſiunt ex nimia cibi, potuſue copia, inedia, ſomno, & vigilia, motu, vel quiete, aut animi affectibus retentis, & excretis.
170 Porrò licet morborum genera ſupra trecenta nominatim tradantur apud *Plin. lib.* 26. *cap.* 1. exceptis generum partibus, quarum nullus habetur numerus; atque ijs exceptis, qui quotidie noui, ac plerumque incogniti accreſcunt, *Plin. ibid. & lib.* 7. *cap.* 51. vbi infinitam dicit eſſe morborum multitudinem. Cui aſſentitur *Galen. lib.* 2. *Therapeut.* aſſerens non poſſe quempiam inuenire, nec demonſtratione oſtendere morborum genera. Nec diſſentit D. *Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 22. *cap. item* 22. tot inquiens eſſe morborum genera, vt libris medicinæ non ſint omnia comprehenſa; Quod prius ſcripſerat etiam *Seneca ad Lucill. epiſt.* 95. innumerabilia dicens febrium genera, alioſque item morbos innumerabiles. Quodque claiè deprehenditur in oculo, omnium membrorum minimo, cui 112. morbos, ſiue affectus diſtinctos aſſignat *Galen. in lib. cui tit. Introductio, ſiue Medicus.*
171 Omnium tamen morborum differentias in genere tradit *Sennert. Inſtit. medic. lib.* 2. *part.* 1 Quod ſcilicet alij ſint morbi intemperici, quæ tunc oritur, cum debita pri-

marum

marum qualitatum proportio, quæ ad actiones edendas neceſſaria eſt, non ſeruatur; ſed vel vna reliquas tres, vel duæ reliquas duas vincunt. Etenim intemperies alia eſt ſimplex, alia compoſita. Simplex eſt, in qua vna qualitas excedit, quæ pro quattuor primarum qualitatum numero eſt quadruplex, calida, frigida, humida, ſicca. Compoſita eſt, in qua duæ qualitates excedunt, & quæ ex quadruplici primarum qualitatum combinatione item quadruplex eſt, calida, & humida, calida, & ſicca, frigida, & humida, frigida, & ſicca. Alij ſunt morbi compoſitionis, quando nimirum partium organicarum, quatenus organicæ ſunt, naturalis conſtitutio vitiatur. Alij ſunt morbi conformationis, qui conſiſtunt in receſſu à naturali conformatione, & quorum triplicem differentiam aſſignat *Sennert. loc. cit. cap. 6.* nimirum in figura, cauitate, & ſuperficie. Alij ſunt morbi in numero, qui dupliciter diſtinguuntur; videlicet in numero deficiente, quando alicui parti deeſt aliquid, quod naturaliter adeſſe deberet, & in numero abundante, quando adeſt aliqnid, quod deberet naturaliter abeſſe. Alij morbi magnitudinis, quando partium naturalis magnitudo mutatur, parteſque ad ſuas actiones edendas ea de cauſa ineptæ redduntur. Qui pariter ſunt in duplici differentia, auctæ ſcilicet, vel diminutæ magnitudinis, prout totum, vel pars ſupra modum augetur, vel diminuitur. Alij morbi compoſitiones, quando partes naturalem ſitum ſuum mutant; vel quando non debito modo cum alijs connectuntur, prout accidit in luxatione, cum oſſa ſuis ſedibus excidunt, ſeu cum articuli, aut oſſium digiti è ſuis acetabulis, ſeu cauis pariter exeunt, vnde membri motus impeditur. Alii morbi ſolutæ vnitatis, quando partes, quæ vnum, & continuum quoddam eſſe debent, diuiduntur, & continuitatem amittunt, prout in vulneribus, puncturis, contuſionibus, rupturis, & huiuſmodi. Alij ſunt morbi ſimplices, quando vnus morbus cum nullo alio coniungitur; Compoſiti alij, quando vnus morbus cum alio in eadem parte copulatur. Morbi ſeparati & disiuncti, qui in diuerſis partibus conſiſtunt. Morbi impliciti, qui diuerſas quidem partes afficiunt, ſed quæ communem vſum, & actionem habent. Morbi connexi, quando vnus morbus eſt cauſa alterius. Morbi fientes, qui etſi iam ſint, & à cauſa ſua producti, tamen ſine cauſa efficiente ſubſiſtere non poſſunt, & cauſa recedente, à ſubiecto recedunt. Morbi facti, qui etiam remotis, & ablatis cauſis generalibus, remanere, & ſupereſſe poſſunt, & illis ſublatis, ſtatim non tolluntur. Morbi vniuerſales, qui totum corpus occupant. Particulares, qui peculiarem aliquam partem. Morbi ætatum, ſcilicet puerorum, adoleſcentium, iuuenum, virorum, ſenum, de quibus *Hippocr. 3. aphor. 24. & ſeqq.* Morbi per eſſentiam, qui ortum habent à cauſa, in eodem loco, vbi morbus excitatur, genita. Morbi per conſenſum, qui excitantur à materia genita extra partem, in qua morbus eſt, de quibus inferius. Morbi primarij, ſi nempe cauſa aliqua ſit tantum producens morbum, & non ſimul morbus. Secundarij verò, ſi cauſa morbi, & ipſa morbus ſit, ac morbus ab alio morbo producatur. Morbi legitimi, & puri, qui ab vna, & ſimplici cauſa proueniunt; Illegitimi, & nothi, qui ex mixtis humoribus excitantur. Morbi hæreditarii, quorum cauſæ ab ipſis parentibus in liberos propagātur. Morbi contagioſi, qui ſui ſeminium, & inquinamentum quoddam in aliud corpus transfundunt, & per illud ſimile in corpore vitium excitare poſſunt. Morbi Sporadici, ſeu ſparſi, qui diuerſæ ſpeciei plures inuadunt, ſeu cum plures diuerſis morbis laborant. Morbi communes, qui eiuſdem ſpeciei plures eodem tempore corripiunt. Morbi endemii, ſeu vernaculi, qui frequenter locum aliquem occupant. Epidemii, ſeu maligni, & peſtilentes. Item morbi æſtiui, autumnales, diuturni, magni, breues, longæui, acuti, vetuſti, continui, intermittentes, ordinati, inordinati, conſtantes, & inconſtantes, de quibus omnibus latè *Sennert dicta part. 1. cap. 11.*

172 Dantur demum morbi læthales, non læthales, ſalubres, & ſalutares. Salutaris eſt, qui plerumque, & magna ex parte ad ægri ſalutem terminatur, læthalis vero, qui plerumque interficit ægrum. Vtrique autem, vel ſimpliciter, & abſolutè, vel ſecundum quid tales dicuntur. Simpliciter ſalutares ſunt, qui ad perfectam, atque integram ſanitatem terminantur. E contra ſalutares ſecundum quid, qui ad ſalutem quidem, & ipſi terminantur, non tamen in perfectam, atque inte-

integram ſanitatem deſinunt, vt cum pleuritis in phtiſim, aut empiema deſinit, aut cum ex alio morbo alius, vel curabilis, vel incurabilis oritur, & cum æger nec prorſus ſanatur, nec etiam planè morbus extinguitur. Et tales ſunt, qui reuertuntur, & periculum recidiuæ coniunctum habent; Qui morbi dicuntur etiam læthales, ſecundum quid à *Sennert. dicto cap.* 11. Læthales verò ſimpliciter vocat *ibid.* morbos, qui ægrum ad mortem deducunt; qui nimirum ex cauſis potentiſſimis excitantur, vt nulla vi à natura, ſeu ab arte, expugnari poſſint, & qui partium ſubſtantiam, temperiem, reliquamque conſtitutionem euertunt, ſpiritusque ita diſſipant, aut ſuffocant, vt natura nullum amplius inſtrumentum habeat, quo ſe ſe defendere, atque in priſtinum ſtatum recuperare valeat, qui tamen an dari poſſint, videbimus infra, *p. 4. cap.* 11.

173 Quod ad morbos per conſenſum attinet, triplicem humani corporis partium conſenſum ex Galeno aſſignat *Sennert. Inſtitut. medic. lib. 3. part. 2. cap. 4. de cognoſcendis locis affectis.* Scilicet ex ſimpathia generis cum vna pars alteram afficit, ob partis, quæ vtrique communis eſt, continuitatem, quæ fit per neruos, & membranas. Ex ſimpathia, propter operis familiaritatem, quæ eſt inter partes, quæ ad vnum opus ſunt deſtinatæ. Et ex ſimpathia vicinitatis, cum pars vicina, aliam per ſenſibiles, & inſenſibiles meatus afficit. Circa primam, in qua maior eſt difficultas, plura adducit exempla *Sennert. loc. cit.* quæ ſcitu digna ſunt, videlicet.

174 Cum officium primi paris muſculorum brachij ſit, brachium ad pectus adducere, à quinta verò vertebra thoracis neruus hunc muſculum ſubiens progrediatur, ſi in neruea illa propagine anguſtia aliqua accidit, inde fit, vt brachium ad pectus adduci non poſſit; & propterea tum medicamenta non brachio, ſed quintæ vertebræ thoracis adhibenda.

Ita Galenus, 1. *de loc. affect. cap. 6.* refert quendam, Romam cum proficiſceretur, è vehiculo decidiſſe, ac non multo poſt digitorum trium ſenſum amiſiſſe, illæſo ſeruato motu; & Medicum quendam iam triginta diebus medicamenta digitis adhibuiſſe, ſed ſine fructu. Quod cum Galenus animaduertiſſet, & in cauſam morbi diligentius inquiſiuiſſet, & ab ægro intellexiſſet, in lapſu iſto manum non fuiſſe læſam, ſed dorſum interim fuiſſe afflictum, atque inde coniecturam feciſſet in primo exortu nerui, poſt ſeptimam vertebram prodeuntis, partem quampiam ab ictu fuiſſe inflammatam, ac indè ſcirrhoſam habere diſpoſitionem, iuſſit medicamentum à digitis amouere, & ei ſpinæ parti, quæ lapſu læſa erat, imponere; vnde, multis admirantibus, digitis ſenſus reſtitutus eſt. Non verò ſolùm ſtupor digitorum hoc modo oriri, ſed & motus eorum lædi poteſt, ſi muſculorum origines, quę ſumũt exordium ab humero ſint lęſe;

Sic à quarta, quinta, ſæxta vertebra ceruicis neruus ad diaphgrama tranſmittitur, vnde illud motum habet. Si ergo accidat, vt in neruo illo anguſtia fiat, ſeu ab obſtructione, ſeu compreſſione, reſpiratio inde lęditur, & tunc curatio non ad pectus, ſed ad collum derigenda.

Ita latus in collo eſt muſculus, intertextus nerueis propaginibus, à tertia, quarta, & ſeptima ceruicis vertebris ortum habentibus, cuius officium eſt, labrum inferius deorſum obliquè trahere. Quod ſi accidat, vt is muſculus morbo afficiatur, & labrum non recte moueatur, non labio, ſed muſculo illi medicamenta applicanda.

Sic muſculus quartus brachij, qui deorſum brachium trahit, oritur à dimidia parte oſſis ſacri. Si ergo motus brachij ob muſculum hunc affectum lædatu, medicamenta non brachio, ſed oſſis ſacri regioni adhibenda.

Temporalis muſculi officium eſſe, in maſticanda, & præcipuè rebus durioribus dentibus frangendis, inferiorem maxillam conſtringere, & contrahere, notiſſimum eſt. Hic ergo muſculus ſi aliquid mali patiatur, ſiuè inflammetur, ſiuè poſt inflammationem duritiem ſcirrhoſam contrahat, ſiue vulneretur, & tranſuerſim ſecetur; ſeù nerui ad hunc muſculum è tertio, & quinto pari neruorum prodeuntes lædantur, maſticatio læditur.

Primus muſculorum brachij abducit brachium pectori. Is, cum enaſcatur à media iuguli ſede, ab oſſe pectoris, progrediturque verſus ſternum, & anteriorem thoracis partem occupet, ſi lædatur, in illo funis tormento, in quo ferè diuellitur, vel ſi alio modo lædatur, medicamenta non brachijs, ſed pectori applicanda.

De hoc muſculo & hoc obſeruandum, quod carnoſa eius membrana connectitur cum primo ventris muſcolo, qui deſcendit

ad

ad os pubis vſque, & qui inteſtina in fecibus excludendis præmit. Si ergo is læ-datur, poteſt dolor vſque ad os pubis extendi, & contra, læſo muſculo abdominis, poteſt dolor in humero percipi. Cuius exemplũ nuper obſeruatũ in equite quodam in publico diuerſorio vulnerato. Is enim cum gladio propè vmbilicum in parte ſiniſtra vulnus obliquum, verſus dextrum tendens, non tamen in abdomen penetrans, punctim accepiſſet, acutiſſimum dolorem in humeris, præcipuè ſiniſtro, ſenſit, qui procul dubio ob conſenſum membranarũ muſculi brachiorum primi, & abdominis obliquè deſcendentibus ortum habuit.

Caput ad poſteriorem partem rectà trahit primus muſculorum capitis, & ſecundus: ita quidem, quod primi paris muſculi ambo vna attrahentes id præſtant; qui à quinta vertebra thoracis pronari aſcendunt ad tertiam ceruicis, & inde extrorſum obliquè adſcendunt, atque ita ambo concurrentes rectà caput ad partem poſteriorem trahunt. Si vero alter muſculus tantum trahat, caput in latus circulariter flectit, & non rectà in partem poſteriorem trahit. Secũdum verò par quod attinet, vnus ſine ſuo coniuge, caput rectà in partem poſteriorem attrahere poteſt, quia inſertus eſt in medio occipitis, & quia ſecundum par muſculorum capitis exoritur à tranſuerſo proceſſu quartæ, & quintæ thoracis vertebræ, & recto ductu deſcendens occipitis oſſi inſeruntur. Hinc patet in toto ſpatio, quod eſt inter quintam thoracis vertebram, & occipitium, cauſam conſiſtere conſiſtere poſſe, vt caput ad partem poſteriorem, vel rectà, vel ad latus moueri non poſſit, & propterea tum non ceruicem, ſed locum primario affectum eſſe curandum.

Muſculus primus abdominis obliquè deſcendens oritur à ſexta, ſeptima, octaua, & nona coſtis, antequam in cartilaginem deſinant, oritur quoque à vertebris lumborum, & à dimidia appendice oſſis ſacri, & implantatur vtrobique cum ſuo coniuge alteri parti appendicis oſſis ilium, & oſſi pubis, & deſinit in lineam albam in medio poſitam, tanquam in terminum omnium muſculorum abdominis. Quapropter non eſt mirum, ſi tumor aliquis circa ſextam coſtam hæreat, dolorem etiã peruenire poſſe ad lumborum vertebras, ad os pubis, & ad teſticulos, quia muſculi iſti abdominis in duplici loco ſunt perforati, circa vmbilicum, & circa os pubis, per quæ foramina vaſa ſemen teſtibus præparantia deſcendunt, & adſcendunt deferentia. Ita violenter tenſis vaſis ſemen præparantibus, & deferentibus, acuti poſſunt excitari dolores, quamuis nullus ibi ſit morbus, cum ille dolor accidat per conſenſum, & propter tumorem circa ſextam coſtam diſtendentem perforatos tendines eodem modo dolor ille deſcendere poteſt vſque ad lumbos, quibus annectitur ille muſculus.

Sic muſculi abdominis recti à medio oſſis pubis enaſcuntur, & rectis fibris aſcendunt ad mucronatam cartilaginem, & ſternum, vſque ac cohærent ſextæ, & ſeptimæ coſtis, vnde accidere poteſt, vt tumore aliquo, vel læſione exiſtente inter ſternum, & mucronatam cartilaginem, dolor circa vmbilicum, & medium os pubis percipiatur.

Ita muſculus quartus thoracis oritur ab oſſe ſacro, & ab interno oſſe ilium, & adſcendens per lumborum vertebras, adhæret decem primis coſtis, quæ huius muſculi miniſterio arctantur ad conſtringendum thoracem, & exprimendas fuligines, & randem inſeritur ſeptimæ ceruicis vertebræ, ideoque accidere poteſt, vt tumore, vel dolore exiſtente in exortu huius muſculi in conſenſum partes modò nominatæ, quibus connectitur, trahantur, ab hinc reſpirationis difficultas oriatur, ob eiuſdem muſculi in exortu læſionem motus brachiorum imminui poteſt; quoniam nerui inſeruientes brachio, & manibus, exoriuntur à vertebris ceruicis, quorum neruorum capita aliqua comprimi poſſunt à diſtento hoc muſculo, qui vſque ad ſeptimam ceruicis vertebram extenditur.

Sic primus dorſi muſculus, cuius officium eſt, flectere ſuperiorem partem dorſi oritur à quinta vertebra thoracis, & ſubiectus ſtomacho, & æſophago adſcendit per internas partes vſque ad occipitium, & primæ ceruicis vertebræ inſeritur. Vnde fieri poteſt, vt ſi contuſio, & læſio aliqua in exortu huius muſculi ad quintam vertebram fiat, ceruix non poſſit flecti parte ſuperiori.

Quartum par muſculorum, quod erigit dorſi partem ſuperiorem, & ceruicem, & caput conſequenter extendit, oritur è ſeptimæ thoracis vertebræ ſpina, & adſcendit per intermedia vertebrarum, & ad ſe-

eundam vſque ceruicis vertebram excurrit. Itaque ſi circa ſeptimam vertebram thoracis humor aliquis colligatur, accidere poteſt, vt ceruix propterea extendi non poſsit, quia adeſt diſtenſio fibrarum huius muſculi.

Sæpiſsime etiam accidit, præcipue in ſenibus, & melancholicis, in quibus frequenter halitus melancholici dorſi muſculos diſtendunt, vt recte extendi vel flecti non poſsit: dolores etiam nunc in hac, nunc in illa dorſi parte percipiantur, cauſa tamen horum malorum ſaltem in vna parte conſiſtat, & hæreat, vel in oſſe ſacro, vel interna parte ilium, vel in muſculi exordio. Muſculi enim ſexti paris ſunt omnium muſculorum corporis noſtri longiſsimi, & exortum habent ab ima oſſis ſacri parte, & ab interna ilium, atque ad primam thoracis vertebram, & caput vſque extenduntur. Accidere ergo poteſt, vt ſi initium horum muſculorum humor aliquis repleat, ac diſtendat, dolor perueniat ad tendines huius muſculi, annexos vertebris thoracis, & ceruicis.

Muſculi primi cubiti, qui Piſciculus dicitur officium eſt, trahere cubitum ad pectus. Is cum à ſcapula oriatur, fieri poteſt, vt nullo vitio in cubito exiſtente, nihilominus is ad pectus flecti non poſsit, ſi nimirum humores aliqui in ſcapulam confluant, vel ſcapula percutiatur, aut vulneretur in proceſſu ancyroideo, vel in parte ſuperna ſupercilij acetabuli, à quibus partibus enaſcitur primus muſculus cubiti.

Muſculus flectens ſecundos articulos quatuor digitorum ortum habet ab interno humeri tuberculo, & deinde factus carnoſus, iuxta longitudinem cubiti, & radij fertur, & vbi medium cubitum prætérijt, tendens in anguſtum, terminatur in quatuor tendines perforatos, qui implantantur ſecundis articulis quatuor digitorum, ipſoſque flectunt. Itaque fieri poteſt, vt ſi quis in humere, vel ceruice percutiatur, aut vulneretur, ſecundi quatuor digitorum articuli flecti non poſsint. Quo in caſu non ipſis digitis, ſed humeri & ceruici medicamenta ſunt applicanda. Fieri tamen etiam poteſt, vt motus hic articulorum in digitis lædatur, non ſaltem humero læſo, ſed etiam morbo aliquo iuxta cubiti, radijque longitudinem exiſtente, per quam partem iſte muſculus fertur.

Eodem modo cum muſculus, qui tertium articulum quattuor digitorum, pollice excepto flectit, oriatur à parte anteriore, & interna articuli cubiti, & antequam ad brachiale perueniat, deſcendens, diuidatur in quattuor tendines, qui cum ſint ſubiecti tendinibus primi muſculi, ante radicem ſecundi digitorum internodij perforantes eos tendines, & deinde inſeruntur in tertia digitorum oſſa, accidere poteſt, vt tertius articulus quattuor digitorum, flecti non poſsit, morbo hærente in parte anteriore, & interna articuli cubiti, è quo loco muſculus articulos hos flectens exoritur.

Contra fieri poteſt, vt digiti non poſſint extendi, quamuis nulla eius rei cauſa in digitis hæreat, nimirum cum muſculus digitos hos extendens affectus eſt, qui oritur ab externo humeri tuberculo, & deinde progreditur per cubitum, & radiũ, & in quattuor latos tendines deſinit, qui inſeruntur deinde à primo vſque ad tertium articulum quattuor digitorum ſub vnguibus. Cum ergo affectus aliquis præter naturam, qui muſculum hunc afficere poteſt, vel in externo humero, vel inter cubitum, & radium, vel iuxta brachiale conſiſtit, accidere poteſt, vt digiti hi non poſsint extendi. Contingere etiam poteſt, vt digitus minimus non poſsit ſeparari à reliquis ſi tumor conſiſtat in externo humeri tuberculo quacumque de cauſa ortus.

Ita ſi quis indicem digitum non poſsit oblique extendere, cauſa hærere poteſt in tertio muſculo externo, qui prodit à medio cubito, vbi eſt linea illa aſpera, & oblonga. Huius enim muſculi officium eſt, extendere indicem: & propterea ſi is afficiatur in ipſo exortu, in medio cubito, vel in vlna, vel in cubito, vbi eſt linea aſpera, & oblonga, vel in brachiali, quem locum tranſit, extenſio indicis prohibeν poteſt.

Quarti muſculi externi digitorum officium eſt, tertium articulum pollicis extendere, vel ab alijs digitis abducere. Is cum è cubito oriatur penes tertium muſculum, & progrediatur ſupra radij appendicem, & inſeratur tertio articulo pollicis, fieri poteſt, vt articulo iſto ſaluo, in cubito tantum ſit morbus, & nihilominus extenſio tertij articuli impediatur.

Muſculus digitorum quintus, extendens totum pollicem, enaſcitur ab eadem linea

linea cubiti, prope quartum muſculum, & oblique progreditur pollicem verſus, & in quattuor plerumque tendines deſinit, quorum primus inſeritur in tertium pollicis articulum, ſecundus in ſecundum, tertius in primum articulum pollicis, quartus in brachiale. Quare fieri poteſt, vt pollice ſaluo, in muſculo hoc cauſa conſiſtat, ob quam pollex extendi non poſſit.

Interdum accidit, vt manus non poſſit ſupina reddi, vel flexio brachialis impedita ſit, vt in ijs videre eſt, quibus in ſcribendo manus tremit. Huius tremoris cauſa eſſe poteſt non ſolum in brachiali, ſed etiam in muſculis flectentibus manū, & brachiale, qui duo ſunt: alter eſt inter externos ordine octauus, iſque longiſſimus, qui oritur ab humero, & oblique tranſit per radium, & membranoſo tendine inſeritur, in radij appendicem. Itaque & in humero, & in locis, quæ tranſit ille muſculus, cauſa eſſe poteſt, quod manus non poſſit ſupina inflecti.

Quod de brachio, & manibus dictum, etiam verum eſſe poteſt de fæmore, & pedibus, vt ſcilicet cauſa motus impediti nō ſaltem in membro, quod moueri non poteſt conſiſtat, ſed in loco longius remoto. Tibia ſæpe non poteſt attrahi ſurſum, verſus inguina, cauſa extra tibiam conſiſtente, præcipue in parte anteriore, & ſuprema oſſis ilium, vnde oritur primus tibiæ muſculus, qui deinde oblique ſecundum internam fęmoris partem ductus anteriori tibiæ parti inſeritur. Officium eius huius muſculi eſt; (auxilio tamen muſculorum fæmoris, & aliorum tibiæ, quoniam gracilis eſt, vt totum pondus per ſe attollere non poſſit) tibiam trahere ſurſum verſus inguina.

Ita etiam accidere poteſt, vt quis tibiā ſupra tibiam tollere non poſſit, exiſtente tamen cauſa non in tibia, ſed in oſſe pectinis. A parte enim anteriore oſſis pubis, prope cartilaginem, exoritur ſecundus muſculus tibiæ, cuius munus eſt, tibiam ſupra tibiam tollere. In principio ergo huius muſculi ſi aliquis morbus ſit, accidere poteſt, vt tibia ſupra tibiam attolli non poſsit.

Eodem modo fieri poteſt, vt tibia introrſum flecti non poſsit, ob morbum non in tibia, ſed in coxendice hærentem. A coxendice enim oritur muſculus, qui flectit introrſum tibiam.

Similiter contingere poteſt, vt tibia in rectum flecti non poſsit, morbo non in tibia, ſed in partibus ſuperioribus hærente. Muſculus enim, qui tibiam in rectum flectit, oritur à coxendice, & deſcendit per fæmoris partem poſteriorem, inſeriturque in caput fibulę, & dum peruenit ad mediam partem fęmoris exterius poſitam, recipit magnam carnis molem ortam à medio fæmoris. Itaque ſiue in exordio huius muſculi, ſiue in illa carne exterius ſita, aliquis morbus, vel impedimentum ſit, fieri poteſt, vt in rectum tibia flecti, & homo ambulare, vel currere non poſsit.

Eodem modo cum ſexti muſculi tibiæ officium ſit, extendere in rectum tibiam, atque ille oriatur à media appendice oſſis ilium, & deſcendens iungatur maiori trochanteri, & deſinat in magnum tendinem, quo non eſt maior in corpore, & deindè rectis fibris deſcendens rotulam genu amplectatur, & in anteriorem tibiæ, fibulæque partem inſeratur: accidere poteſt, vt ſiuè in ilibus, ſiue in trochantere, ſiue in fæmore morbus aliquis ſit, ſymptoma, & motus impedimentum in tibia appareat.

Præterea, quia ſeptimus muſculus, cuius officium eſt, in ſuo latere tibiam extendere, à magno trochantere oritur, & ad patellam vſque carnoſis fibris progreditur, & deinde deſinit in latum, & membranoſum tendinem, qui patellam amplectitur, & inſeritur anteriori tibiæ parti, ſi is, vel in ſuo principio, vel in fæmore vbi ſit carnoſus, lædatur, tibia extendi non poteſt.

Idem poteſt accidere ob octauum eiuſdem tibiæ muſculum, qui in ceruicem fæmoris inſeritur, ſi is aliquo morbo afficiatur.

Inſuper ſi in parte anteriore iliū aliquis morbus exiſtat, poteſt euenire, vt tibia non poſſit extendi, nonus enim tibiæ muſculus, qui eam extendit, exoritur ab anteriori parte oſſis ilium, ſupra articulum coxendicis, & incidit inter ſeptimum, & octauum muſculum: & coit cum ſeptimi, & octaui muſculi tendinibus, cū quibus vna patellam amplexatur, & in anteriorem tibiam inſeritur.

Contingere quoque poteſt, vt fæmur recta extendi non poſſit, morbo aliquo non in fæmore ſed in oſſe ſacro, & coccyge exiſtente. Primus enim fæmoris muſculus, cuius officium eſt, ſi ſecundum omnes fibras operetur, femur recta extende-

re, ſed ſi cũ ſuperioribus, vel inferioribus tantũ fibris operetur modo in vnũ modò in aliud latus fęmur ducere, oritur à dimidia appendice oſſis iliũ, & ab oſſe ſacro, & à coccyge, & ampla inſertione in maiorem trochanrerem inſerirur. In hiſce ergo partibus omnibus, quibus hic muſculus oritur, ſi morbus aliquis ſit, fieri poreſt, vt homo non poſſit fæmur rectà extendere, nec rectus ſtare.

Similirer euenire poteſt, vt fæmur, etſi in eo nullus exiſtat mor bus, non poſſit trahi, nec fleti introrſum ob ſextum muſculum fæmoris affectum, & morbo in prima, & ſecunda lumborũ, vel vndecima, & duodecima vertebris thoracis exiſtente. Oritur enim hic muſculus ab vndecima, & duodecima verrebris rhoracis, & à prima, & ſecunda lumborum, & progrediens per internam ilium partem inſeritur in trochanterem minorem.

Accidere quoque poteſt, vt æger aliquis non poſſit tollere calcem, digitis terram præmendo, nullo vitio in calce exiſtente, ſed læſis muſculis calcem mouentibus, qui tres ſunt, primus nimirum, ſecundus, & quartus pedis, quorum primus, & ſecundus, qui videnrur vnus muſculus, exoriuntur ab interno fæmoris capite, tertò iuxta genu, & deinde progredienres conſtituunt ſuræ partem, ac poſteà cum tendine omnium robuſtiſſimo quarti muſculi vniuntur, & in vnum tendinem deſinunt, qui in calcem inſeritur. Iraque accidere poteſt, vt morbo aliquo exiſtente in capite interno fæmoris, in exortu muſculi, vel in progreſſu in ſura, vel paulò infrà, celcaneus non debito modo moueri, nec pes extendi, digitos in terram figendo poſſit.

Eodem modo fieri poteſt, vt quis non poſſit mouere calcaneum verſus anteriora in obliquum, non quod calcaneus aliquo morbo laboret, ſed laborante, & affecto tertiò muſculo pedis, qui oritur ab externo capite fæmoris.

Sicuri quoque euenire poteſt, vt aliquis pedem verſus interiora mouere, & ſurſum calcaneum trahere non poſſit: ob quintum muſculum pedis affectum, cuius officium eſt, hunc motum præſtare, qui orirur à tibia, & fibula, & deſcendit carnoſus vſque ad exrremam tibiam, & prope internum malleolum deſinit in robuſtum tendinem, & excurrit ſub interno malleolo, & ſub oſſe nauiculari, & demum ſub planta pedis in tarſi os amplum implantatur. In quibus omnibus locis cauſa hęrere poteſt, cur pes verſus interiora moueri, & calcaneus ſurſum trahi non poſſit.

Simili ratione euenire poteſt, vt digiti pedis ſurſum, verſus genua non attolli, & calcaneus deprimi non poſſit, vitio non exiſtente in digitis pedum vel calcaneo, ſed in quattuor muſculis, qui extendunt digitos pedum verſus genua, calcem in terram præmendo, quorum primus eſt muſculus ſextus pedis, qui oritur ab interiori parte tibiæ, quæ illi fibula ſuperiùs coarticulatur, & progreditur per ſuperiorem tarſum, & inſeritur oſſi illi, quo pollex fulcitur; cuius officium eſt, flectere partem illam verſus genua, ſecundus eſt ſeptimus pedis, & à fibula exoritur, & latus tibiæ exrernum occupat, & inſeritur oſſi fulcienti pollicem: rertius eſt octauus pedis, & oritur à media fibula, & inſeritur radici oſſis pedis, paruũ digitum ſuſtinentis: quartus, qui nonus pedis dicitur, eſt pars muſculi mouentis quatuor digitos, & inſeritur in medium fere longitudinis oſſis pedis ante paruum digitum poſiri. Qui muſculi omnes ſimul operantes eum extendant, & flectant digitos pedis verſus ſuperiora, ſi vel in exortu, vel in progreſſu lædanrur, motus hic digitorum pedis impediri poteſt.

Tandem accidere poteſt, vt tertium internodium quattuor digitorum pedis flecti non poſſit, non morbo in loco, vbi motus læditur, hęrente, ſed ſub genu exiſtente. Etenim ſub genu oritur ſecundus, & tertius mulculus digitorum pedis, & quidem lecundus oritur à parte poſteriore tibiæ iuxta genu, & deinde in plantam per partem poſteriorem progrediens, deſinit in quattuor tendines, qui inſerantur tertijs internodijs quattuor digitorum perforantes primi muſculi rendines. Muſculus verò tertius orirur à nexu fibulæ cum tibia iuxra genu, & in planta deſinit in tendinem, qui exigua quadam portione implantatur tertiò internodio primi, & medij & tandẽ reliquus totus tendo in ſecundum os pollicis inſeritur. Ideoque ſi morbus aliquis ſit iuxta genu, vel in progreſſu muſculorum, fit, vt tertia internodia digitorum flecti non poſſint.

S V M M A R I V M.

Criſis definitio, 179.
Criſis ſigna, 180.

Criſes

Criſes ſigna antecedentia. 186.
Criſium cauſa, 181. & 184.
Criſium differentia 182.
Criſes natura beneficio accidunt 177.
Criſes accidunt in morbis acutis, 184.
Criſis requirit vires robuſtas, 185.
Critici dies 183.
Medicamentis ſanantur morbi, 175.
Medicamentorum nomine, quid veniat. 176.
Medicamentorum diuerſa genera, 176.
Morbi quot modis terminentur 178.
Morbi ſanantur medicamentis 175.
Morbi ſine medicamentis naturaliter ſanabiles, 177.

SECTIO III.

De Naturalibus Morborum Sanationibus.

MOrbos ſanari medicamẽtis, apud omnes eſt in confeſſo,& experientia no-
175 tiſſimum. Medicamenti autem nomine
venit omne id, quod corpus noſtrum alterare poteſt, & à ſtatu præternaturali ad naturalem reducere. *Sennert. inſtit. medic. lib. 5. ſect. 1. cap. 1. in fin.* Quæ quidem
176 medicamenta licet multipliciter diuidantur, ea tamen in externa, & interna reſtringit *Sennert. d. lib. 5. ſect. 3. cap. 1.* ſunt autem, potiones, decocta, ſeu potulenta, ex plantis, earumque partibus, elixatione in aqua, vel alio liquore conueniente parata; infuſa, quæ à decoctis ita differunt, quod illa mox ſola elixatione, ſine præcedente maceratione parari ſolent; hęc autem aliquandiu prius in conueniente liquore macerantur, vt vires ſuas in eum deponant; vina medicata; Hydromel, oximel, aquæ diſtillatæ, & ſpiritus item diſtillati, olea, ſyrupi, & iulebi; emulſiones ex ſeminibus, & amigdalis; tincturæ, & extracta; conſeruæ, condita, & ſucci medicati; electuaria, & eclegmata, quæ ab electuarijs in eo tantum differunt, quod conſiſtentiam habent paulò fluidiorem, & inter ſyrupos, & electuaria quaſi mediam; boli, ſeu bucellæ, fauſta, ſcilicet figuræ globoſæ, quantum ferè bucca capere poteſt; pulueres, & trageæ, ſeu tragemata, qua ex medicamentis contuſis conſtant, ſales è plantis, alijſque rebus naturalibus, arte chimica electis, & alię chimicæ operationes, croci, ſeu ſubtiles pulueres, vel tincturæ, in pulueris formam redactæ, crocei coloris, flores, nempe tenuiores, & ſubtiliores corporis partes, à craſſioribus per ſublimationem ſeparatæ, & item mercurialia, præcipitatum ex quocunque corpore, arte ſoluto, vitra, arte chimica fuſa, confecta, roruli, morſuli, & ſimilia, trochiſci, pillulæ; glandulæ, cliſteres; collutiones, gargariſmi, & apophlegmatiſmi; dentifricia, errhina, ad mouendas ſternutationes; adoramenta, & ſuffitus, balſama, collìria, cerata, & emplaſtra, cataplaſmata, quorum non pauca habentur in Pharmacopolis, linimenta, & vnguenta; fomenta, ſacculi, embrochæ, lotiones, balnea, & cauteria. Quibus adde, ſanguinis miſſionem, hirundinibus, cucurbitulis; ſcarificatione, & venę ſectione, dietam, & rectam victus adminiſtrationem.

177 Citra medicamenta verò, per ſolam
naturæ vim morbos ſolui poſſe, contra Paracelſum, docet *Sennert. de conſenſ. & diſſenſ. chimic. cum Galen. cap. 17. propè fin.* vbi naturæ beneficio omnes pene criſes accidere contendit.

178 Porrò duobus modis, vt diximus ſu-
perius *hoc eod. cap. in princip.* terminantur morbi, vel ſcilicet integre finiuntur, quæ proprie ſolutio appellatur, vel in alios morbos mutantur, quæ non ſolutio, ſed commutatio in alium morbum dici ſolet. Solutio autem tribus modis accidere poteſt. Vel enim morbus ſubito perfecte ſoluitur, ægerque integram ſanitatem ſubito recuperat; Vel ſubito fit ad melius mutatio, ægerque ex ſtatu peiori in meliorem transfertur, poſt quem tandem etiam ſanitatem recuperat; Vel paulatim fit ad ſalutem morbi conuerſio, atque homo tarde, & paulatim ad priſtinam ſanitatem redit.

179 Quæ ſubitò morborum ſanationes ac-
cidunt, per criſim fieri dicuntur. Definitur autem criſis à *Galen. 2. aphor. 3.* ſubita, ac repentina in morbo mutatio, ad ſalutem, vel mortem; Quæ quidem non ſine magna humorum perturbatione fieri poteſt; dicente eodem *Galen. 1. de dieb. decret. cap. 1.* In criſibus non mediocris pręcedit in ægri corpore perturbatio. Hic ſiquidem frequentem ſpiritum ſubito difficilius trahit, vel delirat, vel caliginem, vel ſplendores ob oculos verſari putat, vel lacrimas fundit, vel oculos rubentes haber, vel tempora grauia, vel in ceruice dolores percipit; nonnunquam vel capite

dolet

dolet, vel nigra quadam, ſeu obſcura nube oculos offundi quæritur, vel oris ventriculi morſu laborat, vel inferius labrum quaſi tremulum, ac intrò contractum habet, vel rigore vehementi concutitur. Quin etiam pleriſque pręcordia attrahuntur, vnde inquieti ſunt, exſiliunt, frigidam expetunt, ac vri ſe magis, ac antea dicunt. Nonnullis acceſſio ipſorum citius quoque incipit, & longior, vehementiorque euadit. Ad hæc ſomnus grauis, aut aliud quoddam ſymptoma occupat.

181 Conturbatio autem, quæ eſt criticorum illorum ſymptomatum congeries, ab agitatione, & moleſtia humorum, quam corpori pariunt, prouenit. Hæc autem fit, vel à cauſa externa, qualis eſt cæli, aſtrorumque motus, & influxus; vel ab interna, naturam, & materiam irritante, & laceſſente, natura enim, dum obruitur, & moleſtatur, humorum copia, & malignitate, ſe ſe ab illis liberare cupit, materiamque agitare, & vtile ab inutili ſecernere incipit. Quia dum humor inutilis vtili, & benigno, adhuc permixtus erat, nondum ita naturam laceſſere poterat, poſtquam verò iam ſuam formam accepit, natura illum ſecernit, & per vias inconſuetas, anguſtas, & ſenſiles ducit, quas ſuo contactu moleſtat.

182 Ex naturæ vero, cauſarumque morbificarum varia conſtitutione, varię oriuntur criſium differentiæ, & criſes nunc aliter, atque aliter ſe habent, prout natura nunc fortior eſt, nunc debilior, & nunc materia magis vitioſa, nunc minus præmitur. Quattuor generales differentias proponit *Galen. 2. aphor. 23.* docetque, ęgros, aut ſanitatem priſtinam illicò recuperare, aut ſubito mori; interdum ægrum quandam ad ſalutem, vel mortem mutationem ſubire. Ex quibus criſium differentiæ alię item oriuntur. Quędam enim criſes bonę ſunt, quę ſcilicet ad ſalutem; & quædam malę, quę ad mortem tendunt. Rurſum criſis perfecta eſt, quę ægrum perfectè, & integre à morbo liberat, nihilque materię morbificę relinquit. Criſis verò imperfecta, quæ aliquid materię relinquit. Perfecta criſis vocatur etiam firma, fida, ac ſecura. Imperfecta verò dicitur infida, & periculoſa, quia periculoſa coniuncta habet ſimptomata. Omnes autem criſes duobus modis accidunt, fiuntque, vel ſcilicet per excretionem, vel per materię translationem. Nonnulli addunt tertium modum per materię coctionem, prout fit in pueris, qui interdum grauiori, ac longo ſomno oppreſſi, crudos ſuccos adeo perfecte concoquunt, vt non amplius eis moleſti ſint. Per excretionem fiunt criſes, cum humores vitioſi è corpore per vomitum, alui deiectionem, ſudorem, vrinam copioſius perfuſam, hęmorrhagiam narium, menſium, & hæmorrhoidum fluxus, expelluntur. Per translationem criſis fit, cum materia non è corpore expellitur, ſed in alium locum transfertur. Quę translatio vel fit ad partes internas, vel externas; eaſque vel plures, vt cum in febribus materia per icterum in habitum corporis diffunditur; vel ad vnam, vt cum bubones ſub axillis, & inguinibus, parotides poſt aures, aliæque abſceſſuum ſpecies generantur. *Sennert. inſtit. medic. lib. 3. part. 3. cap. 10.*

183 Licet autem criſes, & morborum ſolutiones omnibus diebus accidere poſſint vt fatetur *Galen. 1. de dieb. decret. cap. 2.* peculiaribus tamen quibuſdam, & determinatis diebus natura frequentiores, & meliores criſes inſtituit, qui propterea critici dicuntur; reliqui verò dies, in quibus criſes rarius accidunt, non critici nuncupantur. Hinc ex Hipocrate, Galeno, aliiſque Medicis, docet *Sennert. dict. p. 3. cap. 11.* dies criticos eſſe in triplici differentia. Alii enim ſimpliciter dicuntur critici, in quibus criſes, & meliores, & frequentiores fiunt, qui omnes ſeptenario circuitu definiuntur, & ſunt, ſeptimus, decimusquartus, vigeſimus, vigeſimus ſeptimus, trigeſimus quartus, quadrageſimus. Alij ſunt dies, qui indices, indicantes, ſeu decretorij, & contemplabiles nominantur, à quibus monſtratur criſis futura, & ſunt cuiuſque ſeptimanæ medij, ſeu quaternarij, vt quartus, vndecimus, decimus ſeptimus, vigeſimus quartus, qui à nonnullis dicuntur etiam critici ſecundarij, ſeu minus principales, quia in illis fit leuis pugna, & concernuntur initia alterationis materiæ ad bonum, vel malum. Alij dierum ſunt intercidentes, ſeu intercalares, vel prouocatorij, in quibus ex accidenti, & contra naturam, vel ob paroxiſmi, & exacerbationis vehementiam, vel ob cauſam externam natura irritatur, vt ad intempeſtiuam expulſionem ſe accingat; vel in quibus ob errorem aliquem criſis differtur, vel ob naturæ infirmitatem anticipat, aut poſtponit.

Digitized by Google

ponit. Tales ſunt, tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus, quibus nonnulli addunt decimum quintum, & decimum octauum. De quibus omnibus, & aliis ad hoc ſpectantibus, videatur *Sennert.d.cap.*11. Vbi etiam à quo die criticorum dierum numerus ineundus ſit, præſertim in puerperibus, ſi videlicet puerpera poſt aliquot dies à partu, febri corripiatur, an à partu, vel à die, quo febricitare incæpit, dies critici ſint numerandi. Et in recidiuis, an à recidiua, vel à priore morbo ſit facienda computatio.

184 Quod ad criſium, ſeu dierum criticorum cauſas attinet *Sennert.Inſtitut. medic. lib. 3. parte 3. cap.* 12. confutatis aliorum opinionibus, primò pro cauſa, aſſignat Lunam; ſecundò humorum peccantium conditionem, & diſpoſitionem; quibus virtutem expultricem adiungit. Vult enim, criſim in ijs morbis accidere, qui à materia, quę naturam laceſſere, & poſt pugnam facilè euacuari poſſit; calida ſcilicet, tenui, & acri, ortum habent. Etſi quoque interdum in longis morbis ſubitę aliquæ, & criticæ quaſi euacuationes fiant; quod tamen, rarò eueniet, niſi aliquot dierum periodis anteà morbi vehementes euadant, ac velocitatem quamdã acquirant, & acutorum quaſi naturam induant. Acutorum autem quædam eſt differentia; nam quo acutior eſt morbus, eo vehementiores habet motus. Qui enim intra quatuordecim dies finiuntur, ſæpius criſi ſoluuntur, & maiori cum impetu; At qui vltra diem quadrageſimum extenduntur morbi, rarius per criſim, ſed potius coctione terminantur; & ſi critice ſoluuntur, potius per abſceſſum, quã per euacuationem; & perturbatio adeo magna non eſt, nec ſubita ſolutio, ſed imperfecta potius, & quæ per aliquot
185 dies extenditur. Deinde vt fiat criſis, vires ſuo modo robuſtæ requiruntur: nam ſi vires ſint planè debiles, ac deiectæ, tam vehementem, & periculoſum certamen non aggrediuntur, ſed in morbo non læthali ſenſim morbum ſuperant, in lætali vero paulatim ſuccumbunt. Vnde ad criſim inſtituendam talis virium inſtitutio requiritur, vt eæ, aut plane robuſtæ ſint, ac morbo ſuperiores, & cauſam morbificam ſalubriter expellere, legitimamque criſim inſtituere poſſint aut certè tam robuſtæ, vt licet ſint morbo inferiores, ei tamen ſe ſe opponere, pugnamq; cum morbo inire valeant. *Sennert. d. p. 3. cap.* 13.

186 Signa criſes præcedentia notat *Galen. loc. ſupra cit.* atque item *3. de criſ. cap.* 2. ſub is verbis. Criticas euacuationes, & abſceſſus non mediocris perturbatio in corpore ægrotantis; Nam, & difficiles tollerantiæ oriuntur, & vigiliæ, & deliria, & graues ſomni, & difficiles anhelitus, & vertigines tenebricoſæ, & difficiles ſenſus, & dolores capitis, colli, ſtomachi, & multorum aliorum membrorum, nonnullis verò aurium ſonitus oritur, & varij ante oculos apparent ſplendores, & lacrimæ inuoluntariè effluunt & vrina retinetur, & labrum agitatur, aut aliud aliquid tremulum fit, obliuio, & præſentiũ ignoratio, & vehemens accidit rigor, & plurimum paroxiſmus conſuetam anticipat horam, & multus æſtus, ſitiſque intollerabilis ſequitur, clamant, & ſaliunt, ſicut furentes. Et *eod. lib. cap.* 10. futuram præcognitionem habemus, ex eo, quod vehementer irritetur, & vrgeatur natura à morbo, atque ex ſubitò præter rationem circa corpus facta perturbatione. Omninò enim fit aliqua nouitas, quãdo criſis futura eſt, vel circa reſpirationem, vel circa mentem, vel viſum, vel auditum, vel circa aliquid eorum, quæ vno nomine ſummatim critica accidentia, aut ſigna nominamus.

SECTIO IV.

De Morbis naturaliter curabilibus.

Huic ſectioni ſyllabus non apponitur quia morborum nomina alphabeticè regiſtrantur.

CVm infra *par.4.cap.* 4. diſputandum ſit, an dentur morbi naturaliter inſanabiles, ad confirmationem partis negatiuæ, libet hic nonnullas morborum ſpecies iuxta placita medicorum naturalibus remedijs curabiles adnotare.

187 Abdominis affectiones eſſe ſanabiles, docet *Sennert. pract. lib. 3. par.* 10. vbi *cap.* 7. ſanguinis miſſione, ac ſyrupis, ſanari inflammationem; ſicuti etiam ſpaſmum, & tumores, *cap. 8. & 9.* Vulnera item penetrantia, & non penetrantia. *cap.* 10. fiſtulas etiam, & vſtiones *cap.* 11.

188 Abſceſſus definitur, puris, ſeù materiæ purulentæ in partis alicuius cauitate

colle-

collectio, *Sennert. pract.lib.5.par.2. cap.3.* & maturantibus, atque euacuantibus curatur, de quibus idem *Sennert. ibid.*

189 Achores ſunt parui tumores in cute capitis, pluribus foraminibus pertuſi, ex quibus fluit ſanies quædam glutinoſa, & craſſa. *Celſ.lib.3.cap.6.* Vlcera vero ſicca dicuntur Tinea, quæ quidem vlcera cutē capitis, & capillos corrumpunt, ex quibus fædum quoddam, & ſiceum tabum emanat, totumque caput,& aſpectum deturpant;naturaliter tamen curantur remedijs traditis à *Sennert.in pract.lib.5.p.1.cap.32. & Zacut.in prax.hiſt.lib.1. cap.2.*

190 Alopecia eſt defluuium pilorum inæquale, & per areas factum, *Galen.lib. 1. de compoſ.medic.cap.* 1. facile curabile, *Galen. ibidem cap.2.* vbi ſola purgatione à ſe ſanatum refert, & ſolo ſucco tabachi, *Zacut.de medic. Princ.hiſt.lib. 1. obſerv.* 1. ac panni rubri,eaparumque fricatione. *Rhaſ. lib.1.de mirab.cur.*

191 Alui fluxus, quem Diarrhæam Græci vocant, eſt varius, pro varietate cauſarum, vel ſcilicet bilioſus, aut pituitoſus, melancholicus, atrabilicus, aut ſanguineus, & veluti loturæ carnis recenter mactatæ, aut purulentus, colliquatus, lientericus, cæliacus, & chiloſus, de quibus omnibus ſpeciebus vide apud *Zacut. in prax.hiſt.lib.5.obſerv.2. lib.7.& Sennert. pract. lib.3.part.2 ſect.2.cap.5. & ſeqq.* vbi omnium etiam aſſignat curationem *& lib. 4.tract.de infant.morbiſ.part.2. cap.21.*

192 Alui pariter retentio, pigraque, ac tarda deiectio facile ſanabilis eſt, vt docet *River.prax.medic.lib.10. cap.3. & Sennert. pract.lib.3.part.2. ſect.2.cap.4.* vbi ſubdit, aliquos reperiri, quibus aluus ita ſegnis eſt, vt nonniſi tertio, quarto, ſeptimo, vel decimo,aut duodecimo die excernant, etiamſi bene comedant, neque alias male habeant.Exemplum item ponit *Schenck. lib.3.obſerv.* de quadam puella, quæ tribus menſibus aluo nihil excreuit.

193 Ambuſtiones, ex aqua, oleo feruente, metallo liquefacto, puluere tormentario, vel fulmine incidentes, cuiuſque ſint gradus, eſſe ſanabiles, docet *Sennert. pract. lib.5. part. 2. cap.18.* vbi etiam cicatricem præcauendi modum aſſignat.

194 Anaſarca, per quam vniuerſa corporis moles per carnem, & ſub cute humore pituitoſo plena, tumida, & alba apparet, naturaliter eſt ſanabilis, ſcilicet venæ ſectione, euacuantibus, frictione, thermis, crurum ſcarificatione, dieta, & ratione victus, vt notat *Sennert.pract.lib.3.part.4. ſect.2. cap.5.*

195 Aneuryſma vocabulum arabicum eſt, ſignificans tumorem ortum ab arteria affecta,quando nimirum ob imperitiam chirurgi arteria pro vena, vel cum vena perforatur. Naturaliter curari poſſe docet *Sennert.pract.lib.5.part.1. cap.43.*

196 Angina, ab angendo, ſeu ſuffocando dicta, eſt inflammatio muſculorum gutturis, & faucium, *Galen.4.aphor.34.* cuius plures ſunt ſpecies apud *Zacut. in prax. hiſt.lib.2.cap.2.& Sennert.pract. lib.2. part. 1.cap.24.* omnes tamen arte curabiles, vt apud eoſdem *loc.cit.& Trall. lib. 4. cap.1. tit.de ſanguin.miſſ.*

197 Anorexia eſt appetitus ventriculi deiectio, ciborum inappetentiam,& faſtidium generans, quam ex pluribus cauſis oriri poſſe, docet *Sennert.pract. lib. 3. part. 1. ſect.1.cap.1.*& in omni caſu curabilem, vt *ibid.*

198 Ani paraliſim, ſtuporem, pruritum, & dolorem,facile curari poſſe tradit *Sennert. pract.lib 3.p.2. ſect. 2. cap.11.* & item ani procidentiam in pueris, idem *Sennert.lib. 4.tract.de infant.morb.p.2.cap.27.*

199 Aphonia totalem vocis ablationem,ſeu obmuteſcentiam ſignificat,*Galen.6. aphor.* 51.multiplici ex cauſa contingere poteſt, & in omni caſu naturaliter curari. *Zacut. in prax.hiſt.lib.2.cap.5.*

200 Apoplexia definitur à *Galen.lib.2.aphor. 42.& lib. de differen.ſimptom.* priuatio motus, & ſenſus totius corporis,cum principum facultatum ablatione repente incidens.Cuius tres differentias aſſignat idem *Galen.lib.3.de loc.cap.10.* Primam, in qua violentiſſima, & intermittens reſpiratio. Secundam minorem, à qua licet intermittat, fiatque inæqualis, & inordinata reſpiratio, abeſt tamen violentia. Tertiam, in qua iam aliquem anhelitus ſeruat ordinem, multoque debilior eſt; licet autem aliquando ſit curatu difficilis, naturaliter tamen ſanatur, ex *Zacut.in prax.hiſt.lib.1. cap.7.Sennert.in pract.lib.1.part.2. cap.33.* vbi ſpecies, cauſas, ſigna, & curationes oſtendit.

201 Apoſtema in ſthomaco naturalibus remedijs à ſe curatum refert *Rhaſ. lib. 12. cont.tract.3. cap.2.*

202 Arteria vulnerata licet difficilè curationem recipiat, *Sennert.pract.lib.5.part.1. cap.43.* A ſe tamen conglutinatam ſcribit *Galen.*

Galen. lib.5. Meth. cap. 6. in quem vſum conglutinationis arteriæ, commode adhiberi laminam plumbeam, quæ laxatam arteriam denſat, & conſtringit *Sennert. loc. cit.*

203 Articulorum dolor facilis curatu eſt, *Galen. lib.11. ſimplic. tit. de oſſib.* & Articulorum tophi, ſcilicet illi tumores duri præter naturam, ex craſſo, & terreſtri humore in articulis manuum, & pedum podagrorum pronati, caſeo acri bubalino ſaniantur, ex *eod. Galen. lib.10. de ſimplic. medicam. facul. cap.9. de caſeo*, & alijs item medicamentis, *ex Trall. lib.11. cap.1. tit. de remed. qua loc. inflam. impon.*

Artritis, vide Podagra:

204 Aſperæ Arteriæ morbos enumerat *Sennert. Pract. lib.2. part.2. cap.1.* quorum omnium curationem aſſignat: Sicuti etiam eiuſdem aſperæarteriæ vlcera, ac vulnera; Vlcera quidem detergentibus, ſiccantibus, & id quodamiſſum eſt, regenerantibus; Vulnera vero, cutis labia diſtantia coniungendo, & deinde emplaſtris cõuenientibus, extra adhibitis vulnus de more conglutinando, ſanari poſſe affirmat; prout non paucos, qui tali morbo laborabant, à ſe curatos tradit *Galen. 5. meth. cap. 12. & Aetius tetrab. 2. ſerm. 4. cap. 64.*

Aſcitis, vide Hidrops.

205 Aſthma, ſeu Ortophæa, eſt difficilis reſpiratio citra febrim, cum ſono, & anhelatione, *Galen. lib.6. de compoſ. medic. ſec. loc. in princ. & 3. aphor. 26.* At non omnis difficilis reſpiratio dicitur aſthma, quia *Celſ. lib. 4. cap. 4.* difficultatis reſpirandi tres poni differentias, quarum prima, quę modica eſt, & neque ex toto ſtrangulat, diſpena appellatur, ſcilicet crebra, ſeu denſa reſpiratio, citra ſonum, anhelationem, & febrim; Altera vehementior eſt, vt æger reſpirare ſine ſono, & anhelatione non poſſit, quæ proprie vocatur aſthma. Alia demum, cum eò accedit, vt æger nonniſi recta ceruice ſpiritum attrahere poſsit, ortophæa dicta. In omni tamen gradu ſanabilis eſt, ex *Zacut. in prax. hiſt. lib.2. cap.7. Riuer. prax. medic. lib.7. cap.1. & Senn. pract. lib.2. part.3. cap.2.*

206 Aſpidis ictum ſolo aceto ſuperbibito ſanatum refert *Celſ. lib.5. capit. de aſpidis ictu.*

207 Atheroma eſt tumor concolor citra dolorem, in tunica neruoſa humorem pulticulę ſimilem continens *Sennert. pract. lib.5. part.1. cap.35.* vbi naturalem curationem aſsignat.

208 Atrophia eſt, totius corporis, vel alicuius partis, vt bracchij, pedis, extenuatio, ob fruſtratam, ſeu denegatam eius nutritionem; in omni caſu ſanabilem notat *Sennert. pract. lib.5. part.1. cap 46.*

209 Aurium plures infirmitates notantur à *Sennert. pract. lib.1. part.3. ſect.3. per tot.* vbi etiam curationes adduntur, & primo quidem.

210 Aurium intemperies à materia calida, vel frigida excitata, à qua nerui, & membranæ afficiuntur, grauiſque dolor cauſatur, ſi frigida ſit, calefacientibus; ſi calida refrigerantibus curatur, vt ibid. *Sennert. cap. 1.*

211 Aurium inflammationem, ob quam magis periclitari iuuenes, quam ſenes, docet *Sennert. loc. cit. cap.2.* mitigantibus, & refrigerantibus curari, idem *Sennert. ibid.* & cum oleo de ouorum vitellis à ſe ſanatam refert *Auenzoar. lib.1. theiz. tract. 4. cap.1.*

212 Aurium vlcera remedijs naturalibus ſanabilia tradit *Sennert. d. ſect. 3. cap. 3.* etiam ſi inueterata, & diuturna ſint. Quin etiam per ſe ſaneſcere poſt puris effluxum ſedatum.

213 Vermes ab auribus, ſiue in eis geniti ſint, ſiue in eas irrepſerint, modum extrahendi docet idem *Sennert. d. ſect.3. cap.4.*

214 Aurium ſonitus, cuius variæ ſpecies ex alijs authoribus adnotat *Sennert. d. ſect.3: cap.6.* nempe Sonitus quando grauis, & fortis eſt ſonus. Sibilus, quando eſt acutus; Tinnitus, medius inter illos. Strepitus ex valido flatus impulſu. Fluctuatio, ex humoris inundatione. Omnes tamen de facili, & de per ſe naturaliter ſanabiles, vt *idem ibid.*

215 Auditus grauis, & ſurditas venæ ſectione, euacuantibus medicamentis, ſternutatorijs, oleis, & alijs remedijs curantur. *Sennert. d. ſect.3. cap.7.*

216 Aurium dolor, qui internum meatum, membranas, & neruum auditorium occupat, curatur remediis notatis à *Sennert. pract. lib.1. part.3. ſect.3. cap.8.*

217 Aurium excrementa præter naturam, & fluxus, non modo curari, ſed etiam ſpontè ſedari poſſe tradit *Sennert. d. ſect.3. cap.9.*

Balimus, vide fames canina.

218 Baſiliſci venenum naturalibus remediis comprimi poſſe, notat *Zacut. de medic.*

princ. hiſt. lib. 5. hiſt. 5. verſ. quamuis.

219 Bubo, ſecundum *Galen. differ. febr. cap.* 5. eſt inflammatio glandularum in inguinibus. Qui multiplici ex cauſa oriri poteſt, vel ſcilicet à criſi cauſatus, vel à peſtilentia, vel à venerea lue. Semper tamen naturalibus remedijs, & per curſum naturalem ſanabilis *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 8.

220 Carus, ſiue catus, coma, cataphora, & catalepſis, fere idem ſonant, conſiſtuntque in profundo ſomno, cum motus, ſenſus, & principum facultatum læſione, integra tamen manente reſpiratione, *Galen. lib. de differ. ſimpt. cap. 3. ante fin. & lib. 6. aphor. com.* 5. vbi caron appellat inſenſibilitatem, atque immobilitatem repentinam quaſi ſit veluti paralyſis, & reſolutio imaginatiuę facultatis; Eſt tamen naturalibus remedijs ſanabilis. *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 1. *cap.* 4. *Sennert. pract lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 2. vbi talem affectionem patientibus obiecta vehementiora, & quæ ijs moleſtiam aliquam exhibent, offerenda. Sic auarum Opimium viſu hæredis numerantis pecuniam ab huiuſmodi morbo liberatum. De quo *Horat. ſerm. lib.* 2. *Satyr.* 3.

Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus, vt hæres
Iam circum loculos, & claues lætus, ouansque
Curreret; hunc Medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto, Menſam poni iubet, atque
Effundi ſaccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum; hominem ſic erigit, addit, & illud,
Ni tua cuſtodis, auidus iam hoc auferet hæres.

Et generaliter eiuſmodi morbos allienati ſonitu, ſtrepitu, proprij nominis ingenti repetitione, naribus acria obijciendo, & palato inijciendo, frictionibus item, vellicationibus, pilorum euulſionibus, & alijs irritationibus *Sennert. dict. cap. 2. & ca. 33.*

221 Cachexia eſt quaſi via ad hydropem, ſeu eius initium, quando corporis habitus in aquoſitatem diffunditur, & vniuerſi corporis moles laxior fit, & mollior, *Aetius tetrab. 3. ſerm. 2. cap.* 19. Seu eſt muſculoſæ carnis, & cutis in nutritione vitium, quando partes hę à naturali temperamento deficiunt, tertiam coctionem male perficiunt, alimentumque omne aquoſum, & corruptum eſt, vnde corporis naturalis color mutatur, qui ex albo palleſcit, ſeu vireſcit, & liuidus, ac plumbeus euadit, ipſumque corpus molle, laxum, & ſubtumidum redditur, & præcipue palpebræ oculorum, ac facies inflatur, & pedes intumeſcunt, naturaliter tamen curabilis eſt ex *Sennert. pract. lib. 3. part. 6. ſect. 2. cap. 2.*

222 Calculi renum, & veſicę naturaliter curabiles ſunt, *Zacut. in prax. hiſt. lib. 2. cap.* 16. quin & ſola tuſſi proiectos teſtatur *Trall. lib. 5. cap.* 4. Et quendam florente ætate præditum, arenoſa, calculoſaque natiua conſtitutione ita fuiſſe affectum, vt à pueritia totam fere vrinam excerneret arenoſam; In iuuentute, calore intenſiore facto, & lutulenta materia in lapides coacta, ſingulis diebus emittere ſolitum ſexaginta, & aliquando plures, colore albos, terſos, rotundos, duros, lucidoſque calculos, citra moleſtiam, dolorem, vrinæ ſuppreſſionem, ardorem, & incommodum vllum, refert idem *Zacut. de medic. princ. hiſt. lib.* 2. *obſeru.* 8.

223 Caluitiem reparari poſſe, & quibus naturalibus remedijs, tradit *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 2. cap.* 2.

224 Cancrum in mamilla cuiuſdam fæminæ medicamentis, et purgatione à ſe ſanatum tradit *Galen. lib. 6. aphor. com.* 47. *& lib. quos, quibus, & quando cap. 4. & lib.* 2. *ad Glauc. cap.* 10. Aliam item mulierem ab vlcere cancroſo ellebori potione liberatam, ſcribit *Oribaſ. lib. 7. collect. cap. vlt. propè fin.* Et cancrum in maxilla à ſe curatum narrat *Corde. apud Schenk. lib. 1. tit. de facie, verbo, mala, ſeu gena obſeru.* 2.

225 Canitiem naturaliter corrigi poſſe, colligitur ex *Schenck. obſeru. medicin. lib. 1. de capill. obſeru.* 6. Et ſe habuiſſe amicum quendam, qui potata chalcanthi, ſiue vitrioli dragma, vna prope nocte omnes pilos, albos abiecit ſcribit *Rhaſ. 25. contin. cap.* 24.

226 Capillorum tinea facilis curatu eſt, et ſola corporis purgatione *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 2. cap.* 5.

227 Capitis morbi plures traduntur à *Sennert. pract. lib. part.* 1. vbi etiam curationes adducit. Et primo quidem, capitis intemperiem calidam curari refrigerantibus, notatis *ibid. cap.* 1. frigidam remediis calefacientibus, notatis *ibid. cap.* 2. Intemperiem humidam remedijs notatis *cap.* 3. Et intemperiem ſiccam remedijs, notatis *cap.* 4. Item capitis intemperiem cum materia

teria, per conſenſum, cum vapore, & ſpiritu flatulento, cum ſanguine, & plethora, cum bile, pituita, humore ſeroſo, humore melancholico, remediis notatis *cap. 5. & ſequen.*

228 Capitis dolores, ex quacumque cauſa prouenjant, eſſe naturaliter ſanabiles, docet *Zacut. in prax. hiſt. lib. 1. cap. 3.*

229 Carbunculus eſt tumor ex ſanguine aduſto feruentiſſimo, qui partem corrumpit, ortum habens; qui dicitur etiam pruna, & ignis perſicus; pruna quidem, quia cruſtam habet, quæ carbonis inſtar nigra eſt; Et ignis, quod ab igne, quaſi partes comburantur. Remediis naturalibus eſt ſanabilis, vt notat *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 13.*

230 Cartilaginis mucronatæ prolapſus, de quo peculiarem libellum ſcripſit *Ioann. Baptiſta Codronchus*, eſt morbus, quem vulgus italiæ vocat, *l'anima caduta*, quando ſcilicet ob aliquem caſum, ictum violentum, ac incongruam corporis extenſionem, diſtorſionem, aut peruerſionem nimiam totius corporis, vel inordinatam circumuolutionem, vel etiam moleſtam, ac magnam tuſſim, prædicta cartilago ſitum variat, & figuram. Quod etiam accidere poteſt, ſi humor circa ipſam enaceruatus faciat, vt ex leui quapiam occaſione deprimatur, ſicut euenit vertebris ſpinę, quæ propter diſtillationes in ipſas irruentes, facile laxantur. Curari tamen, ac firmari poſſe remediis naturalibus tradit *Sennert. pract. lib. 2. par. 2. cap. 26.*

231 Carunculæ morbus, ex quo naſci dicitur impotentia generandi, medicinæ pręſidio facile tolli poteſt vt notat *Paræus in ſua chirurgia lib. 18. cap. 22. & ſeq. Amat. Luſitan. curat. medicin. cent. 4. curation. 19.* vbi caſum proponit cuiuſdam viri, tali morbo ſpatio vnius menſis curati.

Carus, vide ſupra cacus.

232 Catalepſis, ſiue cathocus, eſt affectus, quo vniuerſum corpus cogitur, & ſiſtitur, ſenſuque, ac motu priuatur, reſerratiſque oculis, & inconuenientibus, in eadem æger manet figura, qua correptus fuit; nihilominus naturaliter ſanabilis eſt. *Aetius tetrab. 2. ſerm. 2. cap. 4. Zacut. prax. hiſt. lib. 1. cap. 5. Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 30.*

233 Catharrus definitur à *Riuer. prax. medic. lib. 1. cap. 15.* humoris excreſcentis è capite in ſubiectas partes præternaturalis effectus. Cuius plures differentias ponit *Sennert. in pract. lib. 1. part. 2. cap. 34.* nempe quod à materię varietate alius ſit pituitoſus, inſipidus, ſubdulcis, acidus, ſalſus, alius craſſus, tenuis, alius contagioſus. A cauſa efficiente, quod alius primario cerebri vitio, alius per conſenſum oriatur. A loco, à quo fluit, & à modo fluxus, quod alius repente, et conſertim fluat, qui dicitur ſuffocatiuus, et alius ſenſim. In omni tamen caſu naturalibus auxiliis eſſe ſanabilem docet *idem Sennert loc. cit.* Et cum diſtillatione, ac febri à ſe fuiſſe ſanatum refert *Cardan. apud Schenc. obſeru. medicin. lib. 1. tit. de cathar.*

234 Celiaca eſt morbus cauſatus ex languente ventriculi facultate, et imbecilla reddita, ob quam nec concoqui, nec digeri alimenta valent, ſed imperfecta redduntur. Eſt naturaliter curabilis remediis, notatis à *Sennert. pract lib. 3. part. 2. cap. 5.* et ſola purgatione *Aet. tetrab. 3. ſerm. 1. cap. 37.*

235 Cephalalgiæ plurimæ ſunt differentię; alia enim biliosa eſt, alia pituitoſa, alia melancholica, alia à flatu ſuborta, alia ab inflammatorio cerebri affectu concitata, alia ex deleteria qualitate, aut veneris lue contracta; alia per ſimpathiam ventriculi, alia per ſimpathiam à iecore; alia à toto corpore ſuborta, alia ab ebrietate, & alia ex caſu, vel percuſſione. Quamlibet tamen naturalibus remedijs ſanabilem docet *Zacut. in prax. hiſtor. lib. 1. cap. 3. & Schench. obſeru. medic. lib. 6. tit. de Cephalalg.*

236 Cerebri inflammatio, ſphaceli, & tumores, naturaliter curari poſſunt remediis notatis à *Schench. obſeruat. medic. lib. 1. tit. de inflammat. cerebri*. Et item cerebri abſceſſus. *Riuer. prax. medicin. lib. 1. cap. 17.*

237 Chiloſis, & ventriculi coctio variis modis, & variis de cauſis læditur. Aut enim nulla cibi fit alteratio, vel mutatio, aut longior, quam par eſt, mora in coquendo conſumitur, aut omnes cibi partes perfectam coctionem non recipiunt, & alimentum ſemicrudum relinquitur, vel cum cibus corrumpitur, & aliam, quam debebat, naturam accipit. In omnibus tamen caſibus naturaliter ſanabilis, quin, & ſola dieta, & victus ratione, notat *Sennert. pract. lib. 3. par. 1. ſect. 2. cap. 9.*

238 Chloroſis virginum, quæ & febris alba ſolet appellari, deſcribitur à *Riuer. prax. medic. lib. 15. cap. 1.* Vitioſus corporis habitus, ab obſtructione venarum hepatis,

Ii 2 lienis,

lienis, ac meſenterij, & præcipuè earum, quæ ſunt circa vterum, quam ſequitur plerumque grauitas membrorum, palpitatio cordis, difficultas ſpirandi, rerum abſurdarum appetitus. Naturaliter ſanabilis eſt, vt tradit *Riuer. ibidem*, & *Sennert. pract. lib. 4. part. 2. ſect. 3. cap. 2.*

239 Ciborum aliquorum faſtidium, vel ab ortu haberi poſſe, vel per imaginationem acquiri, tradit *Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap. 3.* ſed facile tolli poſſe, quin & ſola conſuetudine, idem *Sennert. ibid.*

240 Cicatrices turpes emendari poſſe docet *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. cap. 4.* vbi remedia, & methodum aſſignat.

241 Choleræ morbus eſt violentiſſima humorũ biliosorum, acriũ, aut corruptorũ per vomitum, & alueum excretio. De cuius curatione *Riuer. prax. medic. lib. 9. cap. 9.* Eam vero in humidam, & ſiccam diuidit *Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap. 13.* & 14. vbi etiam curationes indicat.

242 Colicos dolores peſtilentes, & contagioſos, frigidis remedijs, etiam ſimplicibus curari, teſtatur *Paul. lib. 3. cap. 43.* Et ex viſcoſis humoribus cauſatos, & à mordacibus ſuccis pronatos, medicamentis ex aloè *Galen. lib. 12. meth. cap. 7.* vniuerſaliterque ſanabiles *Sennert. pract. lib. 3. part. 2. ſect. 2. cap. 2.*

243 Coma, ſeu cataphora, eſt ſopor grauis, ſeu ſenſus communis quies, à cauſa, quæ facit, vt ſpiritus animales ad ſenſuum organa non ſine difficultate influant, ortum habens, ſeu ſymptoma in imminuta actione ſenſus communis, dum is veluti torpet, & neque ſpiritus animales ad externos ſenſus diffunduntur, neque is ab ijs accepta obiecta agnoſcit, & dijudicat. Cuius curationes notat *Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 2.*

244 Contuſiones capitis, tam hominum, quam puerorum, curatu faciles docet *Sennert. pract. lib. 1. par. p. cap. 21.*

245 Conuulſio definitur, neruorum, muſculorumque verſus ſuam originem inuoluntaria, & perpetua retractio. *Riuer. prax. medic. lib. 1. cap. 6.* vbi duplicem aſſignat ſpeciem, & vtramque naturaliter ſanabilẽ.

246 Conuulſio canina, ſeu oris tortura, definitur, reſolutio muſculorum maxillarum, propter quam os, naſus, oculus, & interdũ tota altera pars faciei diſtorquetur; curatu tamen facilis eſt, teſte *Zacuto in prax. hiſt. lib. 1. cap.* 10. & vno piperis grano à ſe ſanatam tradit *Rhas lib. 1. cont. tract. 11. cap. 2.* Aquæ frigidę perfuſione *Auicenn fen. 23. tract. 1. cap. 7.* Et ſolo vomitu *Galen. lib. 12. meth. cap. vlt.*

247 Cordis affectiones ſanabiles conſtat ex medicorum libris; & quidem idiopaticam palpitationem ſola virtus ratione, *Zacut. in prax. hiſt. lib. 2. cap. 8.* vel ſanguinis miſſione, *Galen. lib. 5. de loc. affect. cap. 2.* vel calidis medicamentis *Rhas. de mirabil. cur.* Item cordis tabes, vermes, & alij morbi ſanabiles traduntur à *Schench. obſeru. medicin. lib. 2. tit. de corde.* Atque item vulnera, *Sennert. pract. lib. 2. p. 4. cap. 2. & ſeqq.*

248 Cornua hominibus, tam in capite quam in alijs corporis partibus naſci poſſe, teſtantur medici apud *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 38.* vbi licet curationem difficilem afferat, non tam dicit impoſſibilem,

249 Corpulentiam nimiam ex abundantia carnis & adipis facile curari poſſe, vel ipſa dieta, exercitio, atque etiam vnctionibus, *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 4. Galen. 14. meth. med. cap. 15.* vbi ex profeſſo tractans de obeſitate, & corpulentia curanda, ſe virum quendam circiter 40. annos natum curaſſe memorat, tum antidoto, quæ aduerſus articulares morbos eſt compoſita, tum ſale theriaco, ipſaque theriaca, ac reliquo extenuante victu, & pro exercitio curſu veloci. Præparaſſe autem hominem ad curſum, perfricando parum lineis aſperis, quoad cutis ruberet, deinde ſtatim cum oleo, quod in ſe digerens aliquod medicamentum habebat, inunxiſſe, quo etiam poſt curſum iterum vtebatur.

250 Coſtarum fracturas & luxationes facili curabiles eſſe, docet *Sennert. pract. lib. 2. p. 2. cap. 25. vbi remedia aſſignat.*

251 Cranij cariem, quando per vulnera, aut vlcera ſanies defluens, oſſis ſubſtantiam corrumpit, dupliciter curari poſſe, idem *Sennert. pract. lib. 1. p. 1. cap. 6.* vel ſcilicet medicamentis exſiccantibus, ſi caries minus profũda ſit, vel manus opera.

252 Cruſta lactea, quæ in capite puerorum generatur, curatu facilis eſt *Sennert. pract. lib. 5. par. p cap. 32.*

253 Cutis color mutatus ad naturalem ſtatum reuocari poteſt remedijs traditis à *Sennert. pract. lib. 5. p. 3. cap. 1. & 4.*

254 Defluxionum peſtilentium plures ſpecies notat *Scench. obſeruat. medicin. lib. 6. tit. de var. peſtil. deflux.* quas etiam quandoque dicit ſanabiles.

Deglu-

255 Deglutio læſa facilis curatu eſt, vel gargariſmis, vel alijs remedijs, ſimplicibus, vel compoſitis notaris per *Sennert. pract. lib. 3. par. 1. ſect. 1. cap. 2.*

256 Delirium quodcumque, tam ſimplex, quam ex parapheniride, curari poſſe conſtat ex remedijs traditis à *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap. 6.*

257 Dentium dolorem vehementiſſimum ceſſaſſe, nine in ore rerenta, refert *Aetius, tetrab. 2. ſerm. 4. cap. 27. & ex eo Zacut. de medic. Princ. Hiſtor. lib. 1. obſeru. 46.*

258 Dentium morbi enumerantur à *Sennert. pract. lib. 1. p. 1. cap. 10. & ſeqq.* vbi ſingulis remedia aſſignat.

259 Diabetes eſt morbus proueniens ex imbecillitate renum, ob quam ſequitur aliquando ram velox, continuaque vrinæ excretio, vt quidquid bibitur, ſimul vt potatum eſt, nihil à ſua qualitate mutatum, exuberanter, & plus iuſto mingatur. Quare definitur ab *Aetio tetrab. 2. ſerm. 1. cap. 1.* Affectio diurna circa renes conſiſtens, multum potum inducens, vna cum hoc, quod quidquid bibitur, ſimul vt acceptum eſt, per vrinas eijcitur. Facilis tamen curatu eſt, teſte *Zacuto in prax. hiſtor. lib. 2. cap. 17. & Sennert. pract. lib. 3. par. 7. ſect. 2. cap. 2.*

Diarrhea vide Alui fluxus.

260 Diaphragmatis tumores tam calidi, quam frigidi, naturaliter curari poſſunt remedijs notatis à *Sennert. pract. lib. 2. p. 2. cap. 14.*

261 Diaphragmatis vulnera pariter eſſe per artem ſanabilia docet idem *Sennert. loc. cit. cap. 15. auctoritate Galeni 6. aphor. 18.*

262 Diſſenteriæ plures ſpecies, ſeu gradus diſtinguuntur à *Zacut. in prax hiſtor. lib vlt. cap. 6* vbi etiam aſſignat modum, illam in quolibet gradu curandi. Imo Diſſenteriam venenoſam ſmaragdo ſupra ventrem impoſito ſanatã, teſtatur *Auenz. lib. 1. theiz. tract. 2. cap. 3.* Pluresque, ac diuerſi caſus ſanationum notantur apud *Schench. obſeru. medic. lib. 3. tit. de Diſſenteria.*

263 Diſuria, & vrinæ ardor, cuius cauſas aſſignat. *Sennert. pract. lib. 3. p. 8. ſect. 2. cap. 5.* ſola cauſæ amotione curari poteſt, ex eodem *Sennert. ibid.*

Dolores Colici, vide Colici dolores.

264 Doloris ſubiectum, & cauſæ traduntur à *Sennert. pract. lib. 1. p. 3. ſect. 1. cap. 2.* vbi etiam aſſignat remedia; Inter quæ, ad tollendas moleſtias balneum aquæ tepidæ vult eſſe iucundiſſimum, *Gal. 7. meth. med. cap. 6.*

265 Dolorum capitis plures differentias aſſignat *Zacut. in praxi hiſt. lib. 1. cap. 3. & Sennert. pract. lib. 1. p. 3. ſect. 1. quaſt. 3.* In quocumque tamen caſu ſanabiles, ex *Galen. lib. 13. metaph. cap. 22.*

266 Dolores nephritici, à quibus cauſentur, & qualiter ſint curabiles, docent *Riuer. in prax. medic. lib. 14. cap. 1. & Sennert. pract. lib. 3. p. 7. ſect. 2. cap. 3.*

267 Dorſi tabes, quæ oritur ex ſpinali medulla, curatur remedijs notatis à *Sennert. pract. lib. 2. p. 2. cap. 23.*

268 Dorſi vermes faciles curatu eſſe, docet idẽ *Sennert. loco ſupra prox. cit. cap. 24.*

269 Ecchimoma eſt ſanguinis effuſio per vicinas partes, ob contuſionem, vel quid ſimile, manente cute integra. Facile curatur, ex *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 16.*

270 Elephantiaſis eſt ſpecies lepræ, de qua *Macer. de viribus herbarum cap. 15.*
Eſt lepræ ſpecies, Elephantiaſis vocatur
Quæ cunctis morbis maior ſic eſſe videtur
Vt maior cunctis elephas animantibus extat.
Cuius originem, & cauſam ex atrabili procedere, tenet *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 40.* vbi curationem, & remedia notat.

271 Empiema eſt affectio, in qua pus inter thoracem, & pulmonem aggregatur. Cuius plures, & diuerſas cauſas aſſignat *Zacut. in prax. hiſt. lib. 2. cap. 11.* In quolibet tamen caſu curabiles, vt *ibid. & apud Riuer. in prax. medicin. lib. 7. cap. 4. & Sennert. lib. 2. p. 2. cap. 19.*

272 Ephelides maculæ ſunt faciei, quæ, vt plurimum grauidis ex ſanguine menſtruo retento, & quandoque etiam virginibus, & alijs fœminis accidere ſolent. Et quas ſola humorum vacuatione curari poſſe notat *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 1. cap. 2.* Et de ſe euaneſcunt.

273 Epilepſia definitur à *Galen. 3. de loc. affect. cap. 7.* Conuulſio vniuerſalis, non perpetua, ſed quę ex longis accidit interuallis vna cum ſenſus, & mentis læſione, quam plures à ſe ſanatam teſtatur idem *Galen. lib. 1. epid. ſect. 3.* & rutæ odore, *Trall. lib. 2. cap. 15.* in grauidis autem mulieribus poſt partum de ſe euaneſcere, tradit *Paul. lib. 13. in princ.* Plures ſpecies notat *Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 3. & lib. 4. tract. de infan. morb. part. 2. cap. 10.* omnes tamen curabiles.

274 Epinictides ſunt vlcuſcula ſua ſponte erum-

erumpentia, bulliſue ſubrubra, quibus diſ-
ruptis, cruenta ſanies diffluit. Naturaliter
ſanantur, ex *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap.* 15.

275 Eriſipela inter tumores ſanguineos reputatur, & ad bilem etiam à Medicis refertur, cuius curationem aſſignat *Sennert. pract. lib. 5. par. p. cap.* 7.

276 Eſſere morbus ſunt tubercula parua, ad rubrum vergentia, duriuſcula, cum inſigni pruritu ſubitò vniuerſum corpus occupantia, non ſecus, ac ſi ab apibus, vel veſpis, aut culicibus homo demorſus, aut vrticis percuſſus eſſet; facillimè curatur, ac ſola venæ ſectione, teſte *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap.* 16.

277 Fames canina, cuius plures ſunt ſpecies, & ab aliquibus cum boulimia cõfunditur, curatu facilis eſt, *Riuer. prax. medic. lib. 2. cap. 2. Sennert. pract. lib 3. p. 1. ſect. 2. cap.* 4. vbi remedia adducuntur.

278 Faſcinatio licèt quandoque adultis accidat, eſt tamen propriè morbus infantium, quando licèt comedant, tamen non rectè nutriuntur, nec augentur, cuius cauſas, & remedia notat *Sennert. pract. lib. 4. p. 2. cap.* 32.

279 Febres omnes naturaliter, & per artem
medicã, & ſine illa, ſanabiles eſſe, teſtantur
*Schench. obſeruat. medicin. lib. 6. tit. de fe-
bribus. Riuer. in prax. medicin. lib. 17. per
tot. Sennert. in tract. de febrib. & in epitome
librorum de febrib.* Et quidem effimera cu-
ratur victus ratione *Sennert. d. tract. cap.*
6. & ſi orta ſit ex ebrietate, ſanatur frigi-
dæ potu. *Celſ. in præfat. ad lib. de re medic*:
ſi ex motu, & exercitio, balnei ope, *Galē. de*
280 *cauſ. proc. cap. 1. poſt. init.* Ephemera plu-
rium dierum, & ſynochus ſine putredine
curatur remedijs ſanguinem euacuanti-
bus, alterantibus, & meatus corporis ape-
281 rientibus, *Sennert. d. tract. de febr. lib.*
1. *cap.* 7. Synochus cum putredine, quam
febrim continentem medici appellare
conſueuerunt, ſanguinis miſione, *Galen.
lib. 9. meth. cap.* 4. atque item vomitorijs,
purgatione, dieta, alijſque remedijs, no-
tatis à *Sennert. dicto tract. de febrib. cap. 4.
& ſeqq. lib.* 2. febris ardens, purgatione,
ſecundum Trall. lib. 12. cap. 3. & gelidæ
potu *ſecundum Galen. lib. 10. meth. cap.* 5.
febris acuta, ſolo ſudore *Galen. lib. de præ-
cognit. ad Poſth. cap.* 10. Annua tertiaria,
item ſola purgatione, *Galen. lib. 6. aphor.*
47. Tertiaria nota de ſe euaneſcit *Galen.
lib. 1. ad Glauc. cap.* 8. Tertiana continua,
& tertiana intermittens, curantur iiſdem
remedijs, quibus aliæ febres ſupra recen-
ſitæ, *Sennert. dicto lib. 2. cap. 13. & 18.*
Semitertiana maligna ſanatur auxilijs no-
tatis à *Rhas. in lib. de mirab. cur.* Quartana
continua, & quartana intermittens cura-
tur item purgatione, & alijs remedijs ſu-
pra notatis *Trall. lib. 12. cap. 8 de vomitu,
Sennert. d. lib. 2. cap. 15. & 20.* Quartana
duplex ſanatur theriaca, *Galen. lib. de præ-
cognit. ad Poſth. cap* 4. Quotidiana cõtinua
& quotidiana intermittens, iiſdẽ pariter
remedijs ſupra recenſitis *Sennert. dicto lib.
2. cap. 14. & 19.* Atque item febres com-
282 poſitæ *Sennert. d. lib 2. cap.* 21. febris
lepiria, quando cum extremorum frigidi-
tate, interna vruntur, curatur frigidæ po-
tu, *Aetius tetrab. ſerm. 1. cap. 9. de lepiria.*
febris ſincopalis, venæ ſectione, *Rhas lib.
16. cont. cap.* 2. febris hectica, remedijs
humectantibus, & refrigerantibus. *Sen-
nert. d. tract. de febr. lib. 3. cap.* 3. & lactis
aſinini potu, *Zacut. de medic. Princ. hiſt.
lib. 16. 4. hiſt.* 43. febres peſtilẽtes, malignę,
& maraſmus, curantur cliſtere, alexphar-
macis, ſudoriferis, lacte, balneo, & alijs
283 remedijs, notatis à *Galen. lib. 7. meth. cap.
6. & Sennert. d lib. 3. cap. 4. & 11.* Fe-
bris maligna cum ſpaſimo, electuariis *Sen-
nert. d. tract. de febr. lib. 4. cap.* 16. febres
petechiales, lenitiuis, venæ ſectione, ſu-
doriferis, & veſicatorijs, *Sennert. d. lib. 4.
cap.* 13. febres cum catharro, & tuſſi, epide-
mia maligna, iiſdem remedijs, quibus
aliæ febres malignæ *Sennert. d. lib. 4. cap.*
17. febris dicta morbus vngaricus, cura-
tur vomitorijs, venæ ſectione, & aliis auxi-
liis, notatis ab eodem *Sennert. d. lib. 4. cap.*
14. & febris appellata ſudor anglicus ſu-
doriferis, *Sennert. d. lib. 4. cap.* 15. & aliis re-
mediis notatis à *Schench. obſeru. medic. lib.
6. tit. de ſudore anglico.*

284 Fellis veſiculæ plures morbi enumerantur à *Sennert. pract. lib. 3. ſect. 1. cap.* 9. quos omnes dicit ſanabiles.

285 Fætus in vtero mortuus facili remedio poteſt extrahi *Zacut. in prax. hiſt. lib. 3. cap.* 17. & fætum mortuum, putridumque aliquandiu in vtero geſtatum, ex tumore putreſcenti, quem circa vterum excitauit, cum oſſibus exemptum fuiſſe, dein conſolidato vlcere, mulierem abſque ſterilitatis nota conualuiſſe, tradit *Albucas. lib. 2. chir. cap.* 76.

286 Fætus debilitas, quibus naturalibus remediis confortari poſſit, notat *Sennert. pract. lib. 4. part. 2. ſect. 5. cap.* 7.

287 Fi-

287 Fiſtulæ, cuiuſcumque differentiæ ſint, ſiue profundæ, ſiue rectæ, ſiue per carnem tranſuerſum tendant, ſiue ſimplices, aut plures ſinus habeant, ſiue deſinant ad os, vel ad partem neruoſam, aut ad venas, vel arterias, omnes ſunt curabiles, *Sennert. pract. lib. 5. part. 2. cap. 10.* vbi remedia, & modum curationis aſſignat.

288 Fluxus epaticus, in quo ſeroſi, & ſanguinei humores loturæ carniū ſimiles excernuntur, curatu non difficilis eſt, *Riuer. in prax. medic. lib. 10. cap. 8. Sennert. pract. lib. 3. part. 3. ſect. 2. cap. 8.*

289 Fluxus mulicbris facile curatur *ex Galen. lib. de præcognit. ad Poſth. cap. 8.* vbi mulierem à deſperato vteri profluuio ope ſua liberatam recenſet.

290 Fracturas omnes eſſe ſanabiles, docet *Sennert. pract. lib. 5. part. 5. per tot.* vbi de fracturis in genere, & in ſpecie. *Schench. obſeruat. medic. lib. 5. tit. de fracturis, & oſſibus.*

291 Fungi morbus, quem inter tumores cerebri refert Galenus, licet oriatur etiā quandoque ex gurgulione, & aliis partibus, teſte *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 39.* naturalibus remediis curari poteſt, ex eodem *Sennert. ibid.*

292 Fungorum venenum facillime curari poteſt, *Galen. lib. 2. de aliment. facult. cap. 69. & Aet. tetrab. 1. ſerm. 2. cap. 48.*

293 Furfuratio, quæ & porrigo dicitur, affectus eſt, cum ſcalpentibus furfuribus ſimilia ex capitis cute decidunt, interdum etiam ex barba, & ſupercíliis, ſola humorum purgatione curari poteſt, vt teſtatur *Sennert. pract. lib. 3. ſect. 2. cap. 8.*

294 Furunculus eſt tuberculus acutus cum inflammatione, & dolore, ortus à ſanguine craſſo, & vitioſo, leuibus auxilijs curabilis *ex Senn. pract. lib. 5. p. 1. cap. 9.*

295 Furor vterinus eſt ſpecies maniæ, ab intenſo, & effrenato appetitu veneris ortæ, quæ mentem de ſede deiicit; cuius curationis remedia notant *Riuer. prax. medicin. lib. 15. cap. 5. Sennert. pract. lib. 4. p. 2. ſect. 3. cap. 5.*

296 Gangrena eſt partis imperfecta mortificatio, ſeu corruptio, ſeu ad mortificationem tendens, cui niſi celerrime ſuccurratur, membrum plane emoritur, omnemque ſenſum, & vitam amittit, nihilque, ſeu ſecetur, ſeu vratur, percipit, quæ iam perfecta vocatur ſyderatio, *Sennert. pract. lib. 5. part. 2. cap. 19.* vbi remedia pro curatione adducit.

297 Ganglion eſt tumor ſupra os, ſcilicet eo loco, vbi oſſa tantum cute teguntur, & quaſi oſſis duritiem referens, facilis eſt curatu, iuxta *Sennert. pract. lib. 5 part. 1. cap. 34.*

298 Genu tumorem ſolo emplaſtro ex ſtercore caprino à ſe curatum refert *Aet. tetrab. 3. ſerm. 2. cap. 94.* & medicamentis vrinam prouocantibus, *Rhaſ. lib. 6. cant. tract. 2.*

299 Gingiuarum eroſio, & exulceratio facile curabilis eſt *ex Riuer. in prax. medicin. lib. 6. cap. 3.* & item fluxus ſanguinis, *idem ibidem cap. 4.*

300 Gonorrhæa eſt ſeminis effluxus, qui inuitis accidit, & ſine membri virilis tenſione, ac tentigine, qui ex pluribus cauſis accidere poteſt, in omni tamen caſu ſanabilis, *Sennert. pract. lib. 3. part. 9. ſect. 2. cap. 4.*

301 Gulæ vlcera, licet perſæpe mortem afferre valeant, naturaliter tamen ſanari poſſe, cōſtat ex *Galen. lib. 5. de loc. affect. cap. 5. Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 16. & lib. 2. part. 1. cap. 23.* vbi de aliis gulæ morbis curandis.

302 Gurgulionis affectiones, ſcilicet laxationem, inflammationem, & exulcerationem, eſſe naturaliter ſanabiles docet *Sennert. pract. lib. 2. par. 1. cap. 20. & ſeq.* vbi pro ſingulis affectionibus remedia notat.

303 Gutta roſacea eſt rubedo maculoſa ſeu potius rubor cum tuberculis, quibus malæ, naſus, & facies defedantur, ac ſi guttis roſeis conſperſa eſſet, quæ tubercola quandoque incrementum ſumunt, vt facies inæqualis, & horrida fiat, Curatur tamen remediis notatis à *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 31.*

304 Gutta ſerena eſt oculorum affectio, quādo viſio aboletur, nullo ſenſibili vitio in oculo apparente, fitque, dum ſpiritus animales à cerebro ad oculum tranſire nequeunt, *Riuer. prax. medic. lib. 2. cap. 1.* vbi remedia aſſignat.

305 Hemierania facilis curatu eſt, *Paul. lib. 3. cap. 5. rubr. 2. Schench. lib. 1. de capitis dolore, obſeru. 9.* vbi ſolo frigidæ potu. Frequenter etiam de ſe euaneſcit.

306 Hemorrhoides non ſolum naturaliter ſanabiles, ſed ſalubres eſſe, tenet *Schench. obſeruat. medic. lib. 3. tit. de hemorrhoid.* quarum dolor leniter remedius, notatis à *Riuer. in prax. medic lib. 10. cap. 11. & Senn. pract. lib. 3. p. 2. ſect. 2. cap. 13.*

307 Hemoptyſis eſt expuitio ſanguinis, quę à par-

à partibus vitalibus, thorace, pulmone, & aſpera arteria procedit, *Galen. 1. de criſ. cap. 5.* naturaliter curabilem tradit *Riuer. in prax. medic. lib. 7. cap. 6.*

308 Hepatis affectiones naturalibus remediis ſunt curabiles, affectio ſcilicet, in qua rubida profluuies apparet, *Zacut. in prax. hiſt. lib. 2. cap. 14.* Inflammatio, & dolor, *Galen. lib. 1. meth. cap. 6. Zacut. in prax hiſtor. lib. 2. cap. 13.* Calida intemperies, *Riuer. in prax. medic. lib. 11. cap. 1.* Abſceſſus, & vlcera, *Riuer. d. lib. 11. cap. 2.* Obſtructio, *Riuer. d. lib. 11. cap. 3.* & demum omnes morbi, atque etiam vulnera, *Schench. obſeruat. medicin. lib. 3. tit. de Ierou.*

309 Herniam eſſe naturaliter curabilem, & ſæpius curatam, refert *Schench. obſeruat. medicin. lib. 4. tit. de Hernys.* Et Herniam abdominis à ſe ſanatam memorat idem *Schench. obſeruat. medicin. lib. 3. tit. de Abdomine*, dicens, Mercatori cuidam, cui taurus, impetu in eum facto, cornibus abdomen in latere vmbilici perfoderat, paſſi cõualeſcentiam exiguus tumor, rupto ſcilicet illic peritonæo, remanſit, quem cum negligeret, tandem ſenſim à peritonæi cauitate emergentibus inteſtinis tumor in immenſum excreuit, ipſe & febre acuta, & ſtercoris euomitione, adeo periculoſe, & extreme laborabat, vt de illius ſalute deſperantes, ad ſectionem, reponendaque inteſtina, tanquam extremum remedium confugeremus. Qua in cute illius loci tentata, licet difficulter foramen peritonæi digito inueſtigaretur, eo tamen inuento, ſenſimque intruſis inteſtinis, mox ſanitati reſtitutus. Videatur item *Sennert. lib. 3. p. 9. ſect. 1. cap. 7. & lib. 4. tract. de infantium morbis p. 2. cap. 24.*

310 Herpes dicitur tumor, qui ex bile flaua, ſincera, ſecreta ab aliis humoribus, in partis alicuius ſuperficie excitatur, & ad vicina ſerpit, *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 17.* vbi differentias adducit, & remedia.

311 Herpetem exedentem, qui formica vocatur, ſola purgatione curatum refert *Galen. lib. 14. meth. cap. 17.*

312 Hiſterica paſſio, quæ prouenit ex ſeminis, & ſanguinis menſtrui retentione, facile curabilis eſt ex *Riuer. prax. medic. lib. 15. cap. 6.*

313 Hipocondriorum murmur ſero lactis miteſcere, & ſanari vult *Galen. lib. 5. aphor. com. 64.* Cæteraſque hypocondriæ affectiones curabiles eſſe, tradit *Sennert. pract. lib. 3. part. 5. ſect. 1. cap. 6.*

314 Horror, & Rigor, licet ex eadem cauſa prouenire videantur, ſunt tamen effectus ſaltem vehementia, & magnitudine differentes. Rigor enim eſt muſculorum totius corporis vibratio, & concuſſio, cum refrigeratione, & dolore quodam, Horror vero quaſi paruus rigor, cum in eo cutis tantum concutiatur, vterque tamen curabilis eſt, teſte *Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 24.*

315 Hydrocephalon eſt tumor capitis aquoſus, naturaliter curabilis, ſicuti pluries curatum memorat *Schench. lib. 1. tit. de hydrocephal. obſeruat. 1. Sennert. pract. lib. 4. tract. de infant. morb. p. 2. cap. 6.*

316 Hydrops, ſeu Hydropiſis definitur ab *Auicen.* Aegritudo materialis, cuius cauſa eſt materia extranea, frigida, ingrediens membra, quæ per eam tumeſcunt. Duplicem eius differentiam ponit *Riuer. in prax. medic. lib. 11. cap. 6.* & vtramque curabilem, *ibidem, & Rhaſ. lib. 1. contin. tract. 19. cap. 1.* quin ſola venę ſectione à ſe curatã refert *Galen. lib. de ven. ſect. c. 5. in fine.*

317 Hydrops pectoris, quæ ab Empiema diſtare non videtur, fitque ab humore ſeroſo, in pectoris capacitate collecto; naturalibus auxiliis ſanari poteſt *Riuer. prax. medic. lib. 7 cap. 5. Sennert. pract. lib. 3. p. 6. ſect. 2. cap. 3. & ſeqq.*

318 Icterus dicitur ortum habere à veſica fellis, morbus Regius nominatus, eſt color præter naturam totius corporis flauus viridelcens, aut nigricans, ab excrementitii, & vitioſi humoris eiuſdem coloris in cutem effuſione ortus, *Sennert. pract. lib. 3. par. 4. ſect. 2. cap. 7.* vbi naturalia remedia notat.

Iecur, vide Hepatica affectio.

319 Iliacus dolor, ſeu Iliacus affectus, ex ſuperfluitatibus cibi, quæ per inferiorem aluum excernũtur, proueniẽs; ſeu motus inteſtinorũ præpoſterus, & inuerſus, in quo aluus omnino conſtricta eſt, & quæ per inferiora deijci deberent, ad ventriculum deferuntur, ac per vomitum reijciuntur, *Riuer. prax. medic. lib. 10. cap. 2.* licet dicatur periculoſiſſimus, ſolo tamen cliſtere à ſe ſanatum refert *Scribon. ſarg. de compoſ. Medic. & Auenz. lib. 2. Theiz. tract. 1. cap. 2.* Alia remedia recenſentur à *Sennert. lib. 3. pract. p. 2. ſect. 2. cap. 1. de Ileo.*

320 Impetigo, ſeu lichen, eſt cutis aſperitas cum puſtulis ſiccis, & magno pruritu,

ad

ad vicina ſerpens, & ſe extendens, *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 30.* vbi naturalem curationem aſſignat.

321 Inappetentia, & cibi faſtidium, à quacumque affectione proueniant, quomodo curentur, tradit *Riuer. in prax. medic. lib. 9. cap. 1.*

322 Incubus melancholiæ proximus affectus eſt, per quem dormiens grauem patitur anhelitus oppreſſionem, vocis, ac motus interceptionem, ſenſus ſtuporem, & inuadentis, incumbentiſque ſibi phantaſmatis imaginationem, prout eleganter ſcribit *Virg. 12. Aeneid.*

Ac veluti in ſomnis oculos, vbi languida preſſit
Nocte quies nequicquam auidos extendere curſus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequuntur.

Eſt tamen naturalibus remedijs curabilis, *Zacut. in prax. hiſtor. lib. 1. cap.* 8. verbo de incubo *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. c. 29.*

323 Inflammationum differentias notat *Sennert. lib. 5. p. 1. cap. 15.* vbi etiam curationes aſſignat. In ſpecie autem, quod inflammatio ſepti tranſuerſi ſit arte medica ſanabilis, *Galen. lib. de loc. affect. cap. 5.* Atque item inflammatio pulmonis, cordis, & ventriculi; quam ſolo antimonio curatam, notat Matthiol. apud *Schench. obſeruat. medic. lib. 2. tit. de Peripneumonia.* Et inflammatio renum, & veſicæ, *Riuer. prax. medic. lib. 14. cap. 3.*

324 Inquietudo, quæ alios morbos præſertim febrim comitari ſolet, et tam in criſi, quam extra criſim contingere poteſt, tollitur vnctionibus, et alijs auxilijs relatis à *Sennert. pract. lib. 1. par. 2. cap. 13.*

325 Inſomnia immoderata, quæ vel præter conſuetudinem, longius, et ferè per totam noctem durant, vel animum ita exercent, ſpirituſque exagitant, vt hominem, ac ſi res veræ eſſent, turbent, qualiter tolli, et illis obuiari poſſit, *Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 3.*

326 Inteſtinorum vulnera ſæpius curata fuiſſe, ex aliorum hiſtorijs refert *Schench. obſeruat. medicin. lib. 3. tract. de vulner. inteſtin.*

327 Inteſtinorum affectiones omnes eſſe curabiles, tradit *Sennert. pract. lib. 3. p. 2. ſect. 1. & 2. per tot.*

328 Iſchiades, et iſchiaticus dolor, quam communi vocabulo Guttam vocant, quia humor velut guttatim in artus diſtillat, naturalibus remedijs eſt curabilis, teſte *Rhaſ. in lib. de mirabil. curis* et *Schench. obſeruat. medic. lib. 5. tit. de Iſchiade.*

329 Labiorum tumores, fiſſuræ, vlcera, vulnerationes, quibus naturalibus remedijs curentur, notat *Sennert. pract. lib. 5. cap. 1. & pluribus ſeqq.*

330 Labia leporina, et curta, ad naturalem ſtatum arte medica poſſe reduci, et quibus auxilijs, idem *Sennert. loc. cit. cap. 4.*

331 Lacertæ veneno facillimum theriacæ remedium ex *Auenz. lib. 1. theiz. tract. 7. cap. 10.*

332 Lactis, et lactationis defectus, ſcilicet, vel quia ſanguis, e quo lac generari debet, deficit, vel quia papillæ ſe non rectè habent, eum aut deſunt planè, aut non ſatis exſeruntur, aut non ſunt perforatæ, aut finduntur, vt propter dolorem functionem ferre non poſſint, aut venæ lactis in mammis non patent; omnes eſſe naturaliter curabiles, tradit *Sennert. pract. lib. 4. p. 3. ſect. 2. cap. 1.*

333 Laſſitudo eſt pigritia quædam, et debilitas, et ad motum animalem ineptitudo cum dolore, quando ſcilicet homo, ob exercitium, et laborem, ad motum, quem prius facile poterat obire, ſuſcipiendum, non ita aptus eſt, vt antea, ſed cum moleſtia quadam, et dolore mouetur. Quæ in duas partes diuiditur, ſpontaneam, quæ etiam ſine inſigni motu, et exercitio, ab humorum vitio prouenit, et non ſpontanea, ſeu exſiccatiua, quæ nimios labores, et corporis motum etiam abſque humorum vitio, ſequitur. Et vtraque diuerſas ſub ſe continet differentias, quas recenſet *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap. 21.* vbi etiam omnibus remedia aſſignat.

334 Lentigines, quæ ſunt maculæ, lentis colorem referentes, quibus fæminis facies, & interdum manus, & brachia, aut etiam thoracis pars ſuperior, aeri expoſita, nunc denſius, nunc rarius, quaſi guttatim conſperguntur, facile curari, & de ſe hiemali tempore euaneſcere, tradit *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 1. cap. 3.*

335 Lepra qualibet, etiam Græcorum, & elephantica, naturalibus remedijs eſt ſanabilis, teſte *Schench. obſeruat. medicin. lib. 6. tit. de elephant. Galen. lib. 11. ſimplic. cap. 1. & lib. 6. aphor. com. 46. Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 28.*

336 Lethargus definitur ab *Auicenna*, tumor pituitoſus intra caluariam, inexpugnabilem penè dormiendi neceſſitatem afferens; naturalibus remedijs eſſe curabilem, *docet Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap.* 2. Etiam ſolo caſtorei potu, aut balneo, vel aquæ calidæ lotione, *Trallian. lib. 1. cap.* 14.

Lichen, vide Impetigo.

337 Lienis ſcirrum, nempe tumorem durum, & indolentem, cuius cauſa eſt, tumor glutinoſus, craſſus, & viſcidus, purgatione, & alijs remedijs ſanatum refert, *Trall. lib. 8. cap. 13. in princ.* lienis vulnera non ſemper eſſe lethalia, *Schench. obſeruat. medic. lib. 3. tit. de ſilene.* Alioſque omnes lienis morbos, & affectiones eſſe naturaliter ſanabiles, *Sennert. pract. lib. 3. part. 4. cap. 2. & ſeqq. & Riuer. prax. medic. lib.* 12. vbi de lienis obſtructione, & inflammatione.

338 Linguæ inflammatio, cęterique tumores ſũt naturaliter curabiles, ex *Riuer. prax. medic. lib. 5. cap.* 1. linguamque tumefactam itaut ore quaſi contineri non poſſet, ſucco lactucæ ſanatam refert *Galen. lib. 14. meth. cap.* 8. Item linguæ paraliſis, & ranulæ, facile ſunt curabiles ex *Riuer. prax. medic. lib. 5. cap. 2. & 4.* Cæteraſque linguæ affectiones item ſanabiles docet *Sennert. pract. lib. 1. par. 3. ſect. 5. per tot.*

339 Lipotomia, quam cum Syncope confundit *Sennert. pract. lib. 2. p. 4. c. 6.* ſecundum *Mercatum* eſt caſus ſubitus animalis potentię, qui fit recedentibus ſpiritibus animalibus ad cerebrum ipſum, quo accidit, vt inſtrumenta ſenſuum, & motus, ſpiritibus deſtituantur, atque ita actiones ſuas exequi non poſſint; naturaliter curari poteſt, ex *Sennert. pract. lib. 2. part. 4. cap. 6.*

340 Lochiorum fluxui, qui parturientibus accidit aliquando, atque etiam retentioni facile poteſt obuiam iri, vt notatur apud *Riuer. prax. medic. lib. 15. cap. 21. & 22.*

341 Lumbricorum tres ſpecies enumerat *Riuer. prax. medic. lib. 10. cap. 9.* nempe quod alij ſint Tereſes, ſeu rotundi, qui in tenuibus inteſtinis frequentius generantur, alij Auarides, qui in extremo longanone procreati, vehementem harum partium pruritum excitant, aſſiduam pariunt egerendi difficultatem, & inteſtina vellicant. Alij, qui lati, & faſciæ dicuntur, omnes tamen pluribus remediis curantur ex *Riuer. loc. cit. Orib. lib. 1. Sinopſeos cap. 19. Et Sennert. pract. lib. 4. tract. de infant. morb. p. 2. cap.* 23.

342 Luxationes omnes facilè curabiles eſſe, tradit *Sennert. pract. lib. 5. p. 6. per tot.*

343 Maciem non ſolùm infantibus, verum etiam adultis accidere, præſertim ob febres, & phitiſim, & alios morbos manifeſtos, notat *Sennert. pract. lib. 4. tract. de infant. morbis p. 2. cap.* 32. vbi etiam remedia aſſignat.

344 Maculæ hæpaticæ, ſcilicet fuſcæ, vel ex flauo nigricantes, latæ palmi magnitudine, inguina in primis, & pectus, ac dorſum occupantes, imò totum pectus interdum obtegentes, cum cutis quadam leui aſperitate, quæ ſquammas, aut furfures quaſi emittit, non tamen vno loco hærentes, ſed quæ hinc inde diſſeminãtur, & modo euaneſcunt, modo ſurſum emergunt, naturaliter ſanabiles ſunt remedijs notatis per *Sennert. pract. lib. 5. p. 3. ſect. 1. cap.* 7

345 Mammillarum cancros, alioſque morbos remedijs naturalibus eſſe ſanabiles, docet *Schench. obſeru. Medic. lib. 2. tit. de Mammillis. Sennert. pract. lib. 4. p. 3. ſect. 1. per tot.*

346 Mania eſt delirium ſine febre, cum furore, & audacia, naturalibus auxilijs curabilis, teſtibus *Riuer. prax. Medic. lib. 1. cap. 13. Schench. obſeruat. medic. lib. 1. tit. de Mania, Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap.* 15.

347 Manum ex ponderis geſtatione inflammatam, pondere in alia manu geſtato, perſanatam fuiſſe, tradit *Orib. lib. 8. collect. cap.* 19.

348 Maxillarum morbi recenſentur à *Sennert. pract. lib. 2. p. 1. cap.* 17. nempè fungi, ſideratio, luxatio, fractura, maxillæ inferioris cum capite connexio, iunctura ſoluta, & immobilitas, quorum omnium curationem *ibid.* aſſignat.

349 Mediaſtini inflammatio, quæ à ſanguine bilioſo plerumque contingit, naturaliter curabilis eſt remedijs, notatis à *Sennert. pract. lib. 2. p. 2. cap.* 13.

350 Melancholia definitur à *Paul. lib. 3. cap.* 14. delirium ſine febre, cum metu, & triſtitia ex melancholico humore in cerebro exiſtente ſubortum. Cuius affectionis ſpecies deſcribuntur à *Riuer. prax. medicin. lib. 1. cap. 14. & lib. 12. cap. 5. à Zacut. in prax. hiſtor. cap. 8. & à Sennert. pract. lib. 1. par. 2. cap. 8. & pluribus ſequen.* ſcilicet, phantaſma, melancholia

per

per conſenſum cordis, Hipocondriaca, ex vtero, errabunda, attonita, mania, hydrophobia, quam nonnulli eum rabie confundunt, & amor inſanus, quem egregie deſcripſit *Seneca in Hippolit.* dicens.

Torretur aſtu tacito, & incluſus quoque,
Quamuis tegatur, proditur vultu furor;
Erumpit oculis ignis, & laſſæ genæ
Lucem recuſant, nil idem dubia placet,
Artuſque variè iactat incertus dolor
Nunc vt ſoluto labitur moriens gradu,
Et vix labante ſuſtinet collo caput
Nunc ſe quieti reddit, & ſomni immemor
Noctem querelis ducit, attolli iubet
Iterumque poni corpus, & ſolui comas,
Rurſuſque fingi; ſemper impatiens ſui
Mutatur habitus, nulla iam Cereris ſubit
Cura, aut ſalutis, vadit incerto pede
Iam viribus defecta, non idem vigor,
Non ora tingit nitida purpureus rubor,
Populatur artus cura, iam greſſus tremunt,
Tenerque nitidi corporis cecidit decor?
Et qui tenebant ſigna Phœbea facis
Oculi, nil gentile nil patrium micant,
Lacrimæ cadunt per ora, & aſſiduo genæ
Rore irrigantur.

Omnes tamen naturaliter ſanabiles ſunt, apud eoſdem *locis citatis*, & *Zacut. de medic. Princ. hiſtor. lib.* 1. *obſerua.* 33. *cum plurib. ſeqq.* vbi etiam per ſolam imaginationis immutationem.

351 Meliceris eſt tumor citra dolorem materiam melli ſimilem pellicula neruoſa conclulam continens, *Paul. lib. 6. cap.* 36. & Meliceria eſt vlceris genus, quod à fa ui ſimilitudine fauus etiam appellatur, *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 35. vbi naturalia vtriuſque remedia aſſignat.

352 Membrorum gracilitas, & debilitas, quæ poſt fracturam quandoque contingunt, quia ob alimenti penuriam, dum à longa, & varia faſciarum adſtrictione venæ alimentum parti afferentes conſtringuntur, aut victus nimis tenuis exhibetur; quod etiã faciunt diuturna membri quies, & à motu ceſſatio, qualibus auxilijs reparentur, notat *Sennert. pract. lib.* 5. *cap.* 7.

353 Memoriæ amiſſæ recuperatio facilis, eſt, *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 1. *cap.* 9. *Schẽch. obſeruat. medic. lib.* 1. *tit. de memoria. Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 5.

354 Menſium immodicus fluxus, & muliebris fluor, naturaliter ſunt curabiles, *Riuer. prax. medic. lib.* 15. *cap.* 3. & 4. *Sennert. pract. lib.* 4. *p.* 2. *per tot.*

355 Menſtrui diuturna ſuppreſſione laborantes fœminas, extenuatiſſimas, ſanguinis miſſione, & aliis remediis à ſe curatas, refert *Galen. lib.* 6. ſicuti contra menſium ſuppreſſionem plura habentur remedia apud *Riuer. in prax. medic. lib.* 15. *cap.* 2.

356 Meſenterii obſtructionem, inflammationem, abſceſſum, ſcirrum, vlcera, & alias affectiones eſſe naturaliter ſanabiles, tradit *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 3. *cap.* 3. *Riuer. prax. medic. lib.* 13. *cap.* 2. & *ſequentib.*

357 Minctio inuoluntaria, & vrinæ incontinentia, quando vel vigilantibus præter voluntatem, & facultate expultrice, nihil aut parum concurrente, vrina ſponte effluit, vt homo id ferè non animaduertat, vel dormientibus, deſiderio mingendi concurrente, facultati moriri imperare non valentibus; in vtroque caſu naturalibus auxiliis comprimi poteſt ex *Sennert. pract. lib.* 3. *part.* 8. *ſect.* 2. *cap.* 6.

358 Mola definitur à *Galen.* 14. *de vſu part.* & 14. *meth. cap.* 13. caro informis, & inutilis, inarticulata, dura, in vtero mulieris genita, inſtar vteri conceptus, vel variarum figurarum. Quæ licet curatu ſit difficilis, non eſt tamen impoſſibilis, teſte *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 3. *cap.* 16. *Schench. obſeru. medic. lib.* 4. *tit. de molis*, & *Sennert. pract. lib.* 4. *part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 9.

359 Morbi acuti puerperarum non ſolum naturaliter, ſed facile curabiles ſunt ex *Riuer. prax. medic. lib.* 15. *cap.* 24.

360 Morbi gallici curatio traditur à *Schenc. obſeruat. medic. lib.* 6. *tit. de lue venerea.*

361 Morbi maligni, occulti, & venenati ab interno humorum vitio, vel ab aqua, vel ab aeris vitio, deſcribuntur à *Sennert. pract. lib.* 6. *part.* 2. & 3. vbi etiam remedia notantur.

362 Morbi omenti, quales ſint, ex quibus cauſis oriantur, & quibus auxilijs curentur, notat *Sennert. pract. lib.* 3. *ſect.* 3. *cap.* 8.

363 Morbi Pancreatis, qui ſunt tumores, abſceſſus, & alij, naturalibus remedijs ſunt curabiles. *Sennert. loco ſupra cit. cap.* 7.

364 Morbi mulierum in partu recenſentur à *Sennert. pract. lib.* 4. *part.* 2. *ſect.* 6. *per tot.* qui ſunt, abortus, partus difficultas naturalis, vel præter naturalis, tardiras, fœtus mortuus. Quibus omnibus remedia aſſignat idem *Sennert. ibid. Schench. obſeruat. medic.* & *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 3. *cap.* 17.

365 Morbi mulierum poſt partum ſunt, ſecundinæ, & molæ retentio, purgatio

imminuta, vel retenta, dolores, & ventris tormina, vteri prolapſio, inflammatio, vlcera, ſuffocatio, & procidentia, & alij quos recenſet *Sennert. pract. lib.4. p. 2. per tot.* quorum pariter notat remedia.

366 Morbus regius, *de quo ſupra, verbo, Icterus*, ex bilioſi recrementi per totum corpus refuſione, ita dictus, quia totum corpus pallet inſtar auri, curatu facilis eſt, *Zacut. de medic. princ. hiſt. lib. 2. quaeſt.* 54. & ſolo luxu, ludis, & regio apparatu, *Celſ. lib. 3. cap.* 24. Cauſatus verò ex viperæ morſu, aut alio veneno contractus, belzuarticis remediis, *Galen. lib. 5. de loc. affect c. 7. & Auenz. lib. 1. Theiz. tract. t 3. cap. 6.*

367 Motus impotentia ex quibus cauſis accidere poſſit, notat *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap.* 26. In omni caſu eſt naturaliter ſanabilis ex eodem *Sennert. ibid.*

368 Mulierem ſine vtero diu viuere poſſe, teſtantur *Auenz. lib. 2. Theiz. tract. 5. cap. 4. Paul. lib. 6. cap.* 88. *& lib. 3. cap. 72. Aet. tetrab. 4. ferm. 4. cap. 76.*

369 Narium ſanguinis profluuius, qui & hemorrhagia dicitur, curatu facilis eſt, *Schench. obſeruat. medic. lib. 1. tit. de naribus.* Item narium vlcera, *Schench. obſeruat.* 5. Et aliæ infirmitates, & affectiones, vt Sarcoma, quę eſt excreſcentia carnis in naribus genitæ; Polypus, quæ eſt excreſcentia carnea, radicibus exilibus inhærens, in latum ſe ſe porrigens, & ad inferiores narium partes propendens, ita ut Polypi piſcis ſpeciem referat; læſus olfactus, fetor, & coriza, quæ & grauedo dicitur, eſtque catharri ſpecies, & cerebro in nares diſfluens *Riuer. prax. medic. lib. 4. cap. 1. & ſeqq. Sennert. pract. lib. 1. part. 3. ſect. 4. per tot.*

370 Natta eſt tumor magnus, & mollis ſine dolore, & colore, naturaliter curabilis, *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 36.*

371 Nauſea, & vomitus, quomodo differant, notat *Riuer. in prax. medic. lib. 9. cap. 7.* vbi vtriuſque remedia adducit. *Sennert. pract. lib. 3. p. 1. ſect. 2. cap. 12.*

372 Neui materni ſunt maculæ, quas infans in vtero contraxit, nunc vitri coloris, nunc fuſci, vel alterius; Quibus remediis tollantur, notat *Sennert. pract. lib. 5. p. 3. ſect. 1. cap. 25.*

373 Obſtructio leuium arteriarum pulmonis à tuberculo nata, licet grauis affectio ſit, & non modicum negotium pro ſui curatione medicis faceſſere poſſit, non eſſe tamen naturaliter incurabilem, colligitur ex *Zacut. de medic. princ. hiſtor. lib. 2. dub. 5.*

374 Oculorum affectiones, & infirmitates plures ſunt, nempe cataractæ, cæcitas, humoris aquei affectus, pupillæ dilatatio, albugo, ſeu macula corneæ tunicæ, eiuſque colorum immutatio, pus ſub eadem cornea, eiuſque cancer, & vlcera, atque rupturę, vueæ procidentia; epilops, ſeu anchilops, qui eſt tumor in angulo, fiſtula lacrimalis; bullæ, & veſiculæ; rhias, quæ eſt carunculæ anguli maioris abruptio, vel imminutio; encantis, quæ eſt ipſius carunculæ immodica excretio, & eminentia, epiphora, quæ eſt humorum fluxus, ptergium, ſeu vngues, ſcilicet membranula dura, & neruoſa, quæ ex angulo maiori prodiens, album oculi primum contegit, mox & ſucceſſu temporis attenditur, & pupillam tegendo, viſionem impedit, & aliæ, quæ notantur à *Schench. obſeruat. medic. lib. 1. tit. de oculis, à Riuer. prax. medic. lib. 2. per tot. & à Sennert. pract. lib. 1. p. 3. ſect. 2. per plura capita*, vbi etiam remedia notantur.

375 Odor malus, & fætidus ab humano corpore expirare quandoque obſeruatur, ſcilicet ab ore, naribus, pudendis, alis, pedibus, & auribus, cuius curationis modum aſſignat *Sennert. pract. lib. 5. p. 3. ſect. 1. cap. 9.*

376 Oedema eſt tumor laxus, mollis, ſine dolore ad compreſſionem digitorum cedens, à pituita tenui, ſeu frigidiore, & humidiore ſanguineæ maſſæ ortum habens, eſtque leuibus remediis naturaliter ſanabilis, *Sennert. pract. lib. 5. par. 1. cap. 18.*

377 Oeſophagi morbi, ſcilicet, intemperies, tumores, anguſtiæ relaxatio, vulnera, & vlcera, omnes ſunt naturaliter curabiles remediis notatis à *Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. 1. cap. 1.*

378 Ophiaſis morbus eſt ferè idem cum alopecia, ſcilicet pilorum decidentia, cuius remedia tradit *Sennert. pract. lib. 5. par. 3. ſect. 2. cap. 4.*

379 Ophtalmia, ſeu oculorum inflammatio, quam *Paul. lib. 3. cap. 22.* definit, humiditatem cum calore, & rubore pręter naturã, curatu facilis eſt ex *Zacut. in prax. hiſt. lib. 1. cap. 8.* & ſola venæ ſectione, *Rhaſ. de mirab. cur. Galen. de curat. rat. per ſang. miſſion. cap. 17.*

380 Oris, & faucium inflammationem, atque vlcera, naturalibus remedijs ſanari,

docet

docet *Riuer. prax. medic. lib. 6. cap. 5. Sennert. pract. lib. 2. p. 1. cap. 6. 7. & 18.*

381 Os in dorſo natum, purgatione pluries exemptum, memorat *Auenz. lib. 1. Theiz. tract. 6. cap. 5. de ingroſſatione oſſis præter naturam*. Vbi quod eius pater purgatione, & medicinis exſiccantibus huiuſmodi os cadere fecit, ipſe verò purgatione, & reſolutiuis medicamẽtis ſe liberauit.

382 Oſſium fracturę omnes ſunt curabiles, *Schench obſeruat medicin. lib. 5. tit.* de fracturis, & oſſibus. Vide ſupra verbo, fracturę.

383 Oſcitatio, quę contingit ex vapore in muſculis temporalibus, & maſticatorijs pręcipue contento, leuibus auxilijs curatur ex *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap. 12.*

384 Pandiculatio eſt prȩter ſolitum extenſio quędam muſculorum totius corporis, ad vaporum non acrium in iis partibus diſſipationem inſtituta, ac proinde nullis curationibus indigens, niſi tamen latentis humorum vitij ſignum exiſtat, *Sennert. pract. lib. 1. p. 2. cap. 22.*

385 Palpitatio cordis diſtinguitur in idiopatieam, et ſimpaticam, *Zacut. in prax. hiſtor. lib. 2. cap. 8.* vbi vtriuſque modum curationis aſſignat.

386 Pancreatis morbus eodem modo curatur, quo cęterę obſtructiones, *Riuer. prax. medicin. lib. 13. cap. 4.*

387 Panis, ſeu Phigetlon, eſt tumor in partibus corporis glandulosis, facile curabilis, *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 11.*

388 Paralyſis, quę eſt neruorum paſſio, *Zacut. in prax. hiſtor. lib. cap.* 10. ſeu priuatio motus, et ſenſus in quibuſdam partibus ob impeditum fluxum ſpirituum animalium, *Riuer. prax. medic. lib. 1. cap. 5.* vbi plures notat ſpecies, omnes tamen curabiles, vt *ibidem, & apud Sennert. pract. lib. 1 p. 2. cap. 27.* ſicuti ex merore, vel flaua bili contractam, frigidis medicamentis à ſe ſanaram refert *Trall. lib. 1. cap. 16. rubr.* 6. Et ex vehementi frigore cauſatam, calida vnctione, *Auenz. lib. 1. Theiz. tract. 10. cap. 7.*

389 Parotis eſt glandularum iuxta aures inflammatio, cuius cauſas, & differentias recenſet *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 13.* vbi etiam omnium curationẽ tradit. Emplaſtro, & argenti ſpuma, alijſque auxilijs à ſe perſanatas refert *Galen. lib. 1. de compoſ. medicin. ſec. gen. cap. 7.*

390 Paronichia eſt tumor calidus ex ſanguine aduſto, & atrabilato, in extremis digitis, ad latera vnguium ortus, & propter vicinitam neruorum grauiſſimos dolores exitans, *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 14.* vbi reiectis curationibus, quas ſuperſtitioſas dicit, veras, & naturales aſſignat.

391 Papuli ſunt tuberculorum ſpecies ex pluribus humoribus miſtis, & in primis billoſis, ſalſis, & ſeroſis, & interdum atrabili, quorum curationem aſſignat *Sennert. pract. lib. 5. par. p. cap. 22.*

392 Partus difficilis quibus auxilijs naturalibus adiuuetur, notat *Riuer. prax. medicin. lib. 15. cap. 18.* vide ſupra, verbo fœtus, & verbo, morbi mulierum in partu.

393 Pectoris dolor pluribus ex cauſis excitari poteſt, nempè vel eum ſanguis per ramos venæ axillaris in externa thoracis ſpacia, & in extremos muſculos thoracis illabitur, vel dum materia à capite per ceruicem, & omoplattas in muſculos externos laterum decumbit, vel cum ſpiritus flatulentus membranas coſtarum, & muſculorum diſtendit, vel quando membranæ pectoris in morbis hepatis, & lienis mediante diaphragmate deorſum cum dolore trahuntur. In omni caſu ſanabilis eſt remedijs notatis à *Sennert. pract. lib. 2. p. 3. cap. 6.*

394 Pectoris hydrops, quãdo ſcilicet aqua, & ſeroſi humores in cauitates thoracis colliguntur, & ipſe pulmo ſæpe repletur, curatur remedijs traditis à *Sennert. prac. lib. 2. p. 2. cap. 20.*

395 Penis affectiones, & morbi plures enumerantur à *Sennerto pract. lib. 3. part. 9. ſect. 1. cap. 9. & ſeqq. & ſect. 2. per plura capita*, omnes tamen naturaliter ſanabiles, vt *ibid.*

396 Pericardij morbi, & affectiones ſunt, aqua in pericardio aucta, & deficiens, vermes, vulnera &c. quorum remedia recenſentur à *Sennert. pract. lib. 2. part. 4. cap. 1.*

397 Pericardij vulnera ſanabilia ſunt ex *Benin. de abdit. morb. cauſ. cap. 5.* vbi quendam in pericardio vulneratum, ſua cura conualuiſſe teſtatur. Ita etiam *Cardan. in comment. ad 18. aphor. lib. 6 Hippoc.* refert, ſe partem pericardij vidiſſe ablatam, ægrumque ſanatum.

398 Peripneumonia eſt pulmonis inflammatio, quam parum differre à pleuritide, docet *Riuer. prax. medicin. lib. 7. cap. 7.* vbi remedia notat.

399 Peritonæi laxatio, rupturæ, & vulnera, licet eum difficultate, naturalibus auxiliis ſanari poſſunt, teſte *Sennert. pract. lib. 3. part. 10. cap. 6.*

400 Per-

400 Perniones ſunt inflammationes illæ, quæ tempore hiberno in calcaneis, digitiſque pedum, ac manuum oriuntur, quæ facillime curantur ex *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 15.*

401 Peſtis eſt epidimia pernicioſa, vulgus multos perimens, *Galen. 3. epid. ſect. 3. comment. 20.* Naturalibus tamen remediis curabilis *Zacut. in prax. hiſt. lib. vlt. cap. 28. & Galen. lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 16. & alibi.*

402 Phima eſt tumor glandularum, qui ſtatim augetur, & ad ſuppurationem feſtinat, naturaliter curabilis ex *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 10.*

403 Phlictenæ ſunt puſtulæ, & veſiculæ, quaſi à feruētibus, & acerrimis humoribus excitatę, ſimiles iis, quæ ab igne, vel aqua feruente cauſantur, à bilioſo, & feruido humore, cum ſalſo, & ſeroſo admixto procedentes, leuibus auxiliis ſanabiles, iuxta *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 22.*

404 Phtiſis eſt totius corporis extenuatio cum febri tenui, conſequens ad pulmonis vlcera. *Galen. lib. 7. aphor. 16.* quam pluties à ſe, & à patre ſuo ſanatam tradit *Auenz. lib. 1. Theiz. tract. 11. cap. 2.* ſicuti eius ſanabilitatem teſtantur *Auicenn. fen. 10. cap. vlt. Rhaſ. lib. 9. cont. cap. 2. Trall. lib. 7. cap. 1. in fin. & Sennert. pract. lib. 2. part. 2. cap. 12. & ſeqq. vbi plene.*

405 Phrenitis definitur à *Galen. apud Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 7.* dementia continua cum acuta febri, & ab eodem *Galen. lib. 2. de ſimptom. cauſ. cap. vlt.* inflammatio cerebri, aut membranarum eius, ex calidis ſuccis genita, ſeu cum delirio perpetuo. *Riuer. prax. medic. lib. 1. cap. 11.* naturaliter ſanabilis eſt, teſte *Zacut. in prax. hiſt. lib. 2. cap 4.* & ſectione venæ in fronte, aliiſque auxiliis à ſe perſanatam memorat *Trall. lib. 1. cap. 13. de curat. phrenit.*

406 Pica, & Malacia eſt appetitus deprauatus, quo ægrotantes res abſurdas, inutiles, & noxias appetere conſueuerunt, naturaliter, & facile curabilis eſt ex *Riuer. prax. medic. lib. 9. cap. 3. Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap. 5.*

407 Pilorum decidentia, ſeu defluuium, quod vel alimenti inopia, vel humorum prauitate cauſari ſolet, facile curari poteſt, ex *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 2. cap. 3.*

408 Pilorum in vrina curationem tradit *Galen. lib. 4. aphor. comment. 76. & Actuar. lib. 2. de cauſ. vrina cap. 21.*

409 Pleuritis eſt inflammatio membranæ intus coſtas ſuccingentis *Galen. 6. aphor. comment. 33.* Quæ licet quandoque lætalis ſit, medicamentis tamen curari poteſt, *Auenz. lib. 1. Theiz. tract. 16. cap. 4. & Galen. lib. 6. Epid. ſect. 3. comment. vlt.* Eiuſque duas ſpecies diſtinguit *Riuer. in prax. medic. lib. 7. cap. 2.* Quod nempe alia ſit vera, & legitima, & alia nota, ſeu ſpuria, vtriuſque tamen remedia aſſignat, prout etiã *Sennert. pract lib. 2. p. 2. cap. 16.*

410 Plica eſt capillorum vitium, quo capilli plane inter ſe complicantur, Polonis admodum familiare, de cuius curatione tract *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 2. cap. 9.*

411 Pollutio nocturna, quæ Gonorrheæ ſpecies eſt, & forte cum illa coincidit, eſt ſeminis profluuium, quod noctu dormientibus accidit, & quandoque etiam de die vigilantibus. Cuius curatio traditur à *Sennert. pract. lib. 3. part. 9. ſect. 2. cap. 5.*

412 Podagram naturalibus auxiliis ſanabilem, & ſanatam memorant, *Aet. tetrabil. 3. ſerm. 4. cap. 28. de his, qui ob bilis fluxum laborant Rhaſ. lib. 20. cont. truct. 1. cap. 2. Galen. de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 7. apud Schench. obſeruat. medic. lib. 5. tit. de artritide.*

413 Prægnantium morbos, acutos, & chronicos ſanabiles eſſe, notat *Riuer. prax. medicin. lib. 15. cap. 16.* vbi remedia notat.

414 Pruritus eſt dolor, ab excremento tenui, & acri, inter cuticulam, & cutem hærente excitatus, & plerumque futuræ ſcabiei prænuncius, naturalibus auxiliis curatur, ex *Sennert. pract. lib. 5. part. 3. ſect. 1. cap. 8.*

415 Pulmonis carunculas, & veſiculas, alioſque morbos ſanatos, refert *Schench. obſeruat. medic. lib. 2. tit. de pulmonibus.* Quorum curatio traditur etiam à *Sennert. pract. lib. 2. part. 2. cap. 2. & plurib. ſeqq.*

416 Puſtulæ, quarum plures ſpecies notat *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 22.* & cum papulis, & phlictenis confundit, facile ſanari poſſunt, *ex eodem Sennert. ibidem.*

417 Quartana, ſic dicta à communi acceſſionum, & exacerbationum circuitu, cuius natura conſiſtit in calore febrili, ab humore melancholico accenſo, ac putrefacto, nunquam pericoloſa eſt *Celſ. lib. 3. cap. 15.* & ſola victus qualitate ſanabilis, *Zacut. in prax. hiſtor. lib. 4. cap. 26.*

418 Rabies eſt effectus præter naturam, & ſæpe quidem delirium, à veneno quodam

in

lo animali genito, & homini communicato, cauſatum, cum vehementi liquidorum omnium, & aquæ potiſſimum abominatione, *Sennert. pract. lib. 1. part. 2. cap. 16.* cuius curationes tradit idem *Sennert. ibidem Alzaharauius, tract. 30. pract. ſect. 2. cap. 30. & Aet. tetrab. 2. ſerm. 2. cap. 24.* vbi quod rabies ex demorſu rabidi canis ſola aquę potione ſanatur.

419 Renum dolor cum nigra vrina à frigiditate ſubortus, naturalibus auxiliis eſt ſanabilis ex *Actuar. lib. 1. de cauſ. vrin. cap. 13.* & renum calculum ope balſami excretum, ſcribit *Auenz. lib. 2. Theiz. tract. 2. cap. 7.* & renum vlcera, & veſicas faciles curari, tradit *Riuer. prax. medic. lib. 14. cap. 5.* & pariter omnes alias affectiones curabiles: *Sennert. pract. lib. 3. part. 7. ſect. 1. per plura capita, & ſect. 2. cap. 1.*

420 Rheumatiſmus, cuius natura in eo ſita eſt, quod corpus vniuerſum ea impotentia ſit affectum, vt vbi principem eius partem aliquo ſanguine grauari contigerit, licet non ſit in copia plurimum excedens, ad carnoſas partes tranſmittat, abſque eo quod vllus tumor, vlla inflammatio, aut vlla coloris mutatio in partibus dolentibus vt plurimum appareat, medicamentis eſt curabilis, *Riuer. prax. medic. lib. 16. cap. 2.*

421 Ructatio eſt motus deprauatus ventriculi, factus à facultate expultrice concitata, quo vapores, & fumi à cibo non recte cocto per os expelluntur; quæ quando nimia frequens eſt, mala iudicatur, ſed facile curabilis ex *Sennert. pract. lib. 3. part. 1. ſect. cap. 11.*

Rigor, vide Horror.

422 Sanguinis ſputum ex diſtillatione, leuibus medicamentis ſanabilem, tradit *Trall. lib. 7. cap. 1. rubr. 17. in med. Galen. lib. 5. meth. cap. 13.* Item ex aliis cauſis, *Schench. obſeruat. medic. lib. 2. tit. de ſanguinis ſputo Sennert. pract. lib. 2. part. 3. cap. 7.* atque item ſpleneticum ſanguinem nigri vomitu, *Rhaſ. lib. 9. cont. tract. 2. cap. 2.*

423 Sanguinis vomitum eſſe pariter naturalibus auxiliis ſanabilem, *Schench. obſeruat. medic. lib. 3. tit. de vomitu.* Vide, Hemoptiſis.

424 Sanguinis mictus, à nimia meti potione ſubortus, ſola phlebotomia curatur, *Rhaſ. in lib. de mirabil. cur.* atque item ex aliis cauſis ortus naturaliter eſt curabilis *apud Schench. obſeruat. medicin. lib. 3. tit. de ſanguinis mictu.*

425 Scabiei plures differentiæ traduntur à *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 27.* quarum omnium ibidem curationem aſſignat.

426 Sciatica eſt dolor, qui incipit à iunctura anchæ, & deſcendit retro coxam, & quandoque extenditur vſque ad genua, & ad calcaneum, quem leuibus medicamentis à ſe curatum tradit *Rhaſ. de mirab. cur.*

427 Scirrus eſt tumor durus ſine dolore, & ſenſu, aut cum exiguo, ex humore craſſo, viſcido, lento, frigidoque ortus, naturaliter curabilis, *Sennert. pract. lib. 5. part. 1. cap. 19.* ſicuti etiam ſcirrus hepatis *Riuer. prax. medicin. lib. 11. cap. 5.*

428 Scorbutum deſcribit *Schench. obſeruat. medic. lib. 6. tit. de Scorbuto*, quando propter ſplenis obſtructionem impeditur attractio humoris melancholici, qui reliquo ſanguini commixtus, vniuerſum corpus tabida corruptione inficit; qui naturaliter eſt curabilis ex *Sennert. pract. lib. 3. part. 5. ſect. 2.*

429 Scroti morbi ſunt, inflammatio, tumores, vulnera, ſcoriatio, vlcera, & gangrena, quorum curationes aſſignat *Senn. pract. lib. 3. p. 9. cap. 6. & ſeq.*

430 Scorpionis ictus facile curabilis eſt, *Galen. lib. 3. de loc. affect. cap. 7.*

431 Scorpenæ marinæ venenoſus ictus itē facile curabilis eſt, ex *Alzaharau. tract. 30. pract. ſect. 2. cap. 12.*

Scrufolæ, vide Strumæ.

432 Secundinarum retentio licet ſit periculoſiſſima, excluduntur tamen naturalibus remediis, notatis à *Riuer prax. medic. lib. 15. cap. 20.*

433 Singultus eſt motus vētriculi deprauatus, quo rem ſibi noxiam expellere nititur, naturalibus auxiliis curabilis ex *Riuer. prax. medic. lib. 9. cap. 6. Sennert. pract. lib. 3. p. 1. ſect. 2. cap. 10.*

434 Sinus appellatur à Medicis, quando abſceſſus vlceris initium ſatis anguſtum apparet, profunditas vero ſe in latitudinem diffundit. Cuius curationem notat *Sennert. pract. lib. 5. p. 1. cap. 6.*

435 Siriaſis eſt infantium morbus, ſeu affectio, quæ cum febre accidit, & inflammationem cerebri, & membranarum excitat, adeout ſincipitis, & oculorum cauitas conſequatur. *Sennert. pract. lib. 4. tract. de infan. morb. p. 2. cap. 7.* vbi curationem aſſignat.

Sirones, vide Sudamina.

436 Sitis morboſa quæ ſit, deſcribitur à *Riuer. prax. medic. lib. 9. cap. 4.* & à *Sennert. pract.*

pract. lib. 3. *p.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 6. *& ſeq.* vbi remedia notantur.

437 Somnambuli, ſeu Noctambuli dicuntur, qui dormientes è lecto ſurgunt, ambulant, & vigilantium munera exercent, quorum plura exempla memorat *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 19. & aliquos naturaliter de ſe abſque vllo remedio conualuiſſe.

438 Somni amiſſi, ſeu nimium vigiliarum cauſas, & differentias recenſet *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. vbi etiam remedia aſſignat. Solo lactucarum vſu reſtitutum, ſcribit *Galen. lib.* 2. *de alim. facult. cap.* 10.

439 Spaſmus eſt motus membrorum ita depraeuatus, vt præter voluntatis imperiũ, & contra id membra verſus muſculorum ſuorum principia retrahantur, *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 28. vbi quomodo differat à conuulſione, & conuulſiuis motibus, & quibus auxilijs curetur.

440 Sphacelus, de quo tractat ſimul cum *Gangrena Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 2. *cap.* 19. non eſt proprie morbus, ſed ipſa partis mortificatio, gangrenam, ſeu alium morbum conſequens; quem, ſi eo vſque deuenerit, vt iam membrum pene mortuum ſit, licet difficilis curationis dicat, non tamen impoſſibilis, cum *ibid.* curationem aſſignet.

441 Spinæ dorſi fracturæ, & vulnera Spinalis medullæ, non eſſe difficilis curationis, colligitur ex *Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 22.

442 Spinteris reſolutio, ob quam alui excrementa inuoluntarie excernuntur, facilis curatu eſt *Aet. tetrab.* 2. *ſerm.* 2. *cap.* 26. *de inteſtini recti ſolutione*.

443 Spleneticos, qui durum habent lienem, propria vrina epota ſanari, tradit *Auicenn. lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 725. *de vrina*.

444 Steatoma eſt timor, membrana peculiari humorem ſebo ſimilem continens *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 35. vbi curationem tradit.

445 Sterilitas, quibus ex cauſis oriatur, notat *Riuer. prax. medic. lib.* 15. *cap.* 15. vbi etiam remedia adducit. Quæ autẽ à calore prouenit, facile curabilis eſt ex *Auenz. lib.* 2. *Theiz. tract.* 3. *cap.* 1. Videatur *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 9. *ſect.* 2. *& lib.* 4. *p.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 2.

446 Stomachi dolor quibus ex cauſis contingat, tradit *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 16. atque etiam curationem.

447 Stranguria, quæ etiam gutta dicitur, eſt vrinæ depraeuatio, cum vrina guttatim redditur, & nihilominus continua ad mingendum eſt ſtimulatio cum dolore, naturaliter tamen curabilis, *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 8. *ſect.* 2. *cap.* 4.

448 Strumæ, ſiue ſcrufolæ ſunt tumorum genus, quod non ex humore ſimpliciter, in corporis partes externas effuſo, ſeu per eas diffuſo excitatur, ſed in quo materia tumoris cauſa peculiari membrana concluditur, atque humor, quihoc tumoris genus excitat, in aliam fere ſubſtantiam mutatur, quæ tamen ſtrumæ collum principaliter, licet etiam alias partes quandoque occupant, *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 33. vbi differentias adducit, Et aliquas eſſe contagioſas, tradit *Zacut. de Medic. Princ. Hiſt. lib.* 1. *qu.* 49. Eſſe verò naturaliter ſanabiles, & anguis eſu ſanatas, *refert. Corn. Celſ. lib.* 5. *cap.* 28. *rubr.* 6. *tit. de ſtruma, & eius curatione*. Nonnullos etiam huiuſmodi morbo oppreſſos, odoratu iam graues, atque aſpectu fædos, ebibito vino, in quo fortuito vipera erat emortua, ſanitati reſtitutos, notat *Zacut. loc. cit. hiſt.* 84.

449 Stupor, ſeu Torpor, licet in genere actionum imbecillitatem ſignificet, in ſpecie tamen ſenſus tactus, & ſæpe etiam motus imbecillitatem importat, *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 3. *ſect.* 1. *cap.* 1. vbi etiam diſtinguit ſtuporem à torpore, quod ſcilicet ſtupor ſit ſolius ſenſus tactus læſio, vel cum læſione aliqua motus coniunctus; Stupor vero ſit totius corporis, & actuum imprimis extremorum, aut etiam certæ cuiuſdam partis. In quolibet tamen caſu ſanabilis, ex *eodem. Sennert. ibid.*

450 Sudamina, ſeu ſirones, ſunt exanthemata in ſumma cute corporis hærentia, milij granis ſimilia, quæ cutem exaſperant, remedijs naturalibus curabiles, teſte *Senner. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 24.

451 Sudor anglicus, qui eſt ſpecies febris in Anglia, naturaliter eſt ſanabilis ex *Schench. obſeruat. medic. lib.* 6. *tit. de ſudore anglico*.

452 Suffocatio, ſeu ſtrangulatio, ex quibus cauſis contingere poſſit, tradit *Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 3. *cap.* 3. vbi quando tamen totaliter vita non eſt adempta, curationem aſſignat.

453 Surditatem, & grauem auditum curari poſſe, docet *Aetius apud Schench. obſeruat. medic. lib.* 1. *tit. de auribus*, *verbo curatio*,

Google

ratio, *obſeruat.* 2. & *Zech. apud Riuer. cap.* 1, *de ſurditate prope finem*. vbi oua formicarum contrita, & cum ſucco cępæ in aurem infuſa quamuetuſtiſſimam ſurditatem perſanant.

Syderatio, vide Gangrena.

454 Syncope definitur à *Galeno* 12. *meth. cap.* 5. præceps virium lapſus; licet proprie cordis, & facultatis vitalis paſſio exiſtat, quando videlicet cor afficitur, & perit actio vitalis. Quam tamen paſſionem ſolis alimentis, vires recreantibus, à ſe ſanatam, tradit *Rhas. lib.* 3. *ſuorum aphoriſmorum*.

455 Tabes naturaliter curabilis eſt, & à ſe curatam refert Cardan. apud *Schenc. obſer. medic. lib.* 2. *tit. de Phtiſi*, *verbo de Tabe*. *Sennert. pract. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 23.

456 Talpa Teſtudo, & Topinaria, ſunt tumores capitis; etenim Teſtudo eſt tumor magnus, mollis, vel non valde durus, latiore forma in modum teſtudinis. Talpa, ſeu Topinaria eſt tumor, ita dictus, quod ſicut Talpa ſub terra deambulat, ita hic ſub cute cranium depaſcit, *Sennert. pract. lib.* 5. *parte* 1 *cap.* 36. ex cuius curationibus *ibid. adduct.* conſtat, huiuſmodi tumores eſſe naturaliter ſanabiles.

457 Tarantæ ictus, quibus remedijs ad exteriora reuocetur, & à corpore extrahatur, docet *Senn. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 17.

458 Teneſmus eſt aſſidua deſidendi cupiditas, qua nihil præter mucoſum quiddam, & ſubcruentum, aut purulentum excernitur, cuius cauſa eſt vlcus recti inteſtini, à quo ſanies quædam, aut materia purulenta continuò emanat, & facultatem expultricem irritat, vnde aſſidua deſidendi cupiditas emergit, *Riuer. prax. medic. lib.* 10. *cap.* 7. vbi curationem notat, & *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 12.

Termintí, vide Epinictides.

459 Teſticulorum morbi cumulantur à *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 9. *ſect.* 1. *per plura capita*, vbi etiam curationes adducit. Teſticulorum verò inflammationem ſolo vomitu ſanatam, ſcribit *Rhas.* 24. *cont. tract.* 3. *cap.* 1.

Teſtudo, vide Talpa.

460 Thoracis vulnera, tam penetrantia, quam non penetrantia, eſſe per artem ſanabilia, docent *Schench. obſeruat. medicin. lib.* 2. *tit. de thoracis vulner. Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 17. Sicuti etiam thoracis fiſtulæ, quæ poſt vulnera, vel tumores excitari ſolent, *Sennert. ibidem cap.* 18.

461 Tineam exuſta carta, aceto diluta, ſanatam fuiſſe tradit *Galen. lib.* 1. *de compoſ. medic. ſec. loc. cap.* 8. *in princ.* Et ſuſpenſione ſanguiſugæ, *Rhaſ. lib.* 3. *cont. tract. cap.* 2. Et vniuerſaliter de eius ſanabilitate *Sennert. pract. lib.* 4. *p.* 1. *cap.* 22.

462 Tonſillarum inflammationes, & vlcera, quibus remedijs curentur. *Sennert. pract. lib.* 2. *par. p. cap.* 22.

463 Tormina ſunt dolores, qui poſt partum puerperis in parte inferiori ventris, inguinibus, renibus, laterum mollitudine, ſpatio duorum, vel trium dierum, per interualla exacerbantur, *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 3. *cap.* 20. vbi curationem oſtendit.

Torpor, vide ſtupor.

464 Tremor eſt motus deprauatus, ſecundum *Galen.* 2. *de cauſ. ſimptom. cap.* 1. & *lib. de ſimptom. differ. cap.* 3. latius verò deſcribitur à *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 25. quod ſit motus voluntarius deprauatus membrorum huic parti inſeruientium, quo perpetua viciſſitudine, ſeu eleuantur, & deprimuntur, ſeu in anteriorem, & poſteriorem, ſeu in læuam, & dexteram partem mouentur, pendens à facultatis motricis, membrum in eodem ſitu ſeruare non valentis, imbecillitate; Vbi etiam remedia adducit; & facilem curatu dicit *Riuer. prax. medic. lib.* 1. *cap.* 10.

465 Tumorum in genere naturam, cauſas, & differentias, tradit *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 1. & de tumoribus in ſpecie, *per plura capita ſequentia* vbi eorum curationem aſſignat. Et generaliter quod omnes tumores ſint curatu faciles, *Trall. lib.* 11. *cap.* 1. *Zacut. de medic. princ. hiſt. lib.* 2. *hiſt.* 43. *Schench. obſeruat. medic. lib.* 5. *tit. de tumoribus*.

466 Tuſſim, etiam mortalem de facili curari poſſe, notat *Schench. obſeruat. medic. lib.* 2. *tit. de Tuſſi*.

467 Tympanites eſt ſpecies hydropis, cui nomen à timpano inditum, cuius ſonum refert venter flatibus extenſus, ſi manu percutiatur; Naturaliter ſanari poteſt remedijs, notatis à *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 6. *ſect.* 2. *cap.* 4.

468 Varices, qui ſunt venarum dilatationes, in varijs corporis partibus accidunt, in omni tamen caſu remedijs curabiles, *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 44.

469 Vari ſunt dehoneſtamenta faciei, illam conſpurcantia, quibus non rarò humor excrementitius, & atrabilarius ſanguis admiſcetur *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 23. vbi curationem aſſignat.

470 Varioli, & morbilli facillime ſunt curabiles *Auenz. lib.* 2. *Theiz. tract.* 7. *cap.* 3. *Rhaſ. de mirab. cur. prope finem Sennert. pract. lib.* 4. *tract. de infant. morb.*

471 Venenorum plura genera, omniaque ſanabilia, memorat *Schench. obſeruat. medic. lib.* 7. *per tot.* prout etiam *Sennert. pract. lib.* 6. *par.* 5. 6. 7. *&* 8. *per tot.* vbi narur alia remedia indicantur. Quin & venenoſos, ac mortiferos animalium ictus ſaluia eſſe ſanabiles, refert *Galen. lib.* 10. *ſimplic. cap.* 16. *de ſaluia*.

472 Ventriculi debilitatem ſolo pituitæ vomitu, ex radicula, ſeu raphanis parato, curatam, ſcribit *Paul. lib.* 1. *cap.* 41. Et ventriculi languorem vino, abſcintio præparato, pariter ſanatum, *Galen. lib. de theriaca ad Piſon. cap.* 2 Et item ventriculi, ſeu ſtomachi dolorem, ex frigore cauſatum, ſolius vini generoſi potu *Rhaſ. in lib. de mirab. cur.* Videantur *Schench. obſeruat. medicin. lib.* 3. *tit. de ventriculo. Sennert. pract. lib.* 3. *ſect.* 1. *&* 2. vbi de curatione omnium ventriculi morborum affectionum, & vulnerum.

473 Vermes, & lumbrici, qualibus auxilijs è corpore eijci poſſint, notat *Schench. obſeru. medic. lib.* 3. *tit. de lumbricibus*.

474 Vertigo eſt affectus, quo res circumſpectæ cerebrum, & corpus patientis videntur circumuolui, & aliquando viſa non ſolum circumrotari videntur, ſed viſus obtenebratur; quæ à diuerſis cauſis oriri poteſt, *Zacut. in prax. hiſt lib.* 1 *cap.* 22. in quolibet tamen caſu curabilis. *Schench. obſeruat. medicin. lib.* 1. *tit. de Vertigine*. Quæ autem in paroxiſmo accidit, facile curatur *Sennert. pract. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 2.

475 Vertebrarum dorſi luxationes naturaliter eſſe curabiles, notat *Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 21. vide ſupra verbo luxationes.

476 Verucę, ſeu porri, ſcilicet illi parui tumores inſtar monticulorum in cute, facili remedio tolli poſſunt. *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 37.

477 Veſicæ affectiones refert *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 8. *ſect.* 1. *& ſect.* 2. *cap.* 1. vbi etiã aſſignat remedia. Et quidem veſicę vlcus à ſe curatum tradit *Rhaſ. lib.* 23. *cont. tract.* 3. *cap.* 1. Et ſolo lacte, *Zacut. de medicor. Princ. hiſt. lib.* 2. *obſeruat.* 27. Sicuti etiam veſicę calculos facile curabiles notat idem *Zacut. in prax. hiſt. lib.* 2. *cap.* 16.

Vigilię nimię, vide, ſomnus amiſſus.

478 Viperæ morſum abſque abſciſſione, caprino ſtercore ſanari, tradit *Aetius tetrabil.* 2. *ſermon.* 2. *cap.* 94. *de ſtercore caprino*.

479 Virium debilitas quibus remedijs reparari poſſit, tradunt *Riuer. prax. medic. lib.* 8. *cap.* 3. & *Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 4. *cap.* 5.

480 Vitiligo eſt veluti ſcabiei, ſeu lepræ ſpecies, cuius ex *Celſo*, tres notat differentias *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 1. *cap.* 29. naturalibus remedijs curabiles.

481 Vlcerum naturam, & differentias deſcribit *Sennert. pract. lib.* 5. *p.* 2. *fere per tot.* vbi etiam remedia notat. Et ſane vlcera in traclea naturaliter ſanabilia, docet *Galen. lib.* 5. *meth. cap.* 62.

482 Vmbilici Tumores curabiles eſſe, & curatos refert *Schench. obſeruat. medic. lib.* 3. *tit. de vmbilico. Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 10. *cap.* 1. *& lib.* 4. *tract. de infant. morb. p.* 2. *cap.* 25. *&* 26. vbi etiam de alijs vmbilici affectionibus.

483 Vnguium vitia, quæ ſunt, inęqualitas, craſſitudo, rugoſitas, ſcabrities, color mutatus, curuatura, fiſſura, caſus, reduuia, tolluntur remedijs notatis à *Senn. pract. lib.* 5. *p.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 10.

484 Vocis, & ſermonis vitia à quibus cauſis oriantur, notat pariter *Sennert. pract. lib.* 2. *p.* 3. *cap.* 4. vbi etiam remedia tradit.

485 Vomitus cauſas, & differentias, refert idem *Sennert. pract. lib.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 12. cum pluribus item remedijs.

486 Vomitum ſanguinis, humorum, & aliarum rerum, à ſe curatum memorat *Schench. obſeruat. medic. lib.* 3. *tit. de vomitu*, vbi etiam dicit quandoque vtilem,

487 Vreterum morbi, eorumque curationes, tradit *Sennert. pract. lib.* 3. *par.* 7. *ſect.* 1. *cap.* 12.

488 Vrinæ affectiones, quæ ſunt, incontinentia, difficultas, ſupreſſio, & retentio, ardor, & ſcabies, eſſe facile curabiles, conſtat ex *Sennert. pract. lib.* 3. *p.* 8. *ſect.* 2. *cap.* 3. *& pluribus ſeqq. Rhaſ. lib.* 23. *contin. tract.* 2. *cap.* 1. *& in lib. de mirab. cur. Galen. lib.* 6. *de loc. cap.* 4. *& lib.* 14. *de. vſu partium cap.* 11. *Riuer. prax. medic. lib.* 14. *cap.* 9.

489 Vteri ſuffocationem leuiter ſanabilem

dicit

dicit *Schench. obſeruat. medic. lib. 4. tit. de vteri ſuffocatione.* Item vteri inflammationem *Riuer. prax. medic. lib. 15. cap. 7.* vteri vlcera, *Riuer. ibid. cap. 8.* Pariter ſchirus, cancer, ſphacelus, gangrena, & clauſura, *Riuer. d. lib. 15. cap. 9. & ſeqq. Sennert. pract. lib. 4. par. 1. per tot. & par. 2. ſect. 1. & 2. cap. 3. & ſeqq. & ſect. 3. cap. 5. & ſeqq.*

490 Vteri procidentiam pariter curabilem tradit *Schench. obſeru. medic. lib. 4. tit. de vteri procidentia. Riuer. prax. medic. lib. 15. cap. 14: & Zacut. obſeru. 86. lib. 2.* vbi narrat, cum accederet ad fæminam, quæ ab anno, & dimidio vterum prolapſum habebat cum duritie ſumma, difficile videbatur ob tenſionem poſſe ad ſuum locum reduci, maxime cum ex *Auenzoar* in principio hoc opus celebrandum ſit, quando adhuc vterus non contraxit callum, multa præſidia pro hoc morbo curando ſe machinatum, tandem laborioſe luctatum nihil profeciſſe, proinde ad ſequens præſidium acceſſiſſe, ſuppoſuit mulieris cruribus mures filo alligatos, quibus poſitis, & per fæmora vagantibus, fæminæ metus ingens incuſſus fuit, & repente vterus in propriam ſedem reductus. Quo facto, emplaſtrum contra rupturam vteri regioni, & inguinibus appoſuit, & à malo impoſterum tuta remanſit.

491 Vulæ relaxatio quomodo contingat, & quibus remedijs curetur, tradit *Riuer. prax. medic. lib. 6. cap. 6.*

492 Vulnera plura in capite, quæ Hipocrates læthalia pronunciauerat, à ſe ſanata, refert Verrunianus apud *Schench. lib. 1. de vulneribus capitis obſeru. 7. qui toto dicto capite, & ſeqq.* adducit plures caſus de vulneribus lethalibus capitis, arte medica ſanatis. Et de alijs vulneribus pariter ſanabilibus, & ſanatis, idem *Schench. lib. 5. tit. de vulneribus,* vbi *obſeruat.* 18. notat remedium, ſpatio 24. horarum, vulnera etiam neruoſarum partium conglutinans.

Atque hæc de morbis, magis familiaribus, quantum ad noſtrum pertinet inſtitutum, adnotaſſe ſufficiat; ad hoc vt occurrentibus caſibus, non ita de facili labatur quis ad referendas morborum ſanationes inter miracula ſecundi generis.

SVMMARIVM.

Acus à pluribus imprudenter deglutita, per diuerſas partes excreta, num. 23.

Anguillam viuam quidam nauta inglutiuit, num. 32.

Caloris naturalis accidentaliter vniti vis, numer. 16.

Cultri à pluribus perſonis deglutiti, & vi naturæ egeſti num. 26.

Cultelli fuſtulum in ventrem inflixum, naturæ vi eiectum, num. 25.

Aegroti ex imaginatione ſanati, num. 15.

Felem viuam quidam deuorauit, num. 34.

Imaginationis vis, & facultas, num. 13.

Imaginatio cauſa morborum, num. 14.

Imaginatio cauſa ſanitatis, num. 15.

Lapis in capite generatus, & ſternutatione eiectus, num. 20.

Miracula à non miraculis diſtinguere difficile eſt, num. 31.

Mirabiles ſunt effectus naturæ, intrinſecè, & latenter operantis, num. 18.

Moribundus ſola vi naturæ ſanatus, nu. 21.

Mulier abortum in fruſtulis ore euomuit, numer. 29.

Naturæ facultas multiplex, num. 17.

Naturæ intrinſecæ, & latenter operantis plures effectus mirabiles, & notabiles, num. 18. & ſeqq.

Naturæ vi moribundus ſanatus, num. 21.

Natura mirabilia operatur vltra noſtrum captum, & plura de naturæ potentijs, nu. 30.

Natura ad conſeruationem mirabiliter operatur, num. 31.

Naturæ opera quandoque miracula reputantur, num. 31.

Potentiæ animæ rationalis operantur in corpore num. 13.

Qualitates occultæ dantur, num. 1.

Qualitatum occultarum ſex ſpecies, num. 2. & ſeqq.

Qualitatum occultarum quinque differentiæ, num. 8. & ſeqq.

Qualitates occultæ, quæ vni alicui ſpeciei competunt, num. 2.

Qualitates occultæ indiuiduales, num. 3.

Qualitates occultæ rerum, quæ antea vixerunt, num. 5.

Qualitates oc[c]ultæ, quæ in viuentibus generantur, num. 6.

Qualitates occultæ, quæ conſiſtunt in malis humoribus, & venenis in corporibus genitis, num. 7.

Qualitatum occultarum prima differentia, numer. 8.

Qualitates occultæ in modo inhærendi, nu. 9.

Qualitates reales, & intentionales, nu. 9.

Qualitates occultæ, quæ ab alijs rebus dependent, & effluunt, num. 10.

Qualitates materiales, & ſpirituales, nu.9.
Qualitates ſimpathiam, vel antipathiam exciſantes, num. 11.
Qualitates ſpectantes ad medicamenta &c.numer. 12.
Sagitta pluribus perſonis in temporibus infixa poſt plures annos ſternutationibus vi naturæ eiecta, num.22.& 24.
Sanitas acquiſita ex ira, timore &c.num.16.
Quartana timore ſanata, num.16.
Scorpio in capite hominis natus, & ſternutatione per nares eiectus, num.19.
Scalpelli acies in vena relicta, poſt aurem vi naturæ exijt, num. 27.
Silex in genu ingreſſus, naturæ vi poſt aliquot annos eiectus num. 27.
Species materiales, & intentionales, num. 9.
Spica per vrinæ canalem immiſſa, per ſiniſtrũ crus vi naturæ emiſſa, num. 28.
Vermis è naribus ſternutamento eiectus, nu.18.
Vitrea vaſa rupta, ligna, coria &c. qui deglutierunt, num.32.& 33.

CAPVT XIX.

De occultis naturæ viribus.

1 DAri qualitates occultas, pluribus, tum rationibus, tum experimentis probat *Sennert.tom.1.tit.hipomen. phyſic.2. cap.* 2.concludens cum *Galen.1.de nat.fac. cap.*14. eos, qui omnia ad manifeſtas elementorum qualitates reducere conantur, rationes ineptas, vel ridiculas afferre.

2 Qui deinde *cap. ſeq.* ſex enumerat occultarum qualitatum ſpecies. Prima ſcilicet, quæ viuentium quibuſdam ſpeciebus ſemper competit. Exemplo echeneis, ſeu remoræ piſcis, cuius vim admiratur *Plinius lib.32.cap.1.dicens*, Ruant venti licet, & ſæuiant procellæ, imperat furori, vireſque tantas paruus admodum piſciculus compeſcit, & cogit ſtare nauigia, quod non vincula vlla, non machinæ pondere irreuocabili iactæ. Infrenat impetus, & domat, venti rabiem nullo ſuo robore, non retinendo, aut alio modo, quam adhærendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia, ſed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur, velut è muris. Heù vanitas humana! Cum roſtra illa ære, ferroque ad ictus armata ſemipedalis inhibere poſſit, ac tenere reuincta piſciculus. Torpedo quam vim habeat notiſſimum eſt; nempè quod non ſolum tangentes alligat, ſed per ipſum etiam rete obtorpeſacientem grauedinem piſcatorum manibus inducit. Ac periclitatum ſæpe, ſi quis cum viua elabitur, ſuperne interea manibus aquam agitet, vim ad manus remeantem, & obſtupefacientem penetrare.

3 Secunda, quæ indiuidualiter quibuſdam viuentibus ineſt, etiam ratione præditis; exemplum ſit eorum, qui caſeum e.g. hunc, vel illum piſcem, vel alium cibum, aut potum auerſantur, & aliæ variæ variorum indiuiduorum cum certis rebus ſimpathiæ, & antipathiæ, paſſim ab authoribus adnotatę. *Sic* noui ego quendam Religioſum vitæ exemplaris, adhuc viuentem, qui ſi videat murem in ſua cella, adeò perturbatur, vt neque per totum diem comedere valeat.

4 Tertia eſt rerum non viuentium, quæ tamen ſuas formas ſpecificas ab elementis habent. Ita ob formam ſuam ſpecificam magnes trahit ferrum. Quã habent gemmæ ſingulæ, metalla, & mineralia, quibus occultæ proprietates, & vires à forma ipſarum ſpecifica fluit.

5 Quarta ineſt rebus naturalibus, quæ antea vixerunt, ſed amplius non viuunt. Quales paſſim in planctis, & animalibus, quæ loco medicamentorum inſeruiunt. Ita bufonibus exſiccatis vtimur ad extrahendum venenum, Cinis cancrorum fluuiatilium medetur morſui rabidi canis. Aleis cornua, & vngulæ contra epilepſiã vtiles ſunt, & plura huiuſmodi, quæ ibidem refert *Sennert.*

6 Quinta in ijs, quæ in planetis, & animalibus ſecundum naturam generatur; ſicuti venenum ſcorpionis, aſpidis, ſerpentis, tarantulæ, & aliorum animalium, lapis bezoar, Muſchus, Zibetum Caſtoreum, & ſi quæ huius generis alia ſunt, quæ in animalibus ſecundum naturam generantur.

7 Sexta aſſignatur malignis humoribus, & venenis, quæ in corporibus animalium præter naturam generantur, quæ omnia qualitatibus occultis ſunt efficacia, Tales ſunt humores, vnde epilepſia, ſuffocatio vteri, diſſenteria maligna, febres malignæ, & peſtilentes, & huiuſmodi malignæ affectiones emanant, de quibus idem *Sennert.lib. 6.pract.p.2.*

8 Quinque inſuper occultarum qualitatum differentias enumerat idem *Sennert. loc.cit.cap.*4.in quarum prima collocat om-

nes

nes ſupra recenſitas occultarum qualitatum ſpecies.

9 In ſecunda differentia collocat modum inhęrendi, ſub quo diſtinguit qualitates reales ab intentionalibus, itaut qualitas realis ſit exempl. gr. viriditas in arbore, qualitas intentionalis, viriditas ab arbore in parietem, vel in veſtem immiſſa. Sic etiam color in vino rubro ſit qualitas realis, intentionalis vero in menſa productũ, cum lumen per vitrum vino rubro plenũ tranſmittitur; quas tamen melius diſtingui vult in materiales, & ſpirituales, ac proinde ſpecies ſpirituales appellat; quæ quaſi radiis continuo promotus à corpore ſuo effluunt, in orbem diffunduntur,& ſuam actiuitatis ſpheram habent, & quædam etiam per alia corpora penetrant. Ita magnes etiam tabula interpoſita ferrum trahit, fellis ciſtæ incluſa eum, cui cum felibus antipathia eſt, afficere poteſt; canis etiam per ianuam occluſam harum qualitatum beneficio hærum præſentem agnoſcit; ſic torpedo piſcatoris manum per tridentem torpidam reddit. Et *Auicennas, ac Conciliator lib. 1. de ven. cap. 1.* ſerpentis mentionem faciunt, qui mediante haſta, qua miles ſerpentem illum percuſſerat, eumdem militem interfecit.

10 Tertiam differentiam à paucis dicit notatam, quod quædam qualitates ſpirituales, quæ ab aliis rebus effluunt, in quibuſdam corporibus recipiuntur, & ab iis receptæ eaſdem, quas priores, vires habent. Tale quid in magnete obſeruatur. Eius enim vis à ferro recipitur, vnde & ipſum ferrum trahendi, & verſus polum mouendi vim accipit. Ita canes veſtigia heri, & ferarum odoratu legunt, procul dubio ſpeciebus eiuſmodi terræ, & gramini, quod odoratu explorant, impreſſis. Quæ quidem qualitates non recipiuntur in quolibet corpore, ſed in ſibi conueniente tantum.

11 Quartam differentiam explicat affectus ratione, quod aliæ ſimpathiam, aliæ antipathiam excitent. Quarum exempla paſſim tota natura ſuppeditat; & collegerunt, *Fracaſſorus in lib. de ſimpath. & antipath. Marcellus Donatus de hiſt. med. memb. Ioann. Franc. Vlmus de occult. in art. med. propriet. Andreas libanius p. 2. ſingul. tract. 4.*

12 Quintam demum occultarum qualitatũ differentiam recenſet ex *Galen. 6. epid. com. 6. tex. 5.* vbi ea, quæ ex totius ſubſtantiæ proprietate agunt, in quatuor genera diſtinguit, in alimenta, medicamenta, deleteria, & alexipharmaca, quibus comprehenduntur omnia, quæ in rerum natura conſiſtunt, animalia, plantæ, lapides, & mineralia.

13 Vltra recenſitas occultas qualitates, multum item tribuitur potentijs animæ rationalis circa effectus in ipſo corpore producendos, & præſertim imaginationi; non quod imaginatio per ſe, directè, & propria virtute illos effectus, qui ab ipſa proficiſci dicuntur, producat; ſed quia per ſenſus, & imaginationem aliquarum rerum potentia naturalis ad conſenſum trahitur, & ad agendum excitatur, vnde accidit, vt humores in corpore moueantur, illudque alterent. Ita ex perceptione, & ſenſu, aut imaginatione rei fætidæ, aut abominandæ, nauſea, vel vomitus excitatur, aut totum corpus horrore concutitur, & ex medicamenti purgantis imaginatione, quibuſdam aluum laxatam eſſe refert *Nicol. florent ſerm. 3 t. 1. ſum. 1. cap. 15.* Quia ab imaginatione facultas motrix naturalis in conſenſum tracta humores agitat, qui agitati facultatem expultricem ad excretionem ſtimulant, præcipue ſi tales humores in corpore abundent. *Sennert. tom. 1. tit. de conſenſ. & diſſenſ. chim. cum Galen. cap. 14. de virib. imagin.*

14 Hinc plures morbos ex imaginatione ortum habuiſſe notant authores, itaut etiã nonnulli in peſtem inciderint. *Sennert. loc. cit.* vbi ex *Marcell. Donat. lib. 2. hiſt. med. mirabil. cap. 1.* refert de quodam Vincentio, qui imaginabatur ſe tam magnum corpus habere, quod per oſtium tranſire non poſſet, cumque Medicus per oſtium tranſportari iuſſiſſet, conqueſtus, ſe in ea tranſportatione totum fuiſſe intus confractum, paulo poſt mortuus eſt. Alius cum inter ſepulchra parentum obambularet, & forte calcaret lapillum, ſic vt calceis fortiter adhæreret, imaginatus, ſe manibus trahi parentum, intra diem ſeptimum ex illa imaginatione mortuus eſt.

15 Eodem pariter modo ex imaginatione poteſt quis ſanitatem acquirere, quia imaginatio aliquos animi affectus inducit, per quos humores, & ſpiritus mouentur, qui moti ad morbum vincendum, & debellandũ faciunt. Ita confidentia in animo ægri generat lætitiam, lætitia autem excitat calorem natiuum, & ſpiritus, vnde fit vt cibi rectius concoquantur, humores vitioſi vincantur, & morbus expugnetur, *Sennert. loc.*

loc.cit. vbi ſubdit, quod quædam cum lætitia, & voluptate, & ex voto ægrorum peracta, eos quandoque à morbis liberare valent, nullam aliam ob rationem, quam quia vel in lætitia ſpiritus, qui per morbum torpebant, quaſi excitantur, & recreantur, qui recreati commodiſſimum naturæ in coquendis, & ſuperandis vitioſis humoribus, & morbo vincendo inſtrumentum ſunt; vel quia ægri, vbi voti ſui compores fiunt, de imaginatione illa deſiſtunt, & de morbo, quem falſo imaginati fuerant, curam deponunt. Sie refert *Thomas à vega in Comment. in artem medic. Galeni cap.* 84. quendam ęgrotum delirantem obnixe poſtulaſſe, ſibi concedi natationem in illo ſtagno (monſtrabat autem pauimentum), dicens, ſe certo ſcire, ex ea naratione eonualiturum. Quod cum à Medico concederetur, & poſt aliquantulum ſpatij ſumma cum iucunditate ſupra pauimentum illud volueretur, aiebat, iam aquam ſibi accedere ad genua, optare ſe tamen, vt ſurſum concenderet. Paulo poſt lętior, iam inquit attingit inguina. Ita aſcendente iuxta imaginationem vſque ad guttur aqua hilari facie geſtiebat, ſeque iam ſanum pronunciabat, atque ita febre liberatus fuit. Mulier vero, referente *Tralliano lib.* 2. *cap.* 17. quæ ſe ſerpentem deuoraſſe arbitrabatur, exhibito medicamento vomitorio, clamque in reiectis per vomitum ſerpente impoſito ab illa imaginatione liberata fuit.

Alphonſus Aragonum Rex, Capuæ laborans aduerſa valetudine, medicis pro grauiſſimo morbo plura medicamenta adhibentibus, Quinti Curtij hiſtorias de Alexandri Magni rebus geſtis legere cępit, cuius lectione delectatus, cum omnem morbi improbitatem ſuperaſſet, ſanitati reſtitutus; Valeat, inquit, Hippocrates Imperator, Galenus rex, Auicenna princeps (talibus enim epitheris coryphæos ſuos exornare medici conſueuerunt) viuat Curtius meæ reſtitutor ſanitatis, *Aene. Silu. de dict. eiſd. Alph.* Quod & de Laurentio Medices fertur, quod nempe hiſtoriarum lectione à morbo curatus ſit.

16 Præterea mirabiles ſunt effectus, quos vnio natiui caloris præſtare ſolet, *Zacut. de Medic. Princ. hiſt. lib.* 1. *hiſt.* 34. *tit. de apoplexia*. Sic plures diu claudos reſolutos, & contractos, ira, timore, vel incendij metu percitos, repente ſanatos fuiſſe, refert *Valeriola lib.* 2. *obſeru.* 4. Quorum euentuum cauſa ſtatuenda eſt, ipſe aggreſſus naturæ, ad expellendum humorem noxium. *Et Leuin. lemn. de occult. nat. miracul. lib.* 1. *cap* 5. narrat ſe nouiſſe, qui ex ſubito hoſtium incurſu, incuſſo inopinato timore, quartanam depulerunt. Et apud ipſius regionem morbus popularis, qui aliquot millia abſorpſerat, exorta repentina oceani inundatione, conſeſtim conſileſcere, prorſus ſæuire deſtitit. Ingruente enim externo aliquo tumultu, humorũ collectiones diſſipari, ac morbos oborta critica euacuatione, miteſcere, ac ſedari contingit. Et *apud Plin. lib.* 7. *natur. hiſt. cap.* 50. Q. Fabius Maximus Conſul prope flumen Iſaram, prælio commiſſo aduerſum Allogobrum Regem, Aruernorumque gentes, ad 6. idus Auguſti 130. perduellium cæſis, febri quartana in acie liberatus eſt.

17 Verum non pauca mirabilia in naturæ theſauris abdita, & abſcondita latere, & ab intellectu deuia, docet *Reies Franco in Eliſ. iucund. quæſt. campo quæſt* 100. *nu.* 2. quæ ingeniorum ſolertia necdum ſatis videtur excuſſiſſe. Propterea recte quidem *Seneca lib.* 5. *quæſt.* Arcana, *inquit*, illa rerum naturæ ſacra non promiſcuè, & omnibus patent, reducta, & interiori ſunt clauſa ſacratio.

Et Lucretius

Multa tegit ſacro inuolucro natura, nec vllis
Fas eſt ſcire, quidem mortalibus omnia, multa
Admirare modo, nec non venerare, nec illa
Inquires, quæ ſunt arcanis proxima, namque
In Manibus quæ ſunt, hæc nos vix ſcire putandum,
Eſt procul à nobis adeò præſentia veri.

18 Hinc mirabiles ſunt naturæ vires, intrinſecè, & latenter operantis. Narrat ſiquidem ex *Beneuenio cap.* 100. *de abditis, Schench. obſeruat. medicin. lib.* 1. *de capitis dolore obſeruat.* 5. *fol. mihi* 50. Quendam Philippum nomine, cum doloribus capiris laborarer quammaxime; & aduentante die ſeptimo, mors ipſa, nullis conferentibus auxilijs, iam iam adeſſe videretur, tandem robuſtioris naturæ vermem ex dextra nare, palmo longiorem eiecit, quo propulſo, omnis ſtatim cum eo amotus eſt languor. Simile quid accidiſſe cuidam
19 iuuenculę, ſcribit *Rouſeus epiſt.* 10. *miſcell.* Et in alterius capite natum ſcorpionem, ex ocymi odoratu, atque item per nares cie-

ciectum, ex Dodonea Et ſupra *fol. 49. ob-*
ſeru. 2. col. 1. ex obſeruationibus *Ioann.*
20 *Culmani*, Quendam mercatorem Hunga-
rum in Ciuitate Caſſouiæ laboraſſe multis
annis hemicranico quodam dolore grana-
tiuo, idque magis parte anteriori capitis
circa frontem, multis diu attentatis re-
medijs. Tandem cum validiore niſu mu-
cum è naribus emunctutus eſſet, extraxit
lapidem ad vnguis humani digitis maioris
latitudinem, & pollicis craſſitiem, inſtar
lapidis, qui in capitibus carpionis piſcis
reperitur, & coloris eiuſdem; ſed ea duri-
tiæ, qua cuiuſuis cultelli acutiſſimi aciem
eliderет, quem tamen ab initio aliquid
lentoris, ac mollitiei habuiſſe compertum
eſt; ſtatimque cæphalangia ſublata. Et ex
eodem *lib. 1. tit. de lethargo*, ex *Valeriola*
21 *lib. 6. obſeru. 7.* Medicus luſitanus, ſenex
ſeptuagenarius, febri continente grauiſſi-
ma Auenione correptus, ſoporatus, & fe-
rè apopleticus factus, decimo quarto die,
ad multos dies ſine cibo, & potu vitam
ducens, ſine voce, & ſenſibus omninò de-
ſtitutus, tanquam mortuus iacens, & à
medicis pro deplorato relictus, tandem
ſenſim naturæ ope reuocatus, & integræ
ſanitati reſtitutus. Et *lib. item 1. tit. de*
naribus obſeruat. 14. ex Alex. Benedict. lib.
22 *4. cap. 24. Anatom.* Quidam Græcus Sui-
tus nomine Calcidis in expugnatione, in
tempore Sagitta vulneratus, ductus inter
captiuos à Turcis, perſanato quoquomo-
do vulnere, annis 20. vitam duxit ſerui-
lem. Tandem Sidonem reuerſus, poſt
quintum annum, dum aqua per æſtatem
frigida os collueret, concitatis ſupra mo-
dum ſternutamentis, magno pruritu inter
maximos conatus, proſilit è naribus ſa-
gittæ fruſtrum digiti medij longitudine,
ferrea acie, nec aliam vulneris notam re-
liquit. Narrat *Reies Franco in Eliſ. iucund.*
23 *quaeſt. campo quaeſt. 92.* ſe vidiſſe puellam
quindecim annorum, quę, cum acum im-
prudenter deglutiuiſſet, poſt menſem il-
lam per ceruicis latus circa aurem dexte-
ram, natura operante, propulit, tenui, ac
ita paruo relicto foramine, vt oculis vix
conſpiceretur. Aliam virginem puellam
crinalem acum, quattuor digitis longam,
quam inter dentes dormiendo reliquerat,
deglutiſſe, & poſt decem menſes per viam
vrinæ excreuiſſę, ex *Alex. Bened. de part.*
corp. cap. 9. Alteri quoque Virgini idem
accidiſſe in gynecæo Ducis Iuliacenſis re-
fert *Langius tom. 2. epiſt.* quæ dum ſe or-
naret, ab amaſio retro ſtante perterrita, &
ingemiſcens, quinque acus, quas ore te-
nebat, deglutiuit, & per vrinam abſque
vlla lęſione reiecit. Per aluum duas alias
aciculas altera mulier cum fęcibus eua-
cuauit, quas paulò ante deuorauerat, ex
Vuiero in obſeruat. medic. circa finem. Al-
teram mulierem æneam acum deuoraſſe
ſcribit *Beneuenius cap. 20. de abditis*, nul-
la ſtatim percepta noxa, ſed anno elapſo
ingentibus ventriculi doloribus pręmi cę-
pit, & nil magis, quam de acu obliram,
multis incaſſum remedijs adhibitis, labo-
re, ac dolore fractam, ad decimum vſque
annum perueniſſe ait, quo tempore acus
per ipſum ventriculum foras prominere
viſa eſt, eaque extracta breuiter ægra con-
ualuit. Sibi viſam aciculam, à puero ſex
annorum deuoratam, tradit *Roderic. à Ca-*
ſtro lib. 4. de morb. mulier. cap. 26. in ſchol.
quam per crus, poſt annos 18. natura re-
iecit. Ac tandem ſimiles caſus leguntur
apud *Iulium Cæſarem Claudinum in ſuis*
reſponſion. reſponſ. 40.
24 Hiſtoriam ſimilem illi, quam ex *Benedi-*
cto ſupra retulimus, ex *Ioanne Freitagio*
tradit *Gregor. Horſt. lib. 2. epiſt. ſect. 19.*
hominis ſagitta in oculo vulnerati, cui
cum iaculum ſine ferrea extremitate auel-
leretur, illa per annos 30. delituit, oculo
interea videndi actione carente, tandem
poſt tertiam annorum decadem, & men-
ſes tres; cum patiens febre ardente, vehe-
mentique catharro laboraret, dum multa
ſternutatione irritaretur, ad naris ſiniſtri
oſtium ferream illam particulam deſcen-
dere ſenſit, quam propter illius longitu-
dinem cum propellere per naſum non
poſſet, fortiter exereando, ad fauces illam
deduxit, & per os expulit. Alium virum
Sagitta in dorſo percuſſum, & conſolidato
vulnere, ſeptimum poſt annum ad coxæ
radicem ferrum apparuiſſe, atque inde
exemptum, narrat *Albucaſis lib. 3. cap. 96.*
25 Aliam hiſtoriam ex *Ioachimo Camerario*
refert *Schenck. lib. 3.* Villici cuiuſdam, qui
ex febre ardente grauiter decumbens, pre
animi tedio ſibi mortem conſciſſere decre-
uit, ac alijs abſentibus, fracti cultelli fru-
ſtulum fortè in terram proiectũ aſpiciens,
illud intra clauiculum in pectus ita valide
impreſſit, vt à chirurgo extrahi non po-
tuerit, conualuit tamen, & vulnus conſo-
lidatum eſt, ſed 14. annis tranſactis in ea-
dem parte dolorem ſenſit, ad quem tumor
ſecutus, & abſceſſus ſuppuratus, ex quo
tandem

Digitized by Google

tandem ferreum illud fruſtulum exiuit.

26 Maioris etiam admirationis ſunt, quæ apud *Reies Franco d. q. 92.* collecta leguntur. Siquidem *Vuierus apud Gulielm. fabric. cent. 1. obſeruat.* 54. narrat, ſibi oſtenſum fuiſſe à præceptore ſuo *Laurentio Iouberto* cultellum obtuſum, qui panno obductus ab opilione alteri cuidam per vim in os ingeſtus fuerat, & per gulam demiſſus, totoque biennio geſtatus, tandem per abſceſſum in inguine à natura factum extractus fuerat. *Paraus l. 24. cap.* 19. Paſtorem ait à prædonibus coactum, cultellum ſemipedem longum cum corneo manubrio deglutijſſe, ac ſemeſtre ſpatium cum ingentibus doloribus ſuſtinuiſſe, donec tandem per abſceſſum ſub inguine excitatum erupit. Quod, & alteri ruſtico euenit teſte *Sennert. lib. 3. prax. cap. 3.* qui dum ludum alijs facere intenderet, cultrum ore, & faucibus occultare volens, incautè in ventriculum labi non animaduertit, tandem poſt longum tempus perforato abdomine exiuit. Quam hiſtoriam retulit item *Croll. in præfat. Baſil. pag. 64.* Alius demum ruſticus, vt pro ventriculo nauſeabundo vomitum excitaret, cultrum cum manubrio corneo in fauces profunde ſatis immiſit, ſed infelici ſucceſſu deſcendens ad ventriculum peruenit, attamen emplaſtro ex puluere magnetis ſupra ventrem poſito, natura adiuuante per cutem exiuit.

27 Notatu pariter digna ſunt, quæ ex pluribus item ſubdit ibidem *Reies Franco.* Nempe ex *Herculano, & Alex. Bened. lib. 3. anat. cap. 9.* de acie ſcalpelli fracta, intra venam dereli¹ctaı quæ poſtquam varios meatus hinc inde, penetrauit, tandem poſt aurem conſedit, vbi aſſidue pungendo animaduerſum eſt conſiſtere. Alteri oſſiculum acutum gutturi inter deglutiendum infixum, poſt ſemeſtre ſpatium per cutem in ipſo collo apertam ſponte exijſſe, Ex *Ioanne fragoſo, in gloſſ. vlt. quæſt. 75.* Nicolaum quendam coquum diù ex duritie in genu laboraſſe, qua tandem à natura ſuppurata, & aperta, dum vlceris curationem perficere tentaret Medicus, ſilicem dimidij taleris magnitudine inuenit; quare admiratione motus, coquum de hoc percunctari cæpit, qui nil aliud ſe ſcire dicebat, niſi quod à quinquennio ante caſum ruri fecíſſet, ex quo in illa parte vulnus recepit, quem poſt quinquennium natura expulit, & perfecte æger ab antiquo labore conualuit.

28 Sed inter tot rara non minori admiratione dignum eſt, quod ex *Franciſco Arce lib. 2. de curat. vuln.* ſubdit *ibid. Reies Franco,* cuidam caprarum paſtori Guadalupi accidiſſe, qui dum ruri eſſet, temeraria motus amentia frumenti culmen, integram ſcilicet tritici paleam cum ſpica per vrinæ canalem ſibi immittere tentauit, fecitque ſine dolore, ſed ob ſpicam intus incluſam iam aliquem ſentiens dolorem iterum retrahere voluit, ſed ob impreſſas ariſtas conſequi non potuit, cum in carne figerentur, quare rectius iudicauit, quod reliquum erat intus propellere, vt peregit: & per 18. menſes nil vnquam mali perſenſit, paleamque ab vrina corruptam, ac putrefactam cum illa exijſſe iudicauit; tandem in ſiniſtro crure abſceſſum natura excitauit, cuius aperti, & vlcerati curationem, dum Medicus miniſtraret, quadam die vlcus abſtergendo, paleam cum ſpica extrahere incepit, quam æger conſpicatus, leuato capite quid iam ſibi dudum accidiſſet, narrauit.

29 At quod omnem ſuperat admirationẽ, eſt, quod ex *Bernardino Montagna* tradit *Ioan. Alons de fontheca in lum. 2.* & ex eo *Reies Franco quæſt. 1. nu. 16.* Vxorem cuiuſdam ſerui Marchionis de Mondexar, poſt conualeſcentiam grauioris morbi, tantam carnis, & oſſium quantitatem per os depoluiſſe, vt integram humani fætus fabricationem æquarent, & hominis, ſiue fætus abſque dubio fuiſſe in vtero geniti, cum ipſa ante morbum grauida eſſet, nec per conſuetam, aut aliam viam conceptum alias emiſiſſet.

30 Hinc iure dixit *Hippocrates lib. de lege, & de decenti ornatu,* naturam quandoque mirabilia operari; Siquidem arcano operandi modo incredibilia ſæpius exequitur, dum in noſtram vtilitatem, quod optimum eſt, intendit, euigilat, ac nil non artificioſe molitur, & ex his, quæ fieri poſſunt, ſemper meliora quærit, vt *lib. de cælo, & 8. phyſic. docuit item Ariſtoteles.* Quare idem *Hippocrates 6. epid. ſect. 5.* optime ipſam appellabat ſine doctore magiſtram; apparet ſiquidem in plurimis illius, & conditoris maieſtas, qui frequentiſſime tot in humano corpore nobis miracula oſtendit. Et *lib. de aliment.* naturam vocat fortiſſimam ſibi ipſi ſecretas vias parantem, & inuenientem, ſeſeque in ſuis operibus diuitem oſtendentem; quomodo au-

Digitized by Google

dò autem agat, humanum ingenium aſſequi non poſſe *Galen.* 15. *de vſu partium*
31 *cap.* 5. quod repetit *cap. fin.* Propterea altiores naturæ conatus, operaque inuſitata, ac mirabilia, quibus ipſa ſtupendam ſuam vim in hominis conſeruatione, & tutela demonſtrat, cum illius ſint luſus, à nobis miracula exiſtimantur *Reies franco d. qu.* 92. Et ex hoc difficillimum eſſe, diſtinguere vera miracula ab operibus naturæ conſtanter tenuit *Bartholomeus Sibilla in ſpeculo peregrin. quæſt. cap. octauo tertiæ decadis quæſt.* 5.

32 Vltra ſupradicta exempla de rebus imprudenter deglutitis, quæ vi naturæ per diuerſas partes corporis egeſtæ ſunt, videantur relata à *Schench. obſeruat. medicin. lib. 3. tit. de eſophago, & gula obſeruat.* 2. *& ab eodem Reies Franco d. quæſt.* 92. *nu.* 8. *& ſeqq.* de pluribus, qui vitra clauos, ferreos mucrones, coria, & alia ſponte deglutierunt, & abſque vllo damno illa egeſſerunt. Siquidem *Cardanus de varietate lib. 8. cap.* 40. ſe hominem vidiſſe teſtatur, qui vrceos vitreos, clauos ferreos, aliaque multa deuorabat, modica ſtipe, inde paululum cõtrectatis præcordijs ſingula reddebat. Quidam ferrarienſis coria, teſtas, & fracta vitrea vaſa comedebat, concoquebat, & digerebat, *Luſitan. ſchol. centur. 2. curat.* 69. Nauram, qui viuam anguillam deuorare auſus eſt, ſe vidiſſe narrat *Geſner. lib. 4. hiſt. animal. de anguilla pag.* 55. Lignũ ad digiti longioris craſſitudinem, & longitudinem deuoratum aliquando fuiſſe, & per annum in corpore retentum, deinde per ſedem eiectum tra-
33 dit *Foreſt. obſeru. medicin. lib. 15. ſchol. ad obſeruat.* 8. Quidam Lazarus, vitri vorax vulgo dictus apud *Reald. Columb. lib.* 15. *de his, quæ rarò in anat. fiunt*, vitrum, ſaxa, lapides, ligna, carbones, lutum, lineos, laneoſq; pãnos, viua animalia piſces adhuc ſalientes, fænum, ſtipulam, & mille alia ingurgitabat; quid plura, ſaccu lũ carbone refertũ pacto pretio, & aliũ ſacculum inſuper ſine aliquo damno deuoraſſe, idem teſtatur Author; de quo pariter *Amatus cent. 2. curat.* 69. Tres alios ſe nouiſſe ait
34 *Hildanus cent. 5 obſer. 2.* qui vitra ſine damno frequentiſſime comedebant. Sed adhuc portentoſæ magis, ac belluinæ voracitatis alium Marriti fuiſſe refert *Euſeb. Nierembergius lib. 3. natur. hiſt. cap.* 9. qui viſus eſt deuorare viuum felem cum pelle, & pilis, ac ipſum eiulans, ac repugnans animal mordendo, velut leo, aut lupus deglutire. De Claudio quodam lotharingio, qui non ſolum prædicta omnia, ſed quod maius eſt, metalla, patinas, ſtanneos orbes dentibus confringere, ac vorare conſueuerat, habetur apud *Senners.* Et puer quidam mendicus quæſtum miſerum, & horrendum ſimul obiens, quatuor obolorum pretio, lapides quam plurimos, quos paſſim obuiam colligebat, iuglandis quoque nucis magnitudine, vna vice quam citiſſime vorabat, adeoque ventriculum implens, vt ex horum colliſione, dum premebatur, clarè ſtrepitus audiretur, quos deinde ſine labore excernebat, teſte *Platero de obſeruationibus proprijs.* De quodam, qui crucem, quadraginta vnionibus inſtructam deglutiuit, & innoxie egeſſit, *Veſalius lib. 5. cap. 3. de hum. corp. fabr.* Calculos deglutitos annotauit *Borell. cent.* 1. *obſ.* 69. qui *& obſer.* 81. *eiuſdem centur.* araneæ deglutitæ meminit, & *cent. 4. obſeruat.* 56. alteram areneam pariter innoxie deuoratam commemorat.

Quæ omnia valde non inſtruunt, quantum in humano corpore valeat naturæ vis, & aſſuetudo.

S V M M A R I V M.

Ambulantes præſtigioſe ſuper aquas, *num.* 28.
Animalia locuta, *num.* 18.
Apollonij Thianei præſtigioſa miracula, *num.* 23. *&* 26.
Cadauera, quæ præſtigioſè diſparuerunt, *n.* 17.
Calix præſtigiosè purpureus, *num.* 22.
Cæci præſtigioſè illuminati, *num.* 9.
Corde annoſo homo locutus, *num.* 16.
Comburi qui præſtigioſe non potuerunt, *num.* 12.
Delphini dorſo Arion delatus, *nu.* 31.
Dæmon illuſiones miraculis ſimiles operatur, *num.* 4.
Dæmon quomodo fingat reſuſcitare, *num.* 7.
Dæmon qualiter mortuos faciat apparere viuos, *num.* 8.
Eleuationes hominum præſtigioſa, *nu.* 24.
Fontes mirabilium qualitatum præſtigioſè, *numer.* 33.
Fortes viribus, *num.* 29.
Ignis in corpore apparens, *nu.* 11.
Inuiſibilia Apollonij Thianei, *num.* 23.
Locis in pluribus eodem tempore, *num.* 25.
Lucerna inextinguibilis, *nu.* 32.
Memoria miraculoſa Cyneæ, *num.* 13.
Miracula vera non dantur niſi in Eccleſia Catholica nu. 1.

Miracula Dæmon deludere ſatagit, *num.* 2.
Miracula ab Hæreſiarchis prædicata vt falſa, *num.* 3.
Miracula præſtigioſa Veſtalium, *num.* 30.
Mortui, qui apparenter reſuſcitarunt, *nu.* 6.
Mortui præſtigioſe loquentes, *num.* 16.
Morbi præſtigijs curati nu. 27.
Muti præſtigioſe, vel fabuloſe loquentes, *numer.* 10.
Paraliticus, qui ſe faciebat, & ſanabat, *n.* 35.
Præſtigia diuerſa, *num.* 35.
Pueri præſtigioſe loquentes, *num.* 14.
Pueri naturaliter aliqua vocabula emittere poſſunt, *num.* 15.
Venenum innoxie potatum, *num.* 19.
Venenum nutrire poteſt, *num.* 20.
Venena plura ſe inuicem collidant, *num.* 21.
Virgo quomodo concipere poſſit num. 34.

CAPVT XX.

De Pſeudomiraculis.

1 VEra miracula non niſi in Eccleſia
Catholica dari poſſe, meritoque
miraculorum virtutem à Sanctis Patribus
Eccleſiæ dotem appellari, tradit *Caſal. de
veter. Chriſt. ritib. cap. 67. verſ. circa mira-
culorum virtutem.* Cuius rei euidens eſt ra-
tio, quia miracula, totius naturæ creatæ vi-
res excedentia, à Deo tantum patrantur, in
fidei, vel colendæ alicuius Serui Dei ſan-
ctitatis teſtimonium, & per conſequens
implicat contradictionem, quod Deus
operari velit miracula in teſtimoniũ apo-
ſtaſiæ, vel hæreſis, aut hæreticorum ſan-
ctitatis, quæ dari non poteſt, vt de ſe patet.
2 Nihilominus Auctor mendacij, Dei
gloriam obnubilare ſatagens, duobus mo-
dis vera miracula deludere conatus eſt;
3 Primo ſcilicet vt à gentilibus crederen-
tur præſtigia, vt conſtat ex *Sueton. in Ne-
rone num. 16. ibi*. Afflicti ſupplicijs Chri-
ſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouę,
& veneficæ; Et vti talia ab Hæreſiarchis
prædicarentur, prout de Vigilantio, & Eu-
nomio, notat *Baron. ad ann. 360. & 406.
vbi Spondan. num.* 7. Secundo per ſuos mi-
4 niſtros, & oracula, illuſiones miraculis
ſimiles operando, vel figmenta rudibus
ſuadendo, & in codicibus exarando, teſte
Polib. hiſt. lib. 16. vbi, In omnibus quidem
illis, *inquit*, quæ plebis pietatem erga
numen conſeruant, condonandum eſt Hi-
ſtoriographis, dum de talibus monſtruo-
ſa, etſi non vera loquuntur, in eo vero,
quod modum hunc excedit, ignoſcendum
non eſt. Propterea ad noſtrum inſtitutum
conducere videtur, vt ad acuenda Conſul-
torum, & eorum, qui canonizationum
cauſas patrocinantur ingenia, nonnulla,
quæ in Ethnicorum libris fabulantur, vel
aſtu Dæmonis præſtigiata fuerunt, in hoc
capite referantur.
5 Pytagoram igitur in duabus vrbibus,
ſcilicet in Samijs, & in Metapontijs, eo-
dem tempore, fuiſſe viſum, ex Origen.
contra Celſum, memorat *Martin. Delr. diſq.
magic. lib. 2. quæſt.* 17. vbi tamen huiuſmo-
di viſionem in duobus locis, eodem tem-
pore, non realem, ſed præſtigioſam, &
ſecundum ſpeciem tantum accidiſſe con-
tendit, vt ce vera fatendum eſt.
6 Iſis Orum filium à Titanibus interfectũ,
ad vitam reuocaſſe, dicitur à *Diodor. ſicul.*
Item ab Aſclepiade Pruſienſe vitæ reſtitu-
tum hominem, ad funus elatum, *ex Plin.
lib. 7. cap. 37. tradit Sabell. lib. 10. cap.* 8. &
Apollonium Romæ, verbis occolte pro-
nunciatis, puellam nuptiarum die reſu-
ſcitaſſe, auctor eſt *Philoſtratus in vita Apol-
lonij*, qui pariter gloriabatur, ſe Achillis
animam ab inferis euocaſſe, vt corporis
ſui molem oſtentaret, & ad interrogata de
geſtis in bello troiano reſponderet. Quod
& de Alceſte, vxorem ſcilicet mortuam
marito viuam reſtituiſſe, memorat *Euro-
pides in Alceſte*. Quempiam Aeſculapij
opera reuixiſſe fabulantur Poetæ. De quo
Serenus Samirus ita cecinit.

Tuque potens actis, reduces qui tradere vita
Noſti, atq; in Cælum manes reuocare ſepultos
Et *Claudianus*.
Cretaque, ſi verax narratur fabula, vidit
Minoium rupto puerum prodire ſepulchro,
Quem ſenior vates auium clangore repertũ
Gramine reſtituis, mira nam munere ſortis,
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus
anguis.

Hanc fabulam repetit *Clearcus ſolenſis
lib. 7. vitarum*. dicens, Glaucum Paſiphaes
filium fuiſſe, qui cum murem inſequere-
tur, in dolium mellis cadens ſuffocatus
eſt. Quem vbi pater nuſpiam inueniret,
reſponſum accepit, qualiter Poluidus in-
dicaturus eſſet, & ſuſcitaturus. Qui qui-
dem Poluidus, in domo cum puero mor-
tuo, vt ad vitam reuocaret, incluſus, ſer-
pentem interfecit; cum autem alius Dra-
co quadã herba tangens ſerpentem mor-
tuum, illum ſuſcitaſſet, eadem herba ta-
ctus à Poluido puer reuixit. Empedocles
idem

idem Philoſophus & medicus celeberrimus ex eo maximam gloriam, quod mortuam mulierem viuam dimiſerit, conſecutus dicitur ab *Heraclid. Pont. in lib. cui titulus*, de perdita reſpiratione.

7 Quas quidem reſurrectiones veras non fuiſſe, ſed Dæmonis illuſiones probat *Martin. Delr. diſquiſit. magic. lib. 2. quæſt. 29. ſect. 2.* nempe qui vt cadauera fingat viuere, ipſe idem illa ingreditur, mouetque, ac viuentium ſimilia cogit opera, geſtuſque imitari. Poteſt enim Dæmon, Deo permittente, mortuorum corpora non ſolum intrare, & veluti animare, atque in ipſis loqui, ambulare, omniaque, quæ viuus homo faceret, promptus exequi, ſed etiam eadem corpora à putredine reſeruare, vel naturalibus remedijs vtens, vel motu locali noxia pellendo, vel iuuantia applicando, *Reieſ. Franc. in eliſ. iucun. quæſt. camp. quæſt. 34. num. 10. & ſeqq.* Videatur hac de re *Martin. Delr. loc. cit.* vbi plura refert exempla.

8 Fingit inſuper Dæmon quandoque mortuos, qui reuera mortui non ſunt. Ad quod vtitur non raro commoditate morborum naturalium; veluti ſi ſint apopletici, ſiderati, vel attoniti, qui cerebro, communi neruorum principio vehementer afflicto, iacturam faciunt ſenſus, ac motus neruorum omnium, & ſic ſenſu, motuque defecti, quaſi mortui concidunt, iacentque; vel ſi mala capitis affectione corripiantur, cum debili febre, & humoribus, ſic cerebrum infeſtantibus, vt totius inde corporis ſtupor, & immobilitas conſequantur, quam comitante profundo ſomno fit, vt homo clauſis oculis, demortui ſpecie longiſſimo quandoque tempore ſic iaceat, ac ſi mortuus eſſet; vel ſi patiantur ſincopen, & animæ deliquium, qui morbus ad ſupradicta addit quandoque motus arteriæ, ac pulſus amiſſionem, quæ paſſio reddit hominem vero mortuo quã ſimillimum, & durat, donec frigidorum humorum intemperantia, & impetus diſſipetur. *Martin. Delr. d. ſect. 2.*

9 Ilus cum Iliacæ Mineruæ templum arderet, curſu concitus, demiſſum cælo Palladium, ſeu Palladis ſimulachrum eripuit ſtatimque captus oculis, poſtmodum ira Deæ placata, priſtinum viſum recuperaſſe, traditur apud *Deuill. in libro ædificio à quo Plutarch. in Paralell.* Mellum item Patritium, vbi Veſtæ templum incenſum vidit, accurrendo, Palladio ex incendio erepto viſum amiſiſſe, placataque Dea, lumine donatum, ex Ariſtide Milleſio, refert *Plutarc. loc. cit.* Stericorum poetam, cum Elenam ſuis carminibus infammaſſet, excecatum, & palinodiam canendo, viſum recuperaſſe, *Politian. in nutric.* & Phormionem piſcatorem Eritreum cæcum, vbi ſomnio monitus Eritreis indicauit, quo pacto ſimulacrum Herculis è Tiro ad ſe aduectum protraherent, oculorum calamitate liberatum, traditur *à Pauſan. in Achai.* In quibus caſibus catholice credendum eſt, prædictos non fuiſſe vere cęcos, nec realiter oculorum lumen amiſiſſe, ſed tantum à Dæmone impeditum organum viſus, deinde ablatum impedimentum.

10 Battum mutum in Aphricæ deſertis excurrendo, cum leonem aſpexit, re improuiſa deterritum, magnum, & clarum edidiſſe clamorem, tradit *Pauſan. in Phoc.* Et Athis Cræſi Regis filius, cum mutus ad id tempus fuiſſet, quo Cirus Aſiæ oppidum Sirdeis, vbi tunc Cræſus latebat, intraſſet, in vocem erupit, præ timore exclamans. Parce patri meo Cire, & te hominem eſſe, vel caſibus diſce noſtris, vt ex Solino refert *Gell. lib. 5. cap. 6.* Et Eglem Sancium athletam, cum in ſacro certamine ſortitione inter antagoniſtas facta, ſortem nominis falſam ſubijci animaduertiſſet, repente in eum, qui id faciebat, alta voce clamaſſe, & deinceps per omne vitæ tempus vocem retinuiſſe, tradunt *Aul. Gell. d. lib. 5. cap. 6. & Valer. Max. lib. 1. cap. 8.*

11 Seruio Tullio, adhuc puero, dormienti, circa caput flammam emicuiſſe, adnotatum dicitur à domeſticis. Quod prodigium admirata Tanaquil, Tarquinij Regis vxor, Seruium ſerua natum in filij modum éducauit, & ad regium faſtigium euexit, vt authores ſunt, Plin. Valer. Max. Liuius, Forus, Apuleius, & Halicarnaſſeus, nec omiſit Ouidius canere *faſt. lib. 6.*

Signa dedit Genitor tum, cum caput igne coruſco
Contigit, inque comis flammeus arſit apex.

Fertur item de Alexandro Macedone, quod in quodam conflictu cum Indis, illis ſtrenuè obſiſtentibus, ira percitus, ex ſe flammam emiſerit. Quo portento non tam Macedonum virtus, quam Barbarorum terror victoriam illi prębuit. Hoc idem accidiſſe L. Marcio, Pænos aggreſſuro, & Annibali concionanti, tradunt, *Liu. lib. 25. & Valer. Max. lib. 1. cap. 6.* Demum de Iulio ſic *Virgil. 2. Aeneid.*

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

Et 7. *Aeneid.*

Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem
Atque omnem ornatum, flamma crepitante, cremari,
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam,
Inſignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum ſpargere tectis.

12 Turcarum religioſos, quondam de proditione ſuſpectos, eorum Rex Ammiras omnes comburi iuſſerat; Cum autem ſenior ex illis pro excuſatione multa dixiſſet fruſtra, primus ardentem ſurnum intrepidus eſt ingreſſus, atque illæſus permanens, incendium extinxiſſe dicitur; illoque miraculo Regis iram mitigaſſe, vt ſe ſuoſque redimeret à mortis periculo; Quapropter illorum poſteros tanquam ſanctum venerari, eiuſque ſoleas, pariter ab igne intactas pro teſtimonio veritatis hodie monſtrari, tradit *Cuſpinianus*.

13 Cyneam Theſſalum Pirrhi Regis ad Romanos de pace legatum, poſtridie quam in Vrbem Romam venit, curiam ingreſſum, Senatum, atque equeſtrem ordinem ſuo quemque nomine ſalutaſſe abſque nomenclatore, tradit *Plin. lib. 7. cap. 24.*

14 Amiterni, ſi vera narrantur, infans, dum ex ancilla naſceretur dixit Aue: *Iulius obſequens*; Romæ ſemeſtrem Infantem in foro Olitorio, in aluo matris exclamaſſe, tradit *Liuius lib. 21.* Et alium Infantem in Maruccinis intus vterum, Io triumphale, pronunciaſſe, idem *Liuius lib. 24.* Quod Q. Fabio Vertucoſo, & Marco Claudio Marcello Conſulibus accidiſſe, ſcribit *Iul. obſequens in prodigijs cap. 24.* Quæ omnia diabolico commento tribuenda videntur.

15 Verum, & aliqua vocabula naturaliter infantes explanare poſſe, tenet *Reies Franco d. q. 55. nu. 11.* ſi videlicet in illis aliqua intentio fiat, & ſpecierum receptio per organa auditus, cum quibus etiam aliqua ex accidenti cerebri ſiccitas accidat qua mediante verba proferre poſſunt, ſi prçſertim vrgens neceſſitas compellat. Sic quandam puellam nondum octo menſes natam ſe vidiſſe refert, quæ in cunabulis excrementis conſpurcata, quia longa mora aliquando relinquebatur, clara voce puerum Antonium vocabat, veluti auxilium expoſtulans, ſed paulò poſt hoc amiſit, nec amplius vſque ad debitum tempus loqui valuit.

16 De Panfilo quodam memorant *Plato, Valer. Max. & Leopardus lib. 9. cap. 2.* qui in acie mortuus, poſtquam per decem dies iacuiſſet, cum rogo tandem imponeretur, mira quædam narrauit. De quo etiam mentionem facit *Clemens Alex. lib. 5. Stromatum.* De Gabieno Cæſaris Claſſiario refert *Plin. lib. 7. cap. 52.* quod bello ſiculo captus à Sexto Pompeio, iuſſu eius inciſa ceruice, & vix coherente, iacuit in littore tota die, deinde cum aduesperaſſet, cum gemitu, precibuſque congregata multitudine petijt, vt Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex caris mitteret; ſe autem ab inferis remiſſum, habereque quod nunciaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit. Inferis Dijs placere Pompeij cauſas, & partes pias. Proinde euentum futurum, quod optaret; hoc ſe nunciare iuſſum, argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis protinus expiraturus eſſet; Idque ita euenit. Simile quid de Iouis quodam Sacerdote ſcribunt *Plato & Valer. Max.* de quo etiam apud *Ariſt. & Rodig.* fit mentio, qui cum occiſus fuiſſet inuentus, percuſſorque ignoraretur, preciſum caput multoties clamaſſe, Viro ſuper vitum Cercidas occidit. De Orpheo ſcribit Virgilius, quod eius caput à corpore auulſum, & ab vndis Ebri fluminis delatum, Euridicen inclamaret.

In Indijs cuidam viro id accidiſſe, ex *Ioſepho Coſta, narrat Reies Franc. in Elyſ. Iocund, quaeſt. campo. q. 32. num. 1.* quod cum Indi, ſuis Dijs ſacrificantes, eidem cor extraxiſſent, eo auulſo, poſtquam corpus per triginta ferme ſchalas decidiſſet, exclamauit, ò nobiles, quare me occiditis.

17 C. Flaminii Conſ. Romani ad Traſimenum cçſi corpus vt funeraret, decoraretque virtutis cauſa, magna cum cura inter cadauera inquiſitum Annibal non inuenit, neque conſtitit, quid de eo eſſet factum, ſi credendum eſt *Plut. in Fabio.* Aſpalidis item Virginis cadauer, quæ ſe ipſam ſuſpenderat, ne pudicitiam eius Tartarus Melitenſis Tirannus violaret, dum ad ſepulturam deferri deberet, diſparuiſſe, auctor eſt *Antonin. liberalis in transformation.* Et Cteſilla Alcidamantis filia, in partu

mor-

mortua, cum ad ſepulturam efferretur, columbam è ſandanapila euolaſſe, & cadauer nuſquam apparuiſſe, idem *Antoninus Liberalis ex transformationibus Nicandri lib.* 3.

18 Eſt frequens apud *Plin. lib.* 18. *cap.* 45. de Prodigiis Priſcorum, Bouem loquutum, quo nunciato Senatum ſub dio haberi ſolitum. Anno V. C. 293. creditum Bouem locutum *Liuius lib.* 3. Quarto Conſulatu Q. Fabii Maximi, & tertio M. Claudii Marcelli, ab V. C. 545. durante Annibalis Bello, aliam Priuerni in latio Bouem in hominis verba prorupiſſe. Et poſtea L. Veturio, & Q. Cecilio Metello Coſs. anno V. C. 548. prope Vrbem Romam, Author *Liuius lib.* 27. & 28. Anno V. C. 562. L. Quinto Flaminio, & Gn. Domitio Aenobarbo nunciatum eſt, Bouem loquutum, Roma caue tibi, *Liuius lib.* 35. *Valer. lib.* 1. *cap.* 7. Referente item *Liuio cap* 43. Anagniæ duo prodigia ſunt nunciata, facem in Cælo conſpectam, & Bouem locutum. Paulo ante Cæſaris Dictatoris mortem in agro Romano Bouem aratorem ad ruſticum conuerſum loqui cæpiſſe, fruſtra ſe ſtimulis agi, prius enim homines, quam frumenta, defuturos eſſe, *Appian. lib.* 4. *Euſeb. in Cronico*. Canem pariter locutum idem *Plinius lib.* 8. *cap.* 41. Quin, & depulſo Tarquinio, arbores loquutas, prodidit *Epidius*, & meminit *Plinius*. Et in ſpecie *Philoſtratus* vlmum, & *Orphaus* fagum.

19 Refert Cardanus *lib.* 2. *contrad. tract.* 2. *cap.* 3. tempore Leonis Decimi quemdam capitis crimine damnatum, nullo alexifarmaco munitum, arſenici vnciam deuoraſſe, & abſque vllo remedio ſine noxa

20 incolumem euaſiſſe, cui propterea ab eodem Pontifice pæna remiſſa fuit. Quin & venena nutrire poſſe, prout quandam Vetulam Athenienſem, & puellas veneno nutritas, pluribus hiſtoriis; & auctoritatibus comprobat *Zacut. de medic. princip. hiſt. lib.* 5. *hiſt.* 24. de quo videantur plura exempla apud *Reies Franco q.* 65.

21 Verum plura venena ſimul ſumpta, ſe ſe collidere, neque vllum nocumentum afferre, ſequentibus verſibus tradit *Auſonius*.

Toxia Zelotypo dedit vxor Mæcha marito,
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum.
Miſcuit argenti lethalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc ſi quis, facinnt diſcreta venenum,
Antidotum ſumet, qui ſociata bibit.
Ergo inter ſe ſe dum noxia pocula certant,
Ceſſit lethalis noxa ſalutifera.
Protinus, & vacuos alui petiere receſſus
Lubrica deiectis, qua via nota cibis.
Quam pia cura Deum! prodeſt crudelior vxor,
Et cum fata volunt, bina venena iuuant.

22 Marcus Valentini diſcipulus, addens hæreſi magiam, inter alia prophana, quæ in ſacris miſterijs operari ſoleret, calicem eucharisticum purpureum, & rubicundum apparere faciebat, vt putaretur eam gratiam in ſuum calicem inſtillare, vnde homines in ſui admirationem excitans, eoſdem cæteris præſtigijs, & inuocationibus, multa deliria proferre cogebat, cum & ipſe Dæmonem quendam haberet, per quem prophetare videretur, hiſque artibus Chriſtianum Orbem circumueniens, vti fuſius *Iranæus aduerſus Marcum lib.* 1. *cap.* 8. & 9. & refert *Baron. ad ann.* 175. *vbi Spondan. nu.* 8.

23 Apollonius Tyaneus, cum in Tigilini manu libellus eſſet, in quo ipſius accuſatio continebatur, prodigioſe, ſeu præſtigioſe efficit, vt apertus liber nulla in parte ſcriptus inueniretur, *Philoſtratus*. Et Michael Sicidites Magus earum rerum conſpectum eripiebat, quas oculi intuebantur *Nicetas lib.* 4.

24 Iamblicus Syrus philoſophus inter fundendum preces ab humo pluſquam decem cubitos ſublimis attollebatur, corpus, & veſtimentum in aureolum colorem mutabantur. Finitis precibus in priſtinam redibat ſpeciem & ad terram deſcendebat, *Eunapius in eius vita*. In Germania hominem à ſe viſum tradit *Vuierus*, qui Cælum verſus aſcendebat, trahebatque poſt ſe vxorem, atque ancillam, herentes pedibus, hanc hæræ, illam viri cum maxima populi admiratione, *Bodin. in Confutan. opinion. Vuieri*. Magdalena Crucia per tres cubitos, & amplius in ſublime ſatanæ, cui ſe dederat, præſtigijs ſæpe in conſpectu populi efferebatur, *Caſſiodor Renius*. Quod & Aedeſio Chriſanti Philoſophi Sardiani filio accidiſſe, tradit *Eunapius in Chriſant.*

25 Ioannes Teutonicus Sacerdos Halberſtadienſis, Magus celeberrimus, anno 1271. media nocte tres miſſas cecinit, vnam Alberſtadij, alteram Moguntiaci, tertiam Poloniæ *Bodin. lib.* 2. *Dæmon. cap.* 4. Apud Philoſtratum legimus, Apollo-

nium

nium Thianeum a Nili fontibus in Aetiopia fuiſſe breui ſpatio Romam aſportatum, idest in bis milleſimum quingenteſimum milliare; item Roma Corinthum, Smirnaque Epheſum. Romę cum in Palatio publicè cuſtodiretur, apud Domitianum accuſatus, ab eius conſpectu euanuit, ac Puteolis eodem die inuentus eſt, quo Comitem ſuum præmiſerat, atque illic ſe expectare mandarat.

26 De eiuſdem Apollonij Thianei magicis illuſionibus videatur *Anaſtaſius Theopolis Epiſcopus*, cuius teſtimonio, & penes quem fides, quibuſdam in locis ad hunc vſque diem eius opera durant, & ſuam habent efficacitatem, alia quadrupedibus ac volucribus damnoſis auuertendis, alia ad inordinatos animum excurſus inhibēdos, alia alijs rebus, quæ hominibus detrimentum afferrent, arcendis; Neque eo tantum viuo Dæmones per ipſum tot, ac talia egerunt, ſed ipſo etiam mortuo ad monumentum eius perſeuerarunt, atque ipſius nomine miracula ſeu preſtigioſa quædam ediderunt.

27 Idem Apollonius Thianeus Ephæſum Vrbem graui peſtilentia oppreſſam, teſte *Phyloſtrato*, liberauit, & apud *Suidam* Minois temporibus homines extitere, qui verbis, & ſacrificijs morbos curabant. Rupellę homo læthali vulnere affectus, de cuius ſalute Chirurgi omnes deſperabant, Magi cuiuſdam opera ſic fuit reſtitutus, vt incederet, & breui ſanaretur *Bodin. lib. 3. Dæmonum. cap. 5.* Apud Iodoch *in prax. Crimin. cap. 37.* Brugis in flandria inuenta eſt Maga, cum non modico ſanctimoniæ conceptu, quod innumeros curaret morbos, remedium prius apponens, vt crederetur ſe poſſe ſanare; deindè ieiunia indicebat, mandabatque certum orationum numerum recitari, aut aliquas peregrinationes ad inuiſenda ſanctorum templa ſuſcipi; Tandem verò multarum Magicarum ſortium rea conuicta, vltimo ſupplicio affecta fuit.

28 Camillam Volſcorum Reginam mare ſuperaſſe, nullis corporis partibus, præter planctam pedum aqua tactis; illeſiſque ſegetibus ſuper ſpicas curiſſe cecinit *Virgil. Aeneid. lib. 7.* Orioni quoque Neptuni filio ex Euriale Minois filia nato, pariter conceſſum, vt ſupra fluctus curreret, atque in terra ſuper ariſtas ferretur, neque eas comminueret, tradit *Higinus*. Sicut etiam de Iphiclo narrat *Heſiodus*. Et nouiſſimis temporibus Bello ſclauico, quod Valdemarus Danorum Rex, & Henricus Saxoniæ Dux ſociatis viribus geſſerunt, Eſchillus nobiliſſimus eques danus militaribus armis onuſtus, vnum es ſclauis inermen per paluſtra loca citato curſu fugientem pedibus inſecutus, illius veſtigijs molitie limi ſubſidentibus, ipſe nec voraginum illuuie, nec armore onere depreſſus, occupatum barbarum capite truncauit, ac ne planctis quidem cæno infectis, ſolidam humum repetijt. Quod tamen vltimum, quatenus verum, potius cæleſti miraculo, quam humanę virtuti imputandum vult *Saxo lib. 4.*

29 Cleomenes Antipalenſis cum circa Epidaurum pugilem interfeciſſet, erepto victoriæ præmio, ludum puerorum ingreſſus, apprehenſam manu columnam, quę tectum ſuſtentabat, concutiens, mediam fregit, & tectum deiecit, ſi credendum eſt *Suida, Plutarch. & Sabell. lib. 1. cap. 6.* Tritanum ſamium gladiatorem omnes aduerſarios leui tantum tactu proſternere ſolitum ex *Solino cap. 4. & Plin. lib. 7. cap. 20.* & Martianũ, qui ex fabro ferrario Imperium tenuit, tam robuſtum fuiſſe fertur, vt currus exaduerſo nitentes vno tantũ digito repulerit, & fortiſſimum quemque colliſſerit, *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 26.* Matthæus item Vicecomes tanto corporis robore præditus fuit, vt ſoleas equorum ferreas manibus diſrumperet, *Arlun. hiſt. Mediolan. ſect. 1.*

30 Ad conteſtandam ſui pudicitiã Tutia virgo veſtalis, inceſti criminis rea, ſpem ſalutis ancipiti argumento petere auſa eſt. Arrepto itaque cribro, & inuocato Deæ Veſtis numine, aquam e Tiberi in cribro ad Sacerdotem detulit, ex traditis à *Valer. Max. lib. 8. cap. 1.* Claudiam item veſtalem, cum in ſtupri ſuſpicionem deueniſſet, & ſimulachrum Ideæ Matris ex Peſſinunte adductum in vado Tiberis hæreret, ad comprobandam ſuam pudicitiam, cingulo nauem pertraxiſſe, *Liu. lib. 9. decad. 3.* Et virginis Aemiliæ diſcipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſte numen præſtitit, qua adorante, cum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignem emicuiſſe refert *Valer. lib. 1. cap. 1.*

31 Ad arguendos Gentiles, qui Ionæ ſacram deridebant hiſtoriam. D. *Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 14.* adducit Arionem

nem Metimneum nobiliſſimum cithariſtam, qui de naui eiectus, Delfini dorſo exceptus fuit, & ad terram peruentus, ex *Herod. lib. 1. & Plin. lib. 9. cap. 8.*

Quoddam Veneris phanum fuiſſe, ex alijs refert idem *Auguſtin. eod. tract. de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 6.* atque ibi eandelabtum, & in eo lucernam ſub dio ſic ardentem, vt eam nulla tempeſtas, nullus imber extingueret, quæ propterea lucerna inextinguibilis nominata eſt. An vero in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide arbeſto ars humana molita fuerit, aut arte magica factum, quod homines illo mirarentur in templo, aut Dæmon quiſpiam ſub nomine Veneris tanta ſe efficacia præſentauerit, vt hoc ibi prodigium, & appareret hominibus, & diutius permaneret, relinquit in ambigno *D. Auguſtinus.*

33 Apud Siculos olim in ara Palicorum, lacu religioſo, breui, & profundo, ſemperque lucido iuramentum præſtabatur; ad quem multiplici ſcaturigine ebullientem, iurantes ſponſione facta religioſe accedebant, & qui caſte, & ſine labe criminis iuraſſet, illæſus, & validus abibat; qui vero contra religionem iuſiurandi fidem abiuraſſet, reus criminis in lacu demerſus, læſæ conſcientiæ, & peierati numinis, morte pænas dabat. *Ita Diodorus Siculus lib. 11. non multo ante finem. Stephan. in lib. de Vrbibus, Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 19.* Prodidit item *Ariſtoteles in lib de mirab. auſcultation.* de fonte Acadino, qui iuxta Palicos in Sicilia manar, & forſitan eſt idem, qui ſupra, quod tabellæ inſcripto iuramento, ſi recte iuratum ſit, ſupernatant, neque profunduntur liquore; ſi verò perperam, protinus in profundum rapiuntur, neque vltra apparent. In Sardinia pariter, ſcribit *Solinus cap. 10.* quaſdam aquarum ſcaturigines eſſe, in quibus quicumque periurus immerſus, cęcitate admiſſum facinus luebat, qui vero integer ad iuſiurandum accedebat, incolumi tama clarius cernebat, de quibus Rhennius.

Sardinię poſtquam pelago circumfluatellus
Fontibus e liquidis prabet miracula mundo
Quod ſanant agroto, pandunt, damnantque nefando
Periuros furto, quos tacto lumine cacant.

In Bithinia iuxta Bieti templum fontem cęremonijs ſacrum manaſſe tradit *Plin. lib. 31. cap. 2.* feruentis naturæ, vbi periuri velut vrente flamma necabantur, itaut magno malo periurium lueretur. Eſt item, teſte *Philoſtrato in vita Apollony l. b. 1. cap. 4.* iuxta Thianam aqua Ioui ſacrata, quam indigenæ extinguibilem vocāt fons eius frigidus ſanè ſcatcat, ebullit autē non ſecus, atque igne calcefactus lebes. Hanc puris, & iuramenti fidem ſeruantibus viris aſpectu placidam, & guſtu dulcem eſſe perhibent, periuris verò, & infidis palam aduerſari. Epota namque oculos, pedeſque, ac manus peierantis inuadat puſtulis ac vomicis totum corpus inquinans, neque illic diſcedendi facultas detur, ſed ibi permanentes coram aqua ipſa ſuam deplorent calamitatem palam quod peierarunt profitentes. Alium fontem eſſe in Ethiopia ſcribit *Diodorus cap. 5.* cuius aqua epota in inſaniam vertens, cogit occulta errata palam fateri. Celebris demùm fama de aqua ſtigis in Arcadia, quę in fraude, & perfidia deierantium extremi diſcriminis erat. Vnde *Virgil. lib. 6. Aeneid.*

Cocyti ſtagna alta vides, ſtygiamque paludem,
Dÿ cuius iurare timent, & fallere numen
Dixeras, idque ratum ſtygÿ per flumina fratris
Per pice torrentes, atraque voragine ripas Annuit

34 Poſſe virginem mente, & corpore, illæſa virginitate concipere, tenet *Martin. Delrius diſquiſit. magic. lib. 2. quaſt. 15.* ſi nempe Dæmon virgini dormienti, & ignatæ aliunde ſumptum verum, & fæcundum ſemen, ſine congreſſu carnali, hymene, alijſue clauſtris virginitatis incorruptis, infundat. Quod non ita de facili credendum. Et ſi contigeret, poſt pactum non eſſet virgo.

35 Empedoclem Agrigentinum præſtigiatorem fuiſſe tradit *Suidas* cuius ſequentia carmina refert.

Medicamenta, qua & mala, & ſenectutem propulsant
Audies: tibi enim ſoli ego iſta omnia conficiam,
Et ſedabis indefeſſorum ventorum vires, qui in terram
Ruentes, flatibus rura corrumpunt
Et viciſim ſi voles, reduces ventos adduces,
Et efficies ex imbre nigro tempeſtiuam ſiccitatem
Hominibus, & efficies ex aſtiua ſiccitate
Flumina facunda, queque in aſtate ſpirant
Et reduces ex Orco defuncti animam viri.

Eunus

Eunus Syrus, vt Siciliæ gentibus Deæ Syræ Sacra cæremoniaſque vehementius ſuaderet, ori incluſam nucem cum ſulphure, & igne geſtabar, tali artificio, vt loquens perſæpè flammas effundere conſpicererur, qua vafricie ſeruorum, & infimæ plebis magnum ad ſe numerum pertraxit, teſte *Fulgos lib.7.*

Quendam extitiſſe, qui quoties volebat paraliticus fieret, poſtea ad ſanitatem, cum placeret rediret, tanquam ſanitas, & ægritudo in ipſius eſſet poteſtate, ex D. Auguſtino tradit *Reies Franco in Elyſ. Iucund. quæſt. campo, quæſt. 50. n. 22.*

SVMMARIVM.

Antagoras Argiuus ex ictu ſcorpionis nullum dolorem ſenſit. 27.

Canities vna nocte depoſita. 30.

Capilli ſenibus iterum nati. 32.

Ceraſi nucleus in aure germinauit. 25.

Dantho 500. annis ſemper in iuuentute vixit. 32.

Dentes ſenibus renati. 32.

Equæ vento concipientes. 10.

Ethiopes ſcorpionum, & ſerpentum venenum paruipendentes. 27.

Falx ad præſentiam occiſoris, qui ea vſus fuerat ad occidendum innocentem, ſanguinem ſudauit 34.

Famem, & ſitim herba, quæ per plures dies tollerare faciunt 24.

Feras, qui curſu aſſecuti fuerint. 11.

Fons diebus frigidus, noctibus feruens 7.

Fons, in quo faces accenduntur 8.

Fontes, in quibus ſenes iuuentutẽ reaſſumunt 29.

Gemellæ ſorores eaſdem infirmitates eodem tempore patientes 35.

Herba, quæ famem, & ſitim per plures dies tollerare faciunt 24.

Homines lepores, & feras, curſu aſſequentes 11.

Homines equos curſu peruertentes 11.

Hedera in cornu ceruæ nata 14.

Homines feras viribus ſuperantes 21.

Homines dextera naues, & currus tenentes 22.

Homo timices, & pulices naturaliter odore ſuo fugans 27.

Homo quem ſerpentes fugebant 27.

Homo ſectus, extractis inteſtinis, iiſque in ſuum locum reſtitutis, conualuit 36.

Homines, qui toto eorum vitæ tempore nunquã biberunt 37.

Hordei grana ex tumore aperto exeuntia 25.

Hordei ſpica à fœmina vomitata, & per nares iecta 25.

In aure nucleus ceraſi, & ſemen anagiridis germinauit 25.

Lac è mammillis hominis profluens 19.

Lanſtenes Thebanus curſu cum equo contendebat 11.

Lapidis ſelenitis candor creſcit cum luna, & cũ eadem decreſcit 9.

Lepores qui homines curſu aſſecuti fuerunt 11.

Lignum, quod ſiccum in aqua mergitur, & madefactum natat 9.

Mirabile quomodo differat à miraculo 1.

Mirabile differt à monſtro, portento prodigio, &c. 2. & ſeq.

Mirabile dicitur ex raritate 3. 4.

Mirabilia quæ ſint, 5. & ſeqq.

Mirabilia ex Alex. ab Alex. 13.

Mula lacte proprio aliam mulam aluit 38.

Natatores celeberrimi 12.

Naturæ multa poſſibilia, quæ talia non indicantur 26.

Nocte homines clare videntes 23.

Nucleus ceraſi in aure germinauit 25.

Oculorum acies ſenibus reuerſa 33.

Oleæ ſatiuæ ſtipes deciſus poſt decennium pullulauit 14.

Pauonis caro non putreſcit 5.

Partus vltra decem, & duodecim menſes in vtero delatus 39.

Plantæ, quibus in longum vita protrahi poteſt, & à ſenectutis ſquallore præſeruari 29.

Puella, quæ toto vitæ ſuæ tempore araneis vixit 27.

Puer nouem annorum, qui à meridie ad veſperam confecit iter quinque, & ſeptuaginta millia paſſuum 11.

Pueri, qui mirabili caſu mortem euadentes, felicitatem adepti fuere 20.

Pueri 7. & 10. annorum, qui generarunt 40.

Puer ſtatim natus ambulans, & loquens 39.

Sal agrigentinus in aqua crepitans, in igne liqueſcens 6.

Sanguinem plures ſudarunt 15. & ſeqq.

Sanguinei ſudoris naturales cauſæ 16. & ſeqq.

Siliginis grana ex tumore aperto exeuntia 25.

Sorores gemellæ eadem mala eodem tempore patientes 35.

Spina alba prope ventriculum paſtoris nata, quæ ſingulis annis germinabat 25.

Stipes oleæ ſatiuæ à decennio deciſus pullulauit 14.

CAPVT XXI.

De Mirabilibus.

1 DIximus ſupra, mirabile à miraculo differre, quia miraculũ proprie dicitur, cũ ali-

aliquid fit præter ordinem totius naturæ creatæ, quaſi admiratione plenum, quia habet cauſam ſimpliciter, & omnibus, tam Angelis, quam hominibus occultam, *D.Thom.1.p.q.105. ar.7.c.* Mirabile vero, quod licet raro contingat, vires tamen naturæ creatæ non excedit, vt quod maior quinquagenaria pariat *l.ſi maior C.de legit. hæred.*

2 Differt etiam mirabile à monſtro, oſtento, portento, prodigio, quia licet hæc etiam ſint mirabilia, vtpote quia raro accidunt, vltra admirationē tamen aliquid inſuper oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt. *Cicer.lib.1.de Diuinat.& lib.2. de nat.Deorum*, vbi, Prædictiones, *inquit*, & præſenſiones rerum futurarū quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſunt oſtendi, monſtrari, portendi prædici, ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Hoc autem inter prædicta diſtare vult *Nonius*, quod monſtra, & oſtenta ſunt Deorum monita, prodigia Deorum minæ, & iræ, portenta, quæ aliquid imminere ſignificant.

3 In mirabili vero nihil amplius quam raritatem notat *D.Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.21.cap.8.* vbi, Quis conſulta ratione, non videat in hominum innumerabili numeroſitate, & tanta naturæ ſimilitudine, valde mirabiliter ſic habere ſingulos ſingulas facies, vt niſi inter ſe ſimiles eſſent, non diſcerneretur ſpecies eorum ab animalibus cæteris, & rurſus niſi inter ſe diſſimiles eſſent, non diſcernerētur ſinguli ab hominibus cæteris, ſed mirabilior eſt conſideratio diſſimilitudinis, quoniam ſimilitudinem iuſtius videtur expoſcere natura communis. Et tamen quoniam quæ ſunt rara, ipſa ſunt mira, multo amplius admiramur, quando duos ita ſimiles reperimus, vt in eis diſcernendis, aut ſemper, aut frequenter erremus.

4 Et *eod. tract.lib. 14.cap. 24.* Hominum, *inquit*, quorundam naturas nouimus, multum cæteris diſpares, & ipſa raritate mirabiles, nonnulla, vt volunt, de ſuo corpore facientium, quæ alij nullo modo poſſunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aures moueant, vel ſingulas, vel ambas ſimul. Sunt qui totam cæſariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocantque cum volunt. Sunt qui eorum, quæ vorauerunt incredibiliter plurima, & varia, paululum præcordijs contractis, tanquam de ſacculo, quod placuerit, integerrimum proferunt. Quidam voces auium, pecorumue, & aliorum quorumlibet hominum ſic imitantur, atque exprimunt, vt niſi videantur, diſcerni omnino non poſſint. Ipſe ſum expertus, ſudare hominem ſolere, cum vellet. Notum eſt, quoſdam flere, cum volunt, atque vbertim lacrimas fundere. *Hæc D.Auguſtinus.*

5 Qui *eod. tract.lib. 21.cap.4.* inter mirabilia recenſet, quod caro pauonis mortui non putreſcat, quod cum credibile ſibi non videretur, euenit vt apud Carthaginem illi cocta apponeretur, de cuius pectore pulparum quantum viſum eſt decerptum ſeruare iuſſit, quod poſt dierum tantum ſpatium, quanto alia caro quæcumque cocta putreſceret, prolatum atque oblatum nihil eius offendit olfactū. Itemque repoſitum poſt amplius quam triginta dies, idem quod erat, inuentum eſt, idemque poſt annum, niſi quod aliquantum corpulentiæ ſiccioris, & contractioris fuit. Et *cap. ſeq.* Salem agrigentinum

6 Siciliæ, qui admotus igni, velut in aqua flueſcit, cum vero aquæ, velut in igne crepitat. Apud Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus, vt non bibatur, tam feruidum noctibus, vt non tangatur. In Epiro alium fontem, in quo fa-

7 ces vt in cæteris extinguuntur accenſæ, & quod non in cæteris, accenduntur extinctæ. Arbeſton Arcadiæ lapidem proptetea ſic vocari, quod accenſus ſemel,

8 iam non poſſit extingui. Lignum cuiuſdam ficus ægiptiæ non vt ligna cætera, in aquis natare, ſed mergi, & quod mirabilius eſt, cum in imo aliquandiù fuerit, inde ad aquæ ſuperficiem rurſus emergere, quando madefactum debuit humoris

9 pondere prægrauari. In Perſia gigni lapidem ſelenitem, cuius interiorem candorem cum luna creſcere, atque deficere.

10 In Cappadocia etiam vento equas concipere, eoſdemque fœtus non amplius triennio viuere.

Apud Nurſiam riuus, vulgo Torbidone poſtquam per plures annos perenniter fluxerit, ita ſiccatur, vt vbi naſcebantur aquæ ſeminetur triticum, poſtea ex improuiſo iterum fluit, iterumque poſt aliquot annos exſiccatur, ſicque viciſſim. Alius item fons in eodem agro nurſino, vulgo *l'acqua matta*, poſt nonnullorum menſium, vel etiam annorum ſiccitatem de repente mittit aquas, ad vertenda molendina ſufficien-

tes ; quæ proprijs oculis egomet vidi.

11 Laſthenem Thebanum tantæ pernicitatis fuiſſe, vt ab Choromo Thebaa vſque cum equo curſore contenderit, & victor fuerit, tradit *Athenæus, & ex eo Alexand. Gen. dier. lib. 2. cap. 21.* Puerum item annorum nouem, qui à meridie ad veſperam quinque, & ſeptuaginta paſſuum millia præcipiti celeritate confecerit, à ſe viſum teſtatur *Plinius lib. 7. cap. 20.* Quibus adde Polymeſtorem Mileſium puerum, qui cum à matre locatus eſſet ad caprarios paſtus, ludens leporem conſecutus eſt; & ob id ſtatim productus à gregis Domino, Olimpiade ſexta, & quadrageſima, vt *Bocchus author eſt*, victor in ſtadio meruit coronam. Addendus item ex *Solino & Plinio loco ſupra citato, & iterum lib. 2. cap. 75.* Aniſtius, ſeu vt alijs placet, Caniſtius Lacedemonius, qui à Sicione Elin vſque mille ducenta ſtadia vno die tranſiit. Trogloditas verò, & extimos Aethiopes natiua quadam pernicitate tantum valuiſſe, vt fugaciſſimas feras rapido curſu aſſequi non dubitarent, *Herod. lib. 4. Plinius lib. 6. cap. 29.* vbi ſimile de Therothoia, & *lib. 7. cap. 2.* idem de Pandoris; quod confirmat *Solinus cap. 60.* Et de populis, qui vocantur Autololes, hæc cecinit *Silius lib. 3.*

Necnon Autololes leuibus gens ignea planctis,
Cui Sonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis,
Tanta fuga eſt, certant penna, campumque volatu
Cum rapuere, pedum fruſtra veſtigia quæras.

Quibus demum addendi Ocypodes, gens Indica, ſic dicti, quod equos curſu peruertant, *Strabo lib. 15.*

12 De Vrinatoribus, & ſub aqua natantibus videatur *Plinius lib. 6. cap. 29.* vbi Ichthyophagi, Trogloditis proximi, ceu maris beluæ, immenſos tractus natatu peragrantur. Inter quos Scillis quidam Sicyonius, vt autor eſt *Herodotus lib. 8.* omnium ea tempeſtate maximus inter Græcos vrinator, ex Aphetia Artemiſium vſque octoginta ferè ſtadia natatu breui ſpatio peregit. Et *Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 2. cap. 21.* Se nouiſſe ait quempiam extremæ ſortis hominem, qui ab Enaria (quæ inter Pithecuſas è conſpectu Neapolis Inſula ſita eſt) Prochitam vſque, quod intermedij pelagi eſt ſtadiorum fermè quinquaginta, naufrago nonnunquam, & fluctuante pelago, ac tempore anni difficillimo, eadem die nando meaſſe, & nonnunquam remeaſſe inuentus eſt. Quod cum vix credibile videretur, eumdem pluribus ad ſpectaculum effuſis, quo res teſtatior eſſet, promptiſſimum ſui periculum feciſſe, & cum in Enaria ſe præcipitem in mari dediſſe, lembum poſt ſequentem longius ipſum natantem obſeruaſſe donec terræ appulſus, ad Prochitam incolumis elapſus eſt. Subdens deinde ex relatu *Iouiani Pontani* Catanæ hominem fuiſſe, cui nomen *Colan*, cognomento *piſcis*, ſingulari fato, ſeu fortuna genitum qui plus in aquis degere, quam in terris victitare ſolebat, eumque diebus ſingulis mare, & aquas petere neceſſum habuiſſe, ibique naturæ vi, & neceſſitate coactum diutius degere, alioqui ſi ab aquis abeſſet diu, quaſi reſpirare, & vitam ducere nequiret. Eumque tantum nando profeciſſe, vt haud ſecus quam marina belua, maxima pelagi interualla, ſpatiaque immenſa quingentorum, & vltra ſtadiorum, fæda tempeſtate, & reluctantibus aquis, excellenti vi, & velocitate, natatu peragraret. Inſuper eum medio curſu nauis plenis velis per æquora ferrentur, violentiſſimis interdum tempeſtatibus per vaſtum, & apertum mare, interque agitationes fluctuum, & turbines huic natanti obuiam fuiſſe; ipſumque nantem ab vndis nautas ſuis nominibus aduocare ſolitum, & quia omnibus notus erat, nautas ſubito rei miraculo percitos, lætiſſimis animis illum in naui excipientes, vnde veniret, quoue iter intenderet, ſciſcitari conſueuiſſe; mox eum aliis in naui pranſum, aut potum, poſtquam acquieuiſſet; mandata ad ſuos, quod illis dici, referrique vellent, & quid faciendum arbitrarentur, à ſingulis accepiſſe, nudumque, vt erat, e naui medio in pelago curſum tenente, ſe præcipitem in mare dediſſe, mox Caietam, modo in Salentina, Brutia, & Lucana littora, modo in Siculos fines, & natale ſolum, ad quod frequens ventitabat, incolumem nando perueniſse; mandata, quæ à nautis acceperat, ſingulis neceſſarijs, & affinibus ſignificaſſe. *Hæc Alexander.*

13 Qui *lib. 5. cap. 9. ex relatu eiuſdem Iouiani Pontani* plura notat alterius ſpeciei admiranda, nempe in Promontorio Pauſilippi iuxta Neapolim, vi tempeſtatis, ingenti lapſu prorupto monte in medio abſciſſi collis extitiſſe trabem ligneam, vndique

dique latere montis duro lapide einctam, cum montis dorſo conereuiſſe, & in vnum corpus coaluiſſe. Neapoli item, dum marmora ædificii cauſa ſeinderentur, adamantem mirè ſplendidum, non natiua vena, aut rudi, & informi, ſed abſoluta artificis manu confectum, & perpolitum, mira cælatura, & arte, in medio marmoris concretum fabros inueniſſe, eumque pro miraeulo Regi dono datum, inter cubiculi arcana conſpicuum fuiſſe. Scribit etiam ex relatu cuiuſdam Palamedis Calcariæ fornacis artificis, dum marmora diſcinderentur, in medio Silicis, quæ niſi vi malleorum dirumpi haud facile poterat, oleum quaſi in vaſe concluſum inuentum, odoris immenſi, & aſpectu iucundi, cui medica vis ineſſe dicebatur.

14 In cornu Ceruæ hæderam pullulaſſe teſtatur *Seruia in tractat. de vnguen. armar. ſiue de natura, & artis miraculis, nu.* 45. Et ſtipitem oleæ ſatiuæ, aridum fere per decennium, & vltra, à trunco decisum, & ſeparatum, neque vnquam poſtea terræ implanctatum, pullulaſſe, germinaſſeque, eodem anno plures oliuarum nouellas, folijs, & fructibus onuſtas, atque in poſterum etiam ad plures annos produxiſſe, *Fortunatus Licetus de his, quæ diu ſine alimento viuunt cap.* 7.

15 Sanguinem pro ſudore aliquibus emanaſſe, tradit *Ariſt. 3. de part. animal. cap.* 5. *& 3. de hiſt. animal. cap.* 19. Idem ex ſententia Monæ Medici, *Theophraſtus lib. de ſudoribus, & Author libri de vtilit. reſp.* quiſquis ille fuerit, qui apud *Galenum* aliquibus poris dilatatis ſanguinem aliquando fluere docuit. Similem ſanguinis euacuationem per ſudorem anno 1547. in ſtudioſo quodam ſe vidiſſe teſtatur *Randoletius lib. de dignoſcen. morbis cap.* 11. *&* 18. Et idem de fæmina prægnante *Gregor. Horſtius p. 2. ſuar. obſeru.* 15. Mulierem item peſte affectam ſuprema corporis parte ſanguineo ſudore maduiſſe *Lycoſthenes de prodigijs*. Et de alia ſimiliter peſte laborante tradit *Agricola 2. de peſte*, cui Miſniæ in Germania per caput, & thoracem ſanguis manauit, prius quam à peſte, qua correpta erat, interiret.

16 Cuius ſanguinei ſudoris naturales cauſas aſſignat *Reies Franco, in Elyſ. iucund. quæſt. campo qu.* 86. Inter quas ex *Nicandro, & Dioſcoride* Hæmorrhois ſerpentis morſum enumerat, ob quem vndique meatibus, & poris ſanguinem effundentibus, interitus ſequitur. Quod eleganter 9. *Pharſalia expreſſit Lucanus*.

Sic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus,
Sanguis erant lacrimæ, quæcumque foramina nouit
Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ nares, ſudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt venis, totum eſt pro vulnere corpus.

17 Ex vehementiori aliqua paſſione ſanguineus ſudor emitti poteſt, ſcilicet ex ingenti timore, vel ira; Vt Alexandro Magno accidiſſe tradit *Petrus Boueſtin. in tractat. de hominis excellentia*, qui cum ardenti animi conatu in pugna aduerſus Indos decertaret, militeſque ſuos deficere animaduerteret, vſque adeo ira ſucceenſus eſt, vt ſanguinem è toto corpore exſudauerit, ac copioſè effuderit. Se audiſſe teſtatur *Ioannes Maldonatus tom. 1. in Euang. in cap. 26. nu. 38. Matthæi*, ab his, qui viderunt, Lutetiæ Pariſiorum hominem robuſtum, ac benè valentem, audita in ſe capitis ſententia, ſudore ſanguineo fuiſſe perſuſum. Alterius etiam, qui ex mortis timore in ſanguinis ſudorem repente incidit, meminit *Thuanus lib.* 11. *hiſt. & ex eo Ionſtonus in thaumatographia claſſe* 10. *ar.* 5.

18 Et cauſam cauſarum, huiuſmodi ſanguinei ſudoris in ſummo animi affectu, angore, & conatu aſſignat *Author. lib. de vtilit. reſpir. dicens*. Quoniam autem in conatu fit concluſio ſpiritus non ſolum in fiſtulis pulmonis, ſed etiam in venis, & neruis, contingit quandoque terminos venarum ex multo ſpiritu dilatari, ſpirituque exeunte trahere ſecum ſanguinem, iſque ſanguis hoc modo exiens ſpumoſus eſt propter ſpiritum ſibi admixtum, & *paulò infra*. Contingit autem poros ex multo, aut feruido ſpiritu vſque adeo dilatari, vt etiam exeat ſanguis per eos, fiatque ſudor ſanguineus.

19 Hominem ſe vidiſſe memorat *Cardanus de ſubtilitate, lib. de hominis natura* Antoninm Benzum vocatum, ex oppido portus Mauricij, annos agentem 34. pallidum, barba rara, pingui habitu, e cuius mammillis lactis tantum profluebat, vt infantem ferme lactare potuiſſet; nec ſolum effluebat, ſed impulſu ferebatur. Quod de alijs notat *Reies Franco qu.* 47. *nu.* 9.

20 Lamiſii Longobardorum regis mater, cum ſeptem vno partu filios enixa eſſet, eos

in piſcinam quandam proiecit; Verum Rex Agelmundus iter faciens, illos haſta reuoluit, vbi cum Lamiſſius haſtam firmiter teneret, ab illo nutritus eo virtutis proceſſit, vt in Regno ei ſuccederet, *Sigebert. in Chron.* Et Garzias Henricus Dux Sextus Aragonum contra Mauros, cum Vrraca vxore grauida, & partui vicina, per Nauarræ montes, & aſpera loca exercitum ducens, hoſtibus occurrens occiſus eſt. Vxorquè in vtero lancea grauiter vulnerata, inter fugiendũ quaſi mortua concidit in valle montis cuiuſdam, qui dicitur Aiuar, Quam cum Nobilis quidam Guiuara nomine, mortuam cum lacrimis intueretur, infans manum per vulnus extulit. Ille ſtatim cæſo matris ventre eduxit infantem, qui nutritus Aragonum Princeps electus fuit, *Marin. rer. hiſt. lib.* 8.

21 Traditur à Poetis, Cacum immanem fuiſſe latronem, Vulcani filium, ignes, & flammas ore vomentem, qui Boues cauda captos, inuerſis veſtigijs, cauſa tegendi furti, in ſpeluncam traxerit, *Ouid. lib.* 1. *faſt.* Polidamas athleta maximum, & ferociſſimum taurum poſterioribus pedibus prehendit, ſummaque vngula ira tenuit, vt eam taurus ſaliens in manu eius relinqueret, *Pauſan. lib.* 6. Cui ſimile quid de Aegone pugili traditur à *Theocrito*, & de Seleuco Nicanore Syriæ rege, qui taurum ſilueſtrem in Alexandri Sacrificio elapſum ſe ſe opponens, vtraque manu tenuit. At Scinis latro apud Corinthum ſummas arbores in terram complicabat, hiſque alligatos homines diſcerpebat, truncis cum magno impetu in aera laxatis. Vnde *Ouid. in metam.*

Occidit ille Scinis, magnis male viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

22 Cinecirus Athenienſis in pugna nauali contra Perſas ad Artemiſium nauem onuſtam dextera manu tenuit, ea amputata, ſiniſtram iniecit, quam & ipſam cum amiſiſſet, nauem mordicus arripuit, morſuque tenuit; teſtibus *Trogo*, *& Herodoto.* Et Iunius valens centurio Auguſti Imp. currum magna equorum vi tractum vna manu retinebat *Plin. lib.* 7. *cap.* 10.

23 Octauianum Auguſtũ apud Suetonium legimus adeo ſplendidos oculos habuiſſe, vt acrius in aliquem contuando, is quaſi ad ſolis fulgorem vultum ſubmitteret. Ac ſimil ocolorum lumine noctu cuncta vidiſſe Tiberium, poſt eundem *Suetonium cap.* 68. tradidere, *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. & *Aulus Gell. noct. atticar. cap.* 4. Quod & de Alexandro Macedone refert *Korman. de lin. amor. cap.* 1.

24 Scitas ope cuiuſdam herbæ, Pactania dictæ, duodecim dies in fame, & ſiti durare, notat *Textor. in officin. tit. de morib. populorum*, quam herbam Glycyrrhizam vocat *Matthiol. lib.* 11. *cap. vlt.* Eamque vim habere pariter Hippacem, notat *Plin. lib.* 25. *cap.*8. quapropter ea vtentes Scitę famen non ſentiunt. Alimum item herbam ſe deguſtantibus famen, & ſitim non ſinere obrepere, teſtatur *Langius tom.* 2. *epiſt.* 27.

25 Nonnulla mirabilia ex diuerſis auctoribus cumulat *Reies Franco in Elyſ. Iucund. quaſt. campo quaſt.* 36. *nu.* 8. *& ſeq.* videlicet anno Domini 1125. in pago Dullefelt, ex pueri cuiuſdam tumore aperto, loco ſanguinis aut puris, ſiliginis, & hordei grana exijſſe. Mulierem pariter memorat *Obſequens*, quæ anno Vrbis 658. Arretij integras farri ſpicas euomuit, & naribus eiecit. Nucleum ceraſi in pueri auris foramen intruſum, cum nullis remedijs extrahi potuiſſet, tandem poſt multos dies germinare cæpiſſe. Simile quid accidiſſe Ioanni Marię Bonardo, cui cum anagyridis ſemen in aurem per incuriam incidiſſet, & illud extrahere conaretur, impenſius detruſit, indè per plures menſes inflammatione, & apoſtemate exortis, non parum afflictionis ſuſtinuit, donec tandem germinante ſemine, ac germine prominente ſemen extractum eſt fructificatum iam, & ſuæ ſpeciei noua germina prodens. Paſtori cuidam axiacantham, ſiue ſpinam albam prope ventriculum enatam, quæ ſingulis annis cæterarum arborum more ſuo tempore germinabat, quod quidem mirabile conſtare affirmat ex publico Inſtrumento, & teſtimonio per Molinam Atragonis ad Ioannem Euſe-
26 bium Niercmbergium miſſo. Hinc credenda ſuadet, quæ alias fabuloſa videntur, quippe quod in mirifica naturæ maieſtate poſſibilia ſunt, quæ talia non iudicantur.

27 Salmanticæ hominem fuiſſe, ex *Brabo lib. de hydroph.* narrat idem *Reies Franco quaſt.*24.*nu.* 9 qui ex lecto, vbi iacebat, cimices omnes, & pulices mire fugabat, vt breuiſſimo ſpatio tranſacto, non lectum

tantum

tantum, ſed cubiculum deſererent: Et
ibidem nu. 7. ex Marcello Donato Antago-
ram Argiuum ex ictu ſcorpionis nullum
dolorem ſenſiſſe. Et Aethiopes, qui exa-
duerſo Merorum prope Hidaſpem flu-
nium habitant, citra vllum periculum
28 ſcorpios, & alios ſerpentes eſitare. Et
demum ex *Rhodigin. Auicennæ* teſtimoniũ
referente, fuiſſe hominem, quem ſer-
pentes fugerent, pereuntibus ſtatim. qui
ad illum appropinquaſſent Et ex Alber-
to Magno, Coloniæ Agrippinæ fuiſſe
puellam, quæ araneis toto ſuæ vitæ tem-
pore innoxie victitauit.

29 Quaſdam reperiri plantas, Mirabola-
nos dictas, quibus, ſi vera narrantur, in
longum tempus vita conſeruari poſſit, &
à ſenectutis ſquallore homo præſeruari,
tradunt, *Cardanus lib. 2. contrad. 9. tract. 5.
contrad. Langius epiſt. 29. Zacut. 4. de princip.
hiſt.* 45. Cui etiã ſimile quid Luſitanorũ
aliquę de Indijs teſtantur Hiſtoria; ſcilicet
in Enbonia inſula fontem ſcaturire, cuius
aquæ potu ſenectutis cum iuuenta ſit mu-
tatio. Idem de Lucaion flumine tradit *Pe-
trus Chieza apud Reies Franco qu. 26. nu. 7.*
vbi experientia probauit in ſene, qui
amore vitæ ductus, apud dictum flumen
lotus, & per aliquot dies ex eo potans,
virile reaſſumpſit robur, vxorem duxit,
& filios genuit.

30 Amicum ſuum, potata calcanthi drag-
ma, vnica nocte pilos albos omnes exuiſ-
ſe, & ex cigno coruum factum, ſcribit
Rhaſis lib. 25. cont. cap. 24. quod pariter
de inſigni Archiſpagirico Ioanne Monta-
no, qui ſuo elixire ſumpto, decidentibus
canis, & vnguibus è totius corporis cute,
ſenectam depoſuit, & iuuentutis florem
de nouo comparauit, narrat. *Deodatus in
Pateo Hygiaſtico lib. 1. cap.* 8. Et de Aeſo-
ne à Medea recocto cecinit *Ouid. meta-
morph.* 7.

Barba, comaque
Canitie poſita nigrum rapuere colorem
Pulſa fugit macies, abeunt pallorque, ſitusq;
Adiectoque caua ſupplentur corpore rugæ
Membraque luxuriant.

31 Danthonem quendam memorat *Valer.
Maxim. apud Reies Franco quæſt. 36. num.*
14. *ad* 500. annos vixiſſe, nullo virium
defectu labeſcentem, intra robuſtioris
ætatis florem, & ſpecimen ſemper ma-
nendo.

32 Nonnullis in vltima ætate degentibus
amiſſi dentes iterum prodire viſi ſunt. Sic
in octogenario vidit *Alex Benedict. apud
Reies Franco quæſt. 26. num.* 9. Quod, &
alteri accidiſſe, ex Alberto magno refert
Cardan. apud eundem *Reies ibid.* Et San-
cli ſamothraceno ciui, cum iam 104. an-
num attigiſſet eodem modo dentes rena-
tos fuiſſe, auctor eſt *Plin. lib. 11. cap.* 37.
Quod pluries expertam fuiſſe Comitiſſam
Diſmondiæ teſtatur *Franciſcus Baconus in
ſilua ſiluarum cent. 8. num.* 755. quæ ad
annos 140. vitam protrahens, bis, ac ter
veteres dentes, nouis ſuccedentibus mu-
tauit. Victoriæ demum Fabrianenſi fę-
minæ octogenariæ non ſolum dentes re-
natos, ſed, & capillos, qui deſluuio iam
abierant, iterum prodiere, ex eodem
Alex. Benedict. refert *Reies Franco loc. cit.*

33 De aliquibus etiam, qui anno quin-
quageſimo perſpicilijs vti coacti fuerant,
in ſeptuageſimo, vel octogeſimo, clarius
vidiſſe, atque iterum perſpicilia depoſuiſ-
ſe, pluries obſeruatum teſtatur idem
Reies Franco d. q. 26. num. 9.

34 Mirabilem caſum refert *Euſeb. p. 2. lib.
1. philoſoph. curioſa, cap. 49. & ex eo Reies
Franco quæſt. 33. num.* 16. de quodam
paupere mercenario, in Belgio ſuperiori,
qui pecuniam, quam ſuo labore acquiſi-
uerat, apud alium depoſuit, qui malo
ſpiritu ductus, vt dictam pecuniam pro-
priam faceret, prædictum mercenarium
in quodam monte necauit, ſed cadauere
poſtea reperto, ac rumore, & fama con-
tra interfectorem increbeſcente, cum ei-
dem, ad manus Curiæ deuento, falx
oſtenderetur, & an illam agnoſceret,
interrogatus fuiſſet, vbi primum mani-
bus dictam falcem tetigit, ex illa ſangui-
neus ſudor manauit. Quare perterritus
homo, & crimẽ faſſus, morti traditus fuit.

35 Binas gemellas ſorores hortulani filias
ſe vidiſſe memorat idem *Reies Franco q.
54. num.* 7. non parum facie, geſtu, &
moribus ſimiles, quæ eodem morbo eo-
dem die, & hora ægrotarunt; & tan-
dem criſi per ſudorem facta, altera die
ſimul liberatæ ſunt; iterumque ambę eo-
dem tempore, & die recidiuam fecerunt.

36 Latronem quemdam calculoſum, fur-
ca damnatum, Medicis commiſſum, vt
cauſas, & tantorum cruciatuum naturam
introſpicerent; ideoque ſectum, & pro ar-
bitrio internis omnibus neceſſarijs con-
templatis, rurſuſque exacte ſingulis ſuo
loco reſtitutis, conſutum conualuiſſe,
tradit *Paraus lib. 4. cap.* 19.

Non-

37 Nonnullos, qui toto vitæ tempore nihil vnquam biberunt, nec ſitim paſſi ſunt, ex diuerſis auctoribus, tam antiquioribus, quam recentioribus, colligit *Reies Franco, quæſt.* 58. *num.* 3.

38 Mulam, natura ſterilem, quæ lacte copioſo aliam paruam mulam, quam aſina peperat, alebat, proprijs oculis ſe vidiſſe teſtatur *Nierembergius lib. 9. hiſt. natur. cap.* 68. ſuisque manibus ab illius vberibus lac emulſiſſe.

39 Partus vndecimeſtres duodecimeſtres, tredecimeſtres, atque item quadrecimeſtres dari, & ſedecimeſtres, ex aliorũ medicorum, & S. Thomę auctoritate probat *Reies Franco q.* 90. *n.* 2. Quin ex *Alberto Grãzio* refert Schench. & ex eo *idem Reies Franco quæſt.* 55. *num.* 15. Ducis Baruch Vandali vxorem biennio prægnantem extitiſſe, eiuſque filium ſtatim poſt ortum ambulaſſe, ac loqui cæpiſſe.

40 Ex teſtimonio Crateri, fratris Antigoni Regis, tradit *Phelegon. de mirabilib. & ex eo Reies Franco quæſt.* 90. *num.* 10. extitiſſe hominem, qui ſeptennij ſpatio fuit puer, adoleſcens, vir, & ſenex, vxorem duxit, & procreata prole obijt. Cui quid ſimile narrat *Torquemada, Dial.* 1. puerum ſcilicet non ſolum barba, & dentibus natum, ſed etiam in ætate decem annorum generaſſe. Et de alio pariter annorum decem, qui nutricem impregnauit, ſe audiſſe affirmat D. Hieronymus apud *Cel. lect. antiq. lib.* 14. *cap.* 8. Quod item de alijs memorat *Reies Franco loc. cit.*

SVMMARIVM.

Ancilla ſerpentem enixa 10.
Animalia domeſtica è domibus aufugerunt. 6.
Arbor de repente nata 8.
Armorum ſtrepitus in aere 5.
Animalia voces lugubres edentia. 10.
Cirus à Cane lactatus 11.
Canum multitudo per aera, 17.
Effectus naturales contingunt dupliciter n. 2. *ſeqq.*
Effectus extra ordinem qui ſint. 3.
Equa leporem enixa, 9.
Falcones, & corui pugnantes, 23.
Fœmina cuiuſcumque ſpeciei in mares conuerſa 7.
Fons ortus caſu, & aſtu Dæmonis. 8.
Haſtæ in terram defixa frondentes. 21.
Herculis ſtatua ſudauit, 13.
Hieroſolimæ excidiũ ſigna quæ præceſſerunt, 14.
Hieronem expoſitum apes aluerunt, 11.
Homo paruulus ſicuti perdix, ratione præditus, 15.
Horatius dum eſſet puer à palumbis lauro, & mirto tectus, 27.
Imago B. M. V. ſanguinem ſudauit, 16.
Infans cum ſignis paſſionis D. N. Ieſu Chriſti, 19.
Infans in cunis Cremonæ locutus, 20.
Infans in vtero matris clamans, 7.
Infans pene editus in vterũ matris reuerſus, 9.
Locuſtarum multitudo infinita, 7.
Marco Antonio Pio laurea è Deorum ſtatuis in ſinu delapſa. 28.
Marciano Aquila vmbram parauit, 15.
Mida granum à formicis in os immiſſum, 11.
Modis ordinario, & extraordinario res producuntur. 2.
Mula partum edidit, 9.
Partus pene editus in matris vterũ reuerſus 9.
Pluuia ſanguinis aliquando viſa, 17.
Prælium inter falcones, & coruos, 23.
Prodigia è quibus procedant, 3 *& ſeq.*
Prodigia calamitoſa, 5. *& plurib. ſeqq.*
Prodigia innoxia: 7.
Prodigia felicia. 11.
Prodigia Puerorum, 24. *& ſeqq.*
Res duplici modo producuntur, 1.
Sandrochetto dormienti leo ſudorem lingua derſit, 11.
Sanguinis pluuia aliquando viſa, 17.
Sãguinis pluuia naturaliter accidere poteſt, 18.
Semiramis expoſita ab auibus alita fuit, 11.
Signa vindictam publicam clamantia. 22.
Steſicoris poeta in ore cecinit luſinia, 26.
Sudor prodigioſus, 13. *& ſeqq.*
Vites poſt vindemiam germinarunt, 15.
Zonaras vix natus riſit, 25.

CAPVT XXII.

De Prodigijs.

1 DVplicem eſſe modum, quo res producuntur, docet *Auguſt. ſuper Geneſi ad litter. lib.* 9. Vnum quidem ſecundum vſitatum naturæ curſum rebus ipſis inditum ab Authore naturæ; alium vero præter hunc naturæ curſum, quando Deus ſecundum omnipotentiam ſuam citra hunc rerum ordinem facit quid velit. Ad curſum vſitatum naturæ, ſecundum rationes ſeminales rebus inditas pertinet, vt de grano tali non naſcatur niſi tale granum; vt illa herba ſic germinet, aliter alia, illa ætas pariat; homo loqui poſſit,

ſit, pecus non poſſit &c. Horum enim, & talium modorum rationes non tantum in Deo ſunt, ſed ab illo etiam rebus creatis inditæ, ac concreatæ: & quę ita generantur dicuntur naturaliter produci. Vt vero lignū de terra exciſum, aridum, ſine radice, ſine terra, & aqua, repente germinet, floreat, & fructum ferat; vt ſterilis fæmina in ſenectute pariat; vt aſina loquatur, & ſi quid huiuſmodi reperiatur, dedit quidem Auctor naturis, quas creauit, vt ex eis, & hæc fieri poſſent, verum tamen alio modo, videlicet vt hoc non haberent in motu naturali, ſed in eo, quo ita creata eſſent, vt eorum natura voluntati potentiori amplius ſubiaceret. Ex hoc dicunt Theologi; in rerum natura alia quidem produci ſecundum naturalem rerum potentiam, vt quos res naturales ſecundum potentiam ſibi inditam ab auctore naturæ effectus ſibi ſimiles producant; alia vero ſecundum potentiam obedientialem, prout omnia ſunt in potentia obedientiali ad Deum, & de eis, ac in eis præter naturæ vſitatum ordinem producere poteſt.

2 Effectus autem naturales, in quibus naturæ auctor extraordinarie non operatur, dupliciter item contingere poſſunt, vel ſcilicet ſecundum modum ordinarium naturæ; vel ſecundum modum aliquem extraordinarium, vt quando naſcuntur monſtra, & huiuſmodi mirabilia.

3 Preterea effectus extra ordinem naturæ, vel contingere poſſunt ex mero defectu, vel exceſſu naturæ, vt ſi naſcatur homo cū vno oculo in fronte, vel cum duobus naſis, aut quatuor brachijs, & huiuſmodi; vel arte bonorum Angelorum, aut malorū, vt ſunt quandoque prodigia, portenta &c.

4 Quæ quidem prodigia, & portenta, quod non imbibant neceſſatio rationem miraculi, ſed à Dæmone etiam procedere poſſint, tenet *Auguſt. de Ciuit. Dei lib.2. cap.25.* atque etiam à cauſa naturali, *Leonardus Coquens in adnotat. ad idem cap.25.* & licet aliquando fælicitatem enuncient, vt plurimum tamen imminentis calamitatis præſignationem.

5 Siquidem de calamitatem prænunciantibus, ex alijs refert *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.2. cap.2* L. Scipione, & C. Norbano Coſſ. anno ab vrbe condita 670. viſas fuiſſe duas acies per plures dies concurrere, magnumque horrendo clamore auditum armorum ſtrepitus. Quæ portenta præſagia erant futurorum bellorum inter Syllam, & Marium. Nec ſemel ea prodigia viſa fuere, nam anno 664. ab vrbe cōdita C. Cecilio Metello; & Gn. Papirio Coſſ. armorum crepitus, & tubarum ſonitus in Cælo auditi, qui futuras portenderunt calamitates, ab eo enim tempore horribili Marte vlularunt Cimbri, & Teutones, & magnum timorem incuſſerunt Italiæ. Anno 651. ab Vrbe condita, arma cæleſtia ſpectata ab ortu, & occaſu inter ſe concurrentia pulſis, quæ ab occaſu erant, *Plin.2.cap.57.* Similis hiſtoria de hominibus armatis, ſpectatis in aere, & cohortibus concurrentibus habetur 2. *Machab. cap 5.*

6 Ante bellum ſociale, quod incidit in annum 663. Vrbis conditæ, Sexto Iulio Cæſare, & L.M. Philippo Coſſ. multa viſa prodigia teſte *Oroſ.lib.5.cap.18.* quæ late commemorat *Iulius obſequens* dicens: Omnia genera animalium, quæ manus hominum blande perpeti, atque inter homines viuere ſolita erant, relictis ſtabulis, paſcuiſque, cum balatu, hinnitu, mugituque miſerabili ad ſyluas, monteſque fugerunt. Canes quoque lacrimoſis vlulatibus vagi luporum ritu oberrarunt, quæ fere ad verbum repetit D. *Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.3. cap.23.*

7 Plura alia prodigia, ex diuerſis, cumulat idem *D. Auguſt. d. lib.3. de Ciuit. Dei cap.31.* his verbis. Omitto illa, quæ magis fuerunt mira, quam noxia, boues locutos, infantes nondum natos de vteris matrum quædam verba clamaſſe, volaſſe ſerpentes, fæminas, & gallinas, & homines, in maſculinum ſexum fuiſſe conuerſas, & cætera huiuſmodi; quæ non inferunt hominibus perniciem, ſed ſtuporem. Sed & cum pluit terra, cum pluit creta, cum lapidibus, non vt grando appellari ſolet hoc nomine, ſed omnino lapidibus. Legimus Aetneis ignibus ab ipſo montis vertice vſq; ad litus proximum decurrentibus, ita ferbuiſſe mare, vt rupes exurerentur, & pices nauium ſoluerentur. Eodem rurſus æſtu ignium tanta vi fauillæ ſcripſerunt oppleram eſſe Siciliam, vt Catanenſis vrbis tecta obruta, & oppreſſa diruerent, qua calamitate permoti, miſericorditer eiuſdem anni tributum eis relaxauere Romani. Locuſtarum etiā in Africa multitudinem prodigij ſimilem fuiſſe, cum iam eſſet Populi Romani prouincia, litteris mandauerunt, conſumptis enim fru-

fructibus, foliįſque lignorum, ingenti, atque inæſtimabili nube in mari dicunt eſſe deiectam; Qua mortua, redditaque littoribus, atque hinc aere corrupto, tantam ortam peſtilentiam dicunt, vt in ſolo Regno Maſſiniſſæ octingenta hominum millia perijſſe referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis; tunc Vticæ ex triginta millibus Iuniorum, quæ ibi erant, decem remanſiſſe confirmant. Quę omnia prolixius deſcribuntur à *Cicerone*, *Liuio*, *Plinio*, *Strabone*, *& alijs*.

8 Cum ageretur de imponendo nomine Ciuitati Athenarum, illic de repente oliuę arborem apparuiſſe, & non multo longe aquam erupiſſe, ex *Varone* memorat D. *Auguſt. de Ciuit.* Dei *lib.* 18. *cap.* 9. ſuper quo ſciſcitatus Apollo Delphicus, reſpondit, oleam Mineruam ſignificare, & aquã Neptunum, vt in poteſtate Ciuium eſſet, ex cuius nomine potius duorum Deorum, quorum ſigna illa eſſent, Ciuitas vocaretur. Conuocatis propterea ciuibus omnibus vtriuſque ſexus, mares pro Neptuno, fæminæ pro Minerua tulere ſententias. Et quia vna plus inuenta eſt fæminarum, Minerua vicit, & Ciuitas ex eius nomine appellata eſt.

9 Xerſe expeditionem in Græciam parante, equa leporem enixa, & mula, quæ incertæ naturæ partum edidit, cruenta bella, ſtrageſque, & memorandum illud excidium, quæ poſtea ſecuta ſunt, præmonſtrarunt *ex Herodotus lib.* 7. *Valer. Maxim. lib.* 1. *cap.* 6. Sagunti quoque, quo tempore Annibalis excidium paſſa eſt, inter magna, & aſſidua prodigia, ſatis conſtat, infantem è matris vtero pene editum in ipſum matris aluum reuertiſſe, *Plin. lib.* 7. *cap.* 3. *in fine*, *Eutropius de geſtis Romanorum lib.* 3. quod prodigium, quaſi diuinatio futuri eſſet, teterrimum bellum, & fatale excidium, quo ad internecionem funditus euerſa eſt, haud dubie oſtendit.

10 Syllæ quoque temporibus canes, & aliud genus animalia rugitu miſerabili lugubres voces dediſſe, quæ bellum Ciuile, & inteſtinas clades, tantumque cedis, quantum poſtea effuſum eſt, denotaſſe, tradunt *Paul. Oroſius hiſt. lib.* 5. *cap.* 17. *& Iulius obſequens prodigiorum cap.* 114. qui *cap.* 118. refert, Ancillam, quæ ſerpentem enixa eſt, Marſicum bellum portendiſſe.

11 Prodigia tamen non ſemper infauſta fuiſſe, colligit *Alex. ab Alex. Gen. dier. lib.* 2. *cap.* 31. ſiquidem Cyro Perſarum Regi, cuius late imperium valuit, cùm ab Aſtiage expoſitus, & pulſus infans foret, canem vbera præbentem, illumque à feris defendentem paſtor gregis inueniſſe traditur, quæ res futuram ipſius magnitudinem haud dubie portendere viſa eſt, *Iuſtin. lib.* 1. *& iterum lib.* 44. *Lucianus in lib. de Sacrificijs*, *& Aelianus de var. hiſt. lib.* 12. licet aliter *Herodotus lib.* 1. vbi dicit, illum fuiſſe educatum à Mitridatis Vxore nomine Cyno, græca lingua Canis, medica Sparo, nam canem medi ſpara vocant, & quod parentes ipſius, vt diuinitus videretur Perſis eorum filius fuiſſe ſeruatus, diuulgarunt à Cane Cyrũ, cũ eſſet expoſitus, fuiſſe educatũ. Hieronem Siracuſanum, quod ex ancilla editus fuerat, in ſiluis expoſitum apes cõgeſto in os melle aliquandiu aluere; qui mox omnes aſperitates ſuperuadens, tantum ingenio, & virtute valuit, vt ob multa rei militaris facinora Regnum Siracuſis, & omnia ornamenta virtutum paulò poſt aſſecutus ſit, *Iuſtin. lib.* 23. Poſtmodum præcipua, & conſtanti fide rem Romanam iuuit, vnoque tenore amicus populi Romani, & fidiſſimus cultor perpetuo manſit *Liuius* 3. *decad. lib.* 2. *&* 4. *& alibi ſæpè*. Simile quid de Sancto Ambroſio legimus, non quidem quod expoſitus fuerit, ſed quod in ipſius infantis ore examen apum conſederit, quę res diuinam viri eloquentiam præmonſtrauit. Semiramis circa Syriæ ſtagnum infans expoſita, ab auibus diu alita, & educata, magno præſagio futuræ felicitatis, quæ mox ſublata à paſtoribus, poſt varios caſus, regia coniux fieri, & latè imperitare meruit, *Diodorus Siculus lib.* 3. vbi à columbis alitam dicit. Midæ Regi Frigiæ, cum obdormiret, formicæ, quæ tritici grana in os congeſſere, diuitias, & opes immodicas illi futuras euidentiſſimis oſtentis adnotarunt, *Cicero lib.* 1. *de diuinat. Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 6. *Elian. de var. hiſt. lib.* 12. *cap.* 45. qui *animal. lib.* 13. *cap.* 1. ſcribit, Gordium ex aquilæ ſignificatione filium ſuum Midam Regem fore conieciſſe, cum ſupra caput ipſius arantis primo volaſſet, deinde totum in diem in iugo ſeſſitare non prius deſtitiſſe, quam is ad veſperam arationem dimiſiſſet. Sandrochotto, qui poſt Indorũ Rex fuit, cum Alexandro inuiſus, infeſtuſque, ſæuitiam fugiens, per vaſtas ſolitudines curis, & inſomnijs fatigatus, languente corpore iaceret afflictus, ſoluſque obdormiſceret,

leo

leo horribilis,& pertimeſcendus ſudorem dormienti lingua deterſit, quod oſtentum ex omni ſæuitia fortunæ illum emerſurum & mox imperij præpotentem deſignauit. *Iuſtin. lib.* 15. qui *lib.* 11. Gordium, dum conductis bobus agrum coleret, aues omnis generis circumuolantes ex infima fortuna ad ſummum honoris culmen portendiſſe tradit.

12 Sed vt ad infauſta prodigia redeamus. Lacedemonijs paulò antè lecticā calamitatem ſignificatio facta eſt, cum in Herculis phano arma ſonuerunt, Herculiſque ſimulachrum multo ſudore manauit. *Cicero lib.1.de diuinat.* Et *Virgil.lib.1.Georgic. propè fin.* loquens de portentis, quæ bellum Ciuile Romanorum præceſſerunt, ita cecinit.

Infandum ſiſtunt amnes,terræque dehiſcunt,
Et mæſtum illacrimat templis ebur, æraque ſudant.

Et agens de Troiano Palladio de templo à Græcis aulſo *Aeneid.lib.2.verſ.*171.

Vix poſitum Caſtris ſimulachrum, arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, ſalſuſque per artus
Sudor iit.

Et *Lucanus* de prodigijs bellorum Ciuilium, inter Iul. Cæſarem, & Gn.Pompeium.

Indigetes fleuiſſe Deos, Vrbiſque laborem
Teſtatos ſudore Lares.

13 De Hectoris ſtatua Troiæ poſita, quod arderet eius vultus, & neſcio quo martio colore vſque eo exeſtuaret, vt largo illam ſudore colliqueſcere videretur, teſtis eſt *Philoſtratus*. Et *Tit. Liu. decad.* 3. *lib.* 2. *alias* 22. ſuper acceſſu Annibalis in Italiam. Augebant *inquit* metum prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata, in Sardinia ſcuta duo ſanguine ſudaſſe, & per idē tempus Romæ ſignum Martis in via Appia ad ſimulachrum luporum ſudaſſe. *Et decade* 5. *lib.* 3. *alias* 43. Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrimauit; Orphæi, Oeagri Tracis filij, ſtatuam in Pieria continuo ſudaſſe, vbi Alexander in Macedoniam rediiſſet, teſtatur *Arrianus lib.* 2. *expedit. Alex.* quod confirmat *Plutarcus in vita Alexandri*. Ex quo item, *in vita Marci Antonij*, Prodigia antè bellum (Actiacum ſcilicet cum Octauio) hæc fuerunt. Albæ ſtatuam quandam Antonij lapideam multos dies ſudaſſe, & cum à quibuſdam ſiccaretur, non deſtitiſſe ſudorem emittere. Et demum ex D. *Auguſtino lib.* 3. *de Ciuit. Dei cap.* 11. Simulachri Apollinis fletus quatriduanus creditus fuit, indicaſſe cladem Græcorum, cum à Romanis Bello adorti fuerunt, quibus ipſe non poterat opitulari.

14 Miranda verò fuere prodigia, & portenta, quæ Hieroſolimitanum excidium ita deſignaſſe refert *Nicaph. Calliſt. Hiſt. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 4. Stella crinita, gladio perſimilis, anno toto ſupra vrbem lucere viſa eſt. Die Azimorum quodam, Aprilis menſis nono, hora quoque noctis nona, lucis ſplendor aram, & templum ipſum ita illuſtrauit, vt clara dies eſſe videretur; atque is ſplendor ad dimidiam durauit horam. Porta Vrbis ad orientem ſpectans, ex ſolido ære facta, quę propter ponderis magnitudinem vix circa crepuſculum à viginti clauſa erat viris, ferreis ſuffulta vectibus, altiſſimiſque in ſolo firmata palis, circiter horam noctis ſextam ſua ſponte viſa eſt aperiri. Ante ſolis quoque occaſum in nubibus ſublimes currus, & acies, micantes, rubeſque obſidentes apparuere. Die etiam quodam apud illos feſto, Scenopegia vocant, cum Sacerdotes noctu more ſuo ad Sacrum Miniſterium ſuum obeundum irent, fragorem, & motum quendam ſenſiſſe, ac deinceps vocem ingentem audiſſe traduntur, quæ migrandum inde eſſe denunciaret. Quarto ante bellum anno vir quidam nomine Ieſus, agreſtis admodum, & infimæ ſortis homine (cui Anani nomen erat) prognatus, cum ingens pax, & tranquilitas in vrbe eſſet, de repente in templum ingreſſus; Vox, inquit, ab oriente, Vox ab occidente, vox à quattuor ventis, vox ſuper Hieroſolimam, & ipſum templum, vox ſuper ſponſos, & ſponſas, vos ſuper omnem populum. Die autem, noctuque hæc vociferans circuibat. Quapropter nonnulli tam ingrato ſermone eius commoti, compræhenſum cum plagis mactarunt. Ille verò minimè mouebatur, nec quicquam de ſe ipſo verebatur, & verba ea iam ſibi conſueta inclamare pergebat. Quin etiam ad Romanum Præſidem adductus, cum itidem ibi verberaretur, non aliud prolocutus eſt verbum, neque etiam lacrimas emiſit, ſed miſerandum tantum in modum lamentans, ad plagam vnamquamque, Væ, Væ, Hieroſolimis exclamauit. Bos quoque azimorum die feſto ad ſacrificium in me-

dium adducta ſpectantibus omnibus agnum edidit.

15 Chriſtianorum quoque temporibus non defuere prodigia, quæ futura orbi mala portenderunt. Siquidem ſub Imperio Theodoſij, teſte *Nicephoro lib. 12. cap. 37.* primum inopinata, & inſolens Stella in Cælo Mediæ noctis tempore propè Luciferum fulgens apparuit, ad quam deinde aliarum Stellarum ingens vis aggregabatur eo modo, quo apum examen circa ducem ſuum in orbem obuoluitur. Et quæ veluti ex mutua, & violenta concuſſione ab omnibus eis emicuit lux, in vnam quandam commixta flammam euadebat, & gladij prorſus ancipitis magni, & horrendi, cum terrore quodam relucens, faciem reddebat. Quo etiam tempore refert idem *Niceph. ibid.* duo hominum corpora viſa fuere, alterum in Syria longitudinis cubitorum quinque, & palmi vnius, & alterum in Aegipto tam exiguæ breuitatis, vt perdiei eſſet ſimile; Cui tamen prudentia inerat, qualis homini formoſo competit; Sermo mentis generoſitatem ſpectandam exhibebat. Et vterque prope ad viginti quinque vixit annos. Quo tempore item Gainas Vrbem Conſtantinopolitanam diripere conſtituit, id Stella ſpeciem enſis referens portendit, teſte *eod. Niceph. lib. 13. cap. 6.* A quo plura alia portenta memorantur, *cod. lib. 13. cap. 36. & lib. 15. cap. 1.* vbi Marciano, propter ingentem ſolis ardorem in ſolo concidenti, aquila, quæ ſubmiſſis alis ex aduerſo ſoli iuxta perpendiculum volatum inſtituens, aeream que nubem, & vmbram quandam faciens, ac proinde non mediocriter refrigerans, futurum Imperium deſignauit. *Et lib. 9. cap. 2.* Iuliano Thraciam verſus procedente, vbi in eius regionis montes peruenit, poſt vindemiam vites gemmis, & vuis recentibus germinarunt, & ros ex aere in ipſum, ac eius Comites ita diffuſus eſt, vt gutta quælibet in ſagis illorum crucis formam repreſentaret. Quod prodigium ita acceperunt aliqui, vt per vuas immaturas intempeſtiuum, eius minimeque diuturnum Imperium deſignatum fuerit. Crux verò Chriſtianorum doctrinam cæleſtem eſſe, omneſque ea obſignari oportere.

16 Nouiſſimis etiam diebus prodigia multa euenere; prout ex *Iusto Lipſio* narrat *Drexellius p. 2. delict. gent. cap. 2.* apud Siche-
17 menſes in Belgio B. V. M. imaginem ſanguinem ſudaſſe. Et antequam in Ponto Bizantium ab immaniſſimis Turcis terra, marique oppugnaretur, compertum fuiſſe apud Comum, citerioris Galliæ Vrbem, vergente ad occaſum die, ingentem canum multitudinem per aera ferri; poſtque diuerſorum pecorum armenta, ſpecies peditum primò leuis armaturæ, deinde haſtatos, ſcutatoſque ſubſequi; equiteſque in turmas diuiſos ingenti instructa acie proſequutos, horis fermè tribus imaginem aduentantis exercitus præbuiſſe. Demum corpore procero immanem, & formidabilem hominem ſupra quam dici poſſit, veluti exercitus ductorem terribili æquo inſidentem proceſſiſſe, aliqua ludibria oculorum per inane apparuiſſe, donec nocte apparente viſio illa dilapſa eſt; Quæ oſtenta futurum excidium, cædem, & calamitatem, quæ poſtea ſecuta ſunt, præſignaſſe tenet *Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 3. cap. 15.* Demum ex *Cornel. Gemma lib. 2. coſmoc* tradit *Syluaticus contr. 5.* vbi de ſanguineo ſudore tractat, anno 1567. in ipſo Pentecoſtes die atri ſanguinis guttas innumeris in locis fuiſſe repertas in magna copia; anno etiam 1571. in feſto Sanctorum omnium in ditione Ebdenſi, quæ Dendan vocatur, nocte ſanguinem pluiſſe in tanta copia, vt ad quinque, vel ſex milliarium ſpatium herbæ, & veſtes in apricum expoſitæ rubro colore perfuſæ oſtenderentur. Prout alias etiam ſimilia prodigia multoties accidiſſe, *Plin. lib. 2. cap. 56. Iulius obſequens de prodigijs cap. 32. 34. 59. & alijs in locis.* De ſudore autem lignei Crucifixi in India qualibet ſexta feria, de anno, quo Sanctus Franciſcus Xauerius migrauit è vita, videatur *Pater Ioannes Ferrandi ſocietatis Ieſu in diſquiſitione reliquiaria lib. 1. cap. 4. ex verſ. ab ortodoxis autem pag. 165.* Et Saluatoris Crucifixi imaginem ligneam, quæ comam, & barbam produxerat, ſe vidiſſe refert *Delrius lib. 2. qu. 25. in fine.*

18 Quamquam quod ad pluuiam ſanguinis attinet, eam naturaliter accidere poſſe contendunt nonnulli apud *Reies Franco in in Eliſ. iucund. quaſt. campo quaſt. 86. poſt initium.* Ab exhalationibus ſcilicet, quæ ex terris rubris eleuatæ in media aeris regione condenſatæ deſcendant, & pluuiam illam ſanguinolentam cauſent.

19 Lintzij, vt ex *Bizato, epitom. mirabil. Europæ, pag. 302.* notat Delrius *diſquiſ. mag. qu. 25. in fine* dum ibi à Carolo Au-

ſtriaco

ſtriaco conuentus celebrabatur, cuidam ruſtico natus eſt infans, in quo nihil deſiderabatur, vixit dies quatuordecim, & triduo ante obitum ſudauit, atque ita ſudans extinctus eſt. In mortuo Infante ſtatim cœperunt apparere ſtigmata in manibus, pedibus, & latere, ſicut Chriſti vulnera pinguntur, in capite etiam ex ipſo cranio nata eſt Corona, vt corona ſpinea. Quod tanquam prodigium diuinum ab ipſo Cęſare miſſum eſt contemplari.

20 Anno 1117, cum plurimis prodigijs trepidaret *Italia*, inter cętera, Cræmonæ quidam infantulus in cunis iacens pannis obſitus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremq; ſuam eſcas parantem fratri ſuo maiori, qui plorando panem petierat, à corporis curis compeſcuit, aſſerens ſibi viſam Dei Genitricem Mariam ante Tribunal Chriſti ſtantem, inſtantiſſimiſque precibus, pro iudicio, quod mundo propter peccata ſua intenderat, ipſi ſupplicantem; ac poſt hæc depoſuit eloquium vſque ad tempus humanæ conditionis congruum. *Verba ſunt Dodeſchini in hiſt. relata à Martin. Delrio diſq. magic. lib. 2. q. 26. ſect. 5.*

21 Cum Carolus Magnus, anno Domini 779. cum Agolando Africano manus eſſet conſecturus, pridie in pratis, iuxta fluuium Coiam, haſtę quorumdam militum in terram defixæ ante Caſtra, mane corticibus, & frondibus decorarę inuentæ ſunt, quæ militibus, quorum fuerant, portendere martirium, quandoquidem in acie omnes ceciderunt. *Erford. cap.* 68. Et anno altero, quo idem Carolus magnus obijt, ſol obſcuratus eſt, & luna pallorem recepit; terremotus accidit, cometa exarſit, & alia dira prodigia conſpecta, & audita ſunt; Quæ *Eginardus in eius vita deſcribit his verbis*. Poſt tres
„ continuos, vitæque termino proximos
„ annos, & ſolis, & lunę creberrima de-
„ fectio, ac in ſole macula quædam atri co-
„ loris ſeptem dierum ſpatio viſa; porticus,
„ quam inter baſilicam, & regiam operoſa
„ mole conſtruxerat, die Aſcenſionis Do-
„ mini ſubita ruina vſque ad fundamentum
„ collapſa.

22 Duffus Scotorum Rex à Donealdo arcis Forenſis in Morauia præfecto, cuius amicos aliquot ob rebellionem ſtrangulari fecerat, hoſpitaliter exceptus, noctu iugulatus eſt; Cadauer extra arcem elatum, in alueo fluuij vicini ſepultum. Donealdus crimen in cubicularios reijciens, eos incautos trucidauit. Cæterum cum per ſex menſes integros triſti ſemper facie cælum nec ſolis, nec lunæ ſplendore adornaretur, ventorum procellæ, cum tonitru & fulgetris horrēdis perſtreperent, ſacrorum hominum ſententia, nefariam Duffi Regis cædis his portentis indicari, nec niſi de ſontibus ſupplicium eſſet ſumptum quietura. Rex Culenus edoctus, ſupplicationibus, & ieiunijs indictis, decreuit, ſe haud prius quieturum, quam Regis Duffi mortem in perfidos morauos diris pęnis vlciſceretur. Donealdus de Regis expeditione certior factus, ne torturis cogeretur verum fateri, clam coniuge, & domeſticis, in Noruegiam tranſmiſſurus, auxit flagitij ſuſpicionem. Ventorum flatu contrario in litus reiectus, cum quatuor ſocijs criminis ſecuri percuſſus, viſcera flammis tradita fuere, & artua per Scotiam hinc inde patibulis affixi. Duffi cadauer poſt ſextum menſem refoſſum, integrum, viuidoque colore inuentum. Eo ipſo momento cælum pulſis nubibus ſerenum factum, ſole lumine inſolito micante, vicinos quin etiam campos præter conſtitutionis naturam multa florum varietate ornatos refert *H. Boethius lib.* 11.

23 In Gallia Belgica, non longe ab vrbe Leodio, nidum ſibi falco parauerat, ouaque fouebat, quem corui loco deturbauere, ouis eius effractis, ac voratis, vt è proximo ſpectauerunt bubulci, fugientemque trepidum falconem annotarunt. Poſtridie falcones, coruique, quaſi ex toto orbe ad pugnam vocati, iſti ſeptentrionalem, illi meridionalem partem tenentes, & tamquam rationis capaces eſſent, alijs, qui cornua obſeruarent, alijs, qui media ducerent agmina, diſpoſitis, atrox, & ferociſſimum prælium in aere commiſerunt. In quo cum modo corui, modo falcones cederent, & iterum reſumptis viribus certamen inſtaurarent, totus vndique ſubiectus ager, & pennis, & cadaueribus obtectus eſt. Ad extremum victoria penes falcones fuit, qui non ſolum roſtris, ſed etiam vnguibus acerrime decertantes, coruos omnes ad internecionem deleuere. Paulò exinde interiecto tempore, cum duo de Leodienſi Eccleſia contenderent, alter à Gregorio, alter à Benedicto, qui Papatum occupauerant, electus, ambo cum copijs in

eumdẽ locum pugnaturi venerunt, quorũ alterum iuuabat Ioannes Dux Burgundiæ, alterum Leodienſis populus ſequebatur, commiſſoque inter ipſos horrendo, ac cruento prælio, tandem victor Ioannes Dux extitit, & triginta millia hominum cæcidere, *Eneaſ. ſilu. cap.* 53. *Europa.*

24 Plura item prodigia puerorum ſanctitatem, vel virtutes denotantia leguntur tam apud catholicos, quam apud Ethnicos ſcriptores. Siquidem Eliæ prophetæ pater Sobac, cum mater puerum ederet, in ſomnijs vidit viros niueis veſtibus amictos puerum ſalutare, & à matris vberibus auulſo flammas cibi loco miniſtrare. *Epiphan. in vit. prophet.* Ambroſio præſuli Mediolanenſi, quondam puero in cunis, vt refert *Paulinus Epiſcopus Nolanus*, qui eius vitam conſcripſit, examen apum circa os apparuit, magni viri, melliſluique ſermonis præſagium, *Volaterran. & Marul. lib.* 3. *cap.* 4. Libuſſa Boemorum princeps, cum Pragam vrbem conderet, per quietem vidit geminos oliuæ ramos ad aquilonarem vrbis partem diuinitus enatos, quorum ſublimitas vſque ad ſidera pertingeret. Quod, vt Dubrauio placet, Venceſlaum principem, & Adalbertum Epiſcopum portendebat, qui inter cæleſtia numina relati ſunt. Bernardi Clareuallenſis Abbatis mater, ante diem partus, viſa ſibi in ſomnijs catellum in vtero latrantem habere; Scilicet diuini verbi præconem paritura, *Marul. d. cap.* 4. Et Dominici Calaguritani mater prægnans per quietem vidiſſe fertur catulum, incenſam facem ore circumferentem, quo omnes incendio terræ conflagrarent. Prout diuina prædicatione terrarum partem multo maximam inflammauit, *Sabell. lib.* 1. *cap.* 7. *de inſigni ortu, & Marul. dicto cap.* 4.

25 Ex Ethnicis verò primus occurrit Zoroaſtres Bactrianorum Rex, qui vix natus riſiſſe dicitur, cum alij infantes iam
editi in vitam lacrimis auſpicientur, &
cerebrum ita palpitaſſe, vt impoſitam re
pelleret manum. Quod manifeſtiſſimum
magnæ, & egregiæ indolis præſagium
fuit; & ex euentu etiam apparuit; Nam
non tantum magicas artes inueniſſe, ſed &
mundi principia, ſiderumque motus diligenter
ſpectaſſe traditur à *Plinio lib.* 6.
26 *cap.* 16. *Solin. lib.* 4. In ore Steſicori poetæ
infantis cecinit luſinia, *Plin. lib.* 10. *cap.*
29. Quod & Tiſiæ Heſiodi filio accidiſſe dicitur. Quod vero de D. Ambroſio dictum eſt, etiam de Pindaro, & Platone prædicant *Pauſan. in Boet. Elian. lib.* 10. *&* 22. *Valer. max. lib.* 1. *cap.* 6. *Plin. lib.* 11. *cap.* 17.

27 Se puerũ in Apulia lauro, & mirto à palumbis tectum, vt à feris tutus eſſet, præſagium id nimirum fuiſſe innuens, quod poeta, & liricorum, armorumque ſcriptor aliquando eſſet futurus ipſemet cecinit *Horatius lib.* 3. *Ode* 4.

Me fabuloſa vulture in Appulo
Altricis extra limen Apulia
Ludo, fatigatumque ſomno
Fronde noua puerum palumbes, *Texere*
Vt tectò ab atris corpore viperis
Dormirem, & vrſis, vt premeret Sacra
Lauroque collataque mirto
Non ſine dijs animoſus infans

28 Marco Antonino Pio imperij tranquillitatem portendit laurea, e Deorum ſtatuis in ſinum eius ſpontè delapſa, dum in ciliciam ageret. Item quatuor leones ſua ſponte cicures redditi, eius manſuerudinem portenderunt. *Fulgoſ. lib.* 1. *cap.* 4. Cornelia Graccorũ mater concreto genitali nata dicitur, omine non obſcuro, quod patriç præſtaret, eam nunquam parere. Peperit enim Tiberium, & Caium Gracchos, ſeditionum auctores, *Plin. lib.* 7. *cap.* 16.

SVMMARIVM.

Arteria inciſa breui ſpatio ſanata, nu. 7.
Cicatrix in oculo mirabiliter diſcuſſa, nu. 6.
Diſſenteria de repente ſanata, nu. 10.
Epilepſia quidam ex vulneribus in capite ſanatus, nu. 3.
Epilepſia à medicamentis abſtinendo ſanatus, nu. 4.
Famina, plures vno partu parturientes, nu. 14.
Fatus mortuus reuiuiſcens, nu. 16.
Figura ob metum mortis vna nocte mutata, n. 2.
Gemelli qui eodem tempore, eaſdem affectiones patiebantur, nu. 23.
Hernioſos ſe ſimulantes, nu. 18.
Hydrope de repente ſanatus, nu. 13.
Iecoris ſectiones citra mortem, nu. 12.
Mamma cancroſa ementita, nu. 8.
Morbi frigidi, & diuturni, animi motibus ſanati, num. 21.
Paralyſi ex animi motibus qui conualuerunt, num. 20.
Paralyſim, qui quoties volebat, accerſebat, nu. 1.
Parturientes facillime, nu. 15.

Podagrici

Podagrici ob tenuem victum ſanati, *nu.* 19.
Simillimi facie, & toto corpore, *nu.* 22.
Spaſmo toto corpore affectus, repente ſanatus, *num.* 5.
Vlcera mentientes, *nu.* 9.
Vulnera inteſtinorum ſanata, *nu.* 11.
Vteri procidentia ſimulata, *nu.* 17.

CAPVT XXIII.

Referuntur Hiſtoriæ quædam.

POſt exarata ſupra proxima duo capita, nonnullas vidimus hiſtorias ad rem facientes, quas ad maiorē in definiendis miraculis cauthelam adhibendam hic adnectere placuit.

1 Tradit igitur ex Auicenna *Cælius lib.* 20.*cap.*16.& ex eo *Schench. obſeruat.medic. lib.*1.*de Paralyſi*, *fol. mihi* 91. *obſeruat.* 3. fuiſſe quendam, qui, cum vellet, corpus ſuum paralyſi oblædebat; nec à noxijs feriebatur animalibus, niſi cum ea cogeret, quæ tamen mox intermorerentur.

Idem *Schench.eodem lib.*1.*de capillis fol.*2.
2 hunc caſum admirabilem notat. Iuuenis quidam generoſus, ac nobilis, qui cum in Aula Cæſaris verſaretur, indecorè, parumque reuerenter, atque inhoneſtè ſe geſſit. Siquidem Virginis cuiuſdam, quam deperibat, pudicitiam expugnauit, quod in cætu conſeſſuque heroicarum Virginū capitale cenſeri ſolet, ac morte piandum, tametſi nulla vis illata ſit, ac puella tacito quodam conſenſu non magnopere repugnare obluctariue videretur; itaque in carcerem coniectus eſt, poſtridie plectendus capite, cum id rigide obſeruari ſoleat ne quis impune tale quiddam attentare, ac decus aulicum ſtupro, fædaue libidine contaminare audeat. Cum autem ea nocte tædio, ac merore conficeretur, ex angore mentis, conceptaque mortis formidine ita immuratus eſt, vt ſequenti die, cum pro tribunali conſiſteret, à nemine eorum, quibuſcum familiariter vixerat, nè à Cæſare quidem agnoſci potuerit: adeo illi mortis horror, vitæque deſperatio paucarum horarum ſpatio colorem, viroremque corporis ademerat, vt omnis ſpecies, formæque decor, ac venuſtas defluxiſſe appareret ſic, vt lupra, quam credi poſſet, ſquallida effecta fuerit facies, color ex fluido luridus, & cadauerosus, aſpectus horridus, indecora canities, & barba ſitu, & pædore, fædaque illuuie deformata. Quapropter vt Cæſar in illum defigit oculos, ſuppoſitium eſſe ſuſpicatus, ac fucum ſibi factum, explorari iuſſit, an ipſe eſſet, & an ementita, & adulterina canities, barbaque medicato aliquo liquamine oblita forte, ac delibuta, cum verò nihil tale ſubeſſe animaduerteret, aſpectu viri attonitus, ex vindicta in commiſerationem animum deflexit, ſatiſque pænarum dediſſe ratus, culpam illi remiſit, ac violatæ, ereptæque pudicitiæ crimen condonauit.

3 Refert *Donat.hiſt. mirabil. lib.* 2.*cap.* 4. quendam Gallum, epilepſia laborantem, cum à Gallicis Medicis curari non potuiſſet, deſcendiſſe in Italiam, dumque iter faceret in Pedemontana ditione, ab Hiſpanis, qui tunc ibidem bellantes ſtipendia merebant, pluribus vulneribus confoſſum, pręſertim in fronte, cum ingenti oſſis deperditione; ſanata poſtmodum illa parte, Parauium acceſſit, adhuc ceratum ſupergeſtans. Cumque ſingulo menſe Epilepſia corripi conſueuiſſet, poſt plures mēſes ab acceptis vulneribus in capite non fuit amplius illam expertus; Quare nullo amplius malo aduentante, in patriam rediit, ab ijs ſanitatem nactus, à quibus mortem ſe ſuſcepturum crediderat.

4 Aliam hiſtoriam, ex *Trincauella lib.* 1. *conſ.*25. refert *Schench. obſer.medic.lib.*1.*de epilepſia fol.* 116. *obſer.* 14. de puero quōdam, qui ſingulis quindecim diebus epilepticus concidebat, per affectum capitis hoc fieri præſtantiſſimis medicis exiſtimātibus; ſed quo plura pharmaca exhibuerunt, eo affectus magis creuit; itaut in 24. horis paroxiſmos haberet plures centum, & quinquaginta; proinde agnoſcentes tandem morbum non eſſe per affectum capitis, ſed per conſenſum à ventriculo, illum pharmacis exagitare deſtiterunt, & puer conualuit.

5 Idem *Schench. dicto lib.* 1. *tit. de ſpaſmo obſeru.*3. refert caſum, quem ſibi ſucceſſiſſe tradit *Cornax.lib.*2.*cap.*27.*Enchir.medici.* in perſona cuiuſdam Ciuis Viennenſis, hominis catharroſi perpetuo, ac ſubindè per interualla acertime cum podagra conflictanris, cui à pleriſque annis digitorum noduli ferè omnes ſpaſmati erant, hic fortè fortuna à rheumatiſmo quodam vniuerſali correptus, hoc modo grauiſſime laborare cæpit; diffluebant vndique per ambitum corporis materiæ catarthales ad

cutem,

cutem, & partes cuti propinquas; cutis
tandem per vniuerſum corpus per omnia
membra quaſi infarcta, ſpaſmo tonico ri-
gebat, itaut vniuerſa cutis duritiem quaſi
corticis cuiuſdam arborei adquireret, vel
potius corij peretaſſi in ligno extenſi, nul-
lum pedem, nullamque manum mouere
poterat, ſed obriguerant omnia. Spinam
denique tota, collum, & nuca, muſculi
pariter abdominis magna ex parte eo-
dem modo affecti, inflexibiliter rigebant.
Durauit ille ſpaſmus per dies, & noctes
tres, quando ſubito redijt mollities pri-
mò, ſubinde motus membris, per cutem
vapore quodam rorido prorumpente, qui
morbum quaſi criticando ſoluit.

6 Puellæ cum ex cicatrice in corneæ me-
dia ſede nata viſus impediretur, Chirur-
gus Sacchari candidi puluerem oculo ad
eam exterendam inſpergere volens, erro-
re quodam pixidem eam arripuit, in qua
ſublimati puluis continebatur, quam cum
imprudens oculo inſpergeret, tanta ſubor-
ta eſt inflammatio, vt periculum eſſet de
oculo. Ea tamen ſedata, tantum abfuit,
vt quid nocuerit, ſed potius multum pro-
fuerit, nam cicatrice pene in totum de-
terſa, remanente leui dumtaxat macula,
viſum recuperauit, *Platerus de obſeruat.
proprijs*, & ex eo *Schenck. obſeruat. medic.
lib. 1. tit. de oculis obſer. 4.*

7 Ateriam inciſam à ſe coniunctam, &
conglutinatam refert *Galen. apud Schenck.
lib. 2. tit. de arterijs fol. mihi 283. obſeruat. 1.*
his verbis. Cum Medicus, qui venam in-
ciſurus erat, brachium hominis deligaſſet,
contigit attolli velut in gibbum arteriam,
itaque hanc pro vena Medicus diuiſit. Exi-
gua ſane inciſio erat, ſanguis autem flauus
& tenuis, & feruidus ſtatim eiaculabatur,
idque cum quodam veluti ſaltu. Ac Me-
dicus, quidem, vt erat admodum iuuenis,
& operum artis parum peritus, venam ſe
inciſiſſe putabat. Ego verò, cum quodam
alio ex ijs, qui aderant Medicis, vtique
ſeniore, vbi quod accidit aduerti, præ-
paraui ex emplaſtrorum genere, quod ſan-
guinem ſupprimit medicamento, tum in-
ciſionem curioſe coniunxi, tum ſuper me-
dicamen illicò impoſui, ac ſpongiam mol-
liſſimam extrinſecus ſuper hoc deligaui.
Miranti verò, qui arteriam inciderat, in-
ſolitam noſtram in hoc caſu prouidentiam
indicauimus homini rem factam. Et poſt-
quam inciſi hominis diuerſorium exijſſe-
mus, iuſſimus, ne vel ſolueret nobis ab-
ſentibus, vel antè quartum diem id ag-
grederetur, ſed ita vt erat, deligatum ha-
beret, ſpongiam dumtaxat deſuper made-
faciens. Poſtea verò quam in quarto ſol-
uentes, planè conglutinatam inciſuram
inuenimus, rurſus idem medicamen impo-
nere iuſſimus, tum ſimili modo deligare,
nec multis poſteà diebus ſoluere. Atque
ita procurata eſt huius hominis inciſa ar-
teria.

Caſum, qui fratri ſuo accidit, narrat
Paraus lib. 24. cap. 18. apud *Schenck. obſer.*
8 *medicin. lib. 2. de mammillis fol. 307. obſer-
uat. 3.* Is, *inquit*, aliquando animaduertit
mulierculam mendicantem, quæ mam-
mam oſtendebat, velut cancroſo vlcere
obſeſſam aſpectu horribili, propter mul-
tum, & ſordidum pus, quod in ſubiectum
linteum manare videbatur. Mulierculæ
faciem, viuidumque in facie, & circum-
ſtantibus vlceræ locis colorem, totius
denique corporis colori illi conſentientē
euexiam (erat enim præpinguis, & opti-
mo corporis totius habitu) cum propius,
& diligentius eſſet contemplatus, facile
adductus eſt in ſuſpicionem latentis doli.
Coniecturam ſuam magiſtratui indicauit,
impetrauitque, vt mendicam illam ſibi
liceret in ſuas ædes deducere, quo certio-
re nota rem omnem exploraret. Denuda-
to igitur eius pectore, comperit ſub axil-
la ſpongiam imbutam liquore ex brutino
ſanguine, & lacte commixto, ſambucino
tubulo per latentia ficti cancroſi vlceris
foramina decurrente: Ergo calente aqua
mammam fouit, vdoque fotu ſibi inuicem
ſupertextas, & glutine ex bolo armeno,
oui albumine, & farina, coherentes rana-
rum nigrarum, viridium, & citrinarum
pelliculas reſoluit, hiſque reſolutis, ſu-
biectam mammam integra ſanitate fruen-
9 tem comperit. Coniecta in carcerem men-
dica faſſa eſt, ad eas fraudes ſe coactam à
mendico adultero, qui & ipſe circumpo-
ſito tibiæ liene bubulo certiſque locis,
quibus commoratus liquor ſtillaret, per-
forato, monſtruoſæ magnitudinis, & ma-
lignitatis vlcus, circumtectis vndique
ſordidato linteolo lieni appoſiti margini-
bus effingebat.

10 Annum agens decimum quartum, *Scri-
bit Brugerinus lib. 11. cap. 22. de re cibaria*,
apud *Schench. de diſent. fol. 355.* dabam
operam grammaticis Aureliæ, in via fa-
brorum; illic autumno, vt fit ſæpe nume-
ro, dyſenteria graſſari cepit, qua & nos
gra-

grauiſſime tentati, pene à medicis deploratiriacebamus, exitium enim ſuperabat opem, nullaque auxilia videbantur morbum lenire, nedum leuare. Tandem conſilio cuiuſdam anus, ſorba cruda largiſſime vorans, poſtridie vim propemodum omnem torminalem ſenſi depulſam; indeque firmata aluo, ab orco, vt ita dixerim, reuocatus, & priſtinæ valetudini reſtitutus, veriſſime expertus ſum Celſi Cornelij dictum, videlicet, temeritatem plerumque efficere in morbis, quod prudentia nequiuerit.

De vulneribus inteſtinorum curatis plu-
11 res notat Hiſtorias idem *Schench. obſeruat. medic. lib. 3. tit. de vulneribus inteſtinorum fol. 385.* vbi de Iacobi Seidelij communicatis obſeruationibus hæc habet, *obſeruat.* 9. Pertuſo, perſectoue tenui quopiam inteſtino, lethale eſt, *inquit Hippocr. Aphor.* 18. *ſect.* 6. Huic Aphoriſmo plane aduerſum, & repugnantem caſum paucis ante annis obſeruaui in ciue quodam Gryphſuualdenſi ſexagenario, cui cum diebus tribus continuis aluus obſtructa eſſet, vehementiſſimis circa vmbilicum doloribus infeſtaretur, potionem purgantem exhibui, qua prima vice nec aluum depoſuit, nec dolores quicquam remiſerunt: Eadem vero, tribus diebus exactis, repetita, & aluus laxata eſt, & dolore ſublato, tumor quidam in Epigaſtrio circa inguen dextrum erupit. Tonſor ad eum vocatus, tumorem conuenientibus remedijs maturatum ſcalpello aperuit, ex quo pus ſanguini permixtum effluxit. Octauo die poſt aperitionem tumoris, cum vlceri medicamenta mundificantia, & detergentia, lineamento excepta admoueret, potus, vna hora poſtquam ab ægro ſumptus eſſet, per vulnus emanare cæpit, tanto impetu, vt ſimul lineamentum è vulnere propelleret; ſequentibus diebus etiam panis, caro, & reliqui ſolidiores cibi, aliquo modo alterati, per idem vulnus effluxerunt. Hac re territus æger, iam plane de ſalute ſua actum eſſe cenſuit. Cum verò aliquot diebus potione ex radicibus, & herbis quibuſdam conſtringentibus, ac conſolidantibus præparata vteretur, & vulneri vlterius ſarcotica adhiberentur, primo cibus, deinde etiam potus paulatim ſubſtitit, ac vulnus intra ſex ſeptimanas integre, ac perfecte ſanatum eſt.

12 Iecoris item vulnera non ſemper eſſe lethalia, ſed abſciſſis etiam eiuſdem fibris conualuiſſe quoſdam ex pluribus hiſtorijs notat idem *Schench. eod. lib. 3. tit. de vulneris iecoris fol.* 414. vbi *obſeruat.* 2. ex *Paulo Aegineta lib. 6. cap.* 88. Multi abſceſſu in aliqua vitę neceſſaria parte oborto, præter opinionem conſanuerunt, cum & iecoris fibram, & omenti, peritoneique parte adempta, mortem non fuerint paſſi. *Et obſeru.* 3. ex *Gemma lib. 1. cap. 6. Coſmocrit.* Hiſpano Iuueni magna hepatis portiuncula per Ilei dextri vulnus exudans, contra dictum Hippocratis, præter ſpem omnem, poſt aliquot menſes, decoctis vulnerarijs, ac manuali induſtria ſaluus euaſit.

Inter miracula naturæ adſcribit idem
13 *Schench. dicto lib. 3. tit. de hidrope fol. 336. obſeruat.* 2. repentinam ſanationem cuiuſdam Trutuuein Patritij Haganonij, qui deſperato hydropi multo tempore obnoxius, domi deſidis vitæ pertæſus, & ſerena quadam die inuitatus, in vicinum hortum deduci à ſuis poſtulauit. Quo cum perueniſſet, feſſus admodum, ob languidas vires, humi ſe apricanti ſoli obuerſum proſtrauit. Laſſitudine proinde, & grato ſolis calore illectus, profundo ſomno correptus fuit. Dormienti lacertus viridis in laxatum eius ſinum irrepit, & toto eo tempore, quo ſtetit, per tumentem, nudatumque ventrem oberrat. Poſt horam expergefactus, corpus humo erigit, & dum adſurgere nititur, quidpiam in ſinu ſubſultare animaduertens, lacertum ſuſpicatur, quem velut homini amicum, & innoxium ſaluum dimittit. Ab eoque tempore hydropicus tumor omnis citra vlla alia remedia intra paucos dies ſubſedit, & diſpatuit.

De fæminis, quæ plures infantes vno
14 partu ediderunt, admirandas hiſtorias nectit idem *Schench. obſeruat. medicin. lib. 4. tit. de Partu, fol 583. & ſeq.* vbi, ex Alberto Magno, Mulier quædam in Germania configuratis, conformatiſque iam in vtero duorum, & viginti infantium corpuſculis abortum fecit. Helionora Saluiata Bartholomei Friſcobaldi florentini ciuis vxor, duos, & quinquaginta liberos enixa eſt, nunquam pauciores tribus vno partu. Ex *Iacobo Capello* in fragmentis, Mater Matthiæ Golanceuij Epiſcopi Vladiſlauienſis duodecim filios vno partu edidiſſe tradit, ex *Cromero lib.* 11. Margaritam Hermanini Comitis Hennerbergiæ vxorem tercētum ſexaginta quin-

que

que filios vno partu enixam teſtari Epitaphium ad modum hiſtoriæ in Ciuitate Laudunenſi tradit idem *Schench. dicto fol.* 584. ibidem ad litteram exaratum, qui omnes à Guidone Suffraganeo Traiectenſi baptizati fuere in duabus ex ære peluis, omnibus maſculis Ioannis, & fæminis Eliſabeth nomine impoſito. Machtildem Comitiſſam ab Hennemberg filiam florentij IV. Batauini Comitis, ſororem Gulielmi Regis Rom. ſub Federico Secundo Imperatore, mille quingentos quatuordecim pueros ſimul genuiſſe, qui in Malduio ab Othone Traiectenſi Epiſcopo auunculo ſacra aqua luſtrari fuere, & poſt mortui, ex *Auentino lib.* 7. *Annal.* Quos 300. tantum fuiſſe ait *Cuſpinianus*.

De facilè parturientibus videatur idem
15 *Schench. dicto lib.* 4. *eod. tit. de Partu*, vbi
ex *Ariſt. lib. de mirab. Auſcult.* Peculiare
eſt liguſticorum genti, quod mulieres
opus facientes pariunt, lotoque infantulo, ad ſarculum mox, foſſionemque redeunt, ac alia obeunt munia, puerperis minime vſitata. Et ex *eod. Ariſt. lib* 2. *cap.* 25. In Liguria, & Illirico mulieres tã patientes laborum ſunt, vt poſt puerperium minime decumbant, pregnanteſque inter opus, enixos pueros domum referre tradant, quos non peperiſſe, ſed inueniſſe credas. In ſpecie, ſeu potius in indiuiduo, ex *Cal. lib.* 18. *cap.* 12. refert, Cum vir quidam Maſſilienſis mercede conduxiſſet viros, & mulieres, qui agrum ſuum foderent, cæpit vna ex conductis fæminis ſentire dolorem partus, relicto opere pauliſper abijt extra agrum, emiſſoque fætu redijt ad laborem, ne mercedi quid decerperetur, at cum Dominus agri videret, quod penſum difficulter ſolueret laboris, neſciens quid ei accidiſſet, interrogauit quid illi eſſet, cognita cauſa, numerauit illi pretium, iuſſitque abire. Illa autem, ſumpto puero, lauit illum aqua fontis; & inuolutum panniculis, incolumen domum portauit.

Sequentem caſum de fætu mortuo in
16 partu, poſt ſemihoram reuiuiſcente, nar-
rat *Iacob Horſtius* apud eumdem *Schench.* *cit. tit. de Partu fol.* 387. *obſeru.* 6. Quod ſcilicet eius vxor, quæ alias facile, & fæliciter pariebat, cum nouam prolem paritura eſſet, alio vocata obſtetrice, poſt aliquot horas conuocatis alijs obſtetricibus, vix agones parturiendi redibant, multoque difficilius pariebat mortuam filiolam; ad quam viſendam cum mulieres ipſum vocaſſent, miſeram infantem mortuam, hinc & inde liuidam intuetur; nihilominus poſt ſemihoram à partu iubet lauari maluatico, & aqua calefactis, & ab obſtetrice de eodem maluatico, cum puluere quodam admixto, in faciem infantis mortuæ inſpuere; quo facto, ſtatim infantula clamauit reuiuiſcens, ſubditque fuiſſe ætatis annorum nouem, quando id ſcriptis tradidit.

Hiſtoriam de vteri procidentiam ſimu-
17 lante, apud eumdem *Schench. dicto lib.* 4.
tit. de vteri procidentia, *fol.* 461. *obſer.* 9.
tradit *Paræus lib.* 24. *cap.* 18. his verbis. Non ita pridem proſtituti pudoris mendica lutetianis pauperum curatoribus ſe obtulit, rogans vt in album pauperum ſtipendioſorum referretur, ſibi enim ex laborioſo, & difficili partu vterum procidiſſe, nec aliquid opere facere poſſe, vndè victum compararet. Tum illi eam de more à Chirurgis ei muneri deſtinatis probari, & examinari iuſſerunt. Hi re tota eius luſtrata, & cognita, fraudem ſubeſſe renunciarunt. Veſicam namque bubulam inſpirato flatu ſemiplenam, & turpi ſanguine oblitam ceruicis extremo, ad quod ſpongiolam attexuerat, in vteri ſui ceruicem intruſerat, mox enim vteri ſollita, & humida eluuie diſſecta, & turgente ſpongiola bubulam veſicam propendentem ſtabiliri ſic, vt ſine prolapſionis metu facilis inceſſus eſſet, nec niſi ſumma vi reuelli poſſet. Ob hæc vafragmenta in carcerem coniecta eſt, & loris à carnifice
18 operta, in exilium relegata. Subdens
ibidem, non abſimilem eſſe eorum technam, qui ſcitè appoſito inguini ventre ouilloſo, hernioſos ſe ſimulant.

Scribit D. Hieronymus aduerſus Ioui-
nianum, quoſdam morbo articulari, &
podagræ humoribus laborantes, proſcri-
19 ptione bonorum ad ſimplicem menſam, &
pauperes cibos redactos, conualuiſſe.
Quod in indiuiduo confirmat *Franciſcus Alexander Vercellenſis* apud *Schench. obſeru. medic. lib.* 5. *tit. de Arthridite. fol.* 681. *obſeru.* 2. de quodam Franciſco Pechio prædiuite, qui quinquangenarius podagricus, & diuturnè eiuſmodi morbi cruciatibus oppreſſus, cum Marchione quodam clàm fuiſſet in ærgaſtulum coniectus, vxore, vnico libero, omnibuſque alijs vita functum arbitrantibus, tranſacto vigeſimo anno, à Gallis in eam arcem irruen-

irruentibus, incolumis iuuentus fuit, miroque Vercellenſium ſpectaculo, nulla articulari læſione, enſe accinctus, & nullo innixus baculo, viſus fuit incedere; omnemque ex tenui victu, à carceris cuſtodibus indicto, podagræ noxam effugit. Cui ſimilem caſum, *ibidem* addit de quodam ciue Landisbergenſe, qui prædiues, ſummo luxu delicijs, & otio affluens, podagram ſibi accerſiuerat; tãdem ad extremam egeſtatem redactus, vini, aliorumque carentia, victu pro pauperis conditione frugali inſtituto, podagram hoſpitium mutare coegit.

De pluribus, qui ex contracta ira de re-
20 pente à paraliſi conualuerunt, videatur *Gaſpar. à Reies Franco in eliſ. iucund. quæſt. campo quæſt.* 89. *à num.* 20. vbi anno 1588. in expugnatione vrbis Niort, in agro Pictauienſi, quidam Ciuis Ludouicus de la Riuiere, ibidem à tribus annis paraliticus in lecto affixus, cum nocte quadam concurſum ex ſtrepitu armorum circa ſecundam noctis horam percepiſſet, & hoſtem in vrbem intrare intelligeret è veſtigio, vt cum ciuibus ſuis pugnaret, & pro patria occumberet, ex lecto proſilijt, & cum reliquis ſe in hoſtes proiecit, à quo tempore ſanus impoſterum vixit. Conſtat ſiquidem, per animi affectus ita totum corpus affici, vt repentina alteratione humores etiam impacti, & craſſi à ſua ſede moueantur. Quod licet omnes animi paſſiones efficere valeant, in metu, & ira multo magis promptius contingit, vt in illo, qui ignis metu paraliſim, & actuum torporem excuſſit. Sed & in ira ad ſimilem effectum cauſandam maiorem vim ineſſe citra dubium credi poteſt, cum maxima, & vehementiſſima ſit illa animi commotio, quam efferueſcentia iuxta cor parit, qua humor bilioſus in toto corpore commouetur, & accenditur, vnde accidit, vt præ tenuitate, & qualitate ſua calida, & ſicca protinus per totum corpus effundatur, ac neruos calefaciat, eorumque obſtructiones reſeret, & eadem vi, & qualitatibus cauſam paraliſis coniunctam attenuet, & commoueat, frigidamque, & humidam illius intemperiem corrigat, & craſſitiem fundat, & liquet. Ira enim ex magno furore, & ira vehementi cum aliqui paralitici excandeſcerent, ſubito morbum diſcuſſum, & in optimum ſalutis ſtatum deueniſſe compertum eſt. Sic militem quemdam generoſum, ac militiæ prę-fectum, maximum ex iracundia, quam aduerſus militem concepit, beneficium in brachio paralitico expertum fuiſſe, narrat *Horſtius lib* 3. *obſeru.* 8.

21 Nec Paraliſim tantum, ſed quoſcumque alios frigidos, & diuturnos morbos per iram mederi, ac corrigi poſſe tenent Medici. Sic virum ſummè podagricum in ipſo paroxiſmo iniurioſis verbis affectũ, maxima iracundia commotum, de lecto ſurrexiſſe, tradit idem *Horſtius*, doloribus adeo ſopitis, vt longum poſt tempus recidiuam non pateretur. Alios etiam podagricos timore à priſtino, & antiquo morbo liberatos, alios inſperato nuncio perculſos eamdem fortunam habuiſſe veris hiſtorijs adducit *Fabritius Hildanus cent.* 1. *obſer.* 79. Sicuti ſe nobiliſſimam fæminam quartana laborantem nouiſſe ait *Reies Franco quæſt.* 71. *num.* 10. quæ nuptias longius, quam par erat, remorantes, ægre ferens, cum pater tandem elocaſſet, & nuptui tradere decreuiſſet, audito à patre deſiderato hoc nuncio eadem die, qua febris inuaſionem expectabat, tanta ſubito correpta eſt, & commota animi alacritate, vt febrem à ſe expelleret, nec deinceps viderit.

22 Sit demum pro complemento huius tertiæ partis ſimilitudo, quam inter plures contra ordinem naturæ obſeruatam, ex *diuerſis* notat *Reies Franco quæſt.* 54. *nu.* 7. *& ſeq.* ſcilicet inter Seruilios geminos, quorum alter ab altero dignoſci non poterat, *Plin. lib.* 7. *cap.* 12. Quod de Menechmi geminis quoque refert Plautus, adeo fuiſſe ſimiles, vt nec nutrix, nec mater, quæ pepererat, illos dignoſceret. Mirum etiam, quod de Rege Antiocho narrat *Solinus*, Atteon quendam, ex Syriacha plebe, ſic Regi emula facie fuiſſe, vt Laodice vxor Regia, hoc obiecto populari, tamdiu diſſimulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitratis Regni ſucceſſor ordinaretur. Similemque etiam vultus æqualitatem in Gn. Pompeio, & humili loco nato Vibio adnotatam fuiſſe ait. Quorum pariter meminere *Maiolus*, *& Valer. Maxim. lib. vlt.* Quibus ſimilia ſunt, quæ de Geruaſio, & Protaſio, tradit *Marulus*. Plures item hiſtoriæ leguntur apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 567. *à num.* 4. *ad* 6 t. Celebris tamen eſt illa ſimilitudo, quam narrat *Plinius dicto cap.* 12. de duobus pueris, altero in Aſia, altero trans Alpes nato, quos Toranius M. Antonio, iam trium-

Pp uiro,

uito, forma eximios, & per omnia ſimillimos, vt geminos, caro admodum pretio vendidit, ac propterea ad iudicium delatus, reſpondit diuerſarum gentium natalia tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem.

At ſuper omnes hiſtorias admiranda eſt illa, quam refert *Henricus Stephanus* de Martino Guerra, & Arnoldo Tillio, forma, & oris lineamentis adeo ſimilibus, vt Martino in militiam profecto, Tillius Martini vxorem circumuenerit, atque aliquot annis coniugali quaſi conſuetudine cum illa verſatus fuerit, omnibus formæ ingenti ſimilitudine deceptis. Quam Hiſtoriam pluribus refert *Toloſan. in adnotat. Coraſij*, de qua etiam *Gregor. in Syntagm. iuris lib. 86. cap. 6. num. 7.* De Gerardo, & Medardo Gallis habetur apud *Fulgoſ. lib. 1.* vno die, vno partu editos, vna die ambos Epiſcopatum adeptos, vna defunctos, vna in ſanctorum numero adſcriptos. In quorum laudem Maiolus ita cecinit.

Vna dies peperit, mitra dedit altera, mortem
Altera, & in ſanctos lectus vterque fuit.
Felices fratres, quorum communis origo
Vita, corona, obitus, gloria, feſta dies
Quin cõmunis erat mens, & cor, dicite, ſed vos
Corde vno poſſint corpora bina regi.

23 Præterea augetur admiratio ex hiſtoria, quam tradi ab Alberto Magno notat *Reies Franco d. quæſt. 54. num. 9.* de duobus Geminis, non ſolum adeo ſimillimis, vt dignoſci nullo modo poſſent, verum etiam geſtus ijdem, animi affectiones eædem, eadem vox, & loquela, nunquam ſoli ſeorſim, ſed ſimul ſemper, nec ſeparati paululum, quin & in ægritudinem eamdem incidebat, ab eadem vterque ſurgebat. Cui quid ſimile ſe vidiſſe ait idem *Reies Franco loc. cit.* in duabus Gemellis filiabus cuiuſdam hortulani, quæ facie, geſtu & moribus ſimiles, eodem morbo, eodem die, & hora ægrotarunt, & tandem eadem criſi per ſudorem facta, altera die ſimul liberatæ ſunt, & quod maiori dignum admiratione dicit, iterum ambæ eodem tempore, & die recidiuam fecerunt.

SVMMARIVM.

Apparitiones vtrum inferant miraculum, numer. 28. vel teſtimonium ſanctitatis, numer. 14.

Apparens alteri in ſomnijs vtrum habendus pro ſancto, num. 16.

Deus non communicat gratias gratis datas homini ratione carenti, num. 7.

Cordium penetratio eſt ſolius Dei, num. 11. eorumque ſecretorum reuelatio, num. 12.

Deus præuenit aliquando opera Diaboli, n. 25.

Deus non permittit, quempiam illudi in inuocatione ſanctorum num. 26.

De diuina voluntate, quod aliquis pro Sancto honoretur, conſtare debet, num. 33.

Dæmon intima ſecreta, quando reuelare poſſit, num. 13. & quando eidem attribuenda reuelatio, num. 14.

Dæmon facere nequit, vt loquens propria lingua, à pluribus diuerſarum nationum intelligatur, num. 20.

Donum linguarum, quando importet teſtimonium ſanctitatis, num. 18.

Effectus plures difficile eſt iudicare, vtrum à Deo manauerint, num. 1.

Extaſes voluntariæ nunquam à Deo procedunt, num. 17.

Gratia diſcretionis ſpirituum non datur niſi in virtute prouectis, num. 22.

Gratia ſermonum poteſt dupliciter conſiderari, & quando accipienda pro ſanctitatis teſtimonio, num. 23.

Gratiæ gratis datæ, quandoque dantur in ſignũ ſanctitatis, num. 2. De ſe non præſtant motiuum iudicandi eſſe à Deo, num. 3. conſiderari non debent in abſtracto, num. 4. quando iudicandæ ſint in teſtimonium ſanctitatis, num. 5. 10.

Loquens propria lingua, ſi à pluribus diuerſarum nationum intelligatur, eſt miraculum, n. 19. & in ſignum ſanctitatis, num. 21.

Inuocatio eſt de ratione miraculi, numer. 24. Plurium ſanctorum, quid operetur, numer. 27.

Mirabilia non habentur in conſideratione in cauſis canonizationum, num. 31.

Miracula in teſtimonium ſanctitatis non ſufficiunt pro canonizatione, num. 30.

Miracula in propria perſona ſunt ſigna ſanctitatis, num. 29.

Morientes, niſi ſancte vixerint, non fiunt ſancti in vltimo vitæ periodo, num. 8.

Prædictio alias naturalis poteſt eſſe ſupernaturalis, num. 9. miraculoſa excludit ſupernaturalitatem, num. 6.

Prodigia non habentur in conſideratione in materia canonizationum, num. 31.

Somnia quando ſint Deo, vel Dæmoni tribuenda, num. 15.

Viſiones) quando ſint in teſtimonium ſan-
Voces de Cælo) ctitatis, num. 14.

CA-

CAPVT XXIV.

Quando gratiæ gratis datæ meritis ſeruorum Dei ſint tribuendæ.

EX hucuſque dictis hac tertia parte colligitur, effectus, qui gratijs à Deo gra-
1 tis datis tribui ſolent, poſſe quandoque naturaliter accidere, quandoque à Dæmone; pluresque effectus huiuſmodi, ſecundum ſe conſideratos iudicare difficile, vtrum naturaliter, an à Deo manauerint, vel à Dæmone, vt liquet ex dictis hac *ead. part. 3. cap. 1. à num. 44. & per totum.*

Notandum præterea, gratias ipſas gratis datas, licet de ſui natura in aliorum dentur vtilitatem, D. *Thom. 1. 2. quæſt. 111. art. 3.* ad meritum tamen quandoque re-
2 cipientis adſcribi. Quod inconcuſſe catholica tenet Eccleſia ſpiritu ſancto edocta, prout conſtat ex litteris canonizationum, Sancti Ricardi Epiſcopi Ciceſtrenſis, Sancti Thomæ Aquinatis, & S. Brigittæ *Bullar. nou. tom. 1.* ibi. Hæc glorioſa vidua per gratiam Spiritus Sancti promeruit, multis eorum cogitationes, & affectiones intimas, & geſta ſecretiſſima propalare, & reuelationes, ac viſiones varias videre, & audire, ac ſpiritu prophetico multa prædicere. Et Sancti Raimundi de Pegnafort, *Bullar. tom. 2.* ibi, Deus, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, dedit ei gratiã curationum, ac ſanctitatem eius in virtute Spiritus Sancti, per ſigna, & prodigia cũ in eius vita, tum poſt obitum manifeſtauit.

3 Quæ quidem gratiæ gratis datæ, quia ſecundum ſe nullum prorſus motiuum præſtant, affirmandi, quod in aliorum vtilitatem tantum, vel ad meritum, & intuitu meritorum illas obtinentis collatæ ſint. Sicuti è contra tale motiuum colligi poteſt ex meritis illas recipientis, ſi videlicet talia ſint, quæ dignum, & imitabile præſtent exemplum in Eccleſia militanti.

4 Propterea in vtroque caſu, videlicet, diſcernendi præſtigioſa à ſupernaturalibus, vel ſupernaturalia mere gratuita, à meritorijs, conſiderari non debent huiuſmodi dona, gratiæ, & effectus, ſecundum ſe in abſtracto, ſed in hoc, vel illo ſubiecto in concreto; quibus poſitis.

5 Regula generaliter eſt firmanda in noſtra Canonizationum materia; quotieſcumque plene conſtat de operibus pietatis, & de virtutibus in gradu heroico, atque innocentia vitæ illius ſerui Dei, de quo talia prædicantur, nempe, gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, interpretatio ſermonum, non ſolum excludi quodcumque diabolicum præſtigiũ, quia non eſt participatio iuſtitiæ cum iniquitate, neque ſocietas luci ad tenebras, neque conuentio Chriſti ad Belial. 2. *Cor. 6. 14.* ſed vti vera dona Dei habenda, eidemque ſeruo Dei, non in aliorum vtilitatem tantum, ſed intuitu meritorum ipſius, & in teſtimonium eiuſdem ſanctitatis à Deo collata; prout infertur ex ſupracitatis litteris Canonizationum, Sanctæ Brigittæ, & Sancti Raymundi de Pegnafort.

Vt autem à generalibus ad ſingularia procedamus, quod attinet ad Prophetiam, ſeu prædictionem, cum illam tripliciter diuiſerimus ſupra *hac ead. p. 3 cap. 1. num. 5.* ſcilicet in diuinam, diabolicam, & naturalem. Hancque ſubdiuiſerimus in mor-
6 boſam, & experimentalem, ſi agatur de morboſa prædictione, indubitatum eſt, à ſupernaturali fonte deriuare non poſſe, quia hæc non accidit niſi in morientibus, phreneticis, & melancholicis, ſeu delirantibus, cum melancholia definiatur, delirium, ſeu imaginationis, & ratiocinationis deprauatio cum timore, & meſtitia, *Sennert. pract. lib. 1. par. 2. cap. 8. de*
7 *melancholia.* Videretur enim, & eſſet contra conceptum infinitæ ſapientiæ, quod ſupernaturales gratias communicaret homini, rationis vſu carenti, ad effectum, illũ ponendi in exemplum in Eccleſia militan-
8 ti. Morientes verò, niſi ſanctè vixerint, in ipſo mortis articulo ſancti fieri nequeunt, quia qualis vita, finis ita, facit *gloſſ. in verbo congrue, in cap. reperiuntur, de pæn. di. 3.*

Aliter dicendum de prædictione futurorum euentuum, ſtudio, vel experimento quæſita, quam ex aſtris, elementis, meteoris, planctis, brutis, & phyſiogno-
9 mia comparari notauimus, *d. cap. 1. à num. 36.* Hæc enim quandoque poteſt non ex naturalibus cauſis manare, ſed vel per diuinam reuelationem haberi, vel ex diabolico præſtigio; quando videlicet dari contingat in ſubiecto tali ſtudio, vel experimento carente. Quo caſu vtendum eſt ſu-
10 prapoſita regula, ſcilicet recurrendum ad mores, & qualitates prædicentis, ſi enim conſtat de eiuſdem heroicis virtutibus, & innocentia vitæ, dicendum eſt, prædicentem diuinitus edoctum, non ſolum in aliorum vtilitatem, ſed etiam ad

ſui meritũ, ciuſque ſanctitatem propalan-
dam;alias temerariũ eſſet iudicium,ad tra-
dita per *Farin.q.36.n.*128.Si vero nõ con-
ſtat de innocentia vitę prędicentis, poterit
quidem gratia prædictionis cenſeri à Deo
data in aliorum vtilitatem, non autem ad
ſui meritum,iuxta communem Theologo-
rum, & Canoniſtarum conſenſum, quod
miracula fieri poſſunt à malis.Si vero præ-
dicens ſit malis moribus imbutus, nec ap-
pareat de aliquo ſpirituali fructu,valde ti-
mendum eſt de diabolico præſtigio.
11 Cordium penetratio ſolius eſt Dei 3.
Reg. 8.36. 2.*Paralip.*6.30. *Pſal.*7.10.prout
Eccleſia canit in hymno, Scrutator alme
12 cordium; Ac proindè non poteſt quis
aliorum ſecreta propalare citra diuinam
reuelationem, vel in ipſius meritorum, &
ſanctitatis teſtimonium,vel in aliorum vti-
litatem. Quæ tamen intelligenda ſunt
iuxta ea, quæ diximus ſupra hac *ead. p.* 3.
13 *cap.* 1. *à num.* 44. Quod videlicet etſi ſe-
cretas cogitationes intra cor permanentes
Dæmon penetrare nequeat, ſi tamen co-
gitationes huiuſmodi, vultus, aut mem-
bri alicuius motu, aut mutatione, vel alio
extrinſeco ſigno prodantur, illas depre-
14 hendere poteſt; maxime vero quas ipſe
ſuggeſſit. Vnde ſi quiſpiam, cuius mores
forraſſe non ſint irreprehenſibiles, aliorũ
interna citra ſpiritualem fructum reuela-
uerit, à Diabolico præſtigio non erit im-
munis, ex notatis *d.num.*44.

Eadem generalis regula tenenda eſt
circa viſiones, apparitiones, voces de cælo
auditas, & ſimilia,quodvidelicet niſi con-
ſtet de ſpirituali profectu,non ſint Deo tri-
buenda;neque in teſtimonium meritorum,
& ſanctitatis illas patientis, niſi conſtet de
eiuſdem virtutibus, & innocentia vitæ.

De ſomnijs diximus ſupra hac *ead. p.*
3. *cap.* 3. *num.* 2. diuidi in naturalia, di-
uina, & diabolica; ſubdentes *num.* 11.
ex Martin. Delr. diſquiſ. magic. lib. 4. *cap.*
15 3 *ſect.* 6. quando non conſtat, ex anima-
li, vel corporali cauſa naſci potuiſſe, ſi
dubitetur vtrum à Deo ſint, vel à Dia-
bolo, tutius eſſe, ſi vt à Dæmone immiſ-
ſa contemnantur; Quia ſolet Deus, quan-
do ſomnium mittit, ſimul hominem red-
dere certum, ſomnium à ſe profectum, &
cælitus immiſſum fuiſſe. Idem pariter
habendum iudicium, de ſomniorum in-
terpretatione, quod videlicet ſi conſtat
de virtutibus, & innocentia vitæ ſomnia
interpretantis, dicenda ſit interpretatio à
Deo reuelata in teſtimonium eius merito-
16 rum, & ſanctitatis; Et fortius ſi quiſpiam
in ſomnijs alijs appareat, prout legitur de
S. Nicolao Mirhæ Antiſtite, cuius ho-
dierna die, qua hæc ſcribo, ſolemnitas
feſtiua recolitur, qui per quietem Impe-
ratori viſibiliter apparens, cum à ſenten-
tia tres innocentes decollandi deterruit
Petr. de Natal. ad diem. 6. *Decembris*.
17 Extaſes diuinæ qualiter à non diuinis
diſtinguantur,diximusſupra *hac ead.p.3.cap.*
*4.n.*31.*& ſeqq.*vbi notauimus Extaſes, ſeu
mentis alienationes,quando ſunt volunta-
riæ, nunquam à Deo procedere.
18 Circa donum linguarum, de quo dixi-
mus ſupra hac *ead.p.3.cap.6.*iuxta ſuperius
repetitam generalem regulam, quando
conſtat de virtutibus, & innocentia vitæ
pluribus linguis loquentis, huiuſmodi do-
num iudicandum eſt,non in aliorum vtili-
tatem tantùm, ſed etiam in teſtimonium
meritorum, & ſanctitatis eius, cui datur.
19 Notandum vero, quod aliquis propria
lingua naturali prædicans, à pluribus di-
uerſarum nationum intelligatur, hoc niſi
20 per miraculum fieri poſſe. Quia licet poſ-
ſit Dæmon, mutare ſonum verborum in
auribus audientis, itaut verba latinè,
italicè, vel hiſpanicè &c. prolata, grecè,
germanicè, vel gallicè &c. intelligantur;
hoc tamen in pluribus diuerſorum idio-
matum inter ſe paſſibus aliquot diſtan-
tium, eodem tempore, perficere non po-
terit, cum ſit finitæ potentiæ, & in vno
tantum loco, eodem tempore queat ope-
rari, iuxta doctrinam *D. Thom.* 1. *p. qu.*
21 52. *ar.* 2. Ex quo infertur, huiuſmodi
donum, quod quis proprio ſuo naturali
idiomate loquens, à pluribus diuerſarum
linguarum intelligatur, habendum pro
vero miraculo & in teſtimonium merito-
rum, & ſanctitatis illius, cui datur, licèt
contingat etiam in aliorum vtilitatem.
22 Quod & de gratia diſcretionis ſpirituum
eſt dicendum; cum niſi in virtute prouе-
ctis à Deo concedi ſoleat, vt vidimus ſu-
pra, hac *ead. p.* 3. *cap.* 5.
23 Gratia ſermonum poteſt dupliciter
conſiderari, vel ſcilicet quatenus mens
illuminatur, ad intelligendum, & expo-
nendum quęcumque ſunt in ſermonibus
obſcura, ſiuè propter difficultatem re-
rũ ſignificatarũ, ſiuè propter ipſas voces,
quæ proferuntur, ignotas, ſiuè etiam
propter ſimilitudines rerum ſignificata-
rum, iuxta doctrinam D. *Thom.* 2. 2. *qu.*
167.*ar.*

176. ar. 2. ad. 4. vel quatenus inſtruitur
intellectus, vt aliquis ita loquatur, quod
auditores ad audiendũ alliciantur, ament
ea, quæ verbis ſignificantur, atque ad
ea flectantur. In vtroque tamen capite,
quando agitur de conuerſione peccato-
rum, ſicut habet rationem gratiæ gratis
datæ, ſic poteſt eſſe in teſtimonium me-
ritorum, & ſanctitatis eius, cui confer-
tur; Perfectius tamen in primo, quam in
vltimo, quia quando inſtruitur quis, ad
efficaciter loquendum, Spiritus Sanctus
vtitur eius lingua, quaſi quodam Inſtru-
mento, ipſe verò interius in corde audien-
tis opera perficit *D.Th.2.2.q.177.ar.1.c.* In
primo vero capite mens ipſa illuminatur,
& perficitur, ſicuti accidit ipſi Diuo Tho-
mæ, teſte fratre Regiualdo de eiuſdem
confeſſione, quod in ſacris litteris plus ab
oratione, quam ex ſtudio profecerit.

Quod attinet ad miracula, de illorum
probatione plenè dicemus infra, *p. 4. cap.
15. & ſeqq.* vbi etiam verum pro Sancto-
rum Canonizatione ſufficiant miracula in
vita, vel poſt mortem tantum.

24 Interim circa miracula poſt mortem,
ad illa diſtinguenda à diabolicis præſti-
gijs, recurrendum eſt ad inuocationem,
ſi enim conſtat de inuocatione ipſius Dei,
vel B. M. V. aut alicuius ſancti, vel ſerui
Dei, etiam non canonizati, vel Beati de-
clarati, & de inſtantanea ad eam ſecuta
ſanatione, factum iudicandum eſt mira-
25 culoſum. Quod probatur ex eo, quia li-
cet Deus quandoque præueniat opera
Diaboli, vt patet 1. *Reg.* 28. vbi Saule
tentante ſuſcitationem Samuelis per Py-
toniſſam, Samuel verè ſuſcitatus fuit à
Deo, teſte *D. Auguſt. lib. 2. qu. ad Simplic.*
» *qu. 3. tom.* 4. vbi, non eſt, *inquit* abſur-
» dum credere ex aliqua diſpenſatione diui-
» næ voluntatis permiſſum fuiſſe, vt non
» inuitus, nec dominante, aut ſubiugante
» magica potentia, ſed volens, atque ob-
» temperans occultæ diſpenſationi Dei,
» quæ, & Pytoniſſam illam, & Saulem la-
» tebat, conſentiret Spiritus Prophetæ San-
» cti ſe oſtendi aſpectibus Regis, diuina
eum ſententia percuſſurus. & 4. *Reg.* 1.
Conſultatio Demonum ab Ochozia Rege
Iſrael tentata, nuncijs ad Beelzebub
Deum Acchaton miſſis, præuenta fuit ab
Elia propheta, qui mortem ei ſcire cu-
26 pienti prędixit. Nunquam tamen per-
mitteret Deus, vt eius opem, & miſeri-
cordiam, vel immediate, vel mediate per
inuocationem interceſſionis B. M. V. vel
Sanctorum, aut aliorum Seruorum Dei,
quos grandium meritorum apud ipſum
extitiſſe credit inuocãns, diabolico præ-
ſtigio illuderetur, Textus eſt apertus
Luc. 11. dicente domino. Quis ex vobis
patrem petit panem, nunquid lapidem
dabit illi? Aut piſcem, nunquid pro piſce
ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum,
nunquid porriget ei ſcorpionem?
27 Quod ſi miraculoſum effectum præceſ-
ſerit plurium Seruorum Dei, vel Sancto-
rum inuocatio, non per hoc perdit ratio-
nem miraculi, ſed non magis vni, quam
alteri tribuenda eſt impetratio, per text.
in l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tut.
28 Ex apparitionibus verò Sanctorum,
vel Seruorum Dei, de quibu agit *Rocc.
de Can. ſanct. cap.* 14. *& ſeqq.* nihil con-
cludens, verum probetur miraculoſa ſani-
tas, inde ſecuta? videndum eſt, verũ corpo-
ris ſanitatem comitetur ſanitas animæ; &
præſertim ſi exinde ſequatur humilitas, &
obedientia; quia niſi conſtet de profectu
ſpirituali, non eſt ita de facili adſcribendũ
miraculo. Cum Angelus Sathanæ ſe quan-
doque transformet in Angelum lucis.
29 Quo verò ad miracula in vita, hæc
contingere poſſunt, vt ſparſim notaui-
mus ſupra, vel in propria, vel in aliorum
perſona, vtroque tamen caſu, conſtito de
operibus pietatis, de virtutibus, & innocẽ-
tia vitæ, poſſunt habere rationẽ teſtimonij
ſanctitatis eius, cui accidunt, vel qui patra
uit. Quatenus vero hæc non probarentur, ſi
conſtat de aliquo ſpirituali profectu, habe-
bunt rationẽ gratiæ gratis datæ; ſin minus
attribuenda eſſent diabolico præſtigio.
30 De mirabilibus, & prodigijs, non eſt
nobis aliquid addendum, quia mirabilia
non attenduntur in materia Canonizatio-
num, cum non excedant limites naturæ
creatæ; & per conſequens aduerſantur
his, quæ dicemus infra, videlicet illa tan-
tũ facere pro Canonizatione, quæ cogunt
humanum intellectum fateri, aliquid
factum ſupra vires totius naturæ creatæ.
31 Sicuti neque attenduntur prodigia, quia
hæc de ſui natura directa ſunt, ad prędnun-
ciandũ aliquid futurum, vt vidimus ſupra
hac *ead p.3.cap.22.nu.24.* Ac proinde non
ſunt apta præbere teſtimonium de ſancti-
tate vita, & meritis alicuius, quia teſtimo-
nia nõ dantur de futuris, ſed de præteritis.
32 Hæc noſtra doctrina, quod quotieſcũ-
que conſtat de operibus pietatis, de acti-
bus

bus virtutum, & innocentiæ vitæ cuiuſpiam ſerui Dei, de quo prædicantur dona gratuita, & gratia virtutum, & miraculorum, non ſolum excludi quodcumque diabolicum præſtigium, ſed vti vera dona Dei tenenda, & eidem ſeruo Dei, non in aliorum vtilitatem tantum, ſed intuitu meritorum ipſius, & in teſtimonium intrinſecæ Sanctitatis à Deo collata, vera eſt, & à nemine in dubium reuocanda, ob auctoritates adductas ſupra *nu.* 2.

33 Veruntamen, licèt virtutes, & miracula in vita ſint ſigna, & in teſtimonium ſanctitatis in prædictis caſibus, non ſunt tamen pro Canonizatione ſufficientia; quia, vt notauimus ſupra, *p.* 1. *cap.* 2. *nu.* 27. & dicemus infra *p.* 4. *cap.* 7. & *alibi*, pro Canonizatione Sanctorum non ſufficit Eccleſiæ militanti, vt conſtet de ſanctitate illius ſerui Dei, qui petitur Canonizari, ſed vltra teſtimonium ſanctitatis, requiritur etiam teſtimonium diuinæ voluntatis, quod eidem ſeruo Dei tribuatur cultus, & honor in Eccleſia militanti. Quod quia eſt principale fundamentum eorum, quæ dicemus *p.* 4. *cap.* 7. *& ſeqq.* vltra ea, quæ ibi notabimus, hic eſt ſolidis argumentis, & Eccleſia auctoritate probandũ.

Sint igitur inter alia, quæ poſſent adduci, pro argumentis exempla Glorioſiſſimæ Matris Dei Mariæ ſemper Virginis, & S. Michaelis Archangeli. Quod enim nouis auguſti noctu nix partem collis exquilini contexerit, non fuit patratum huiuſmodi miraculum à Deo in teſtimonium Sanctitatis eiuſdem Glorioſiſſimæ Virginis, ſed in teſtimonium diuinæ voluntatis, quod in eodem loco ipſi Glorioſiſſimæ Virgini per dedicationem Eccleſiæ ſpecialis honor tribueretur. Sic etiam quod in vertice Gargani montis retorta ſagitta recideret in ipſum ſagittarium, qui vt taurum configeret eandem in illum emiſerat ſagittam, non fuit hoc patratum à Deo, ad oſtendendam Sanctitatem S. Michaelis Archangeli, ſed in teſtimonium diuinę voluntatis, quod inibi cultus ipſi Deo in eiuſdem Archangeli, & Angelorum memoriam adhiberetur. Sicut igitur Sanctitas Glorioſiſſimæ Virginis Matris Dei Mariæ, ſemper vbique adhoranda, non fuit principale, nec ſufficiens motiuum pro eiuſdem ſpeciali cultu per dedicationem Templi in exquilino colle, nec Sanctitas Diui Michaelis Archangeli, ſatis fuit, vt eidem prædictus ſpecialis honor in Gargano monte daretur, niſi teſtimonia ſupradictorum miraculorum acceſſiſſent, ſic neque Sanctitas ſeruorum Dei, etiam diuinis teſtimonijs probata, ſufficit, vt ijſdem duliæ cultus in Eccleſia Militanti detur, niſi noua diuinæ voluntatis accedant teſtimonia. Validiſſimum enim in iure eſt argumentum de loco ad perſonam. *l.* 2. §. *offidius, ff. ne quis eum qui, cap. peruenit, & cap. Eccleſia de immun. Eccleſ. cum cæteris adductis per Euerar. in topic. legal. loc.* 41. Huiuſmodi verò teſtimonia sũt miracula poſt mortem, vt videbimus *p.* 4.

Pro auctoritate verò ſint Apoſtolicæ litteræ Canonizationum S. Franciſci de Aſſiſio, S. Ludouici Galliarum Regis, & S. Petri de Morolo in Pontificatu Celeſtini Quinti. In prima enim ſic habetur §. 6. *Bull. nou. tom.* 1. *fol. mihi* 52. ſane licet eius vita, tam ſancta, tam ſtrenua, & præclara ſibi ſufficeret, ad obtinendum conſortium Eccleſiæ triumphantis; quia tamen militans, quæ ſolummodò videt in facie, non præſumit de his, quæ de ſui foro non ſunt, auctoritate propria iudicare, vt illos pro vita tantum honorandos aſſumat, omnipotens, & miſericors Deus, de cuius munere venit, quod prædictus famulus Chriſti dignè ſibi, & laudabiliter deſeruiuit, tantam lucernam abſconſam ſub modio remanere non patiens, ſed eam volens ſuper candelabrum collocare, his qui ſunt in domo luminis ſolatium prębituram, vitam eius ſibi fuiſſe acceptam, & ipſius memoriam eſſe in militante Eccleſia venerandam, multis, & præclaris miraculis declarauit. In 2. §. 26. *Bullar. to.* 1. *fol. mihi* 144. ſic legitur, Noluit Altiſſimi filius, quem idem tota mentis affectione dilexerat, tam deuoti Principis, tantique propugnatoris fidei orthodoxæ mundo ſupprimi ſanctitatem, vt quemadmodum meritorum pluralitate præfulſerat, ſic miraculorum diuerſitate clareſceret, & qui eum pleniſſima deuotione coluerat, iam ſecum in cæleſti Palatio collocatus, venerabiliter coleretur. In 3. demum, §. 14. *Bull. tom. item* 1. *fol. mihi* 152. Et quia multum conueniens erat, quod ille, quẽ Deus in mente perfuderat tot, & tantis chariſmatibus gratiarum, clarus mundo, coleoduſque diuinæ virtutis teſtimonijs appareret. Ex quibus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Catholicæ auctoritatibus, plene, ac concludenter probata remanet noſtra ſententia.

DE

DE CANONIZATIONE SANCTORVM
PARS QVARTA.

EXplicatis terminis virtutum, & quæ illis opponuntur, vitiorum, gratiarum item, quæ gratis datæ dicuntur, cæteriſque, quorum cognitio ad inquirendum ſuper virtutibus, & miraculis prærequiri videtur, reliquum eſt, vt ad eorum diſcuſſionem, quæ in enucleandis huiuſmodi virtutibus, & miraculis pro Canonizatione Sanctorum, ad ius pertinent, accedamus.

SVMMARIVM.

Canonizationum cauſæ ſunt partim contentioſæ, & partim non contentioſæ, num. 1.

Canonizationum pars non contentioſa pendet ab inſpiratione ſpiritus ſancti, nu. 2. & 5.

Canonizationum in cauſis tractatur de mirabilibus Dei, nu. 14.

Canonizationum in cauſis poteſt incidere præiudicium ſedis Apoſtolicæ, num. 17.

Canonizationum cauſæ in quibus ab alijs differunt, num. 21. & ſequentib. vbi quod non debet neceſſario intercedere ſententia d. nu. 21. Examinantur Teſtes in quocumque effrenato numero. nu. 22. nona ſemper conceditur remiſſoria, n. 23. numquam expirat inſtantia, num. 24. Teſtes omnes accedere debent ad locum examinis n. 25.

Cauſæ Canonizationum æquiparantur criminalibus, n. 9. ſunt de maioribus, quæ in Eccleſia tractari poſſint nu. 10. à ſolo Papa definiri poſſunt. n. 11. Earum introductio habet vim admiſſionis denunciationis nu. 16.

Cauſæ ciuiles graues, & arduæ æquiparantur criminalibus, nu. 15.

Conuerſio peccatoris eſt opus ſolius Dei, nu. 6.

Deus non vult omnes iuſtos Canonizari, n. 4.

Diligentiæ præcedentes Canonizationem non ſunt ſuperfluæ nu. 8.

Inquiſitiones ſuper virtutibus, & miraculis, quare præmittendæ ad Canonizationem n. 8.

Iudiciorum duo ſunt genera, num. 18.

Iudicium dari ex æquitate, & iudicare ex bono, & æquo, differunt, nu. 20.

Prædicatio verbi Dei qualiter ſit neceſſaria ad conuerſionem peccatoris, nu. 7.

Probationis nomine venit vera, & legitima probatio, nu. 13.

Quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege, numer. 3.

Sententiam dare ſuper re dubia eſt valde inconueniens, num. 12.

CAPVT I.

De natura cauſarum Canonizationum, & ad quod genus iudiciorum pertineant?

1 CAnonizationum cauſas eſſe pro parte contentioſas, & pro parte non contentioſas, conſtat ex ipſa methodo, illas pertractandi, licet nemo, quem viderim, hucuſque id expreſſe adnotauerit. Pars contentioſa eſt, quę habetur in Cæremoniali Leonis X. *lib. 1. cap. 6. à princ. vſque ad verſ. Et poſt hæc* & prout refertur à nobis infra *par. 5. cap. 1. à princ. vſque ad numer. 9.* Et quæ traditur in nouiſſimis Decretis Vrbani Papæ Octaui, quæ pariter regiſtrabimus *par. 5. cap. 2.* In quibus ſtatuitur forma procedendi in Sacrorum Rituum Congregatione, ab ipſa introductione cauſæ vſque ad vltimum decretum, quo reſcribitur, Cauſam eſſe in ſtatu, & terminis, vt quandocumque Sanctiſſimo placuerit, ad ſolemnem Canonizationem deueniri poſſit. Dicitur contentioſa, quia ſuper omnibus articulis, & dubijs proceditur in forma iudicij contentioſi, ſeruatis ſeruandis, & audito in omnibus Domino fidei Promotore in Vrbe,

Digitized by Google

be, & Subpromore ab ipſo deputato, vel Promotore fiſcali in Partibus.

Pars vero non contentioſa, quæ vocari poteſt definitiua, eſt, de qua in Cæremoniali Leonis X. à *verſ. Fit poſt hęc publicum Conſiſtorium, vſque ad fin.* & prout refertur à nobis *d. cap. 1. à num. 9. pariter vſque ad finem*, vbi non diſcutitur amplius ſuper meritis cauſarum in forma iudicij contentioſi, ſed habitis pro legitimè probatis ijs, quæ in Sacrorum Rituum Congregatione, & coram Sanctiſſimo ſuper virtutibus, & miraculis, firmata fuerunt, in publicis Conſiſtorijs imploratur diuina clementia, & illuminatio Spiritus ſancti, quatenus in ſummi Pontificis, S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum, quorum Conſilio Sanctitas ſuas in tāto negotio ſit vſura, mentibus inſpirare dignetur ea, quæ diuiuitati ſuæ ſunt placitura; neque Eccleſiam ſuam Sanctam in re tanti ponderis errare permittat; poſtea quilibet votum ſuum præfert, deliberatur dies ſolemnis Canonizationis, & ſtatuuntur Cæremoniæ in ipſa ſolemnitate ſeruandæ, cæteraque ad illam magnificentius celebrandam, & tandem in die Canonizationis emanat definitiuum decretum à ſummo Pontifice.

2 Porrò quod attinet ad hanc partem non contentioſam, ſeu definitiuam, qualiter, & quando præmiſſis, completis, & adimpletis omnibus in Sacrorum Rituum Congregatione præmittendis, & adimplendis, Papa moueri poſſit, vel debeat ad canonizandum, ſeu, in Album ſanctorum referendum aliquem Dei Seruum, definiendo per ſententiam ex Cathedra, eidem Seruo Dei, vti ſancto, in Eccleſia militanti cultum, & venerationem deberi, non cadit ſub humanis legibus, cum pendeat à ſola inſpiratione Spiritus Sancti, diuidentis, & diſtribuentis ſingulis prout vult.

3 Quæ enim Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, *19. q. 2. duę ſunt, cap. licet de regular. Abb. conſ. 11. num. 2. p. 1.* & nemo ea nouit niſi Spiritus Dei *1. Cor. 2. 11. & 2. Cor. cap. 3.* Quis enim rationem reddere valet, cur Dominus Matthiam, nulla prærogatiua cognominis inſignitum, ad Apoſtolatum elegerit, & non potius Ioſephum, qui tanquam omnibus, & ſingulis virtutibus inſignitus cognominabatur iuſtus, *Act. 1. 24.* & alia infinita, quæ adduci poſſent exempla, ex quibus hoc vnum valet inferri, non eſſe noſtrum, noſce tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate *Act. 1. 7.* Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus, *Eccl. 3. 22.* cum incomprehenſibilia ſint iudicia eius, & inueſtigabiles viæ

4 eius, *Rom. 11.* & ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria, *Prou. 25.* & ſicut Deus non vult omnes iuſtos decorare priuilegio, & honore Canonizationis in Eccleſia militanti Clem. VI. in ſermone vltimo de Canonizatione Sancti Iuonis Britannici, relato à Baptiſta Epiſcopo Ventimilienſi in ſuo tractatu de Canonizatione S. Bonauenturæ, & ex his *Luc. Caſtellin. de certitud. glor. ſanct. cap. 8. punct. 22.* ſic etiam

5 probatis virtutibus, & miraculis alicuius ſerui Dei, ſibi reſeruauit ſtatuere tempus, quando per ſolemnem Canonizationem eiuſdem ſerui Dei manifeſtentur opera, eique in Eccleſia militanti cultus, & veneratio tribuatur.

De hoc exemplum præbeat Beata Rita de Caſſia, inter cuius mirabilia narratur, quod occiſo eius coniuge, impetrauit à Domino, vt duos eius filios, antequam de nece patris vindictam ſumerent, mors præueniret, ſicque orbata marito, ac filijs, omnibuſque deſpecta, toties ab Angelis in Monaſterium delata fuit, quoties moniales eam expellerent. Poſt mortem vero iam à quatuor ſæculis vſque in præſens eius ſacrum corpus octauo die ante feſtum incipit paulatim eleuari, itaut in die Natalis eius cernatur duobus palmis eleuatū in aere, deinde paulatim deſcendit, & octauo poſt feſtū die in priori ſitu ſe collocat. Et tamē hucuſque nō conſtat, voluiſſe Deum, vt pro Sancta colatur ab Eccleſia vniuerſali.

Contra quod male obijceretur, fruſtra tot diligentias adhiberi in examinandis virtutibus, & miraculis canonizandorum ſi tandem vltimus actus Canonizationis dependeat à ſola inſpiratione Spiritus Sācti. Sicuti à pari male obijceretur, fruſtraneam eſſe prædicationem Euangelij pro conuerſione infidelium, & peccatorū ex eo qnia conuerſio peccatoris eſt opus ſolius Dei, cum peccator non poſſit, niſi diuino auxilio adiutus, ſe ad Deum conuertere, *gloſſ. in cap. conuertimini de pœn. d. 1.* & Deus abſque prædicatione Euangelij poſſit totum mundum adſe conuertere. Quo tamen non obſtante Chriſtus Dominus

nus præcipiendo præcepit, prædicari Euãgelium omni creaturæ, *Marc. vlt.* & qualiter prædicandum ſit, inſinuat nobis *Paul.*
7 *Apoſt. 2. ad Tim. 4.* dicens, Prædica verbũ, inſta, opportunè, importunè, argue, obſerua, increpa, in omni patientia, & doctrina. Quod cedit in confuſionem eorum, qui veniunt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, & in ſublimitate ſermonis; contra *Apoſt. 1. ad Cor. 2.* Et parum eſſet, ſi ſtarent in ſublimitate ſermonis, niſi quandoque aniles fabulas admiſcerent, & concionem ſcenico more recitarent. Videatur hac de re D. *Antonius de Padua ſerm. 2. Domin. V. poſt Trinit.* ſuper illa verba, Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus, in verbo autem tuo laxabo rete, *Luc. 5.* niſi, *inquit*, in verbo gratiæ ſupernæ, ideſt interioris inſpirationis, laxata fuerint inſtrumenta prædicationis, fruſtra prædicator vocis ſuæ iaculum mittit, quia fides populorum ſuorum non in ſapientia verbi compoſiti, ſed diuinæ vocis munere prouenit. O vana præſumptio, ò humilitas fructuoſa. Qui nihil ante cæperat, magnã in verbo Chriſti concludit multitudinem piſcium. In verbo autem tuo, non meo, laxabo rete, quaſi dicat; quotieſcumque in verbo meo laxaui, nihil cæpi, etſi cæpi, non piſcem, ſed ranam loquacem cæpi, quæ me laudaret, & nihil hoc fuit. In verbo autem Chriſti laxat rete, qui nihil ſibi, ſed totum illi attribuit, qui ſecundum quod prędicat, viuit. Quod ſi fecerit, comprehendet piſcium multitudinem copioſam Ad rem noſtram reuertentes, ſicuti non obſtante quod iuſtificatio impij ſit opus ſolius Dei, tangentis cor hominis per illuminationem Spiritus Sancti. *Trid. ſeſſ. 6. de iuſtif. cap. 5.* vult tamen Deus prædicari Euangelium, quia illius prædicatio plurimum iuuat, ad inducendum in viam, *Clement. 1. de magis.* dum peccatores diuinæ iuſtitiæ timore concuſſi vertuntur ad Dominum clamantes, Conuerte nos Domine
8 ad te *Hierem. in fin. orationis, & cap. 31.* Sic etiam, licet ipſe vltimus actus Canonizationis, quo ſummus Pontifex Dei Vicarius, præmiſſis ad Deum precibus, refert Canonizatum in Album Sanctorum, definiendo ex Cathedra, eidem Canonizato deberi cultum, & venerationem in Eccleſia militanti, ſit à ſola illuminatione Spiritus Sancti, non eſt tamen fruſtraneum, ſed omnino neceſſarium, ſupradictas inquiſitiones in eadem Eccleſia militanti præmitti, quia ſine ipſis non habemus certum motiuũ recurrendi ſuper hoc ad Deũ; Illis autem præmiſſis, mouemur, & diſponimur ad rogandum Deum, vt dignetur nobis oſtendere, quæ circa venerationem ſerui Dei, in quo multam gloriam ab ipſo factam humano modo conſtat, ſit eius voluntas bona, beneplacens, & perfecta, *Ad Roman. 12. 2.* Verum ad eliminandam omnem fruſtraneitatem, ſufficiat antiquiſſima conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, *ad textum in cap. dilecti de arbitr.*

9 Quod attinet ad partem contentioſam, cauſas canonizationum, ob earum grauitatem, æquiparari criminalibus cauſis, tradit *Iacobus Caſtellan. in ſuo tract. de Canon. Sanct. quæſt. 7. principali*, §. *quid ſi in caſu, verſ. in contrarium*, Quem ſecuti ſunt, *Scacc. de not. & ſign. Sanct. Sect. 11. cap. 5. verſ. ex proceſſibus verò. Contelor. de Canon. Sanct. cap. 18. nu. 24.* vbi tamen, *nu. 25.* defendere conatur, in iure non parificari probationem in cauſa Canonizationis, & probationem in cauſa criminali, ſed parificari probationi in cauſa ciuili, licet cum maxima diligentia procedatur *cap. venerabili, de teſtim. Panuin. in relat. S. Bonauenturæ p. 2. ar. 4. poſt princ.* cum in cauſis Canonizationum non agatur de præiudicio certæ, vel incertæ perſonæ, vel de præiudicio animæ, vel fidei.

At meo iudicio labitur Contelorus, & qui eum ſequuntur, quia cautius eſt, vt probationes in cauſis Canonizationum parificentur probationibus cauſarum cri-
10 minalium, quam ciuilium, & moueor primò, quia Canonizationum cauſæ ſunt de maioribus, quæ in Eccleſia Catholica tractari poſſint *Gloſſ. in cap. audiuimus, de reliq. & vener. Sanctor. Troil. Maluet. de Canon. Sanct. dub. 2. nu. 6. Iacob. Caſtellan. eod. tract. quæſt. 2. principali, verſ. Tertio gloſſ. notab. Idem Contelor. cap. 4. nu. 6. & cap. 9. nu. 1.* Quæ proinde neque à Concilio prouinciali, vel generali; neque à Cardinalibus, etiam de latere legatis, neque à
11 Collegio Cardinaliũ ſede vacãte, & multo minus à Patriarchis, Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, ſed à ſolo Summo Põtifice definiri poſſunt, & ad ipſum deferẽdæ, *tex. in d. cap. audiuimus, Maluet. d. dub. 2. à princ. vſque ad. num. 5. Iacob. Caſtellan. quæſt. 5. princ.* ferè *per tot. Angel. Rocca de Canon. Sanct. cap. 4.* vbi tamen affirmat, de Concilio generali, quod alij negant, *Scacch. de not.*

de not. & ſign. ſanct. punct. 16. nu. 39. idem Contelor. à cap. 4. vſque ad 9. Non decet autem, vt in ſupremo omnium ſenatu detur votum certum ſuper re non plenè, & concludenter probata, *tex. in cap. graue*,
12 ibi, Graue ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa detur ſententia, *11. quæſt. 3. & cap. habuiſſe, iunct. gloſſ. in verb. ambi-*
13 *guiſ. 33. di.* Etenim nomine probationis venit vera probatio, *Bart. in l. Lucius Titius ff. de cond. & dem. & in l. ait prætor, §. 1. circa fin. ff. de re iud.* concludens ſcilicet, & quæ non debet eſſe per poſſibile, ſed per neceſſe, *l. ad probationem. la 2. & ibi Bart. C. de probat.* in ciuilibus autem non requiruntur probationes omnino concludentes, & luce meridiana clariores, vt in criminalibus *Farinacc. quæſt. 86. nu. 71.*

14 Moueor ſecundò, quia in cauſis Canonizationum tractatur de operibus, & mirabilibus Dei, nempè de virtutibus à principio ſupernaturali in ſubſtantia, & in modo, & de miraculis, Dei autem perfecta ſunt opera, *Deuter. 32. 4.* Ac proindè ad ea probanda, noſtro Deus non indiget ſupplemento, *Pſal. 15. 1. Actor. 17. 25.*

15 Moueor tertiò, quia etiam in cauſis ciuilibus, grauibus, & ardnis, probatio de iure parificatur probationi cauſarum Criminalium, *Bald. in l. parentes C. de teſti. Andr. Barbat. conſ. 3. vol. 2.* vbi qnod cauſa ciuilis dicitur ardua, quando quæſtio eſt omnium, vel maioris partis bonorum, *idem Bald. in cap. ad noſtram, de probat.* vbi quod in cauſa ciuili ardua infamis infamia facti in totum repellitur à teſtimonio. *Iaſ. in l. plerique. n. 15. ff. de in ius voc.*

Moucor quartò ex tarditate, & maturitate ſeruanda, pro introductione huiuſmodi cauſarum in Sac. Rituum Congregatione. Quia videtur valde inconueniens, quod pro admittenda denuncia-
16 tione de fama ſanctitatis, cuius vim habet introductio, requiratur tanta maturitas, & circumſpectio, itaut non adhibeatur fides niſi ſolis Regibus, Principibus, & alijs publicis, & authenticis perſonis, totalem fidem merentibus; Etad probandum virtutes, & miracula, ex quibus elicitur Sanctitas, ſufficianr leuiores, & non concludentes probationes; argumento à minori ad maius, quod eſt in Iure validiſſimum *auth. multo magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Euerar. in topic. legal. loco 65.*

17 Nec verificatur, quod in cauſis Canonizationnm non agatur de alicuius præiudicio, quia verè, & realiter agitur de præiudicio Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, Conſultorum, ac tanti Tribunalis, ſi in dando iudicia ſuper virtutibus, & miraculis, vanis, & falſis figmentis deciperentur. *Iacob. Caſtellan. quæſt. 7. principal. verſ. ſexto apponitur.* Quapropter *tex. in cap. venerabili de teſti.* voluit in receptione teſtium in cauſa Canonizationis eam diligentiam adhiberi, quæ adhibetur in alijs cauſis, & maiorem, propter maius periculum, vt ibi *gloſſ. in verbo, cum ea diligentia.*

Pro complemento huius noſtræ doctrinæ, quod Canonizatio Sanctorum ſit pro parte contentioſa, aduertendum eſt, ob nouiſſima decreta non ſuſtineri amplius ſententiam *Iacobi Caſtellan. quæſt. 8. propè fin. verſ. ſed Canonizatio.* Quod Canonizatio non ſit actus iudicialis, ſed potius extraiudicialis, quaſi non concurrant ea, de quibus *in cap. forus, verſ. inomni de verb. ſignif.* Quia contrarium eſt verius, cum ex diſpoſitione eorumdem decretorum in omnibus, & ſingulis actibus in, Vrbe citari debeat fidei Promotor, & in Partibus Subpromotor fidei in proceſſibus remiſſoriaribus, & Promotor fiſcalis in proceſſibus auctoritate ordinaria. Sicuti nō verificatur, quod addit ibidem *Caſtellan.* Canonizationem eſſe quamdam executionem officij ipſius ſuperioris, qui vtitur iure ſuo, & ex officio non ad partis alicuius inſtantiam. Quia conſtat conrrarium, cum Papa nunquam deueniat ad Canonizationem ex officio, ſed ad Poſtulatorum replicatas inſtanrias, vt habetur in Cæremoniali Leonis X. & in iiſdem decretis.

Circa ſecundam partem dubij, videlicet ad quod iudiciorum genus pertineant Canonizationum cauſæ? Poſita diuiſione *Calu. in lex. iur. verb. Iudicis officium*, quod
18 nempe iudiciorum duo ſint genera, vnum generale, & latè patens, quod latiſſimum appellat *Vlpianus in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* comprehenditque tam officium nobile, quam mercenarium. Aliud ſpeciale, cum nulla obligatio, actiouè data eſt, vel oritur ex negocio, quod tamen dari æquū
19 eſt. Ad hoc vltimum iudiciorum genus ſpectare videntur, itaut non ſit iudicium neceſſarium, ſed ſolum ex æquitate, quatenus opera Dei reuelare honorificum eſt. *Tob. 12. 7.*

Ex hoc

Ex hoc autem, quod in cauſis Canonizationum non ex neceſſitate, ſed tan-
20 tum ex æquitate iudicium detur, errauerunt fortaſſe, qui dixerunt, in huiuſmodi cauſis procedi ex æquo, & bono. Aliud eſt enim, iudicium dari ex æquitate, non ex neceſſitate, & aliud in iudicio procedi de bono, & æquo. Hoc enim vltimum importat modum, & formam procedendi, quatenus æquitas differt à iure in eo, quia ius eſt deciſio, quæ fit ſecundum iuris regulas, æquitas vero eſt quoddam temperamentum, recedens ex cauſa à cõmunibus regulis iuris. *Bartol. in l. 1. ff. de leg. Abb. in cap. ex parte de tranſact. & in cap. 2. de re iud.* At iudicium dari ex æquitate, importat quandam conuenientiam in iudice, interponendi iudicium, quatenus interpelletur, vt colligitur *ex Calu. in lex. iur. verbo æquitas*, quod eſt valde notabile.

21 Differunt cauſæ Canonizationum ab alijs cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus, primò quia in huiuſmodi cauſis non tenetur ſedes Apoſtolica procedere ad ſententiam, ſicuti tenentur iudices in omnibus alijs cauſis. *Amed. de ſynd. verſ. An, & quando officiales teneantur de negligentia num. 69. & ſeqq.* & ratio eſt, quia in cauſis ciuilibus, & criminalibus, iudicium datur inter partes, quarũ ſi vna cõdemnatur, abſoluitur alia. In cauſis autem canonizationum non intrat abſolutio, vel condemnatio; Ac proinde ſi deducta non probantur, nulla eſt neceſſitas, procedendi ad abſolutionem, & condemnandi partem in expenſis, & per conſequens poteſt ſilere iudicium.

22 Differunt ſecundo in hoc, quod in huiuſmodi cauſis teſtes in quocumque effrenato numero poſſunt examinari, contra diſpoſitionem *Textus in l. 1. S. fin. in fin. ff. de teſti.* Quia non currit ratio *ibidem* adducta, ne ſcilicet ad vexandam partem ſuperflua multitudo teſtium protrahatur, cum in cauſis Canonizationum nulla pars ex multitudine teſtium grauari poſſit, quinimò ipſi Poſtulatores illos inducunt.

23 Differunt tertiò in hoc, quod noua ſemper remiſſoria detur pro examinandis teſtibus, etiam poſt priorum publicationem, ſcilicet nouis ſuperuenientibus miraculis, quia exinde nullius præiudicium emergere poteſt, iuxta doctrinam *Farin. quæſt. 75. cap. 4. num.* 241. Noua tamen remiſſoria pro coadiuuandis probationibus ſuper articulatis non conceditur, iuxta decretum Sacrorum Rituum Congregationis ſub die 29. Nouembis 1658. *infra part. 5. cap. 3. num. 11.*

24 Differunt quarto in hoc, quia non obſeruatur, vt terminus ad examinandum teſtes, quando non apponitur in remiſſoria, intelligatur per tres menſes in eadem Prouincia, in continentibus prouincijs per ſex, & per nouem in vltramarinis, iuxta diſpoſitionem *l. 1. C. de dilat.* Attenditur enim doctrina *Bart. in auth. ſed & lis num. 7. C. de tempor. appell. & in l. vn. num. 7. C. de Libell. dimiſſ.* quod in ſummo Principis Tribunali nunquam pereat inſtantia. Decretum tamen fuit à Sacr. Congregatione, vt deinceps in Remiſſorijs apponatur terminus, vt *infra p. 5. cap. 3. num. 8.*

25 Differunt quinto, quia omnes teſtes etiam nobiles, pauperes, ſenes, debiles, valetudinarij, maſculi, fæminæ, exceptis dumtaxat infirmis, accedere debent ad locum, quem Iudex ſibi elegerit pro Tribunali, contra diſpoſitionem *text. in cap. ſi qui teſtium de teſti. l. ad perſonas ff. de iurein. auth. ſed & Iudex, de Epiſc. & Cleric.*

Differunt etiam in modo procedendi, vt videbimus *infra par. 5. cap. 6. & 7.*

SVMMARIVM.

Canonizationes ſunt fauorabiles, num. 4. *& ſeqq.*
Canonizationum multiplicitas reprobatur, n. 1.
Canonizationum in cauſis receditur à regulis iuris num. 6.
Indulgentiæ ſunt fauorabiles, num. 8.
Indulgentiæ eneruant pænitentiam, num. 7.
Odioſa quæ dicantur, num. 5.
Opera Dei ex aſſiduitate viluerunt, num. 2.
Tarditas requiſita in cauſis canonizationum, num. 3.

CAPVT II.

Vtrum Cauſæ Canonizationum ſint fauorabiles, vel odioſæ?

1 Videtur huiuſmodi cauſas inter odioſas connumerari, Primo quia canonizationum multiplicitas reprobatur à *gloſſ. in cap. vn. in verbo, Sedis Apoſtolicæ de reliq. & vener. ſanct. in 6.* ob eam rationem, ne ſanctitatem vileſcere, & deuotionem refrigeſcere contingat. Quod congruit

cum ſententia *D. Auguſtin. tract.* 24. *in*
2 *Iann.* vbi, Quia miracula eius, *inquit*, quibus totum mundum regit, vniuerſamque creaturam adminiſtrat, aſſiduitate viluerunt, itaut pene nemo digneתur attendere opera Dei, mira, & ſtupenda in vnoquoque ſeminis grano, ſecundum ipſam ſuam miſericordiam ſeruauit ſibi quædam, quæ faceret opportuno tempore præter vſitatũ curſum, ordinemque naturæ, vt non maiora, ſed inſolita videndo, ſtuperent, quibus quotidiana vilnerant. Maius enim miraculum eſt gubernatio totius mundi, quam ſaturatio quinque mille hominum de quinque panibus. Et tamen illud nemo miratur, hoc mirantur homines, non quia maius, ſed quia rarum eſt.

3 Secundo ex tarditate, quam Apoſtolica ſedes ſemper ſeruauit, & ſeruat in procedendo ad Sanctorum Canonizationem. *Caſtellin. de dilat. in ſanct. Canon. punct.* 1. & ante eum *Hoſt. & alij ſcribentes in cap. audiuimus, de reliq. & vener. ſanct.* Et habetur in cæremon. Leonis X. *lib.* 1. *cap.* 6. Atque etiam in nouiſſimis Decretis Vrbani Papę Octaui, *fol.* 28. vbi non prius Sedes Apoſtolica moueri ſolet, quam Reges, Principes, & aliæ perſonæ authenticæ, & honeſtæ, inſtanter ſupplicauerint Summo Pontifici, & tunc etiam non ſtatim, ſed expectare, quod diù pulſetur.

4 Quibus tamen non obſtantibus, dicendum eſt, Canonizationes ſanctorum non eſſe odioſas, ſed ſimpliciter fauorabiles. Primò quidem quia ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſunt directæ D. *Hieron. contra Vigilant.* facit *Textus in Clement. ſi Dominum in ſanctis eius laudare iubemur. de reliqu. & vener. ſanct. & text. in cap. glorioſus Deus in ſanctis ſuis, eod. tit. in* 6. *& in Pſal.* 150. *Caſtellan. de Canon. ſanct. quaeſt.* 1. *princ. verſ. Adde.* Concordant litteræ Apoſtolicę, videlicet. Ioannes XV. in Bulla Canonizationis Sancti Vdalrici Epiſcopi, *Bullar. tom.* 1. vbi, Sic adoramus, & colimus reliquias Sanctorũ Martyrum, & confeſſorum, vt eum, cuius martyres, & confeſſores ſunt, adoremus. Honoramus ſernos, vt honor redundet in Dominum, qui dixit; Qui vos recipit, me recipit. Ac proinde nos, qui fiduciam noſtræ iuſtitiæ non habemus, illorum precibus, & meritis apud clementiſſimum Deũ iugiter adiuuamur. Honorius Tertius in Bulla Canonizationis Sancti Laurentij Archiepiſcopi Dublinenſis. *Bullar. tom.* 1. ibi, Miſericors Deus, ſigna interdum innouat, ex numero illorum, quos in Eccleſia triumphante glorificat, aliquorum fidem, & merita in militante miraculis declarando; vt per ea Catholici mentis torpore diſcuſſo ad boni operis excitentur iuſtitiam, hæretici errore dimiſſo ab inuio reducantur ad viam; Iudæi, & pagani vero lumine cognito de tenebris, & vmbra mortis currant ad Chriſtum, lucem, viam, veritatem, & vitam. Et Gregorius Nonus in Bulla Canonizationis Sancti Antonij Patauini, *Bullar. tom. item* 1. Pium, & iuſtum eſt, vt quos Dominus merito Sanctitatis coronat, & honorat in Cælis, nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, cum ipſe potius laudetur, & glorificetur in illis. Vt enim ſuæ virtutis potentiam mirabiliter manifeſtat fideles ſuos, quos ſæpe coronat in Cælo, frequenter & honorat in ſæculo, ad eorum memorias ſigna faciens, & prodigia, per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides catholica confirmetur, fideles mentis torpore diſcuſſo ad boni operis excitentur inſtantiam, hæretici depulſa, in qua iacent, cæcitatis caligine, ab inuio reducantur ad viam, Iudæi, & pagani vero lumine cognito currant ad Chriſtum, lumen, viam, veritatem, & vitam. Quæ quidem bona certum eſt, niſi prænia canonizatione, per quam virtutes, & miracula, multaque gloria, quam in ſeruis ſuis operatus eſt Deus, Sancta Sede Apoſtolica comprobentur, haberi non poſſe.

5 Secundo quia attenta iuris diſpoſitione, odioſa dicuntur illa tantum, quæ lædunt ius commune, ius tertij, vel iuſtitiam. *Calu. in lex. Iur. verbo odioſa*, *Gonzal. ſuper regul.* 8. *Cancell.* §. 6. *prohem. per tot.* Nihil autem reperitur in canonizatione ſanctorum, quod ius, aut iuſtitiam lædat. Quinimo per eam adimpletur diſpoſitio iuris diuini, *in Pſal.* 150. 1. *& Eccleſ.* 44. 1.

6 Non obſtant adducta in contrarium, quia reſpondetur primo, hunc eſſe vnum ex illis caſibus, in quibus receditur à regulis iuris, licet enim Canonizatio Sanctorum ſit ſimpliciter fauorabilis, ne tamen in iudicando circa requiſita ad Canonizationem error cadere poſſit, attento maxime quod actus virtutum non ſemper emanent à principio ſupernaturali, quamuis ſpeciem heroicitatis præſeferant, vt vidimus *par.* 2. *cap.* 15. Et quis poſſit extrinſecus virtutem oſtendere, & in ſecre-

to la-

to laxiorèm vitam tenere. *Innoc. in cap. audiuimus, de reliq. & vener. ſanct.* Miracula item à malis fieri poſſint, *Innoc. ibid. Lucas Caſtellin. de certit. glor. ſanct. cap. 8. punct. 21. §. 7. & omnes communiter.* Propterea cautiſſimè, & eum omni rigore in huiuſmodi cauſis procedendum eſt, propter periculum, quod Eccleſiæ dignitati poſſet imminere.

Reſpondetur ſecundo. Quod licet in
Sanctorum Canonizationibus cauendum
ſit à nimietate, quia omne rarum carum.
gloſ. in authent. de conſul. verſ. & poſt il-
7 *lud*. Non tamen inde ſequitur, ſancto-
rum Canonizationem non eſſe fauorabi-
lem, ob rationes adductas. Sicuti ex eo
quod ſedes Apoſtolica tam caute, & ſtri-
ctè procedat in concedendis indulgentijs,
quia per ipſas eneruatur ſatisfactio pæ-
8 nitentiæ, *text. ad. litt. in cap. cum. ex eo, de pæn. & remiſſ.* Per hoc tamen inferri non poteſt, quin Indulgentiæ ſint fauorabiles, cum per ipſas tollatur obligatio implendi totam pænitentiam impoſitam, vel aliquam eius partem; & abſoluatur quis à pœna temporali in Purgatorio ſuſtinenda, *Nauarr. de Iubil. & Indulgent. notab. 5. num. 1. & notab. 20. num. 4.* Itaut lucranti e.g. viginti annorum indulgentiam tantum pœnarum Purgatorij condonetur, quantum per totidem annorum pænitentiam condonatum fuiſſet. *Palud. in 4. diſt. 20. q. 4. ar. 2.* Quam ſententiam ab omnibus communiter receptam teſtatur *Nauarr. d. notab. 5. num. 1.* Ex quibus patet circumſpectionem, rigorem, & tarditatem in procedendo, atque itèm raritatem non officere fauorabilitati cauſarum Canonizationum.

SVMMARIVM.

Canonizari quilibet poteſt, de cuius ſanctitate conſtat, nu. 1.
Canonizandus non eſt neceſſe quod nunquam peccauerit, nu. 4.
Canonizatio requirit tempus plenitudinis gratiæ, nu. 9.
Deus vult, ab hominibus honorari ſolum illos, vti ſanctos, quorum ſanctitatem per miraculorum atteſtationem imitandam proponit, num. 21.
Eccleſia quos canonizat, num. 20.
Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra, num. 22.
Eccleſia appellat ſanctos Patres veteris teſtamenti, & proponit in exemplum, num. 11.
Eccleſia non ſolemnizat ſanctitatem alicuius antequam ipſa fundaretur, nu. 12.
Fides antiquorum eadem cum noſtra, nu. 14.
Hieremiæ feſtum colitur Venetijs, num. 15.
Infidelis conuerſus ad fidem, canonizari poteſt, num. 2.
Innocentes quare colantur, nu. 19.
Iob colitur Venetijs, nu. 15.
Legum diuerſitas reſpectu virorum, & puerorum, nu. 16.
Lex noua quomodo differat à veteri, nu. 17.
Machabei quare colantur, num. 19.
Peccator qui aliquando fuit, poteſt Canonizari, num. 3.
Pueri Canonizari nequeunt, num. 5. niſi Deus ad illorum inuocationem, vel aliàs miraculis oſtendat, nu. 7.
Sancti veteris teſtamenti an poſſint Canonizari, Quinam teneant negatiuè nu. 8. & 16. Et qui affermatiuè, num. 13.
Sanctus quilibet ad proprium ordinem Canonizandus, nu. 23.
Sanctis veteris teſtamenti clauſa fuit claritas diuinæ viſionis, nu. 10.
Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Zaccharia eius Patris, Eliſabeth eius matris, Ioſephi, Simeonis, & Annæ propheteſſæ cur feſta celebrentur, nu. 18.
Simeonis ſenis feſtum colitur Venetijs, nu. 15.
Simeonis pueri Tridentini, à Iudæis ſæuiſſimè occiſi, miraculum, numer. 6.

CAPVT III.

Canonizari qui poſſint?

1 REgula generalis ſit, quemlibet, de
cuius vitæ ſanctitate, virtutibus,
& miraculis conſtat, ſiuè Martyr, ſiuè
Confeſſor obierit, in ſanctorum numerum
adſcribi poſſe, *Contelor. de Canon. ſanct.*
cap. 11. n. 1. ſiue fidelis natus de parenti-
bus fidelibus; ſiuè fidelis ortus ex paren-
tibus infidelibus, ſicuti ſanctus Hilarion
Abbas, quem laudibus efferens D. *Hie-*
ron. in eius vita, roſam de ſpinis floruiſſe
dixit, *Iacob. Caſtellan. de Canon. ſanct. qu.*
4. princ. verſ. quæro, quid ſi conſtet, & ex
2 *eo Contelor. d. cap. 11. num. 13.* ſiuè infide-
lis natus ex parentibus, infidelibus, con-
uerſus ad fidem, *cap. eam te de reſcr. &*
61. di. cap. Neophitus, & cap. quoniam cum
ibidem not. 48. diſt. & cap. Neophiti, de
conſecr. diſt. 5. Pannin. in relat. S. Bona-
3 *uent. p. 1. ar. 8. in fine*. Item qui aliquan-
do

do peccator fuit, vti Magdalena, quæ
alias fuerat in Ciuitate peccatrix *Luc.* 7.
Bonifacius, & Aglaes; quia non eſt ne-
ceſſe, quod Canonizandus non peccaue-
4 rit, *cap. & venit* 45. *de pen. diſ.* 1. *Colle-*
ctar. in cap. 1. *de reliq. & vener. ſanct. Pan-*
nin. in d. relat. p. 1. *art.* 9.
5 Pueros poſt Baptiſmum decendentes
canonizari non poſſe, tenet *Maluet. de*
Canon. ſanct. dub. 3. *num.* 63. ea ratione,
quia multam gloriam in eis non fecit Do-
minus, vt dicitur *Eccleſ.* 44. 2. Quod ta-
men non currit in Innocentibus, pro Chri-
ſto occiſis, vt *canit Eccleſia*. Eſſet etiam
ſpeciale in Beato Simeone Tridentino,
qui adhuc puerulus in odium Chriſti, &
Chriſtianæ religionis à Iudæis crudeliter
6 interfectus fuit; In quo illud mirabile in
dies operatur Deus, quod inciſis eius ca-
pillis, qui adhuc miraculosè ſuperſunt,
per ſpatium vnius diei in ea longitudine
creſcunt, in qua erant, antequam inci-
derentur, eiuſque carnes oleum emittunt
clariſſimum, prout ſe vidiſſe affirmat
Troil. Maluet. de Canon. ſanct. dub. 3. *nu.*
63. & ex eo *Contelor. d. cap.* 11. *num.* 18.
vbi dicit, ſe credere, infantes, & pueros,
7 poſt quorum felicem obitum Deus ope-
ratur miracula, poſſe Canonizari, quia
tunc in eis magnam gloriam fecit Domi-
nus, & concurrit Sanctitas vitæ, quæ per
miracula, ad eius inuocationem facta,
clarius demonſtratur, *ad cap. ceſſante, de*
regul. Iur. in 6.
8 Sancti veteris teſtamenti vtrum Cano-
nizati poſſint? Negatiuè reſpondet *Au-*
guſt. de Ancon. de pot. Eccleſiæ quæſt. 17.
9 *cap.* 2. Quia Canonizatio Sanctorum re-
quirit tempus plenitudinis gratiæ, quæ
per Ieſum Chriſtum facta eſt, *Ioannis* 1.
At Sancti Patres veteris teſtamenti, quan-
tacumque Sanctitate pollerent, non fue-
rũt in tempore plenitudinis gratiæ; Immò
talis gratiæ plenitudo in lege illa ſub fi-
guris, & enigmatibus quaſi tenebatur in-
cluſa, 1. *cor.* 10. nec præſentialiter intue-
bantur eam, quia omnes defuncti ſunt,
non acceptis repromiſſionibus, ſed à lon-
gè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confi-
tentes, quia peregrini, & hoſpites erant
10 ſuper terram, ad *hebr.* 10. Præterea quan-
tumcumque perſonaliter eſſent ſancti,
claritas tamen diuinæ viſionis eis fuit
clauſa, nondum ſoluto pretio humanæ
naturæ per mortem Chriſti, in cuius figu-
ra dicit Apoſtolus *ad hebr.* 9. Quod in
ſecundo tabernaculo ſolus Pontifex ſe-
mel in anno, non ſine ſanguine introibat,
hoc ſignificante Spiritu Sancto, nondum
11 propalatam eſſe Sanctorum viam. Et
quamuis Eccleſia Patres veteris teſta-
menti Sanctos appellet, & eorum Sancti-
tatẽ exemplariter proponat ſuis filijs imi-
tandam, necnon eorũ orationibus ſe com-
mendet, eorum tamen Sanctitatem non
ſolemnizat, ſeu Canonizat, propter ſu-
pradictas rationes. Dicente etiam Au-
guſtino in *lib. de Symbolo*, pertractans il-
12 lud, Domum tuam decet Sanctitudo Do-
mine, *Pſal.* 92. Nullius Sanctitatem ab
Eccleſia ſolemnizari, priuſquam Domus
Sanctitatis fundaretur. Et ideò in tempo-
re plenitudinis gratiæ prius Sanctitatem
B. V. M. & Ioannis Baptiſtæ, quam ali-
cuius alterius in Eccleſia Solemnizari,
quia illa Sanctum Sanctorum generauit,
& ille digito monſtrauit, & baptizauit.
Hæc Aug. de Anc. l. cit.
13 E contra verò affirmatiuè tenet *Iacob.*
Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 4. *princ.*
verſ. quæro an Sancti, quem citat, & ſe-
quitur *Contelor. de Canon. Sanct. d. cap.* 11.
nu. 2. & ante hos *Aegid. Bellamer. in cap.*
1. *de reliq. & vener. Sanct. in* 11. *quæſt.*
Quia ſunt nobis in fide coniuncti, vt pa-
tet in eo, quod dicit *Innoc. in d. cap.* 1. *de*
reliq. & vener. Sanct. ſuper illis verbis,
Laudemus viros glorioſos parentes no-
ſtros. *Eccl.* 44. 1. & clarius *gloſſ.* ſuper il-
14 la verba. Turbæ quæ præcedebant, &
quæ ſequebantur clamabant, Oſanna fi-
lio Dauid, *Matth.* 12. eandem nempe fi-
dem eſſe antiquorum, & modernorum.
Et probatur manifeſtè ex publica venera-
tione Sanctorum fratrum Machabeorum,
cum Matre, de quibus 2. *Mach.* 7. Item
ex publica veneratione Sanctæ Annæ, &
Sancti Ioſeph; nec non Sancti Zachariæ
Patris Sancti Ioannis Baptiſtæ, cuius ca-
put publicè colitur Romæ in Sacroſancta
15 Lateranenſi Baſilica; atque etiam San-
ctorum Iob, Hieremiæ, & Simeonis, Ve-
netijs. Et demum ex Prophetarum in-
ſertione in Cantico Sanctorum Ambroſij,
& Auguſtini, inuocatione in litaoijs, &
in officio commendationis animæ, vbi
Sancti nuncupantur. Facit, quia ſi con-
currit fides, vita excellens, & operatio
miraculorum in eis, non videtur eſſe ra-
tio, cur non ſint Canonizandi, ſicuti San-
cti noui teſtamenti *arg. L. Tale ff. de ver-*
bor. oblig. & l. illud ff. ad. L. aquil. & cap.

tranſla-

Google

tranſlato de conſtit. Accedant argumenta contra ſe adducta ab *Aug. de Anc. loc. cit.* quia videlicet Papa tenetur canonizare pro ſanctis, quorum doctrina, vita, & exemplum proponitur toti Eccleſiæ imitandum. Tales verò ſunt Patriarchæ, & Prophetæ, iuxta illud, Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis laboris, & potentiæ Prophetarum, qui loquuti ſunt in nomine Domini, *Iacob.* 5. Præthereà illos debet Eccleſia pro Sanctis Venerari, quos Sacra Scriptura Sanctos appellat. Iob autem vocatur Sanctus *Tob.* 4. & denique quia Eccleſia debet illos pro ſanctis venerari, qui electi ſunt oratores, & rogatores pro ipſa ad Deum. Dicitur autem de Hieremia Propheta, Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate Hieruſalem 2. *Machab.* 15. 14.

Ob quas rationes *Felix Contelor. d. cap.* 11. *num.* 11. reiecta ſententia *Auguſt. de Ancona*, adhæſit opinioni affirmatiuæ, motus ex eo, quia nulla concludens ratio affertur in contrarium.

16 Attamen ſi rectè perpendatur doctrina D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 107. *ar.* 1. *c.* non parum difficultatis affert pro affirmatiua. Poſito enim, quod duæ leges ordinatæ ad eumdem finem, diſtingui poſſint, ſecundum quod vna propinquius ordinat ad finem, alia vero remotius, prout in vna, eademque Ciuitate dicitur alia lex, quæ imponitur viris perfectis, qui ſtatim poſſunt exequi ea, quæ pertinent ad bonum commune. Et alia lex datur de diſciplina puerorum, qui ſunt inſtruendi, qualiter poſtmodum opera virorum exequantur. Concludit S. D. quod licet lex noua non ſit alia à lege veteri, quia vtriuſque vnus eſt finis, ſcilicet, vt homines ſubdantur Deo, qui eſt vnus Deus, & noui, & veteris teſtamenti, ſecundum illud, vnus eſt Deus,
qui iuſtificat circumciſionem ex fide, &
17 præputium per fidem, *Rom.* 4. lex tamen
noua eſt alia à lege veteri, quia lex vetus eſt quaſi pedagogus puerorum, *ad Galat.* 3. lex autem noua eſt lex perfectionis, *Coloſſ.* 3. & clarius ex his, quæ addit *ibidem* D. *Thom. ad* 2. quod nempè lex vetus etſi præcepta charitatis daret, nõ tamen per eã dabatur Spiritus Sanctus, per quẽ diffunditur charitas in cordibus noſtris *Roman.* 5.

Quibus attentis, non videtur contemnenda ſententia *Auguſtini de Ancona*, ſtantis pro negatiua, quod Patres veteris teſtamenti canonizari nequeant, licet Eccleſia ſanctos illos appellat, & eorum ſanctitatem exemplariter filijs ſuis imitandam proponat, & eorum orationibus ſe commendet, ob ſupra recenſitam auctoritatem D. *Aug. in lib. de Symbolo.*

18 Nec refragantur exempla Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Zachariæ eius Patris, Eliſabeth eius Matris, Ioſephi, Simeonis, & Annæ Prophetiſſæ, quia licet obierint ſub lege veteri, quæ durauit vſque ad vltimam cænam Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, prout canit Eccleſia.

In hac Cæna noui Regis
Nouum Paſcha, noua legis
Phaſe vetus terminat.

Cum tamen omnes prædicti ſancti viderint Chriſtum Dominum in carne iam natum, eumque vti Redemptorẽ humani generis adorauerint, ad nouam legem Gratiæ pertinere dicendi ſunt *arg. l. quod conſtitum ff. de milit. teſtam.*

Videatur *Petrus de Natal.* Kal. *Aug.* vbi
notat in Eccleſia orientali feſta celebrari
19 de ſanctis vtriuſque teſtamenti; In occi-
dentali autem nequaquam; præterquam de Innocentibus, eo quod in ipſorum ſingulis Chriſtus occiſus fuit, & de Machabæis, propter quatuor rationes. Primò propter prærogatiuam Martyrij, quod inaudita ſupplicia vltra alios teſtamenti veteris paſſi fuerint; & hanc rationem dicit eſſe Comeſtoris. Secundo propter repreſentationem miſterij; ſeptennarius enim, eſt numerus vniuerſitatis; Et ideo ſignificantur in iſtis omnes ſancti veteris teſtamenti, celebritate digni, & in his ſeptem cæteris omnibus impenditur reuerentia. Tertio propter exemplum patiendi, proponuntur enim in exemplum fidelibus, vt ſcilicet eorum conſtantia ad zelum fidei animentur, & ad patiẽdum pro lege Euangelij, ſicut illi paſſi ſunt pro lege Moyſi. Quarto propter cauſam ſupplicij, nam pro defenſione ſuæ legis talia ſupplicia paſſi ſunt; ſicuti Chriſtiani patiuntur pro defenſione legis euangelicæ. Quas tres vltimas rationes dicit eſſe *Ioannis Beleth. in ſumma de officio.*

Quod diximus ſupra de infantibus poſt baptiſma decedentibus, quod canonizari non debeant, quia in ipſis multam gloriam non fecit Dominus, extendit *Auguſtin. de Ancona de pot. Eccleſ. quaſt.* 17. *ar.* 1. ad omnes, quos conſtat eſſe in vita æterna, de quibus prædicari non poſſit,

quod

quod de Confeſſoribus canit Eccleſia in hymno antiquo.

Qui prius, prudens, humilis, pudicus
Sobrius, caſtus fuit, & quietus
Vita dum præſens vegetauit eius
Corporis actus.
Ad ſacrum eius tumulum frequenter
Membra languentum modo ſanitati
Quolibet morbo fuerint grauata
Reſtituuntur.

Et in nouis iuxta verſionem Vrbani Papæ Octaui, ſiue quis fuerit de eius mandato.

Qui prius prudens, humilis pudicus,
Sobriam duxit ſine labe vitam,
Donec humanos animauit auræ
Spiritus actus.
Cuius ob præſtans meritum frequenter
Ægra quæ paſſim iacuere membra,
Viribus morbi domitis, ſaluti
Reſtituuntur.

20 Aſſerens *ibidem*, quod licet Eccleſia commendat ſe orationibus omnium illorum, qui ſunt in vita æterna, illorum tamen dumtaxat feſtiuitatem ſolemnizat, & canonizat, de quorum doctrina, moribus, & exemplis fuit informata, & quorum beneficia miraculis eorum corruſcantibus
21 conſequuta fuit. Et quamuis Deus omnes, qui ſunt in vita æterna, honore eſſentiali vult honorare, quia omnes ſuæ fruitionis, & viſionis, in quo conſiſtit honor eſſentialis ſanctorũ, participes facit; honore tamen accidentali, qui cõſiſtit in laudibus, & venerationibus hominum, non omnes honorat, ſed illos ſolum, quorum ſanctitatem à fidelibus Eccleſiæ, per miraculorum atteſtationem, imitandam exponit.

22 De ſanctis vero veteris teſtamenti, quos colunt Eccleſiæ particulares non eſt habenda ratio pro gubernio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cum ſit Eccleſia vniuerſalis, & omnium aliarum mater, & magiſtra.

23 Quæres, ad quem ordinem Sancti canonizari debeant? Reſpondeo, vnumquemque ad proprium ordinem, videlicet Martyrem ad ordinem Martyrum, Virginem ad ordinem virginum, Confeſſorum Pontificem, vel non Pontificem, ad ordinem Confeſſorum Pontificum, vel non Pontificum, Doctorem ad ordinem Doctorum & ſic de cæteris. *Contelor. de Canon. Sanct. cap.* 12. vbi rationes, & authoritates adducit, quare nequeat aliquis Dei ſeruus canonizari ad ordinem Apoſtolorum, etiamſi Apoſtolico munere functus fuerit; quæ omnia *ibidem* videri poterunt.

SVMMARIVM.

Canonizare non poſſunt Epiſcopi, Patriarchæ, Cardinales, neque Concilia, etiam Sede vacante, num. 1. & 4.
Congregationes à Summis Pontificibus pro eorum Conſilio inſtituta, num. 9.
Epiſcoporum præconia num. 2.
Papa ſolus poteſt Sanctos Canonizare, num. 3.
An Papa teneatur requirere conſiliũ Cardinaliũ? Qui teneant affirmatiue num. 6. qui negatiue, num. 7. qui cum diſtinctione, nu. 8.
Vacante ſede Apoſtolica non remanet Eccleſia ſine capite, num. 9.

CAPVT IV.

Quis poſſit Sanctos canonizare?

LIcet clara ſint verba *textus in cap. Audiuimus de reliq. & vener. ſanct.* ibi, Illum ergo non præſumatis de cætero colere, cum etiamſi per eum miracula fierent, non liceret vobis ipſum pro ſancto abſque authoritate Romanæ Eccleſiæ venerari. Attamen more maiorum præſens dubium adnectere placuit, quod tractat *Maluet. de Canon. Sanct. dub. 2. fere per tot. Iacob. Caſtellan. de canon. ſanct. quæſt. 3. principal. Auguſt. de Ancona, de Poteſt. Eccleſ. qu. 14. art. 2. Falix Contelor. de Canon. ſanct. à cap. 4. vſque ad 7.*

1 Quod igitur attinet ad Epiſcopos, An poſſint ſanctos canonizare? Rationes hinc inde referunt, *Troil. Maluet. d. dub. 2. in princ. Iacob. Caſtellan. & Falix Contelor. locis cit.* & pro affirmatiua adducitur *Abb. in cap. 1. de fer.* aſſerens, quod quilibet Epiſcopus in ſua Diæceſi ſanctos canonizare poteſt *per text. in cap. 1. de conſ. diſ.* 4. pro cuius opinione adduci poteſt, quod dicit *gloſſ. in cap. ſicut 7. qu. 1. & in cap. in nouo. 21. diſt. & in cap. accuſatio 2. qu. 7.* quod
2 Epiſcopi ſunt legati Dei, facit *Clem. ſuadente de pæn. in verbo Epiſcopi*. Et confirmatur ex *gloſſ. in cap. oues 6. qu. 1.* vbi quod Epiſcopus eſt oculus Dei; Ac proinde nõ erit inconueniens aſſerere, quod hoc reſpectu quilibet Epiſcopus ſaltem in ſua Diæceſi poſſit Sanctum canonizare. Item quia Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum, *d. cap. in nouo*, & ideo Papa appellat ſe Epiſcopum, *vt in proæm. Decretal.* &

tal.& vbique ſemper, quando legem generalem ſtatuit. Prætereà Epiſcopalis ordo eſt maior alijs ordinibus, *Secundum gloſſ. in proh.6. in verbo Epiſcopus.* Et Epiſcopatus eſt culmen digniratis, *cap. venerabilis, de praben. gloſ. in cap. 2. eod. tit. in 6.* & demum, quia Epiſcopi denominantur columnæ Eccleſiæ, *d. cap. accuſatio*, & ipſius Eccleſiæ fundamenta iuxta illud, fundamenta eius in montibus ſanctis, de quo *in cap fundamenta de elect. in 6.* vbi exponitur, in montibus ſanctis, 1. in Apoſtolis, quorum loco ſucceſſerunt Epiſcopi facit *cap. ſi quis de panitentibus, 24. qu. 3.* vbi Epiſcopus dicitur Chriſtus, quibus reſpectibus ſtandum videtur pro affirmatiua.

3 Incontrarium nempè, quod ſolus Papa poſſit ſanctos Canonizare, adducuntur *Innoc. & Ioann. Anan. in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* ob ſequentes rationes. Primò quia Canonizatus conſtituitur ab omnibus adorandus, nemò autem præeſt, omnibus niſi ſolus Papa, qui eſt omnium immediatè Iudex Ordinarius. *cap. cuncta per modum, & cap. principalem 9. quaſt. 3. Extrau. vnam ſanctam.* ex qua apparet, quod ſolus Papa hoc poſſit.

Secundò quia ſi Epiſcopi poſſent, quilibet in ſua Diæceſi, Sanctos Canonizare, incideremus in illud incoueniens; Ego ſum Pauli, Ego Cephæ, Ego Apollo, *1. Cor. 1. 13.*

Tertiò, quia Canonizatio eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos tractari poſſit, & propterea ad Sedem Apoſtolicam deferenda, *gloſſ. in cap. 1. de reliq. & vener. ſanct. cap. maiores, in princ. de baptiſ. cap. vt debitus in fin. de appell. cap. quamuis de elect. in 6.*

Quartò quia miracula attribuuntur fidei, nam ad finem Canonizationis eſt neceſſe, quod miraculum ſit ad fidei Catholicæ corroborationem. *gloſſ. prad.* Queſtiones autem fidei referendæ ſunt ad Papam. *cap. quoties 24. quaſt. 1. & d. cap. maiores, in princ. de baptiſ.*

Quintò, quia contingere poſſet, quod propter multorum Epiſcoporum ſimplicitatem populus deciperetur; facit *Text. in d. cap. 1. de reliq. & vener. ſanct. & cap. 2. eod. tit.*

Sextò quia ad Papam pertinet, declarare dubia ſcripturarũ, *cap. per venerabilem, qui fil. ſint. legi.* multò fortius dubia ſanctitatis, quia circa maiora maius periculum verſatur, proindeque in eis cautius eſt agendum, *cap. vbi periculum, de elect. in 6. facit l. 1. §. ſed & ſi quis ff. de carb. edic. cap. quieſcamus, 42. di cap. miramur, 41. di. & 7. quaſt. 11. cap. vlt.*

Septimò, quia ſi Epiſcopi, & alij inferiores à Papa, hoc facere poſſent, in infinitum ſanctos multiplicari contingeret, ſanctitatem valeſcere, & deuotionem refrigeſcere. *arg. cap. Epiſcopi, 80. di. & cap. legimus ad fin. 93. di.* facit illud, omne rarum carum, *gloſſ. in authen. de Conſulibus, verſ. & poſt illud, in verbo, miraculum.*

Octauò, quia ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat, approbare reliquias, de nouo inuentas, quando dubitatur an ſint alicuius Sancti Canonizati, ad finem, vt fideles eas venerari pulicè poſſint. *text. in cap. 2. de reliq. & vener. ſanct.*

Nonò, quia ſolus Papa poteſt certos ex ſanctis præ alijs extollere, ex. gr. quod eorũ feſta ſub duplici officio celebrentur & eorũ vigilias, & ieiunium indicere, *tex. in cap. 1. iunct. gloſſ. in verb. ſedis, de reliq. & vener. ſanct. in 6. facit. cap. conſilium, de obſeru. ieiun.*

Decimò quia ad ſolum Romanum Pontificem pertinet, tollerare, quod in aliqua certa Eccleſia loci alicuius, & non alibi, publicè colatur, & honoretur pro Santo aliquis Dei ſeruus non Canonizatus generaliter ab Eccleſia Romana, ſicuti ex tollerantia Sedis Apoſtolicæ Carolus Magnus publicè colitur, & honoratur pro ſancto in ſola Cappella Aquiſgrani, & non in alijs Eccleſijs. *Hoſt. & Ioan. Andr. in cap. 1. de reliqui. & vener. ſanct. Franc. Pauin. in relat. S. Bonau.*

4 Quod dictum eſt de Epiſcopis, non poſſe Sanctos Canonizare, procedit etiam in Patriarchis, Archiepiſcopis, & Metropolitanis, quia licet Epiſcoporum quadripertitus ſit ordo, videlicet in Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitanos, & Epiſcopos *tex. in cap. cleros, 21. di.* omnes tamen vno, eodemque Epiſcopi Vocabulo continentur, & diuerſitas nominum ſit ad diſtinctonem poteſtatum, quam acceperunt. Facit quia de ſtricta ad latam ſignificationem ſit extenſio, *gloſſ. in verb. Clericum, in cap: 1. de tempor. ordin. in 6. & in auth. minoris debitor. §. qui tut. dar. poſſ.*

Remouetur etiam talis facultas canonizandi ſanctos à Legatis de latere Papæ; Ex quo enim ipſi Papæ ſpecialiter eſt reſeruata *in cap. 1. de reliq. & vener. ſanct.* cõnumeratur inter illas cauſas, quæ in ſignũ

 priui-

priuilegij ſingularis reſeruatæ, Legatis de Latere non competunt, neque in eos tranſeunt *cap. tranſlationem, vbi gloſſ. ordinaria, de offic. Legat.* facit, quod habetur, *in cap. præceptis 12. di. & in cap. quamuis, de elect. in 6. & in cap. maiores, in princ. de baptiſ. & alia adducta à Caſtellan. d. qu. 3. princ. verſ. Quæro quid de legato.*

Cardinalium Collegium Apoſtolica Sede Vacante non gaudere huiuſmodi facultate, conſtat ex ſtatutis in *Clem. ne Romani de elect.* vbi declaratur irritum quidquid poteſtatis ad Papam, dum viueret pertinentis, exerceatur à Cętu Cardinalium Sede Vacante, præter id, quod conceditur *per cap. vbi periculum, verſ. idem quoque, de elect. in 6.* Cuius *Clement.* diſpoſitio confirmata, & ampliata fuit *per cõſtitut. Pij IV. Septimo Idus Octobris 1562.* quæ reperitur inſerta in *Cæremon. Gregor. Decimi quinti.*

Quod attinet ad Concilium Prouinciale, Probant *Molan. & Surius*, & habetur in notis ad Martyrologium Romanum die 4. Martij quod, moris erat antiquitus in Eccleſia Catholica, vt dum aliquis Dei Seruus Martyrio occubuiſſet, Epiſcopus, ſub cuius ditione id accidebat, rem geſtam ad Primatem referebat, qui conuocatis ad Concilium Epiſcopis ſuffraganeis, cum illis re communicata, & negotio maturè perſpecto, decernebatur, an inter Martyres, qui Martyr occubuerat, recipiendus eſſet, & ſi receptus fuiſſet, pro Sancto habebatur in tota Eccleſia. Pariter ſi Confeſſor aliquis occubuiſſet cum ſanctitatis opinione, & in vita, & poſt mortem miraculis clareſceret, tunc in Synodo, vel Concilio Epiſcoporum illius prouinciæ tractabatur negotium, & ſi iudicabatur conueniens, illum pro Sancto habendum eſſe, de Synodi conſenſu eleuabatur, ideſt Canonizabatur, cum mirabile gaudio, & concurſu populorum. *Molſes conſ. 46.*

Hodiè tamen talis facultas, Canonizandi Sanctos, Cõcilijs prouincialibus adempta eſt *d. cap. 1. de reliq. & vener. ſanct. & quod ibi notat Ioann. Andr. cap. 1. & ibi gloſſ. 18. di. & text. in cap. multis, ad fin. 17. di.* Et ceſſat omnis ſcrupulus, quia Concilia prouincialia, niſi à Summo Pontifice, & Sede Apoſtolica confirmentur, nullam vim obtinent, ex Conſtitutione Sixti Papæ Quinti, publicata die 13. Martij 1584. de qua *Quaranta in Summ. Bullar. verbo Concilium Prouinciale in princ.*

De Conſilio Generali, an poſſit ſanctos Canonizare, diſtinguit *Iacob. Caſtellan. de Canon. ſanct. qu. 3. princip. verſ. quæro quid de Concilio vniuerſali.* videlicet cum auctoritas vniuerſalium Conciliorum deriuetur, & pendeat immediate ab auctoritate Sedis Apoſtolicæ, tam reſpectu conuocationis, & congregationis, quam reſpectu eorum, quæ in illis geruntur, & fiunt. *tex. in cap. ſignificaſti, de elect. & in cap. confidimus 25. qu. 1. cap. bene quidem prope fin. 96. di. Card. de Turrecrem. in ſumm. de Eccleſia, lib. 3. cap. 28. facit gloſſ. notab. in cap. ex geſtis, de cler. non reſid.* Si Papæ authoritas interueniat, dicendum eſt, *inquit ibid. Caſtellan.* Concilium vniuerſale poſſe Sanctos Canonizare, quia habet locum diſpoſitio *tex. ad litter. in cap. 1. de reliqu. & vener. ſanct.* ideſt, quod fiat Romanæ Eccleſiæ auctoritate. Non interueniente autem Romani Põtificis auctoritate, Concilium vniuerſale Sanctos Canonizare non poterit.

Verum melius diſtinguendum crederem, ſcilicet an Papa ſedeat, & perſideat in Concilio per ſemetipſum, vel per Legatos. Si enim ſedeat ipſemet in Concilio Generali, indubitatum eſt, quod Concilium vniuerſale poterit Sanctos Canonizare, attamen talis actus non attribuetur Concilio, ſed ipſi Papæ, qui eſt caput Concilij, vt patet ex titulo, & lectura Concilj Vienneſis *in lib. Clemen. per tot.* Si vero Papa præſideat in Concilio per legatos, non crederem poſſe Concilium Sanctos Canonizare, attenta præſertim forma inducta per nouiſſima decreta Breue Vrbani Octaui cum clauſula ſublata, & decreto irritanti.

Quod habet locum etiam ſede Apoſtolica vacante, vt non poſſit Concilium vniuerſale Sanctos Canonizare *Iacob. Caſtellan. d. quæſt. 3. principal verſ. vacante etiam ſe de Apoſtolica.* Quia tunc Patres congregati ea tantum exequi poſſunt, quę neceſſario occurrerent exequenda pro regimine, & defenſione Eccleſiæ, & quæ ſine magno diſpendio prorogari non poſſent vſque ad creationem Romani Pontificis, & quibus per iuris diſpoſitionem prouideri non poſſet *Iacob. Caſtellan. loc. cit.* De cauſis autem Papæ reſeruatis, & de alijs particularibus cauſis ſe intromittere non debent extra caſum magnæ neceſſitatis, facit *Clem. in Romani in princip.*

de

de elect. & cap. vbi periculum §. *idem quoque, eod. tit. in 6.* Quia Sede Apoſtolica vacante, nemo ſuccedit Papæ in plenitudine poteſtatis, aut in eius exercitio. Super quibus materijs adeſt nouiſſima conſtitutio Pij Quarti, quæ incipit, In eligendis, regiſtrata in *cæremoniali Greg. XV.*

5 Cui non obſtat, ſi dicatur, quod niſi ſuccederet Concilium vniuerſale in Iuriſdictione, & exercitio poteſtatis Papæ, Sede Apoſtolica vacante, Eccleſia eſſet ſine Paſtore, & capite, quod videtur inconueniens; nec apparere veriſimile, Dei filium voluiſſe gregem fidelium, mortuo Papa, eſſe ſine Paſtore, & Eccleſia ſine ſponſo. *arg. cap. 1. in princ. de homicid. in 6.* Quia ſponſus, Paſtor, Rector, & caput Eccleſiæ eſt Chriſtus *gloſs. notab. in d. clem. ne Romani, in princ. de elect.* vnde canit ipſa Eccleſia:

Alto ex Olimpi vertice
Summi Parentis filius
Ceu monte deſectus lapis,
Terras in imas decidens,
Domus ſuperna, & infima,
Vtrumque iunxit angulum.

Licet igitur deficiat Chriſti Vicarius, non propterea remanet Eccleſia ſine capite. Quod autem Papa retractare poſſit geſta in Concilio Generali Sede Apoſtolica vacãte, conſtat ex eo quia Patres cõgregati in Concilio Conſtantienſi, creato Martino Quinto, eidem ſupplicarunt pro confirmatione eorum, quæ ante ſuam creationem ſtatura fuerant, prout factum eſt, in his, quæ catholicæ fidei, aut ſummi Pontificis, & Sedi Apoſtolicæ auctoritati non non aduerſabantur, *Iacob. Caſtellan. loc. cit.*

Poſito igitur, quod ad ſolum Papam Sanctos Canonizare pertineat. Quæri ſolet ab Auctoribus, vtrum in Sanctorum Canonizatione Papa Concilium Cardinalium requirere teneatur? Rationes hinc, inde refert *Iacob. Caſtellan. d. quæſt. 3. principal. verſ. quæro an Papa.*

6 Et pro affirmatiua adducitur *Ioan. Mon.* quem refert *Ioan. Anan. in cap. ſuper eo de hæret. in 6.* Quod Collegium Cardinalium eſt in hac poſſeſſione, vt Papa ſolus, ſine eius Conſilio, ardua negotia tractare, & terminare non ſoleat, & quod non videtur conueniens, vt caput ſine membris procedat, *cap. nouit. & cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. con. cap.* narrans propterea, quod cum Cæleſtinus multas Abbatias, & epiſcopatus, ac ſuperiores dignitates contuliſſet ſine Conſilio fratrum, fuit coram Succeſſore ſatis diſputatum, & demum propter præmiſſam Sacri Collegij poſſeſſionem, collationes caſſatæ fuerunt. Sicuti per Benedictum XI. fuerunt ſuſpenſa ſtatuta, quæ Bonifacius abſque fratrum Conſilio dederat Marchianis, quia tangebant ardua, cum defectus in perſona facientis, vel in modo faciendi, actum reddat inutilem, *cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. l. magis puto* §. *ne tamen ff. de reb. cred.*

Secundo deducitur argumentum ex eo, quod ex *Hoſtien.* tradit Ioan. *Anan. in cap. ex geſtis de cler. non reſid.* ſcilicet ad depoſitionem Anaſtaſij Cardinalis Sancti Marcelli fuiſſe congregatam Synodum, quaſi Papa ſine Conſilio Generali non deponat Cardinalem, cum Cardinales tanquam maximi debeant ſpeciali prærogatiua lætari *cap. 1. de offic. legat. in 6.* Et Papa ſine Conſilio, & Conſenſu ſuorum fratrum, non conſueuit aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel aliquod præceptum facere. *arg cap. 1. de exceſſ. Prælat. & quod not. in cap. irrefragabili* §. *1. in fin. gloſſ. magnæ de offic. ordin.*

Tertiò adducitur *textus in cap. ad apoſtolicæ, de re iud. in 6.* vbi Innocentius Quartus de Conſilio fratrum, & approbatione Concilij depoſuit Federicum Imperatorem.

Quartò concordat *text. in cap. 1. de ſciſmat. in 6.* vbi Papa depoſuit Cardinales ſciſmaticos de Conſilio fratrum.

Quintò adducitur *text. in cap. fundamenta* §. *decet, de elect. in 6.* vbi dicitur, quod Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Papæ in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt.

Sextò textus optimus *in cap. per venerabilem,* §. *rationibus, qui fil. ſint legit.* vbi poſt verba Deuteronomij *cap. 17.* ſubditur, ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis Iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt, Is verò ſuper eos ſacerdos, ſiuè Iudex exiſtit, cui Dominus dixit in Petro, quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis. Ex quo textu videtur apertè probari, quod Papa non vult explicare ardua negotia ſine conſenſu Cardinalium. Id enim, quod dicitur in textu, fratres noſtri, rectè de Cardinalibus intelligitur, qui fratres appellantur à Papa, quando

de eis promiſcuè loquitur, *gloſs. in cap. 1. de offic. legat. in ſextò.*

Septimò per id, quod ponit *Archid. in cap. ſunt quædam, & cap. quæ ad perpetuam, 25. qu. 1.* Papam non condere legem ſuper ſtatu orbis, & Eccleſiæ vniuerſalis ſine Cardinalibus.

Octauò facit, quod notabiliter ponit *Ioan. Andr. in cap. requiſiti, de teſtam. in penul. col verſ. ſicut etiam*, quod inter Papam, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales eſt veluti quædam identitatis vnio, de qua videatur *text. in cap. damnamus §. cum ergo, de ſumm. Trinit. & fid. cathol. & ibi Ioann. Andr. & Panorm.* facit item dictum *Archid. in cap. Sacramenta, 22. di.* quod Papa ſe ipſum inter Cardinales connumerat, *arg. l. Ius ſenatorum C. de Dignit. lib. 12.*

Decimò adducitur *Bal. in. l. fin. C. de diu. reſcr.* vbi dicit, quod cauſæ arduæ, & vniuerſitatum Prouinciarum, Ciuitatum, & ſimilium, ſunt conſiſtoriales, *per eumdem text. in fin.* Et quod Papa Vrbanus legatis Peruſinis ſupplicantibus pro rebus Ciuitatis reſpondit, quod id negocium erat conſiſtoriale, & quod ſummi Pontifices non conſueuerunt talia expedire in Camera, ſed in Conciſtorio.

Quam quidem opinionem, quod Papa non diffiniat ardua ſine Conſilio Cardinalium, tenuit *Abb. in cap. 1. in fine de offic. legat. & in cap. quæſiuit, de his, quæ fiunt à maioris parte Capituli, & in cap. litteras, de reſtit. ſpol. Ioan. de Imol. in cap. ex geſtis, de Cleric. non reſiden. & Philipp. Franc. in cap. ſuper eo, de hæret. in 6.*

7 Pro negatiua, quod videlicet Papa non teneatur vti Conſilio Cardinalium, ſed ſolus ardua quæcumque definire poſſit, tenuit *Domin. de ſa. Gemin. in cap. ſuper eo de hæret. in 6.* dicens hanc eſſe communem ſententiam, & *ibidem Ioan. Anan. per Gloſs. in cap. ad Apoſtolica de re iud. in 6.* Quod idem dicendum de Imperatore, tenuerunt Doctores relati à *Iacob. Caſtellan. d. qu. 3. verſ. contrarium opinionem*, Pro qua adducitur primò, contra Papam non poſſe conſuetudinem aliquam induci, quia eſſet preſcribere contra eius ſupremam poteſtatem, quod dari non poteſt, *Innoc. in cap. bona de poſt. Prælat.* cum illam habeat tantum à Domino, & per conſequens ab hominibus eſt immutabilis, *Innocent in cap. in nouo 21. di. & cap. omnes 22. di. & cap. ſi Imperator. 96. di.* facit *cap. nouit. de Iudic.* ibi, poteſtas noſtra ex Deo eſt.

Secundò adducitur *gloſs. notab in cap. ad Apoſtolica, de re iud. in 6.* quæ dicit, ſolum Papam poſſe deponere Regem, Imperatorem, & quemcumque alium, per *cap. alius, 15. qu. 6.* vbi ſolus Papa depoſuit Regem Franciæ; Non obſtante quod in ſubſcriptione *capitis ad apoſtolica* dicatur, ſacro approbante Concilio, quia hoc eſt potius ad honeſtatem, quam ad neceſſitatem, Cum Papam plenitudinem poteſtatis habeat. *cap. decreto 2. qu. 6. & & cap. ad honorem de auct. & vſu pall.* & licet inferiores Prælati iudicare debeant ſecundum Canones, & in præſentia ſuorum Clericorum, *cap. nouit., de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. capit. & cap. Epiſcopus nullus cauſam, 16. qu. 7.* ſecus tamen eſt in Papa, qui non ſubijcitur Canonibus, nec ab eis auctoritatem habet, ſed e contra, *cap. ſignificaſti de elect. & cap. propoſuit de conceſs. præb.* Et ipſe omnes iudicat, & nemo ipſum, *cap. nemo, & cap. aliorum 9 qu. 3. cap. omnes 22. di. & cap Si Papa 40. diſt.*

Tertiò affertur *tex. in cap. fundamenta §. decet, de elect. in 6.* vbi gloſs. ſuper verbo *contingeret* dicit, quod non compellitur Papa requirere Conſilium Cardinalium, cum ipſe habeat in ſe iura terreni, & cæleſtis Imperij *d. cap. omnes 22. di.*

Quartò quia Papa eſt vocatus in plenitudinem poteſtatis, *cap. ad. honorem, de auct. & vſ. pall. cap. decreto 2. quæſt. 6. gloſs. in cap. quanto de tran. Præl.* De cuius plenitudinis poteſtatis conceptu eſt, non indigere aliqua adiectione Conſilij, *cap. ſi omnia, 6. qu. 1. & cap. bene quidem in princ. 96. di.* facit, quod ait *D. Thom. in 4. diſt. 24. quæſt. 2. ar. vlt.* Papam ideo non vti baculo paſtorali, ſicuti Epiſcopi, quia non habet coarctatam poteſtatem, quam curuatio baculi deſignat, *Felinc. in rubr. de conſtit.*

Quintò, quia Papæ poteſtas non ſolum eſt plena, ſed etiam libera, *tex. in clem. 1. in fin. vt lit. pend.* Qui propterea non tenetur alicuius conſilium requirere *gloſſa in verbo liberè, in Clem. dudum, de ſepult. & notat Ioann. Andr. in cap. licèt Epiſcopus de præben. in 6. & habetur in cap. de multa de præben.*

Sexto, quia iuxta *gloſſ. in cap. quanto de tranſ. Prælat.* non eſt qui Papæ dicere poſſit, cur ita facis? quod declaratur in

cap.

cap. ſi Papa, 40. *di. & in cap. in fidei fauorem, de heret. in 6.*

Septimò, quia Eccleſia militans exemplata fuit diuinitus à triumphante, *gloſſ. notab. in Clem. ad noſtram de heret*. Ac proindè ſicuti in Eccleſia triumphanti, ſic & in militanti ſit vnum caput ideſt Papa, cuius præceptis omnes obedire tenentur, & qui habet vtrumque gladium; Ad quod facit id quod ponit *Bart. in l.* 1. *ad. fin. ff. de req. reis.* quod Imperium dependeat ab Eccleſia, & quod Imperator non ex ſe præſit, ſed dependentiam habeat à Papa.

Octauo, quia Papa ſolus de ſe creat Cardinales; quod notat *Ioann. And. in cap. ſanè de conu. coniug.* & ibi etiam Abbas, ac propter eà illorum Conſilio indigere non debet.

Nono, quia ſoli Petro, & in perſona Petri eius ſucceſſoribus, & non omnibus Apoſtolis dictum eſt, ſi diligis me, paſce oues meas, *cap. ſignificaſti de elect. & extrau. vnam Sanctam Bonif. VIII. & ponit Abb. in cap. translato, de Conſtit.* Et tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, 21. *dr. in nouo.* Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cæl's, *Matth.* 16. *& cap. quodcumque* 24. *quæſt.* 1. *cap. per venerabilem, verſ. ſi verò, qui fil. ſint legit. cap. ad Apoſtolicæ, verſ. nos itaque, de re iud. in* 6. Quod autem dicitur, *Matth.* 18, Quæcumque ligaueritis, ſuper terram, erunt ligata & in Cælo, Intelligitur dictum Apoſtolis in ordine ad Petrum, quo mediante in alios poteſtas deriuanda erat, & ideo fuit dictum eis, *In Cælo*, Petro autem, *in Cælis*, quia non erant tantæ perfectionis ſicuti Petrus, *Ioan de Turrecrem. in Summa de Eccleſia, lib.* 3. *cap.* 31.

Decimò affertur auctoritas *Auguſtin. de Ancon. in lib. de Eccleſ. pot. quæſt.* 14. quod ideo in negotio Canonizationis Papa de neceſſariò non tenetur requirere Conſilium Cardinalium, quia Collegium Cardinalium aſſiſtit Papæ non per modum determinationis, & limitationis poteſtatis, ſed per modum miniſterij, & conſilij.

8 Quibus rationibus hinc indè perpenſis, concludit *Caſtellan.* in Canonizationibus Sanctorum Papam non teneri conſilium Cardinalium de neceſſario, ſed ſolùm de congruo, & honeſto requirere ob rationes *ibidem* adductas.

Quæ quidem quæſtio per antiquos doctores tractata, videtur merè ſpecularius, cum indubitati iuris ſit, Papam omnibus legibus eſſe ſolutum, per *textum ad litteram, in l. Princeps ff. de legi.* nullumque in terris habere ſuperiorem, *Ioann. de Capiſtr. de auct. Papæ* §. 3. *in princ. nu.* 66. *Caſtald. de Imper. quæſt.* 103 *nu.* 2. *Solorzan. de Iur. indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 74. vbi ex alijs concludit, quod Papa inter mundi Principes ſupremum obtinet Principatum, & Monarchiam, eſt maior omnibus hominibus, & vnus omnium Princeps conſtitutus ſuper Reges, & Regna, cauſa cauſarum, Dominus dominantium, vertex omnium dignitatum, & ſuper omnia, quia eius poteſtas, ſuper cæteras poteſtates, non eſt ex hominibus, ſed ex Deo. Super quibus quidem prærogatiuis cum tot auctores ſcripſerint, non eſt cur nos vlterius diffundamus.

9 Quibus tamen non obſtantibus, quantò maior, & excelſior eſt Dignitas Papæ, tantò ſe humiliores ſemper oſtenderunt Romani Pontifices; in hoc præſertim, quia nihil ſine Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio peragant, vt liquet ex tot Congregationibus eorumdē Eminentiſſimorum Cardinalium ab ipſis Pontificibus inſtitutis. Nempè Generalium Inquiſitorum, pro rebus ad officium Sanctæ Inquiſitionis ſpectantibus, quam inſtituit *Paul.* 3. *Conſtit.* 34. & reſtituit *Sixtus Quintus Conſtit.* 74. Pro ſignatura Gratiæ; Pro erectione Eccleſiarū, & prouiſionibus Cōſiſtorialibus. Pro vbertate Annonæ ſtatus Eccleſiaſtici Pro ſacris Ritibus, & cęrimonijs, in qua tractantur Canonizationum cauſæ ad formam nouiſſimorum decretorum. Pro claſſe paranda, & ſeruanda, ad ſtatus Eccleſiaſtici defenſionem. Pro indice librorum prohibitorum. Pro exequutione, & interpretatione Concilij Tridentini. Pro ſtatus Eccleſiaſtici grauaminibus ſubleuandis. Pro vniuerſitate ſtudij Romani. Pro Conſultationibus Regularium. Pro Conſultationibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum. Pro vijs, pontibus, & aquis curandis. Pro typografia Vaticana. Pro conſultationibus ſtatus Eccleſiaſtici. Quas omnes inſtituit *Sixtus Quintus, dicta Conſtit.* 74. *Bullar. nouo, tom.* 2. Aliam ſuper bono regimine Communitatum ſtatus Eccleſiaſtici inſtituit *Clemens Octauus, conſtitut.* 10. *Bullar.*

tom.

tom. 3. Et aliæ pariter, tum Cardinalium, tum Prælatorum ab alijs Pontificibus inſtitutæ fuerunt, Ex quibus patet, quanta cum circumſpectione, & zelo per ſolos iuſtitiæ tramites Romani Pontifices, in definiendis cauſis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus procedant.

SVMMARIVM.

Actus interi non ſubijciantur exteriori Iudicio nu. 32.

Baptiſmus pro Canonizatione Sanctorum probari debet, nu. 7. An ſit probandus concludenter, nu. 8. eſt triplex nu. 12.

Baptizatus præſumitur, qui natus, & conuerſatus inter fideles nu. 11.

Baptizatus præſumitur mortuus, nu. 10.

Canonizandus non debet reſplenduiſſe in omnibus actibus virtutum, nu. 65.

Charitas pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt, nu. 38. quomodò probetur, nu. 41. & ſeqq.

Charitatis gradus, nu. 39. actus interni, nu. 40.

Fides pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt, nu. 3. quomodò probetur, nu. 16. & ſeqq.

Fides eſt baſis, & fundamentum ſpiritualis edificij nu. 4. eſt duplex nu. 6.

Fides explicita requiritur maior in ſuperioribus, & doctoribus &c. nu. 13.

Fides theologica non probatur miraculis, & alijs gratijs gratis datis nu. 27.

Fides immaculata debet eſſe, nu. 28.

Fidei actualis actus ad tria capita reducuntur, num. 14.

Fidei magnitudo ſita eſt principaliter in quatuor operationibus, nu. 15.

Fortitudo pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt, nu. 62.

Homo vnus poteſt eſſe diſpoſitus ad vnam virtutem magis quàm alius, nu. 65.

Humilitas pro Canonizatione Sanctorum probari debet, nu. 67.

Intellectus per fidem adhæret veritatibus reuelatis, nu. 5.

Iuſtitia pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt, nu. 61.

Perſecutio ſanguine coniunctorum eſt grauiſſima, num. 25.

Prudentia pro Canonizatione Sanctorum probari debet, nu. 60.

Qualitates extrinſecus aduenientes non præſumuntur, nu. 9.

Requiſita pro Canonizatione Sanctorum, nu. 1.

Simplicitas probanda eſt pro Canonizatione Sanctorum, nu. 66.

Spes eſt ſanguis fidei, nu. 30.

Spes pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt, nu. 30.

Spei probationes, nu. 33. & ſeqq. actus interni, & externi nu. 31.

Temperantia eſt probanda pro Canonizatione Sanctorum, nu. 63.

Tollerantia perſecutionum &c. eſt probanda pro Canonizatione Sanctorum nu. 68.

Vitæ Sanctitas quid importet, nu. 2.

Virtutes omnes, integrales, & potentiales an ſint probandæ pro Canonizatione, nu. 64.

CAPVT V.

Quanam virtutes pro Canonizatione Sanctorum requirantur?

1 Vitæ Sanctitatem, & operationem miraculorum, pro Sanctorum Canonizatione ſemper fuiſſe requiſitas, conſtat tum ex litteris Apoſtolicis in Sanctorum Canonizatione confectis, tum ex diſpoſitione iuris communis, *in cap. venerabili de teſti.* tum denique auctoritate *Innoc. in cap. 1. de reliqu. & vener. ſanct. Hoſtien. eodem cap 1. & in ſumma tit. de reliqu. & vener. ſanct num. 4. Auguſtin. de Ancon. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 15. art. 2. Troil. Malnet. de Canon Sanct. dub. 3. n. 1. Iacob. Caſtellan. de Canon Sanct. qu. 4. principal. in princ.* & aliorum omnium de materia ſcribentium.

2 Nomine autem ſanctitatis vitæ venire opera virtutum, apud omnes eſt in confeſſo, quia virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, *2. Ethic. cap. 6. gloſſ. in cap. prudentia 32. qu. 1.* ac proinde iuxta praxim ad canonizationem ſanctorum nunquam deuenitur, niſi prius conſtet de omnibus, & ſingulis virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus.

3 Et primo quidem probanda eſt fides, quia ſine fide impoſſibile eſt, placere Deo, *Habr. 11. 6.* & vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit *24. qu. 1. vbi ſana*, hoc eſt operatur iuſtitiam, *gloſſ. ibidem* & ſine fide nullum bonum opus conducit ad æternæ vitæ meritum, *D. Gregor. lib. 2. moral. cap. 24.* vbi explicans, cur in domo fratris primogeniti conuiuabantur reliqui filij Iob, virtutes, *inquit*, reliquæ epulantur in fide, quæ ſi non prima in corde noſtro gignitur, reliqua quæcumque bona eſſe non poſſunt, etiamſi bona videantur; & ſicuti rami ſine

virtute

virtute radicis areſiunt, ita opera, quantumlibet bona videantur, nulla ſunt, ſi à ſoliditate fidei diſiungantur.

4 Eſt igitur fides baſis, & fundamentum ſpiritualis ædificij, & lumen ſupernaturale diuinitus infuſum, quo intellectus humanus, denſis ignorantiæ tenebris inuolutus, robotatur, vt ad veritates à Deo reuelatas attingere poſſit; Cum enim, *teſte Philoſopho*, intellectus noſter ob ſuam infirmitatem ſe habeat ad diuinas veritates, ſicut oculus noctuæ ad ſolem. Hinc neceſſe fuit, quod ad illarum intuitum, & aſſenſum intellectus illo ſupernaturali lumine, quod eſt quædam deriuatio luminis gloriæ, adiuuaretur, vt haberet fundamentum euangelicæ perfectionis, & iuſtificationis initium. Quæ quidem fides deſcribitur communiter à Theologis, quod ſit habitus, quo infallibiliter, & ſine vlla formidine credimus à Deo reuelatis ob auctoritatem reuelantis; Et ab Apoſtolo definitur, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, *Hebr.* 11. quam definitionem explicauimus ſupra
5 *par.* 2. *cap.* 2. *num.* - -. Adhæret autem per fidem intellectus veritatibus reuelatis, propter auctoritatem reuelantis, qui eſt Deus, quia nec fallere, nec falli poteſt. Cum autem intellectus in his, quæ non videt, naufragetur, exigitur inſuper pia affectio charitatis, & vt quietem aſſequatur, & vt ratione eius directionis non maneat ſolum in ſpeculatione, ſed ad praxim tendat, & actiones extra ſe producat, iuxta illud, vt probatio veſtræ fidei multo prætioſior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti, quẽ cum non videritis diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ,
6 ſalutem animarum, 1. *Pet. cap.* 1. Cum verò duplex ſit fides, actualis ſcilicet, & habitualis, hæcque probetur per baptiſmum, in quo diuinitus infunditur habitus fidei ſupernaturalis, D. *Thom.* 1. 2. *qu.* 102. *art.* 5. *ad* 3.

7 Propterea de Baptiſmo in primis conſtare debet, *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. qu.* 4. *princip. verſ. quaro iuxta præmiſſa*, cum Baptiſmus ſit Ianua Sacramentorum, *Henric. in ſumm. de Baptiſ. cap.* 2. *in princ.* & niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poterit introire in Regnum Dei, *Ioan.* 3. *& cap. non poteſt, cap. filius cap. per aquam, & cap. firmiſſime de conſecr. di.* 4.

8 Verum autem Baptiſmus probandus ſit concludenter, an ſufficiat præſumptiue? Videtur diſtinguendum, vtrum agatur de baptiſmo viuentis, an mortui. Primo enim caſu probandus eſt concludenter, quia Baptiſmus, cum ſit quid facti, præſumi non poteſt, *vulg. l. aut facta ff. de capit. & poſt. reuer.* ac proinde ſi dubitetur de Baptiſmo paruuli, nec de eo conſtare poſſit, baptizari debet ſaltem ſub conditione, *cap. paruulos, cap. placuit, cap. cum itaque, & cap. ſi nulla de conſ. di.* 4. facit, *cap. ſi forte de elect.*
9 *in* 6. vbi qualitates extrinſecę, ſeu extrinſecus aduenientes, vti ſcientia, & huiuſmodi, non præſumuntur, ſed probari debent.

10 Si autem agatur de baptiſmo mortui, nõ requiritur probatio concludens, quia mortuus præſumitur baptizatus, per *text. ad litt. in cap. ſi eos, iuncta gloſſ. de conſ. di.* 4. *& gloſſ. in cap. presbyteri, in fine* 46. *di. text in cap. veniens in fin. de preſb. non bapt.* ibi, cer-
11 te de illo, qui natus eſt de Chriſtianis parentibus, & inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, tam violenter præſumitur, quod fuerit baptizatus, vt hæc præſumptio pro certitudine, ſit habenda, donec euidentiſſimis forſitan argumentis contrarium probetur.

Eoque magis ſi conſtaret de vitæ ſanctitate, & miraculis, & quod in Sanctæ Matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nomine perſeuerauerit, quia tunc ab originali peccato ſolutum, & cæleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum, incunctanter eſt aſſerendum, vt reſpondit Innocentius Tertius Siccardo Epiſcopo Cremonenſi, *in cap.*
12 *Apoſtolicam de presb. non bapt.* Baptiſmus enim inuiſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. *Auguſt. de Ciuit. Dei, relat. in d. cap. Apoſtolicam, & ibidem gloſſ.* triplici aſſignato baptiſmo, fluminis, flaminis, & ſanguinis, Baptiſmum flaminis inquit eſſe, qui per fidem de baptiſmo inuiſibiliter operatur.

Notandum autem, quod licet habitus fidei ſupernaturalis infundatur in baptiſ-
13 mo, vt dictum eſt, credenda tamen de fide habentur ex auditu, *Roman.* 10. 17. ſcilicet per eruditionem minoribus à maioribus factam D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 2. *art.* 6. *c.* ex quo infert Sanctus Doctor, quod ſuperiores, ad quos pertinet, alios erudire,

plenio-

pleniorem fidei, ſeu explicite credendorũ notitiam tenentur habere. Sicut enim reuelatio diuina quodam ordine ad inferiores peruenit per ſuperiores, *Dion. de Celeſ.hier.cap.4.& 7.* ſic pari ratione explicatio fidei peruenire debet ad inferiores homines per ſuperiores; ideoque ſicuti ſuperiores Angeli, per quos inferiores illuminantur, habent pleniorem notitiam de rebus diuinis, *Dion.loc.cit.cap.12.* Ita etiam maiores homines, ad quos pertinet, alios erudire, tenentur habere pleniorem notitiam de credendis, & magis explicite credere.

Ex quibus duo inferuntur. Primo quod in probãda fide alicuius ſerui Dei, Doctoris, Concionatoris, Prælati &c. conſtare debet de pleniori fide explicita, quam ſi agatur de probanda fide alicuius ſerui Dei inferioris ordinis. Secundo quod ſi conſtet de actibus, ex quibus probetur fides explicita plenior, quam illius ſerui Dei naturali ſtatui, & conditioni conueniat, magnam exindè præſumptionem ducendam, quod talis fides explicita fuerit ei diuinitus reuelata, cum de fide credibilia naturalem rationem excedant. D. *Th.2.2.q.2.c.*

14 Fides actualis ſunt ipſi actus, qui ab habitu fidei ſupernaturalis emanant. Qui quidem actus, ſeu effectus fidei, conſiderandi in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem, ad tria capita reducuntur. Primum eſt, credere res fidei, ſecundum eſt, dogmata eius ſcire, & tertium ea debito, & opportuno tempore confiteri. Duo autem priora actu immanente, & interno continentur, qui cum nõ poſſint ſub iudicio cadere, niſi ſecundum quod exprimuntur per externas operationes, inde fit, quod talium actuum excellentia ſit cognoſcenda per actus externos, tanquam per ſenſibile ſignum, vt ex externis operationibus interna fides arguatur. *l.1.§.fin. ff.de dolo, l. labeo ff.de ſuppell.lega. cap. ſecundo requiris, de appell.* & ex factorum magnitudine probetur intentio, ſeu magnitudo fidei, *gloſſ. in d.l.1. verb. ex facto ff.de dolo.*

15 Quæ quidem magnitudo fidei ſita eſt principaliter in quatuor operationibus, iuxta ſententiam D. *Antonin. in ſumma p. 4.tit.8. cap.3.ſub §. 6. verſ. ex his.* Prima operatio eſt, alta de Deo ſentire, ſicuti ſenſit Centurio, cui dictum fuit à Domino, non inueni tantam fidem in Iſrael, *Matth.* 8. Ex qua conſideratione exoritur timor Dei magnus, & propriæ vilitatis cognitio ad ædificium ſpirituale eximium fundamentum. Secunda eſt, tranſitoria pro præmio æterno contemnere, ex qua naſcitur, quod anima, amore ſaucia, quærat Deum, & in eius contemplatione, & amore perſiſtat, atque omnia mundana, & à ſenſibus appetibilia relinquat, prout fide Moyſes grandis factus negauit, ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, & hac de cauſa audiuit à Domino, Ego conſtituo te Deum Pharaonis *Hebr.* 11. Tertiò in aduerſis de Deo confidere, & non deficere, ſicuti Moyſes fide reliquit Aegiptum, non timens animoſitatem Regis; fide tranſiuit mare rubrum tanquam per aridam, *Hebr.* 11. Quartò, non deſiſtere à bono opere difficultatibus inſurgentibus, ſicuti fecit Cananea in ſua petitione perſeuerans, *Matth.* 15.

16 Ex effectibus igitur extrinſecis fidei primum argumentum deſumitur ex abſtinentia ab omni læthali crimine, quia hæc eſt perfectior animæ reformatio, quæ in hac mortali vita adinueniri poſſit, & qua fit anima munda, pura, & Deo gratiſſima iuxta illud, det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem Chriſtum inhabitare per fidem in cordibus veſtris, *Ephes* 3. Quod etiam expreſſit Ioannes Apoſtolus, *epiſt. 1. cap. 3. & 5.* Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum, & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra, & Beatus qui inuentus eſt ſine macula, qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit, *Eccleſ.* 31. Quod tanquam ſuperexcedens omnem humanam conditionem, annumerat Eccleſia inter principaliora aliquorum Sanctorum magnalia; nam de Sancto Dominico Prædicatorum Ordinis fundatore dicitur, læthalis criminis totam vitam expertem omninò duxit. De Sancto Petro Martire, Corpus, & animam ab omni impuritate ita cuſtodiuit, vt nullius mortiferi peccati labe ſe inquinatum vnquam ſenſerit. Et de D. Bonauentura, Tantæ puritatis, & innocentiæ fuit, vt preceptor eius Alexander non dubitauerit de illo dicere, verè Iſraelita, in quo Adam non peccaſſe videtur.

17 Secunda probatio ex taciturnitate ad tempus, & ſermonibus de Deo, & ad Dei

gloriam

gloriam, & proximi vtilitatem, prout commendat *D. Hieronymus* per hæc verba Fælix lingua, quæ non niſi de diuinis nouit texere ſermonem. Et prout de Diuo Dominico Prædicatorum Ordinis fundatore legitur, quod linguæ obſeruantiſſimus cuſtos, ac niſi cum Deo, aut de Deo colloquens fuerit; vixque de alijs rebus illi ſermo erat. Et de Beato Iacobo Salomonio, quod in eius ore non niſi Deus, ac diuina verſabantur; iuxta doctrinam D. Pauli, ad *Ephes*. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

18 Tertiò ex fuga corporis ornatus, & ex vilibus indumentis, quod comprobat *D. Bernardus epiſt.* 103. *dicens*, Filiæ Babilonis monilibus fulgent, moribus ſordent; Tu verò foris pannoſa es, intus ſpecioſa, reſplendes, intus eſt, quod delectat, quia intus eſt, quem delectat, quia non dubitas habitare Chriſtum per fidem in corde tuo. Cui concordat *D. Chryſ. ſuper Luc. cap.* 13. Nouit fides omnibus repugnare, & de omnibus triumphare. Nam ſi eauſa pecuniæ ſunt impudentes nonnulli, pro animæ ſalute cur non deceat bonam induere impudentiam?

19 Quartò ex dilectione ſolitudinis; ſicuti fide Abraham demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac, & Iacob, cohæredibus repromiſſionis eiuſdem, *Hebr.* 11. Et Sacra pagina maximè commendat S. Iudith virtutem, & excellentiam, quia in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabatha &c. *Iudith.* 8. Quam ſolitudinem laudat *D. Bernard. de vit. ſolit. ad fratres de Monte Dei, dicens.* Ipſi quibus in altitudine montis oſtenditur exemplar veri decoris Domus Dei, ipſi ædificant ſibi, ipſi in quibus ſolitudo interiorum ſuorum, contemptum, & negligentiam inducit omnium exteriorum, ipſi ædificent ſibi formam paupertatis, & Sanctæ ſimplicitatis ſpeciem, ergo obſecro in peregrinationis huius ſæculi ædificemus nobis non domos ad habitandum, ſed tabernacula ad deferendum, nunquid non facilè eſt ſolitario, & ſufficiens naturæ & vtile conſcientiæ ipſi ſibi de virgis contexere de luto plaſmare, & decentiſſime inhabitare. Vos autem, qui ſpirituales eſtis, ſicut Hæbrei, ideſt tranſeuntes, non habentes hic Ciuitatem manentem, ſed futuram inquirentes, ædificate vobis caſulas, habitantes in terra repromiſſionis, quaſi in aliena, cum cohæredibus repromiſſionis expectantes Ciuitatē, habentem fundamenta, cuius artifex, & conditor eſt Deus. Idcircò Patres noſtri in Aegipto, & Thebaida, Sanctæ huius vitæ ardentiſſimi amatores, in ſolitudinibus agentes, anguſtiati, afflicti, quibus mundus dignus non erat, ipſi ſibi cellas ædificabant, in quibus tecti tantummodò, & circumſepti à turbine, & à pluuia tutabantur, in quibus heremiticæ frugalitatis delitijs affluebant, quos quo nomine appellem neſcio! homines cæleſtes, an Angelos terreſtres? degentes in terris, ſed conuerſationem habentes in Cælis.

20 Quintò ex voluntaria pœnitentia, ieiunijs, vigilijs, abſtinentia, corporis caſtigatione, quia tormenta libenter patitur, qui Deum remuneratorē firmiſſimè concipit, dicente *Paulo* 2. *Cor.* 7. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione; Quam regiam crucis viam, laboribus, & anguſtijs plenam, veluti abſolute neceſſariam ad perfectionem, & gloriam promerendam, adque intimam Dei vnionem propoſuit Chriſtus Dominus *dicens*, qui non baiulat crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus, *Luc.* 14. Hinc Paulus *ad Gal.* 6. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et ſponſa *Cant.* 4. vadam ad montem mirrhæ, & ad collem thuris. Per mirrham namque amaram intelligitur mortificatio, quæ carnem macerat; ſicuti etiam pro eadem ſumitur fel, vt communiter expoſitores, & præcipue *D. Auguſtin. de conſen. Euangeliſt.* concordans illud *Matth.* 27., dederunt ei bibere vinum felle mixtum, & illud *Marci*, dabant ei bibere mirrhatum vinum. Fel *inquit* pro amaritudine Mattheus poſuit, mirrhatum enim vinum amariſſimum eſt. Per thus verò ſignificatur oratio, iuxta illud, dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Propterea ſponſa vt accederet ad orationem amaritudinem mirrhæ deguſtabat. Quam vero gratum Domino ſit hoc ſacrificium, & quantum inſeruiat ad placandam iram Dei, expreſſit

Propheta nomine iuſtorum, qui Deo placere ſtudent, *dicens* Conuenite, & ingrediamur Ciuitatem muniram, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis, *Hierem.* 48. Ieiunium verò facit homines Angelis ſimiles D. *Bonau. ſerm.* 2. *de Ieiun.* Quod in pluribus ſanctis laudat Eccleſia, & ſignanter in Sancto Nicolao, quod adhuc puerulus, multo ieiunio corpus macerabat. In Sancto Dominico, quod abſtinentia tāta carnes nunquā edebat, ieiunia nec æger ſoluebat. De Sancto Bernardo, Ieiunio ita deditus erat, vt quoties ſumendus erat cibus, toties tormentū ſubire videretut. De Sancto Franciſco de Paula, Cibi abſtinentia fuit admirabili, nā ſemel indie poſt ſolis occaſū reficiebatur, & ad panem, & aquæ potum vix aliquid huiuſmodi obſonij, quo veſci in quadrageſima licet, adhibebat. Idem etiam de Sancto Norberto; ſemel in die ſub veſperam cibo quadrageſimali vtebatur. De Sancto Philippo Netio, ea fuit abſtinentia, vt ſæpè ieiunus triduum permanſerit. Etdemum de Sancta Chaterina Senenſi; Inuenta eſt aliquando à die cinerum vſque ad Aſcenſionem Domini ieiunium perduxiſſe. De nocturnis vigilijs Eminentiſs. Bona S. R. E. Card. *lib. de diuin. pſalmod. cap.* 4. *de noctur. vigil.* commentans illud Pſalmographi, nox illuminatio mea, in delitijs meis; *Quia*, *inquit*, Regius Propheta in nocte lucis opera peragebat, Sancti Spiritus ignem miſit Dominus in cor eius, vt luceret ei per noctem, cuius fulgore nox illuſtrata, illuminatio facta eſt ei in delitijs, quare fugatis peccatorum tenebris, & principe tenebrarum debellato, alios etiam ad tanti luminis participationem inuitans ait, in noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum. O ſi ſcirent homines, quam ſanctæ, quam gratæ Deo, quam ſalutares ſint ſacræ vigiliæ, non ſolum Monachi, & alij Eccleſiaſtici, ſed & fideles ſinguli, in vnum diues, & pauper noctem verterent in diem, nocturnis precibus ſummo ſtudio inſiſtentes. *Et eodem lib.* 4. §. Ex Sancto Epifanio refert ſtudium vigilandi, quo Phariſei vtebautur, quorum quidam aſſeres ſibi ipſis parabant dodrantis latitudinem non excedentes, in quibus ſe ad veſperam locabanr, vt ſi quis dormiſſet, in pauimentum decideret, & rurſus excitaretur ad orationem per hoc, quod vigilantem vitam haberent, quantum fieri poſſet. Alij lapillos ex aquis collectos ſibi ipſis ſternebant, vt dum his pſigerentur, non in profundum ſomnum deferrentur, ſed vigilantiam ſibi ipſis parare cogerentur, Alij ſpinas pro ſtrato ob eamdem cauſam habebant. Quod etiam de pluribus Sanctis Eccleſia celebrat, vti de Sancto Antonio Abbate, quod humi cubabar, cum eum neceſſarius ſomnus occupaſſet. De Sancto Dominico, quod ſi quando grauior ſomnus feſſa membra obrueret, ſtans nixus Altari, vel ad durum lapidem inclinatus paululum quieſcebat. De B. Agnete de Monte Politiano, quod eius lectulus nuda humus, ceruical ſaxum fuit. Et D. Hieronymus de ſe ipſo referendo aſperrimum illud vitæ genus, quod in Eremo tranſigerat, ait. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus, etſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam. Videantur, quæ de pænitentia D. Petri de Alcantara ſcripſimus ſupra *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 74.

21 Sexto ex Sanctarum Imaginum cultu, & in illas deuotione, & affectu, *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 94. *ar.* 2. *ad* 1. Et Sacroſancta Mater Eccleſia inter ea, quæ nobis iniungit, & præcipit in fidei teſtimonium præſtari, eſt ſanctarum imaginum cultus, & veneratio, pront definitur à Concilio Tridentino contra hæreſes noſtri temporis, idque expreſſe tradit *D. Auguſtin. in enchir. cap.* 108. *per hæc verba.* Ipſe quoque Dominus Religioſæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod vnguentum prætioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad eum ſepelliendum fecerit, & ad Dei prouidentiam, cui placent etiam iſta pietatis officia propter fidem adſtruendam.

22 Septimo ex oratione. *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 83. *ar.* 1. *&* 3. Cum enim ad religionem pertineat, reuerentiam, & honorem Deo exhibere, & per orationem homo Deo reuerentiam exhibeat, in quantum ei ſe ſubijcit, & profitetur orando, ſe eo, tanquam auctore ſuorum bonorum indigere, per conſequens illud ſubijci Deo eſt actus fidei, cum pertineat ad fidem infuſam, & Deum cognoſcere, & ad illius venerationem homines inclinare, & mouere.

23 Octauo ex humilitate, quam exercens homo, proteſtatur, ſe credere Deo dicenti, omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur, *Luc.*

18. &

18. & diſcite à me, quia mitis ſum. & hu-
milis corde, *Matth.* 11. videatur *D.Chriſ.*
homil.de penit. & meſt. vbi explicans illud
Apoſtoli, ego ſum minimus Apoſtolorum,
qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, *ad*
Epheſ. 4. Quis eſt is, *inquit*, qui hæc ver-
ba proferebat, Paulus Cælorum ciuis,
terreſtris Angelus, homo cæleſtis? Talis
quippe virtutis huius eſt potentia, vt ho-
minem conuertat, efficiatque, vt anima,
velut pennis prædita, in Cælum tendat.
Et homil. 3. in Gen. Bonis operibus noſtris
humilitatem quaſi fundamentũ ſubſtrua-
mus, vt ſecure virtutes ſuperextruere va-
leamus, qui hoc fundamentum recte ie-
cerit, poterit in quantam voluerit altitu-
dinem ſtructuram excitare. Et Venerabilis
Beda, ſuper illud, Cum feceritis quæcum-
que præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui
inutiles ſumus; ſerui quidem, *inquit*, quia
pretio empti, inutiles, quia Dominus bo-
norum noſtrorum non indiget, vel quia
non ſunt condignæ paſſiones huius tem-
poris ad futuram gloriam. Hæc igitur eſt
hominibus fidei perfectio, ſi omnibus, quæ
præcepta ſunt, impletis, imperfectos eſſe
ſe nouerint.

24 Nono ex Perſecutionum tollerantia;
quia beati, qui perſequutionem patiun-
tur propter iuſtitiam, & Beati eritis, cum
maledixerint vobis homines, & perſe-
quuti vos fuerint &c. gaudete, & exulta-
te, quoniam merces veſtra copioſa eſt in
25 Cælis. *Matth.* 5. Inter quas quidem per-
ſecutiones grauior eſt, & primum locum
obtinet, quæ fit à ſanguine coniunctis; &
affinibus, qui cum non ſolum voluntatis
electione, quæ diſſolubilis eſt, ſed indiſ-
ſolubili naturæ nexu coniungantur, po-
tius debent, ac ſolent ſibi ipſis fauere mu-
tuo, quam perſecutiones in inuicem ex-
citare; vnde quando contra aliquem in-
ſurgit conſanguineorum contrarietas, po-
tius exiſtimatur oriri ex zelo iuſtitiæ, quã
ex ſenſu naturæ. Quapropter qui per pa-
rentum, vel conſanguineorum perſecu-
tionem exercetur, amplius patitur, quia
fortius contra ipſum vibratur telum, quod
communiter æſtimatur non ab odio, ſed
à zelo intentum. Cuius intollerabilis do-
loris, & fere ineuitabilis obſtaculi nobis
in Sancto Iob exemplum proponitur, qui
cum vxorem ſuam ſibi in tot calamitati-
bus conſtituto audiuiſſet taliter inſultan-
tem, Adhuc tu permanes in ſimplicitate
tua, benedic Deo, & morere; Cum in
præcedentibus damnis non ſolum patien-
ter ſiluiſſet, ſed etiam Deum de bonorum
omnium, & filiorum iactura benedixiſſet,
quaſi oblitus ſui, vel ſancta impatientia,
vel ardenti motus zelo, in hæc dura ver-
ba prorupit; quaſi vna de ſtultis mulieri-
bus locuta es; Cumque illa replicaſſet;
Manifeſtè vana eſt ſpes tua, & eleæmoly-
næ tuæ modo apparuerunt, tunc ingemuit
Iob, & cum lacrimis orans dixit, nunc
Domine memor eſto mei, nec vindictam
ſumas de peccatis meis, neque reminiſca-
ris delicta mea. Facit, quod in perſona
Chriſti Domini cecinit Pſalmographus,
Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet
mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ſi is, qui ode-
rat me, ſuper me magna locutus fuiſſet,
abſcondiſſem me forſitan ab eo; Tu verò
homo vnanimis &c. *Pſal.* 54. 12. vnde
proprie Chriſtum imitatur anima, quæ ex
huiuſmodi perſecutionibus victrix eua-
dit; in quibus ſuperandis requirit ſcutum
fidei Apoſtolus *ad Epheſ.* 6.

26 Supradictis igitur actibus fidei, atque
item temporalium bonorum contemptu,
peccatorum confeſſione, martyrio, &c.
probatur fides theologica, quæ eſt virtus
infuſa, D. *Auguſt. lib. de vtilit. cap.* 17. & La-
ctant *in lib. de vera ſapient. cap. vlt.* Mira-
27 culis verò, dono prophetiæ, aliiſque gra-
tijs gratis datis non probatur fides theo-
logica, quia non pertinent ad virtutem
theologalem fidei, ſed ad virtutem mira-
culorum, quæ non eſt habitus fidei theo-
logalis, ſed qualitas ſuperaddita, vt vi-
dimus ſupra, *par.* 2. *cap.* 2. *num.*..

28 Pro complemento demum aduertendũ
eſt, fidem ita puram, & immaculatam eſ-
ſe debere vt nihil omnino vel minimum
contra eam apponi poſſit, *argum. cap. Ec-
cleſia de pen di.* 1. cuius rei ſimbolum præ-
ſtat candida veſtis, qua veſtiuntur bapti-
zati ſtatim poſt baptiſmum, *cap. poſt baptiſ-
mum* 89. *& cap. ſeq. de conſecr. di.* 4. nullus
enim color ita de facili maculatur, ſicuti
color albus. Propterea cæcinit propha-
nus Vates.

Non par, che da gli antichi ſi dipinga
La Santa Fè veſtita in altro modo,
Che d'vn vel bianco, che la copre tutta,
Ch'vn ſol punto, vn ſol neo la può far brutta.

29 Secundo loco probanda eſt ſpes, quæ
definitur *à Magis ſent. lib.* 3. *diſ.* 26. certa
expectatio futuræ beatitudinis, proue-
niens ex Dei gratia, & meritis præceden-
tibus. Et communiter à Theologis expo-

nitur, quod ſpes ſupernaturalis ſit ſupernaturalis motus apperitiuæ virtutis ad beatitudinem, conſequens apprehenſionem ipſius ſummi boni, ardui, poſſibilis adipiſci. Videantur, quæ diximus ſupra
30 *par.2.cap.3.* Eſt enim ſpes veluti ſanguis fidei, quia ſicuti anima in ſanguine, ſic fides in ſpe continetur, quæ ſi expirauerit, perinde ac ſi ſanguis fluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur, *Clem. Alex. in lib. 1. pedag. cap. 6.* Hinc *Paul. ad Rom. 5.* Iuſtificati ergo ex fide per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

31 Cuius ſupernaturalis ſpei actus dupliciter elici poteſt, formaliter ſcilicet, & virtualiter, D. *Bonauent. in 3. diſt. 26. qu. 4.* Actus ſpei formalis eſt ipſe, qui à voluntate, pondere ſpei inclinata, circa beatitudinem ſperandam elicitur. Actus verò virtualis eſt ille, per quem in exercitio alterius virtutis ipſa ſpes, qua dirigitur virtus, elicitur. Prætereà actus formalis ſpei poteſt eſſe internus, & externus. Internus eſt ille, per quem deſiderat quis beatitudinem adipiſci, prout per altiſſimam ipſius gloriæ æternæ contemplationem proponitur. Externus autem eſt ille, per quem quis verbis, aut ſignis, explicat ſe ſperare, ac deſiderare gloriam, & vi-
32 tam æternam. Cum autem internus actus voluntaris ſubijci non poſſit exteriori iudicio, proptereà in diſcutiendis actibus ſeruorum Dei colligitur exiſtentia, & permanentia habitus ſupernaturalis ſpei ex frequentia actuum, qui ex habitu ſpei, ſicuti & aliarum virtutum habitibus eliciuntur, *Scacc. de not. & ſign. Sanct. ſect. 3. cap. 2. §. ex his & ſeqq.* Qui demum actus, ab habitu ſpei eliciti, in duas ſubdiuiduntur ſpecies, quarum prima eſt proſequutionis in bonum, quæ vocatur ſpes, & altera fuga à malo, quæ vocatur timor; ſicque ad eamdem virtutem pertinet, ſperare bonum ſibi conueniens, & odio habere malum, quod illius boni eſſe poteſt impeditiuum, D. *Thom. 2. 2. qu. 17. & 19.* de quo quidem timore latius diſſernimus ſupra *par. 2. cap. 4.*

33 Prima igitur probatio ſupernaturalis ſpei deſumitur ex obſeruantia mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ex qua oritur conſcientiæ ſecuritas; ſiquidem ex amore, & ſpe beatitudinis omnia mundana reijcit volnntas. Vndè *1. Ioann. 3.* Si cor noſtrũ nõ reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo facimus. Ex ipſa enim mandatorum obſeruantia elicitur fiducia, & ſpes non timida, vel dubia, ſed firma ad beatitudinem conſequendam, & ad alia omnia, quæ à Domino poſtulamus; Atque inſuper ſecuritas conſcientiæ, qua anima ſpeciali dono gratiæ ditata, nulli mortifero peccato ſe ſentiens obnoxiam, viuam ſpem demonſtrat, iuxta illud. In pace, in idipſum dormiam, & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me, *Pſal. 4.* Quem locum commentans *Gilb. Abb. ſerm. 2. in cant.* Vtrumque, *ait*, complectitur ſpei nomen, & lectulum, & gaudium, quia in ſpe gaudemus, & in ſpe requieſcimus, ſed vndè ſpes, niſi de ſecuritate conſcientiæ? verè lectulum dixerim mentem ſecuram, & liberam, ſecuram propter conſcientiæ bonum, liberam autem à tentatione, liberam ab exteriori occupatione, liberam à leui cogitatione. *Et Pſal. 30. 8.* Ego autem in Domino ſperaui, exultabo, & lætabor in miſericordia eius.

34 Secunda probatio ſpei deſumitur ex lætitia in laboribus, & ærumnis &c. quia ex gaudio in laboribus, & cruciatibus infertur anxium deſiderium patiendi pro Chriſto, & magnus ſpei gradus, vt docuit *Ciprian. tract. 1. ad Demetr.* commentans illud; ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo, *Habac. 3. 17.* Dei, *inquit*, hominem, & cultorem Dei ſubnixum ſpei veritate, negat, mundi huius infeſtationibus commoueri. Et *D. Bernard. ſerm. 10. in Pſal. Qui habitat*, In ſpe viuimus fratres, nec deficimus in tribulatione præſenti, quod in expectatione ſimus indefectibilium gaudiorum. *Et D. Ciprian. ſupra cit.* Viget apud nos ſpe robur, & inter ipſas ſæculi labentis ruinas erecta mens, & immobilis virtus.

35 Tertia probatio deſumitur ex peccatorum timore, cum timor oriatur ex deſiderio rei amatæ, & ex eo quod quis intendit efficaciter beatitudinem per firmã ſpem, neceſſe eſt, quod eadem efficacia effugiat peccata, quæ ad aſſecutionem amatæ beatitudinis eſſe poſſunt impedimento.

mento. Cum hoc timore, *inquit D. Bernard. ſermon. 15. in Pſalm. Qui habitat*, ſpes habet meritum, cum hoc metu fructuoſè ſperatur. Eſt autem ipſe timor firmiſſima quædam, & efficax materia ſpei, ſiquidem maximum quoddam Dei donum timor iſte, & ex preceptione præſentium firma eſt expectatio futurorum; poſtremò beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum. Et qui timetis Deum, ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia. *Eccleſ. cap. 2.*

36 Quarta habetur ex oratione, quia ſtudium orationis non ſolum eſt ſoboles ſpei, ſed in quo tota ſpei fiducia nititur ad obtinendum à Deo, quod in ipſa poſtulatur. Spera in Domino, & fac bonitatem, ſubditus eſto Domino, & ora eum *Pſal. 36.* Et ſpe gaudentes, orationi inſtantes, *Rom. 17.* Hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos, & ſcimus quia audit nos, quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. *1. Ioann. cap. 5.* Ex eo enim quod quis orat, in eo ſpes arguitur, & ex eo quod quis continuis actibus orationis inſiſtit, ſpes in eo perſiſtere deuincitur. Videatur *D. Bernard.* ad illa verba Beatæ Mariæ Virginis, Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Vbi, nemo, *inquit*, orat, niſi quod credit, & ſperat; Vult autem à ſe requiri Deus, etiam quod pollicetur, & ideo forte multa, quę dare diſpoſuit, prius pollicetur, vt ex promiſſione deuotio excitetur, ſicque quod gratis daturus erat, oratio deuota promereatur.

37 Quinta deducitur ex tribulationum, & perſecutionum tolerantia, quia qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, *Pſal. 124. 1.* vbi *D. Hieronymus* Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, immobilis, hoc eſt, erunt immobiles, ſicut immobilis eſt mons Sion, qui ſpem ſuam in Deo collocant. *Et D. Chryſoſt. ſuper eod. Pſal.* Etiamſi quis innumerabiles adhibeat machinas, montem, nec conuellere, nec labefactare poterit; ita etiam qui eam ſggreditur, qui ſpem ſuam in Deo collocauit, reuertetur in domum vacuis manibus, Monte enim eſt tutior ſpes in Deo firma, conſtans, inuincibilis, inexpugnabilis. Mihi, *inquit*, *Pſalmographus*, adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino ſpem meam *Pſal. 82.* Et ſi occiderit me, in ipſo ſperabo, *Iob. 13.* Scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit &c. *Rom. 5.* Quæ operatur tollerantiam earumdem paſſionum, quas & nos patimur, vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes, quod ſicuti ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. *2. Cor. 1.*

38 Tertio loco probanda eſt charitas, quam vinculum perfectionis vocat *Paul. Coloſs. 3.* Quem locum explicantes, D. Chriſoſtomus, Theodoretus, D. Anſelmus, & alij, eam inquiunt eſſe vinculum, quod ligans, & continens reliquas virtutes, hominem reddit perfectum; ſicut enim humanus ſpiritus partes corporis, humores, ſenſuſque ligat, alioqui facilè diſpſoros, ita charitas virtutum imperatrix corpus reliquarum virtutum quaſi connectit, atque conſtringit; ſine illa continuo diſſoluendum. Vbi enim non eſt dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec rectè bonum opus vocatur, quia omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, & fides per dilectionem operatur, *D. Auguſt. lib. de Gratia Chriſti cap. 26.* Qui concludens diſputationem de neceſſitate gratiæ Chriſti, Ac per hoc, *ait*, gratiam Dei, qua charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis, ſic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, vt nihil omninò boni ſine illa, quod ad pietatem pertinet, veramque iuſtitiam, fieri poſſe non dubitet. Duplex autem eſt charitas, Dei videlicet, & proximi, vt vidimus ſupra *par. 2. cap. 5. per tot.* & rectè docet D. *Bernard. de modo benè viuendi ad ſororem cap. 5.* Charitas, *inquiens*, eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, in primo loco diligitur Deus in omnibus, & ſuper omnia, in ſecundo verò diligitur proximus in Deo, hoc eſt in bono. De hac dilectione Dei, & proximi, in canticis canticorum ſponſus Chriſtus loquitur ſponſæ, videlicet animæ ſanctæ, dicens, quam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa, & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata! Quid per mammas conuenientius in hoc loco, quā ipſa dilectio Dei, & proximi intelligitur, per quas mammas mens ſancta omnes ſenſus ſuos per dilectionem nutrit, iam Deo ſuo charitatis coniunctione conglutina-

tinatur, & proximis ſuis quidquid boni poteſt largitur; & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata, per vnguenta quippe ipſas virtutes, quæ ex charitate naſcuntur, intelligimus.

39 Charitatis erga Deum decem gradus ex D. *Thom. opuſc. 61.* adnotauimus *p. 2. cap 5. à num.* 18. videlicet languere vtiliter, Deum inceſſanter quærere, operari indeſinenter, appetere impatienter, ad Deum velociter currere, audere vehementer, vniri Deo indiſſolubiliter, ſuauiter ardere, ſponſam totaliter ſponſo aſſimilari; qui tamen ferè omnes cum ſint actus interni vix de illis teſtes deponere poſſunt, niſi fortaſſe Confeſſores, quibus ipſi Dei ſerui in confeſſione, vel extra eam reuelaſſent.

40 Inter actus externos, quibus arguatur internus habitus charitatis in Deum, à *Scacc. de not. & ſign. ſanct. ſect. 3. cap. 3.* enumerantur, fuga à peccatis tam mortalibus, quam venialibus, contemptus temporalium bonorum, zelus diuini cultus, & honoris, vt nimirum Deus ab omnibus ametur, & colatur; Gaudium externum, præſertim cum de Deo fuerit ſermo; Extaſes, & Raptus, maximè ſi contingat, cum de Deo, de cæleſti gloria, aut de martyrum paſſionibus agitur; Et pax interna, exterius percepta in quibuſcumque aduerſis, iuxta illud, quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an gladius? certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate Dei. *Rom.* 8.

41 Probatur inſuper charitas in Deum, primò, ex perfecta ſubiectione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt caput fidei. Sicuti enim de neceſſitate ſalutis eſt, ſubeſſe Romano Pontifici, D. *Thom. in lib. de error. Græc. cap.* 42. ſic oues Chriſti naſcuntur eſſe, quæ ipſius vocem audientes, manent in eius ouili, nempè in Eccleſia Beati Petri *D. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 22. cap. 6. §. 5.*

42 Secundò ex frequenti ſacramentali confeſſione, cum enim ſacramentum pœnitentiæ ſit veluti ſinus pacatiſſimus, in quo confracta, & amiſſa reparantur, & quidquid immunditiæ, inundantibus tentationum tempeſtatibus, aut operante malitia, in nauim conſcientiæ perfuſum eſt, reijcitur, & purgatur, *B. Laur. Iuſtin. de diſciplin. & perfect. monach. cap.* 19. Per conſequens qui ſæpius hoc vtitur Sacramento, ab omni labe peccati liber, & mundus Deo placere deſiderat.

43 Tertiò ex quotidiana miſſæ celebratione, & frequenti Auguſtiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ perceptione, cum proprius effectus huius Sacramenti ſit, conuertere hominem in Chriſtum, *D. Tho. in 4. diſ.* 12. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eò. *Ioann. 6. 56.* vndè cum gratiam conferat, peccata venialia delendo, & ſpiritualiter reficiendo, *D. Antonin. in ſumm. p. 3. tit.* 14. §. 2. Qui quotidie carnem Chriſti manducat, ſemper eſt in Dei gratia, & Deo intimè vnitus.

44 Quartò ex aſſidua pœnitentia, & carnis mortificatione, quam martyrij ſpeciem, & martyrium ipſum appellarunt Sancti Patres; Nam ſicuti martyrium hominem vita priuat, mortemque corporis affert, ita mortificatio carnis mortem inducit ſenſus, carnalique, ac beſtiali vita ſpoliat, *D. Chryſ. homil. 11. in epiſt. ad hebr.* Faciunt, quæ diximus ſupra *par. 2. cap. 15. num.* 73.

45 Quintò ex tollerantia perſecutionum, tribulationum, & aduerſitatum cum ſint iuſtitiæ, beatitudinis, & gratiæ ſigna infallibilia, *Matth. 5. 10. & 11.* videatur *d. cap. 15. num.* 74.

46 Sextò ex continuato exercitio virtutum etiam in minimis, erga præcepta illa, Diuerte à malo, & fac bonum, Inquire pacem, & perſequere eam, *Pſal.* 33. 14. nam teſte *Aug. ſerm. 32. de Sanct.* Crux Chriſti non tantum illa dicitur, quæ paſſionis tempore ligni affixione conſtituitur, ſed illa, quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur. Tota igitur vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundum Euangelium viuat, crux eſt, atque martyrium.

47 Septimò ex humilitate, cuius effectus eſt, hominem reddere Deo gratiſſimum, D. *Nilus in libell. de octo vitioſ. cogitat.* Cuius ſigna ſunt, Gratiam hominum negligere, ſententijs aliorum acquieſcere, correctiones libenter audire, caput inclinare, veſtes notabiles non ferre, tortuoſum inceſſum euitare, maiorum præcep-

ta

ta ſine diſcuſſione perficere, æqualibus ad obſequia paratum eſſe, maiores non contemnere, in litibus nolle victoriam obtinere, *Humbert. in epiſt. de trib. vot. cap. 36.* Et ab alijs arroganter ingeſta contemnere, irroganteſque iniurias manſuetè tollerare, *Ioann. Caſſian. collat. 18. Abbat. Piamon. cap. 11.*

48 Octauò demum ex ſimplicitate, cuius indicia ſunt, ſe prębere in omnibus, & coram omnibus, cum eadem ſecuritate, & conſtantia, quia qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter, *Prou. 10. 9.* Cum eadem promptitudine ſemper omnibus, tam paruis, quam magnis, & tam pauperibus, quàm diuitibus, in operibus charitatis inſeruire, cauendo totaliter ab acceptione perſonarum, *Iacob. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 63. ar. 1.* Eodem modo ſe gerere in quolibet loco, tam publico, quam priuato. Videantur quæ diximus de ſimplicitate *p. 2. cap. 16.*

49 Charitas erga proximum probatur ex conſeruatione pacis, & concordiæ, de quibus diximus ſupra *par. 2. cap. 5. num. 42. & ſeqq.* Atque etiam ex benificentia, & gratitudine, quam virtutem non ſolùm maximam, ſed aliarum virtutum matrem appellat *Cicer. in orat. pro Gne. Plan.* & de qua nos latè *d. cap. 5. nu. 45. & 51.*

50 Vniuerſaliter verò probatio charitatis erga proximum deſumitur ex eleæmoſina, & operibus miſericordiæ; Videlicèt primo ex viſitatione infirmorum, & eorum, qui in carceribus detinentur, iuxta illud Chriſti Domini, Infirmus eram, & viſitaſtis me, in carcere, & veniſtis ad me, *Matth. 25.* Et *Clemens, in Conſtit. Apoſt. lib. 5. cap. 2.* beatum cenſet, & amicum Chriſti, qui venditis ſuis rebus eos è carceribus liberet.

51 Secundò ex adimplemento eius, quod dicitur *Matth. 25.* Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere; Cum iſtis paratum eſſe Regnum Cælorum, ſubdat ibidem Chriſtus Dominus.

52 Tertio ex redemptione captiuorum; de quo laudantur ab Eccleſia Sanctus Paulinus Nolanus Epiſcopus Sanctus Petrus Nolaſcus, alijque fundatorum Religionũ Sanctiſſimę Trinitatis, & Sanctæ Mariæ de Mercede, quæ ſunt ad redemptionem captiuorum inſtitutæ.

53 Quarto veſtibus carentes, & his indigentes veſtiendo, & operiendo; cum & his, qui nudos operuerunt, dicturus ſit Chriſtus Dominus in extremo die, Venite benedicti, poſſidete paratum vobis regnum.

54 Quinto ex Peregrinorum hoſpitatione; Prout de ſe ipſo dicebat *Iob. cap. 31.* foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori paruit. Et Abraham cum eleuaſſet oculos ſuos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terram, & dixit, Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore, ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis, *Gen. 18. 1. & ſeqq.* & ibidem *cap. 19.* Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere, ſedente Loth in foribus Ciuitatis, qui eum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terra, & dixit. Obſecro Domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi, lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam. Qui dixerunt minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido, vt diuerterent ad eum, ingreſſiſque domum illius, fecit conuiuiũ, & coxit azima, & comederunt. Videatur de hac re *D. Gregor. homil. 23. in Euang.* vbi exemplo diſcipulorum proficiſcentium in Caſtellum, qui coegerunt Chriſtum Dominum, ab ipſis peregrinum creditum, ſecum manere, colligit peregrinos ad hoſpitium non ſolum inuitandos, ſed etiam trahendos.

55 Sexto ex Defunctorum humatione; De quo præbetur nobis exemplum, *Tob. 2* vbi legimus. Cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in Domo Tobiæ dixit filio ſuo. Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Cumque abijſſet, reuerſus nunciauit ei, vnum de filijs Iſrael iugulatum iacere in platea, ſtatimque exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandiũ, ieiunus peruenit ad corpus, tollenſque illud portauit vſque ad domum ſuam occulte, vt dum Sol occubuiſſet, caute ſepeliret eum.

56 Septimo ex Conſilio præſtito ignorantibus, quod inſinuatur nobis *Eccleſ. 18. 13.* Animi miſericordiam qui habet, docet, & erudit, quaſi paſtor gregem ſuum.

57 Octauo ex condonatione iniuriarum, iuxta

iuxta præceptum Chriſti Domini *Matth.* 6. 12. De quo regulam tradit D. *Baſil. ſerm.* 1. *de inſtit. mon.* Iracundiæ, aut memoriæ iniuriarum, aut contentionis, nullus prorſus neque geſtus, neque motus, non verbum, non oculorum acris obtutus, non vultus conformatio ſit vlla, non aliud quidpiam, ex quo eorum, quibuſcum viuimus, irritari animus poſſit. Quin & in iniurijs tacendum, D. *Ambroſ. in Pſal.* 38. & earum obliuiſcendum, D. *Gregor. homil.* 35. *in Euang.* Facit præceptum Chriſti Domini, ſi percuſſerit te in vna maxilla, præbe illi, & alteram.

58 Nonò ex correctione fraterna. De qua *Iacob* 5. 19. Fratres mei, ſi quis errauerit ex vobis à veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem de errore viæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. In hoc verò attendendum eſt, an qui corrigunt proximum, ſint ſuperiores, vel ſubditi, & ſi inferiores, an ex charitate, & cum diſcrimine vitæ, *Scacc. de not. & ſign. ſanct. ſect.* 3. *cap.* 4. *verbo caſtiga.*

59 Decimò ex conſolatione mæſtorum; Prout de ſe ipſo prædicauit *Iob. cap.* 29. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum, iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicur veſtimento, & diadema iudicio meo. Oculus ſui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligenter inueſtigabam, conterebam molas iniqui, & dentibus illius auferebam prædam, ſi voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus, cumque ſederem, quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.

Ex operibus igitur miſericordiæ probatur charitas erga proximum, & præſertim ex eleemoſyna, quæ plus valet, quam oratio, ſicuti oratio plus valet, quam ieiunium, *Archid. in cap. non ſufficit, de pæn. di.* 1. de qua re videantur, quæ diximus ſupra *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 46. *& ſeqq.*

60 Quarto loco probanda eſt Prudentia, de qua *Eccleſ. cap.* 4. Poſſide prudentiam, ne dimittas eam, & conſeruabit te, principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam, accipe illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiæ, & corona inclita proteget te. Prudentia enim non circa vnam, ſed circa omnem humanam actionem verſatur, omnem dirigit, omnem perficit, omnem formoſam reddit, in omni fortuna nos comitatur, & ex omni aduentu proſpero, vel aduerſo bonum elicit. Regium eius officium eſt, imperare, dirigere, vel corrigere, & ob id virtus regia nuncupatur, vtpotè omnia dirigens in conuenientem finem Regni cæleſtis. Hæc enim fælices euentus auget, aduerſos minuit, inchoatos perficit, præteritos recolit, præſentes iudicat, futuros præuidet, dolores lenit, voluptates moderatur, appetitum rectæ rationi ſubijcit, cunctis conſulit, præeligenda proponit, rebus adeptis rectè vtitur. Quæ ſingula explicauimus *par.* 2. *cap.* 7. *per tot.* Hinc definitur recta ratio agibilum, quæ finem, & eius cognitionem præſupponit, ex quo tanquam principio ſumit rationem mediorum ad finem D. *Thom.* 2. 2. *qu.* 48. *art.* 13. Vera enim prudentia eſt, quæ ad vltimum finem totius vitæ rectè conſiliat, iudicat, & pręcipit, & quæ in malis eſſe non poteſt, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt* 7. *ar.* 3. *c. & qu.* 50. *ar.* 3. *ad* 2. faciunt dicta ſuperius *par.* 2. *cap.* 7. *num.* 10.

61 Quintò loco probanda eſt iuſtitia, non tantum vniuerſalis, quæ in ſe virtutes cõtinet omnes, verum etiam particularis, quæ definitur, conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi. Quæ cum reſpiciat proximum, & bonum commune ſecundum directionem legis, maxime neceſſaria eſt viris perfectis, qui cum proximis debent inculpabiliter commorari. Hinc dicitur, Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos; noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis; noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubditos tibi, *Eccleſ.* 4. vndè fidelibus omnibus iuſtitia cõmendatur ex doctrina Apoſtoli, *Rom.* 13. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributũ, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, nemini quicquam debeatis. Dicitur autem virtus perfectiſſima, quia in ea ineſt actus virtutis vndique perfectæ, & qui ea præditus eſt non in ſe ſolum virtutem exercet, ſed etiã in alios, & non ſolum ad ſuam, ſed ad ſuorum, & aliorum vtilitatem. Videantur, quæ diximus ſupra *par.* 2. *cap.* 8. *per tot.*

62 Sexto loco probanda eſt fortitudo, quæ ſecnudum *Ariſt.* 3. *ethic cap.* 11. eſt virtus me-

mediocritatem ſeruans inter fiducias, & timores, & ſecundum D. *Auguſt. lib.* 83. *qu.* 3. eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & malorum perpeſſio. Et ad quam colendam nos paſſim hortantur ſacræ paginę; dicente Chriſto Domino, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, *Matth.* 10. vbi timorem reijcere,& fortitudinem inducere præcipit, quia ſolo fortitudinis clypeo ab imminentibus periculis tegitur anima. Hinc Paulus Apoſtolus inuictus Chriſti miles, alios ad veram, & chriſtianam fortitudiem excitans dixit, Fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini, ſemper ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis. 1.*Cor.*15. De hac fortitudine,quæ eſt coercitiua timoris, & audaciæ moderatrix, vt placet D *Thom.*2. 2. *qu.*123.*art.* 1.ſic habet D.*Ambroſ.lib.*9. *in luc. cap.*23. ſuper illa verba, cum audieritis prælia,& ſeditiones, nolite terreri &c. Sunt autem & alia bella, quæ vir ſuſtinet chriſtianus, diuerſarum quoque prælia cupiditatum, ſtudiorumque conflictus, multoque grauiores domeſtici hoſtes, quam extranei, nunc auaritia ſtimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret, nunc iracundia exagitat, nunc ambitio mouet, nunc terrere tentant ſpiritualia, nequitiæ, quæ quæ ſunt in cæleſtibus, itaque quaſi quibuſdam terremotibus quatitur mobilis animi nutantis affectus, ſed fortior dicit, ſi conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebo cor meum, ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. [De partibus, & effectibus huius virtutis videantur, quæ ad longum ſcripſimus ſupra,*par.* 2.*cap.* 10.*per tot.*

63 Septimo loco probanda eſt temperantia. Quæ definitur à *Tull.lib.*2.*Rhet.*quod ſit rationis in libidinem, atque alios non rectos impetus animi, ſomma, & moderata dominatio; *& lib.*2.*de fin.bon. & mal.* mediocritas circa voluptatea corporis, & à D.*Aug. de lib. arb.* affectio cohercens,& cohibens appetitum ab his, quæ turpiter appetuntur. Et D. *Proſper. lib.* 3. *de vit. contempl. cap.* 19. eam deſcribit dicens. Temperantia temperantem facit abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. Hæc virtus ſi in animo habitat, libidines frenat, affectus temperat,omnia intra nos confuſa ordinat, ordinata corroborat cogitationes prauas remouet, infert ſanctas, ignem libidinoſæ volunratis extinguit, mentem placita tranquillitate componit, & totam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit. Ex quibus patet, temperantiam importare moderationem quandam circa paſſiones tendentes in bona ſenſibilia,ſcilicet circa concupiſcentiã, & delectationes,atque item circa triſtitias quæ ex talium delectationum abſentia contingunt, D. *Thom.* 2. 2.*qu.*141. *ar.*3.*c.* Ex his autem, quę de huius virtutis partibus, & effectibus notauimus ſupra *par.* 2.*cap.*12. deſumi poteſt eius probatio.

Supradictarum omnium, & ſingularum virtutũ probatioñe pro Sanctorum Canonizatione, & Beatificatione requiri, apud omnes eſt in confeſſo, & à nemine reuocatur in dubium.

64 Sed difficultas eſt, Vtrum ad Canonizationem, & Beatificationem cuiuslibet ſerui Dei conſtare debeat in ſpecie de omnibus, & ſingulis virtutibus partialibus, integralibus, & potentialibus cuiuscumque virtutis theologalis, & Cardinalis; An vero ſufficiat, vt conſtet tantum de aliquibus, & de quibus conſtare debeat? Siquidẽ *Iacob.Caſtel.de Canon.Sanct. p.* 4. *princ. in princ.*adducens illud, Multam gloriam fecit Dominus, *Eccleſ.* 44. 2. aſſerit non ſufficere, vt Canonizandus in vno,vel ſemel tantum fuerit glorioſus,ſed requiritur, quod in multis, & multoties, imò continuè vita eius fuerit glorioſa. Ex quo videtur inferri, conſtare debere de pluribus actibus plurium virtutum, & fortaſſe omnium, ſecundum axioma philoſophicum, Bonum ex integra cauſa.

In contrarium eſt auctoritas *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 1. *per. tot.* vbi quod virtutes theologales à Deo ſimul infunduntur, *&* 1. 2.*quæſt.* 65. *ar.* 1. *per tot.* vbi quod virtutes morales ſunt inter ſe connexæ. Quod repetit *quæſt.* 66. *ar.* 2. *c. qu.* 68. *ar.* 5. *ad* 3. *quæſt.* 73. *ar.* 1. *per tot. &* 2. 2. *quæſt.* 129. *ar.* 3. *ad* 2. *quæſt.*134. *ar.* 1. *ad.* 1. *& alibi ſæpius*. Secundum quod non videtur neceſſe, vt pro Beatificatione,& Canonizatione cuiuſlibet Serui Dei conſtet de omnibus,& ſingulis virtutibus, præſertim cum chariras dicatur vinculum perfectionis *Coloſſ.* 3. 14. & Iuſtitia in ſe virtutes omnes contineat. Ac proindè probata vna virtute, remanent probatæ omnes quoad habitus, vt vidimus ſupra *par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 19. *& ſeqq.*

65 Quo vero ad actus virtutum, qui ſolum

ſum attenduntur in materia Canonizationis, cum habitus intrinſeci non cadant ſub Iudicio Eccleſiæ, non eſt pariter neceſſe, vt Canonizandus debeat reſpleduiſſe in actibus cuiuſlibet virtutis, ſed ſufficit, ſi reſplenduerit in actibus illius virtutis, ſeu illarum virtutum, in quibus maiorem gratiam à Deo obtinuerit, ſecundum doctrinam *D. Thom. 2. 2. quæſt. 66. ar. 1. c. & 2. c.* vbi quærens, Vtrum virtus poſſit eſſe maior, vel minor, & vtrum omnes virtutes ſimul in eodem exiſtentes ſint æquales? concludit *d. art. 1.* ſi conſideretur virtus ex parte ſubiecti participantis, ſic contingit virtutem eſſe maiorem, ſiuè ſecundum diuerſa tempora in eodem, ſiuè in diuerſis hominibus, quia ad attingendum medium virtutis, quod eſt ſecundum rationem rectam, vnus eſt melius diſpoſitus, quam alius, vel propter maiorem aſſuetudinem, vel propter meliorem diſpoſitionem naturæ, vel propter perſpicatius iudicium, vel etiam propter maius gratiæ donum, cum Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ diuerſam menſuram virtutis hominibus largiatur, *Ephes.* 4. quod repetit, *ar. 2.* dicens, Quantum attinet ad id, quod eſt materiale in virtutibus moralibus, ſcilicet inclinationem ipſam ad actum virtutis, poteſt eſſe vnus homo magis promptus ad actum vnius virtutis, quam ad actum alterius virtutis, vel ex naturali conſuetudine, vel ex gratiæ dono. Et idem *D. Thom. 2. 2 quæſt. 134 ar. 3. ad. 4.* dicit, pauperem poſſe eſſe magnificum per interiorem actum electionis; ſed non poſſe magnificum eſſe per exteriores actus, cum ad hos requirantur bona fortunæ tanquam inſtrumenta. Ex quibus concludendum eſt, non eſſe opus, vt quis exercuerit actus omnium, & ſingularum virtutum cuiuſlibet virtutis theologalis, & Cardinalis, ſed ſufficit ſi illos exercuerit, quorum ſibi oblata fuit occaſio.

Cæterum pro Beatificatione, & Canonizatione cuiuſlibet Serui Dei, de tribus virtutibus neceſſario conſtare debet, & ſine quibus non videtur vllatenus poſſe ad Canonizationem, vel Beatificationem deueniri; Videlicet de ſimplicitate, humilitate, & maxima tollerantia paſſionum, perſecutionum, & tribulationum pro Chriſto Domino. *Hoſtien. in ſumm. tit. de reliq. & vener. Sanct. nu. 4. Troil. Malvet. de Canon. Sanct. dub. 3. nu. 4. Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 5. principal. in princip. Lucas Caſtellin. de certitud. glor. Sanct. cap. 7. ſect. 2.*

66 Quod enim attinet ad ſimplicitatem; Hanc præcepit Chriſtus Dominus *Matth.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, ſimplices ſicut columbæ; *vbi D. Thom. ex Chryſ. in homilia*, ſicut autem ſerpentis prudentiam oportet habere, vt in principalibus non laudemur, ſic & ſimplicitatem columbæ in non iudicando, cum iniuſta patimur. Ideò enim Dominus hæc duo ſociauit, quia ſimplicitas abſque prudentia facilè decipi poteſt, & prudentia pericoloſa eſt, niſi ſimplicitate temperetur. De qua quidem virtute ſimplicitatis, & quomodò probetur, videatur quæ diximus ſupra *p. 2. cap. 16.*

67 Humilitatis neceſſitas pro Sanctorum Canonizatione inſinuatur nobis *Prou.* 5. 33. ibi, gloriam præcedit humilitas. Qui ponit humiles in ſublime, *Iob.* 5. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, *Matth.* 11. Et qui ſe humiliat exaltabitur *Matth.* 23. Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat, *D. Gregor. homil. 4. Dom. Aduent.* Cogitas magnam conſtruere fabricam celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, *D. Auguſt. de verbo Domi.* Et de qua virtute humilitatis, eiuſque actibus, & gradibus, ſcripſimus *p. 2. cap. 13.*

68 Tollerantiam demum, & longanimitatem in patiendis tribulationibus, perſecutionibus, & aduerſitatibus, omninò probandam eſſe pro Sanctorum Canonizatione, conſtat *Eccleſ.* 27. 9. ibi, Sicuti vaſa figuli probat fornax, ita homines iuſtos tentatio tribulationum. Aduerſitas enim, quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, *cap. aduerſitas. 7. quæſt. 1.* vbi *gloſſa* explicat, quod tentatio eſt experimentum conſtantiæ. Et Tobiæ dictum fuit. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. *Tob.* 12. 13. Vide, quæ diximus *part. 2. cap. 15. n. 75.*

SVMMARIVM.

Actus ſingularum virtutum an debeant eſſe in gradu heroico, num. 51.
Amor quando dicatur perfectior, num. 34.
Anima humana eſt media inter ſuperiores ſubſtantias, & bruta animalia, num. 63.
Charitatis in Deum actiones, num. 44.
Charitatis in Deum indicia, num. 45.

Chari-

Charitatis in proximum actiones, num. 46.
Charitatis in proximum indicia, num. 47.
Conſideranda quæ ſint pro heroicitate virtutum num. 51. & ſeqq.
Excellentia vitæ ſine miraculis non ſufficit ad Canonizationem, num. 12.
Extremo ab vno recedens magis accedit ad aliud, num. 64.
Fidei fructus, num. 38.
Fidei ſigna, num. 39.
Fidei indicia, num. 41.
Fides diuiditur in theologicam, phiſicam, & ciuilem, num. 35. & alia eſt infuſa, alia requiſita, num. 36.
Fides amorem parit, num. 40.
Fortitudinis ſpecialia conſiderabilia, num. 59.
Heroicitas non conſiſtit in indiuiſibili, n. 7.
Heroici vocabulum, qualiter accipiendum, num. 24.
Heroicæ virtutis effectus, num. 27.
Heroicitatis deſcriptio, num 49. & 50.
Heroicitas requiritur non ſolum in virtutibus theologalibus, & cardinalibus, ſed etiam in alijs illis annexis, num. 48.
Heroicitate in definienda habendus eſt reſpectus ad ſtatum, & conditionem, num. 71.
Heroicitas virtutum quibus dignoſcatur, num. 51. & ſeqq. & num. 56.
Heroicitas quid ſit, num 62.
Heroici viri quomodo à brutalibus diſtinguantur, num. 66.
Iuſtitia ſpecialia conſidorabilia, num 58.
Medium participat de extremis, num. 64.
Paſſionis nomine quid intelligendum, num. 5.
Prudentia ſpecialia conſiderabilia, num. 57.
Spei actiones, num. 42.
Spei indicia nu. 43.
Temperantiæ ſpecialia conſiderabilia, n. 60.
Termino ab vno recedens, magis accedit ad alium, num. 64.
Vnio in qua conſiſtit virtus heroica quæ ſit, n. 67. & vnde oriatur num. 70.
Virtus heroica quæ dicatur, num. 3. 8. & 61. In quo conſiſtat, num. 67.
Virtus heroica non requirit omnem immunitatem à paſſionibus, num. 4.
Virtus heroica pro Canonizatione talis requiritur quæ Deo coniungat, nu. 13.
Virtus eſt perfectio naturalis rationalis, numer. 14.
Virtus heroica eſt ſplendor quidam, & eminentia omnium virtutum, num. 23.
Virtus heroica diuiditur in diuinitus infuſam, & acquiſitam, num 26.
Virtus heroica an ſit ſpecie diſtincta ab alijs virtutibus, num. 29. & ſeqq.
Virtus in actione conſiſtit, num. 52.
Virtus heroica eſt virtus purgati animi, numer. 68.
Virtus heroica in animo nondum purgato inueniri non poteſt, & quare, num. 69.
Virtutes in gradu heroico poſſidentes ſupra humanam conſuetudinem refulgent, n. 65.
Virtutes morales trifariam diuiduntur, num. 1. & 10.
Virtutes omnes in gradu heroico non eſt neceſſe vt quis poſſideat, num. 2.
Virtutes morales quomodo ſe habeant circa paſſiones, num. 6.
Virtutes heroicæ ſunt media inter politicas, & exemplares, nu. 9.
Virtutes heroicæ ſunt tam purgatoria, quam purgati animi, num. 11.
Virtutis definitio, nu. 15. & ſeq.
Virtutes quædam ſunt modificatiuæ paſſionum, & aliæ Deo coniungentes, num. 17.
Virtutes purgati animi poſſidentes habet charitatem in ſummo, num. 18.
Virtutes morales quadripartitæ, num. 19.
Virtutes purgati animi exiguntur in Canonizandis, num. 20.
Virtutes quinque gradus habent, num. 21.
Virtutes in quo gradu reddant hominem Deo ſimilem, num. 22.
Virtutes heroicæ quæ ſint, num. 25.
Virtutes omnes interſe ſunt connexæ, num. 55.
Virtutes heroicæ ſunt idem cum ſanctitate, num. 28.
Virtutes theologicæ faciunt hominem diuinæ naturæ conſortem, num. 32.
Virtutum Theologicarum heroicitas conſiſtit in perfectiſſimo habitu, credendi, ſperandi, ac Deum eligendi, num. 33.

CAPVT VI.

In quonam gradu requirantur virtutes pro Sanctorum Canonizatione.

1 Diximus ſupra *par. 2. cap. 1. nu. 29.* virtutes morales, ſeu Cardinales diuidi in politicas, purgatorias, & purgati animi. Itaut politicę dicantur, quando ſecundum has virtutes homo ſe rectè habet in rebus humanis benè gerendis. Purgatoriæ vocentur, quando per ipſas tranſit homo à ſtatu politico, & in diuinam ſimilitudinem tendit; ita ſcilicet quod prudentia omnia mundana diuino-

rum contemplatione deſpiciat, omneſq;
cogitationes animi in ſola diuina dirigat;
temperantia relinquat, in quantum na-
tura patitur, quæ corporis vſus requirit,
fortitudo efficiat, vt anima non terreatur
propter exceſſum à corpore, & acceſſum
ad ſuperna; & iuſtitia, vt tota anima
conſentiat ad huiuſmodi propoſiti viam.
Purgati animi ſint quæ competunt aſſe-
quentibus diuinam ſimilitudinem; nem-
pè quod prudentia ſola diuina intueatur;
temperantia terrenas cupiditates neſciat;
fortitudo paſſiones ignoret; & iuſtitia
cum diuina mente perpetuo fœdere ſo-
cietur, *D. Thom. 1. 2. quæſt. 61. ar. 5.*
Quæ virtutum ſecundum gradum diui-
ſio communis eſt, ſed non eſt communis
opinio, In quonam gradu requirantur
virtutes pro Sanctorum Canonizatione.
etenim.

Prima ſententia Reuerendiſſimi Patris
Magiſtri Raymundi Capiſucchi Sacri Pa-
latij Apoſtolici Magiſtri, pro heroicis ad-
mittit virtutes, tàm purgatorias, quàm
purgati animi, duobus innixa fundamen-
tis, quorum, Primum, *inquit*, eſt, ad
2 heroem conſtituendum opus non eſſe,
vt quis virtutibus pollens, eis omnibus
in gradu heroico polleat, ſed ſatis eſſe,
ſi aliquibus tantum virtutibus heroicis
excellat, vt heros abſolute dici poſſit;
3 Secundum eſt, virtutem heroicam com-
muni omnium Theologorum conſenſu,
eſſe illam, quæ ſiue ob excellentiam ope-
ris, ſiue ob circumſtantiam interuenien-
tem, quæ opus difficillimum reddat,
erumpit in actum ſuperantem commu-
nem modum operandi humanum; itaut
tunc quis heroice operari dicatur, cum
operatur ſupra communem hominum
etiam virtuoſe operantium conditionem.
4 Nec vero exiſtimandum eſt, heroicam
virtutem eſſe illam, qua quis ita virtuoſe
operatur, vt motus appetitus ſenſitiui
non ſentiat, aut ſine motibus naturalibus
appetitus opereretur, vt enim optime docet
Sanctus Thomas *p. 2. quæſt. 59. art. 2.* ſi
5 paſſiones dicantur inordinatæ affectiones,
hæ non poſſunt eſſe in virtuoſo, ita quod
poſt deliberationem eis conſentiatur; Si
verò paſſiones dicantur quicumque mo-
tus appetitus ſenſitiui, ſic poſſunt eſſe in
virtuoſo, ſecundum quod ſunt a ratione
ordinatę. Vnde Ariſtoteles *in 2. Ethini-
corum cap. 3.* ait, quod non bene quidam
6 determinant virtutes, impaſſibilitates
quaſdam, & quietes, quoniam ſimplici-
ter dicunt, ſed deberent dicere, quod
virtutes ſunt quietes à paſſionibus, quæ
ſunt, non vt oportet, & quando non
oportet. Idem confirmat *D. Thomas ar.*
5. eiuſdem quæſtionis, vbi docet, quod
ſi paſſiones dicamus inordinatas affectio-
nes, ſicut ſtoici poſuerunt, ſic manifeſtum
eſt, quod virtutes morales, quę ſunt cir-
ca paſſiones, ſicut circa propriam mate-
riam, ſine paſſionibus eſſe non poſſunt,
cuius ratio eſt, inquit Sanctus Thomas,
quia ſecundum hoc ſequeretur, quod vir-
tus moralis faceret appetitum omninò
otioſum; non autem ad virtutem perti-
net, quod ea, quæ ſunt ſubiecta rationi,
à proprijs actibus vacent; ſed quod exe-
quantur imperium rationis, proprios actus
agendo; Vnde ſicut virtus membra cor-
poris ordinat ad actus exteriores debitos,
ita appetitum ſenſitiuum ad motus pro-
prios ordinatos. Virtutes autem mora-
les, quę non ſunt circa paſſiones, ſed cir-
ca operationes, poſſunt eſſe ſine paſſio-
nibus, & huiuſmodi virtus eſt iuſtitia,
quia per eam applicatur voluntas ad pro-
prium actum, qui nõ eſt paſſio. Propterea
virtus heroica non remouet paſſiones,
ſed illas cohibet, & ſuperat. Vnde, &
Apoſtolus Paulus certamen ſupponit in
Chriſtianis heroibus, & in ſanctis aduer-
ſus proprias paſſiones, vt ijdem ęternam
aſſequantur coronam, cum ait, non co-
ronabitur, niſi qui legitime certauerit;
Et hoc ipſum idem Apoſtolus expertum
ſe dicit in ſe ipſo, cum ſibi ſtimulum car-
nis datum dicit, qui eum colaphizet.
Igitur virtutis heroicæ ratio in eo ſita eſt,
vt homo, & proprias cohibeat paſſiones,
& ita virtuoſe operetur, vt ſupra com-
munem aliorum hominum etiam virtuoſe
operantium conditionem operetur, &
cum quadam facilitate, & alacritate.

7 Tandem obſeruandum, heroicitatem
in actibus non conſiſtere in indiuiſibili,
ſed habere gradus, & latitudinem, itaut
detur maior, vel minor actuum heroici-
tas, nec opus eſt ad heroem conſtituen-
dum, quod eius operationes fuerint in
Diuino gradu, eiuſque virtutes ad diui-
nas acceſſerint, ſed ſatis eſt, vt in aliquo
8 gradu heroicitatis fuerint. Differt enim
ſtella à ſtella in claritate, & ſicut ſtella,
& ſi ſummo non ſplendeſcat lumine, ſtel-
la eſſe non deſinit, ſic heros eſſe non de-
ſinit, qui ad Beatorum heroicitatem non

deue-

Digitized by Google

deuenit, ſed ad heroicas virtutes aſſe-
quendas ſat eſt, vt quis ſupra communem
hominum virtuoſe operantium conditio-
nem operatus fuerit. Hinc *D. Thomas*
9 *2. 2. quaſt. 61. art. 5.* ait, ponendas eſſe
quaſdam virtutes medias inter virtutes
politicas, quæ ſunt virtutes exiſtentes in
homine ſecundum ſuam naturam, &
exemplares, quæ ſunt virtutes diuinæ;
huiuſmodi autem virtutes mediæ inter
conſuetas humanas, & diuinas diſtin-
guuntur ſecundum diuerſitatem motus,
& termini, ita ſcilicet, quod quædam
ſunt virtutes tranſeuntium, & in diuinam
ſimilitudinem tendentium, & hæ vocan-
tur virtutes purgatoriæ, ita ſcilicet, quod
Prudentia omnia mundana diuinorum
contemplatione deſpiciat, omnemque
animæ cogitationem in diuina ſola di-
rigat. Temperantia verò relinquat, in
quantum natura patitur, quæ corporis
vſus requirit. Fortitudinis autem eſt,
vt anima non terreatur propter exceſſum
à corpore, & acceſſum ad ſuperna; Iu-
ſtitiæ verò eſt, vt tota anima conſentiat
ad huiuſmodi propoſiti viam. Quædam
verò ſunt virtutes iam aſſequentium di-
uinam ſimilitudinem, quæ vocantur vir-
tutes iam purgati animi, ita ſcilicet, quod
prudentia ſola diuina intueatur, tempe-
rantia terrenas cupiditates neſciat forti-
tudo paſſiones ignoret, iuſtitia cum di-
uina mente perpetuo foedere ſocietur,
eam ſcilicet imitando, quas virtutes di-
cit S. Thomas eſſe Beatorum, vel aliquo-
rum in hac vita perfectiſſimorum. Ex
his duabus ſpeciebus virtutum, quæ ſunt
purgatoriæ, & purgati animi, certum eſt,
vtraſque eſſe de genere virtutum heroi-
carum cum ambæ faciant operari homi
nem ſuper communem & vulgarem reli-
11 quorum hominum conditionem. Vnde
licet aliqui, non habeant virtutes purgati
animi, per hoc ſolum quod habeant vir-
tutes purgatorias, heroes dici poſſunt,
cum per hoc modum communem operan-
di hominum excellant.

Secunda ſententia eſt fæl. record. R. P. D. Petri Franciſci de Rubeis, olim fidei Promotoris, quam in modum generalis animaduerſionis imprimendam exarauit, & quam, quia notabilis eſt, hic ad verbum illam etiam inſerere libet.

Petri Franciſci de Rubeis Promotoris Fidei Animaduerſiones ſuper heroicitate virtutum theologalium, & Cardinalium, ad vſum Congregationis Sacrorum Rituum.

CVm *Innocent. in cap. 1. de reliq. & vener. ſanct.* poſtquam dixit Canoniza-
tionem fieri, quando per probationes
conſtat de fide, & excellentia vitæ, &
miraculis eius, qui petitur Canonizari,
12 bis ſubdiderit, hanc vitæ excellentiam,
ſine qua miracula non ſufficiunt, tantam,
ac talem eſſe oportere, quæ vires, ac po-
tentiam naturæ excedat, nec vnicam eſſe
debere, ſed multiplicem, & continuam,
idemque ex illo repererint *Hoſtien. ibi-
dem num. 5. in fine*, & cæteri ſcribentes
de Canonizatione, concludendo talem
dictæ excellentiæ continuationem requi-
ri, vt eius vita continuè fuerit glorioſa;
rectè quidèm indè ſcripſerunt *Contelor. de
Canonizat Sanctor. cap 15. num. 9. Scacc.
de not. & ſign. ſanctitat. ſect. 1. cap. 8. pag.
88. litt. D. verſ. ad effectum, & Lezana
conſul. p. num. 162. & 173.* in beatifican-
dis, & canonizandis exigi virtutes theo-
logicas, & morales in gradu excellenti,
& heroico, vt veram ſanctitatem conſti-
tuant, quæ animum Deo coniungit, &
13 conſecrat, docente *D. Thom. 2. 2. qu.
81. ar. 8.* quod ea ſit firmitas animi, per
quam mens hominis ſe ipſum, ſuoſque
actus omnes applicat Deo, ſimpliciter,
nempè, & abſolutè in gradu ſublimi, &
heroico, quoniam Sanctitas Canonizandi
proponitur omnibus fidelibus tanquam
ſplendidum ſublimis virtutis exemplar
venerandum pariter, & imitandum, quod
proptereà debet abſolutum eſſe, & vndè
quaque perfectum.

Statuendum proptereà eſt Primo, Quid, & quotuplex ſit virtus heroica, quæ re ipſa in Canonizandis conſtituat, atque vniuerſæ Eccleſiæ patefaciat eorum ſanctitatem abſolutam, hoc multiplicem, & continuam excellentiam vitæ,

Secundò, An virtus heroica ſit habitus diſtinctus à virtute communi.

Tertiò, In quonam virtus heroica formaliter diſtinguatur à virtute accepta in gradu communi.

Et ſanè Romanæ eloquentiæ Parens
14 *Tuſculanarum quæſtionum lib. 2.* ita virtù-
tem

tem definiuit, quod ſit perfectio naturæ
rationalis, qua talis, ideſt, quatenus eſt
principium intellectionis, & volitionis, vt
tota virtutis ratio ad harum duarum fun-
ctionum perfectionem ordinetur; Hæc au-
tem perfectio in attingendo vero, & bo-
no honeſto conſiſtit, in qua etiam perpe-
tuam conſtantiam deſiderauit, inquiens
Paradoxorum *cap. 3.* eſt conſentiens, &
15 cum ratione perpetua conſtantia; *Ariſtote-
les verò lib. 7. Phiſic. cap. 3.* illam deſcri-
ſit, quod ſit diſpoſitio perfecti ad opti-
mum, quia perficit intellectum, & volun-
tatem ad optimam operationem circa ſua
obiecta,& propriã materiam, quare *gloſſa
in Clem. 1. §. ſed hoc, verbo Sanctorum de
16 Summ. Trinit. & fid. catholic.* dixit, virtus
eſt, quæ habentem perficit, & opus eius
bonum reddit.

Ex virtutibus autem *D. Thomas* cenſuit
quaſdam dici tales ſimpliciter, & abſolu-
tè, quaſdam ex parte, atque ex genere
abſolutarum, alias eſſe Theologicas, alias
morales: illas verſari circa Deum, tan-
quam obiectũ formale, atque eſſe Fidem,
Spem, & Charitatem, quarum aſſeclæ
ſunt Pietas, Religio, & Sanctitas; iſtas ve-
rò mores hominum, in cæteris compone-
re iuxta præſcriptum rectæ rationis, inter
quas, vti Cardinales quatuor recenſet,
Prudentiam ſcilicet, Iuſtitiam, Fortitudi-
nem, & Temperantiam, quibus reliquæ
ſunt annexæ veluti partes quædam ſubie-
17 ctiuæ, & harum moralium *gloſſ. ſingularis
in Clem. finali verbo ſexto de hæreticis,* duo
genera conſtituit, aſſerendo quaſdam eſſe
modificatiuas paſſionum inſurgentium in
ſenſualitate hominis, vel actionum occur-
rentium homini; Temperantia enim mo-
dificat delectationes exiſtentes in cibis,
& venereis. Fortitudo timores, & auda-
cias, quæ ſunt circa pericula mortis, & ſic
de alijs; ſubdens iſtas dici Purgatorias,
quia ſunt hominum nondum purgatorum
ab inſultu paſſionum, & conſequenter
non ſummè perfectorum; Alias verò eſſe
ſupra regulantes paſſiones ſenſualitatis,
quæ animam hominis in Deo tenent, in
gradu quidem ſummæ perfectionis, vt po-
tè ſi Temperantia terrenas cõcupiſcentias
ignoret; Fortitudo paſſiones neſciat: Pru-
dentia ſolis Diuinis intendat: Iuſtitia men-
tem perpetuò fœdere coniunctam teneat
cum Deo; & has virtutes aſſerit dici ani-
mi purgati, quia ſunt dumtaxat hominum
totaliter purgatorum à moleſtijs paſſio-
num, quod ſolum eſt Beatorum, vel pau-
ciſſimorum, qui in hac vita perfectiſſimi
exiſtunt, addens iſtis conuenire verba *D.
Auguſt. lib. 13. de Trinit.* Quod nunc agit
Iuſtitia in ſubueniendo miſeris: quod
Prudentia in præcauendis inſidijs: quod
Fortitudo in perferendis moleſtijs: quod
Temperantia in coercedis delectationi-
bus prauis, ibi non erit, vbi nil mali erit,
ſed Iuſtitiæ erit Deo regenti ſubditam eſ-
ſe; Prudentiæ nullum bonum Deo præ-
ponere, æquare; Fortitudinis ei firmiſſimè
cohærere; Temperantiæ nullo affectu no-
xio delectari; vndè eadem *gloſſa* infert di-
ctos pauciſſimos in ſumma perfectione
viuentes quodammodò dictas virtutes li-
centiare à ſe quoad actum, cum habeant
alios actus eminentiores diuerſos ab ijs,
qui inueniuntur in viatoribus; ſed eas non
18 licentiare quoad habitum, cum illas per-
fectiſſimè poſſideant, Habent enim Cha-
ritatem in ſummo, & per conſequens om-
nes habitus virtutum moralium iuxta di-
ctum Apoſtoli *p. ad Cor. cap. 13. nu. verſ.
Charitas patiens &c.*

Prædictæ gloſſæ accedit *Auguſt. Maſ-
card. in Tabula Cebetis diſc. 1. pag. mihi
19 450. & ſeq.* diſtinguens cum Platonicis
virtutes in quatuor gradus, nempè Ciui-
les, Purgantes, Animi purgati, & Exem-
plares, quæ exiſtunt in mente Diuina, Ita
de tribus prioribus loquens, quæ verifi-
cabiles ſunt in homine. *Le Ciuili, che
traſcurando li primi moti, che preuengono l'
auuertimenti della ragione, ſi danno à mo-
derare li ſecondi, che tendono al vitio. Le
Purganti ſi ſuellono dalle radici; Quelle
dell'animo gia purgato, non ſolamente eſtin-
gono li ſecondi moti; mà anche trattengono
li primi. Per le prime diceſi l' huomo incli-
nato al bene. Per le ſeconde huomo da be-
ne, ò demoniaco in ſentimento Platonico:* Per
le terze ſarrà da riporſi fra Dei. Quibus
idem Maſcard. ſubnectit pag. 452. *Secon-
do li Theologi altra eſſere la via de comin-
ciati: altra di quei, che approffittano; altra
di pefettione, addita, della via purgatiua il-
luminatiua, el'vnitiua conobbero come li co-
mincianti ſi trattengono nella purgatiua, l'
approfittanti nell' illuminatiua, li perfetti
nell' vnitiua contemplando Dio nelle ſue
Creature.*

Et quia in Canonizandis, qui fuerunt
20 perfecti in hoc ſæculo viam vnitiuam
poſſidendo, exiguntur virtutes animi pur-
gati; nam viuentes in ſumma perfectione
aſſecuti

aſſecuti fuerunt perpetuam vnionem cum
Deo, & *Franc. Piccolom. in Ciuil. Philo-*
21 *ſoph. de morib. grad. 6. cap. 15. Litt. B.*
verſ. & quemadmodum quinque virtutis
gradibus conſtitutis, ſcilicèt Naturali,
Morali, Rationali, Heroico, & Diuino,
totidem eleuationis gradus conſtituit in
homine; Primum per quem redduntur
homines formoſi, & ſani. Secundum quo
viri probi. Tertium quo ſapientes. Quar-
tum quo Heroes. Quintum quo Diuini,
22 cum virtus ad hunc gradum cæteris emi-
nentiorem hominem eleuans iure queat
illum redere ſimilem Deo, tanquam in
ſupremo termino eleuationis prædictæ
conſtitutum, quam in fine ſubdit efficere
virtutes Theologicas, quia Diuino Spiri-
tu replentes hominem Diuinam faciunt
eum ſpirare, ac viuere vitam, per quam
mortales euadunt filij Dei, & cohæredes
Chriſti, quo etiam reſpexiſſe videntur *In-*
noc. & Hoſtien. exigentes vt ſupra, in Ca-
nonizandis talem, ac tantam excellẽtiam
vitæ continuæ, quæ vires, ac potentiam
naturæ excedat, communis videlicet per
dictam eleuationem eductæ ad ſupremum
gradum Diuini, quo mediante dicantur
illi Deo perpetuo fædere coniuncti.

23 Quamobrem virtus Heroica deſcriben-
da videtur, vt ſit ſplendor quidam, ac emi-
nentia omnium virtutum, ſicut dixerunt
Piccolomin. d. cap. 3. litt. B in fine verſ. at. cũ
cum heroica, atque alibi, & *Maſcard. orat. 5.*
pag. mihi 380. verſ. La virtu heeica, ſen-
ſitque *Torquatus Taſſus in diſcurſu della*
virtù herɐica fol. 206. in fine, dum inquit.
La virtu heroica è vn non soche di grande,
vn eceſſo per coſi dire delle virtù, inferen-
do ex hoc pro conſtanti *Che ella non ſia*
mediocrità, come ſono le virtù morali, ma
che ſia più toſto eceſſo e perfettione di bene,
ſubdens quoque *Che ella termine non hab-*
bia, ne ſubietto particolare, ma che ſuo ſog-
getto ſia tutto ciòche può cadere ſotto l'altre
virtu, modo tamẽ nobiliori, & eminẽtiori.

24 Nec ipſum nomen heroici accipien-
dum eſt in ſenſu Ariſtotelico, nimirum re-
latiue ad ſummum bonum Ciuile huius
vitæ tantum, ſed in ſenſu Theologico (cui
in parte conſentiunt Platonici) prout ſci-
licet omnes actiones ordinatæ ſunt in no-
uiſſimum, ac vnicum finem futuræ vitæ
æternæ, ſicque tendunt ad ſummum bo-
num, ac perpetuam vnionem cum Deo;
quo perpenſo *Piccolomin.* inquit *d. cap. 3.*
ſub litt. C. *&* D. quod dum Homines præ-
ſenti fine neglecto, ſolum futurum reſpi-
ciunt, formanturque virtutibus, que al-
tiori gradu ad iſtum perducunt, vera he-
25 roica forma, ac eius eminentia refulgent,
Atque ideo ex Thelogorum ſententia *ſe-*
quen. pag. litt. A declarauit ſupra virtu-
tes morales collocandas eſſe heroicas,
quæ ſint ſplendores moralium, ac ſupra
iſtas heroicas locandas eſſe Diuinas,
Spem ſcilicet, Fidem, & Charitatem, cum
earum aſſeclis, Pietate, Religione, & San-
ctitate, quæ ex maiori eminentia, ac vnio-
ne cum Deo, qualitatem, ac nomen heroi-
ci ſplendoris vere naneiſcuntur; Ac etiam
d. grad. 6. cap. 5. in 3. aſſert. virtutem he-
roicam in ſenſu Theologico diſtinxit ab
heroica morali ratione finis nobilioris,
cum illa dirigatur ad ſummum bonũ vitæ
futuræ, à quo nec forſan alienus fuit *Ariſt.*
Ethic. 2. dum virtutem heroicam tribuit
hominibus, qui multum participant de
Diuino; Idque clarius ſenſit *Virgil. Elo-*
ga 4. verſ. 4. dicendo.

Ille Deum vitam accipiet, Diuiſque videbit
Permiſtos Heroes, & ipſe videbitur illis.

expreſſitque *Maſcard. d. orat. 5. pag. 331.*
ſub. verſ. queſto almeno, quatenus premiſ-
ſo ſapientes communiter admittere, *Che*
principalmẽte circa l'ardue, e diſageuoli coſe
la pompa dell'eroica Eccellenza ſi ſpiega, ſu-
bdidit, *e che nõ ſolo per lo sforza eccedente l'*
ordinario valore degl'huomini, cõ cui ſi vin-
ce, la perſona heroica dall'humano conſortio
ad vn eſſere più nobile, & à Dio più proſſi-
mo vien' ſolleuata; mà molto più perche del
fine, che in queſto breue viaggio della vita
proporre ſi potrebbe non curante, ſolo, come
à berſaglio drizza l'operationi ſue ad vna
vita migliore, e la virtù degl'huomini vol-
garmente virtuoſi eroicamente tranſcende.

26 Diuidenda eſt hæc heroica virtus in
Diuinitus infuſam, quam diuinam appel-
lat *Piccolomin. d. grad. 6. cap. 5. litt. B.*
verſ. accipio ſecundo, & acquiſitam per
eminentiorem habitum animi purgati ex
actionibus humanis directis ad ſolum vl-
timum finem placendi Deo, ſeque perpe-
tuò vniendi cum illo, quam humanarum
virtutum ſplendorem idem ibi nominat,
qui etiam aſſerit *cap. 8.* ſplendorem hu-
ius virtutis heroicæ duo principia habere,
27 Vnum eorum quæ ad internam illius eſ-
ſentiam pertinent, eamque conſtituunt:
Alterum externorum, & in primo ſubdi-
ſtinguit, vt ſi virtus dicatur heroica per
relationem ad finem boni ciuilis, illa ori-
ginem

ginem ducat ex flagranti amore honeſti,
& vehementi deſiderio dicti finis aſſe-
quendi, ſi vero dicatur heroica per ele-
uationem ad finẽ ſublimiorem in Deum,
quæ propriè talis dicitur, illa pariter or-
tum habeat ex flagranti amore huius finis,
atque ex vehementi deſiderio connexio-
nis cum Deo, tanquam vltimo fine; qua
dilectione ſi mundum ac proximum dili-
gimus, id ſolum facimus per relationem
ad ipſum Deum, & non alias, quæ prop-
tereà à Theologis dicitur eminens chari-
tas; In ſecundo autẽ inquit huiuſmodi ful-
gorem poſſe prouenire ex munere naturę,
fortunæ, vel aſſuetudinis, ac etiam ex
vehementiſſimis perturbationibus, quas
eminenter quis ſubſternit, ac vincit, vt
contrarijs ſuperatis formoſiſſimæ virtutes
indè tanquam radij è ſole refulgere vide-
28 antur; & loquendo *cap.* 9. de heroica
virtute Theologica, quæ eſt eadem cum
ſanctitate prodeunte ex charitate, ideſt
flagranti amore Dei, nos ſcilicet eleuan-
te ad Deum, vt eo fruamur, expreſſè fa-
tetur huiuſmodi eleuationem, ac ſubli-
mitatem eam parere, & quia nulla virtus
conſiderabilis eſt ſine charitate, in diſtin-
ctione graduum charitatis conſtituit di-
ſtinctionem virtutum; adeout eminentia
hæroicæ virtutis non ſit dicenda charitas
ſimpliciter, ſed ea tantum, quæ per emi-
nentiorem charitatem formatur.

29 An autem virtus heroica ſit ſpecie di-
ſtincta ab alijs, ſcholaſtici non conue-
niunt; Quoniam affirmatiuè adhærent,
D. *Thom.* 1. 2. *quaſt.* 54. *ar.* 3. *in c. ſub
fine*, *Henric. Quodlib. lib.* 4. *quaſt.* 33. &
alij exiſtimantes virtutem heroicam, quæ
diſponit ad actum conuenientem naturæ
ſuperiori, eſſe habitum diſtinctum à vir-
tute communi diſponente ad actum con-
uenientem naturę humanæ. Negatiuam
verò tenet *Scot. in* 3. *diſtin.* 34. *art.* 3.
contendens, eam non diſtingui ſpecie
à ſimplici, ſed eamdem eſſe, conſidera-
tam tamen in gradu perfectiſſimo, quod
repetit *diſt.* 35. *in fine* ita concludens,
perfectiſſima igitur virtus in eadem ſpecie
manens eſt heroica, à quo nec re ipſa
diſſenſit D. *Thom.* 3. *p. quaſt.* 7. *ar.* 2.
dicendo, quod habitus Heroicus, vel
Diuinus non differt à virtute communiter
dicta, niſi ſecundum altiorem modum,
ſcilicet in quantum aliquis diſpoſitus eſt
ad bonum altiori modo, quam commu-
niter omnibus competat, quare *Conrad.*
circa d. quaſt. 54. *ar.* 3. animaduertit D.
Thomam idem ſenſiſſe cum Scoto, Et his
addi poſſunt *Suar.* 3. *p. q.* 7. *ar.* 2. dicens
quod virtus heroica non differt eſſentia-
liter à virtute communi, quia in eadem
materia, & ſub eadem ratione formali,
ſeu motiuo verſantur, & perfectio, quam
addit virtus heroica, ſolum eſt, vt parum,
ſeu verius nihil habeat admixtum vitij
contrarij, ac facilis, & expedita ſit ad
feruentem, & perfectum actum virtutis
eliciendum, quæ perfectio accidentaria
omninò eſt, *Lambin. in ſchol. ad cap.* 1.
lib. 7. *moral. Ariſtotel.* aſſerens, quod he-
roicę virtutes non differunt ab humanis
virtutibus pręterquam ſola excellentia,
Gualter. Burlius in 7. *Ethic. Tarquin. Gal-
lut. in cap.* 3. *lib.* 4. *moral. qu.* 2. §. *de vir-
tute verò & Hering. Arniſ. Relect. Politica
lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 15. *num.* 36. *cum ſeqq.*
inquiens, virtus heroica non differt ſpe-
cie à ſimplici, quia nihil addit præter
ſplendorem, & excellentiam, quæ na-
ſcitur, vel ex impulſu aliquo Diuino,
vel quia ad finem aliquem mirabiliter
tendit, & alij, quos refert & ſequitur *Le-
zan. S. Theologia tom.* 3. *tit.* 4. *diſput.* 4.
qu. 1 t. *pag.* 408. *ſub* §. *Tertium dictum*.

30 In hoc tamen magis conſona videtur
diſtinctio elicita ex traditis à *Piccolomin.
d. grad.* 6. *cap.* 5. *ex litt. B. verſ. his praaſ-
ſumptis*, quodſi loquimur de virtutibus
heroicis diuinitus infuſis, illæ ſpecie dif-
ferant ab humanis, cum habeant diuer-
ſa principia; ſi verò de heroicitate, prout
eſt ſplendor humanarum virtutum, illa
quoque inſpecta diuerſitate accidentium,
& effectuum, valeat ſpecie diſtingui à vir-
tute ſimplici, quia conditiones, effectio-
nes, & accidentia ſunt diſtincta, vt pa-
tet ex reduplicatione, quia ſimplex vir-
tus dicitur ciuilis, ſublimis verò, atque
eminens, heroica: Si demum inſpicia-
tur finis, ad quem diriguntur, tam ſim-
plex, quam heroica, diſtinctio in ſpecie
conſiderabilis ſit tantum ex qualitate
finis, quatenus ille dirigitur ad ſummum
bonum in hac vita iuxta ſenſum Ariſto-
telis, vel potius ad ſummum bonum vitæ
æternæ, ac perpetuam vnionem cum
Deo, de quo agunt Theologi; nam cum
vltimi fines vtriuſque ſint diuerſi inter
ſe, fatendum profectò eſt, tam ſimplicem
virtutem, quam illius heroicitatem,
ſplendorem ſcilicet, ac eminentiam inſitã
habenti primum finem, ſpecie differre ab
inſita

inſita habenti ſecundum; veruntamen
intra latirudinem eiuſdem finis nulla da-
tur ſpecifica diſtinctio quo ad materiam,
ſed ſolum per minus, & magis perfectum,
adeout ipſa heroicitas conſiſtat in ſubli-
miori,ac eminentiori gradu eiuſdem finis
conſtitutiui ſpeciei diuerſæ, ſicque in
fine Theologico, Et procul dubio diuer-
ſitas conſtituenda ſolummodò erit in no-
uiſſimo gradu eleuationis animi purgati
in Deum, qui proptereà diuini nomen
mereatur, vt potè tantæ eminentiæ, &
ſublimitatis, quod valeat dici participa-
re quodammodò de Diuino.
31 Ex hactenus dictis elicitur deciſio,
quod &ſi virtus in gradu heroico intra li-
mites eiuſdem finis,non differat materia-
liter à virtute in gradu communi;differat
tamen formaliter per eleuationem ani-
mi purgati ad illius ſummum gradum par-
ticipantem de Diuino, quem proptereà
diuinum appellat *Piccolomin. d. grad. 6.
cap.* 15. quia hominem à terrenis pror-
ſus alienum, ac diuina ſolum meditan-
tem, & imitantem reddit ſimilem Deo,
tanquam ſupremo termino eleuationis,
ſupra quam animus nil amplius concipe-
re poſſit, in quo ſenſu accipiendum eſt
requiſitum ab *Innoc. & Hoſt.* ſuperius re-
latis, quod in Canonizandis debeat pro-
bari talis, ac tanta excellentia vitæ, quæ
vires, & potentiam naturæ excedat, quia
propter vnionem cum Deo in ſupremo
gradu eleuationis prædictæ, homo ſupra
ſe ipſum ita eminentis charitatis volatu
ad Deum accedit, vt ſupra vires, ac po-
tentiam naturæ humanę Diuinarum qua-
litatum participatione, per quendam
exceſſum, glorioſam vitam ducere videa-
tur; quare *Piccolomin. in practato grad.
6. cap.* 1. meritò dixit heroicam virtutem
natam eſſe, hominem ſupra hominis con-
ditionem eleuare.
Totum id, quod dictum fuit de virtu-
te heroica maximè præſtant tres virtutes
Theologales, fides, ſpes, charitas, &
illarum aſeclæ nempè religio producta
à fide; pietas, quæ ſpei correſpondet vt
matri, ac ſanctitas, quam charitas parit,
cum non ſint humanæ,ſed Diuinæ. Primò
quidē ratione principij infundentis illas,
2. ratione finis,ad quē ipſę hominem ele-
uant,nempe Deū,3.ratione propriæ natu-
ræ,& conditionis, ex qua competunt ho-
mini,nam eis mediantibus iuxta *elogiū D.*
32 *Petri Epiſt. 2. cap. 1. num.* 4. homo diui-
næ efficitur conſors naturæ, ipſæque il-
lum eleuant ad finem poſitum ſupra vires
naturæ, teſte *Piccolomin. grad. 4. cap.* 36.
33 Sicque heroicitas in iſtis erit ſtatuenda
ſuper perfectiſſimo habitu firmiſſime cre-
dendi, ac ſperandi in Deum, eumque
ex toto corde, atque ex tota anima di-
ligendi tanquam vltimum finem, ad cu-
ius eminentiam peruentum ſit per eleua-
tionem ad ſummum earum gradum, qui
hominem ſupra humanam conditionem
eleuatum, exſuperatis viribus, ac poten-
tia naturæ communis, per quendam ex-
ceſſum, Deo ſimilem reddit, vt altiorem
virtutis gradum, nempe diuinum aſſecu-
tus in terris continuo vitam ducat glo-
rioſam.
Quapropter in earum ſingulis haben-
da eſt ratio huius ſublimioris, & altioris
firmitatis, ſuprà quam, veluti partici-
pem diuinę ſimilitudinis nequeat animo
maior haberi, non autem ſolius teneri-
tudinis, ac dulcedinis pura in diligendo,
34 monente *Scoto in 3. diſt.* 37. id ſolum
magis diligi, quod firmius diligitur, Hoc
enim magis diligo, cui minus volo ma-
lum accidere, & pro cuius bono ſaluan-
do, magis me expono ex amore, cum ex-
ponere ſequitur amorem, & hoc loquen-
do de amore, qui eſt actus voluntatis,
non de illo, qui eſt paſſio appetitus ſen-
ſitiui, vnde infert, quod etſi aliqui di-
cantur diligere feruentius, vel tenerius,
qui tamen firmius non diligunt, talis di-
lectio nō ineſt eis ex aliquo exceſſu amo-
ris intellectiui,ſed alicuius paſſionis amo-
ris ſenſitiui,veluti cēſeantur hi,qui à vul-
go dicuntur deuoti, ſentiunt enim ali-
quam maiorem dulcedinem, quam alij
multo ſolidiores in amore Dei, qui cen-
tuplum promptius ſubſtinerent marty-
rium, verum talis dulcedo non eſt actus
voluntatis elicitus, ſed paſſio quædam
actui retributa, qua Deus elicit, & nu-
trit paruulos, ne deficiant in via. Vnde
liquet conditionem heroici, ideſt perfe-
ctiſſimi, conſiſtere in ſolida firmitate vir-
tutis, quæ gradum ſuperiorem non ad-
mittit, non autem in ſola teneritudine,
ac dulcedine.
35 Fides porrò licet triplex dicatur Theo-
logica, Phyſica, & Ciuilis; Prior tamen,
nempè Theologica communiter definitur
cum Apoſtolo ad *Hebr. cap.* 11. *nu.* 1. quod
ſit ſubſtantia rerum ſperandarum argu-
mentum non apparentium, quæ à ſpe, &

charitate perfectionem recipit, cuius
obiectum eſt Deus, ſub ratione veri, ſu-
pra humanam mentis noſtræ facultatem
36 collocati, diuiditurque in infuſam, quæ
à Deo in nobis producitur, & ad aſſen-
tiendum Deo reuelanti nos inclinat, &
acquiſitam, quæ ex noſtris actibus acqui-
ritur ob aſſenſum aſſertioni alicuius fide
digni, quam propterea D. *Thom. 3. contra
Gent. cap.* 40. auditui, non viſui ſimilem
affirmat, Hincque eſt, quod noſtra actio
hanc fidem ſequitur, non quidem vt pro-
prium finem, ſed tanquam fructum illius,
cum non ſit recta ratio agendi, ſed rectè
ſentiendi, veluti multæ artes, & effectio-
nes ſequuntur ſcientias inſpectiuas, quam-
uis *Scotus in 4. qu. Prologi ſententiarum* ſta-
tuerit huiuſmodi fidem eſſe habitum pra-
cticum, ipſaque per ſe pertinet ad men-
tem, quam eleuat ad Deum, non autem
ad appetitum ſenſuum, niſi inſpecto mu-
nere fructuom illius.

Spes, quæ tam ratione obiecti, quam
ſubiecti virtus Theologica prout eſt, re-
fertur ad vltimum finem, ſignificat fru-
ctum vniuerſæ virtutis, nam recte de
ſummo bono ſperat, qui cum virtute
vitam ducit, quatè cecinit *Pindarus*
quicumque iuſte, ſanctèque vitam exigit,
dulcis eum ſpes comitatur cor nutriens,
quam ſententiam commendauit *Plato in
primo Dialogo de Republica*.

Charitas vero, quam Apoſtolus ad *Cor.
cap. 13. in fine* ait maiorem præfatis dua-
bus eſſe, dicitur feruens amor, quo dili-
gitur Deus tanquam obiectum ſumme bo-
num, ad quem dirigimur per fidem, &
ſpem, ſine qua charitate nulla prorſus vir-
tus conſiſtere poteſt, cum ſit mater, ra-
dix, neruus, & ſpiritus omnium virtutum.

Actiones fidei aliæ ſunt internæ, aliæ
externę, ex internis promanant ſex bene-
ficia.
38 Primum perfectiſſimę cognitionis Dei,
quæ parit, ac producit quinque fructus
ſpirituales, Primum quidem conſiſtentem
in contemplatione ipſius Dei, & attribu-
torum illius. Secundum verſantem circa
finem dictę cognitionis, qui duplex eſt,
vnus proprius vitæ contemplatricis, cum
Deum contemplamur, vt in illius con-
templatione, & amore ſiſtamus, alter cum
dictam cognitionem de Deo, rebuſque
Diuinis habitam dirigimus ad agendum,
ſiue vt D. *Hieronymus loquitur in Epiſt. ad
Coloſ.* primo ad animę noſtræ emolumen-
ta conuertimus: Tertium circa Dei cul-
tum, qui latria vocatur. Quartum ora-
tionis, ſiue ea conſiſtat in gratias agendo,
ſiue in aliquid petendo, & quintum co-
gnitionis Ieſu Christi, per quem Deus
noſtrã Redemptionem operatus eſt iuxta
animaduerſionem Apoſtoli *1. ad Epheſ.
per tot. 2. ad Coloſſ. num. 2. cum ſeq. ac 3. ad
Philippen. num.* 7. & infra, vnde etiam D.
Ambroſ. tractat. in Pſalm. 40. cenſuit deri-
uaſſe conuerſionem animarum, contemp-
tum diuitiarum, torque alia admiranda
in vitis Sanctis.

Alterum beneficium eſt, quod intel-
lectum hominis rebus de fide propoſi-
tis aſſentiri facit magis, quam ſi eas ocu-
lis cerneret, inducens fortitudinem admi-
randam, & inauditam alacritatem quęuis
ſubeundi, ac omne mortis genus patiendi
pro Chriſto iuxta verba Apoſtoli 8. *ad
Rom. ex num.* 136. *vſque in fin.* ſtudium
conſeruandi fidem ſinceram, & integram,
qualem Chriſtus, & Apoſtoli tradiderunt
eamque ſarctam, tectam ab omni hęreti-
corum labe, ac nora tuendi cum quoli-
bet ſui capitis diſcrimine, auerſandique
conſuetudinem male de illa ſuſtinentium.

Tertium eſt firmans dictam certitudi-
nem auctoritate diuina, de qua intellexit
Apoſtolus 1. *ad Galat. num.* 11. & 12. &
pariens magnam ſubmiſſionem animi er-
ga Deum: magnam ſimplicitatem in prę-
ſtanda fide omnibus ijs, quę diuinitus no-
bis credenda proponuntur, ac ſolidum
mentis robur aduerſus naturalem curioſi-
tatem hominis in perquirenda ratione rei
quę creditur.

Quartum eamdem certitudinem robo-
rat interpretatione Eccleſię Catholicę
fundatę in ſolida petra Chriſti, cuius ca-
put eſt Romanus Pontifex eius vicem ge-
rens in terris, & locupletatę ſacris libris,
traditionibus Apoſtolorum, decretiſque
ſummorum Pontificum, & Conciliorum,
quę nec fallitur, nec fallere poteſt, cum
eam regat Deus, adeout ſatis ſit, ad fir-
miter credendum aſſerere, Deus hoc dicit,
& Deũ ita dicere teſtatur Eccleſia. Huius
autem beneficij fructus ſunt, obedientia,
reuerentia, & amor erga dictam Eccle-
ſiam; ſtudium illam amplificandi, & ac-
quieſcẽtia iudicio totius Eccleſię, ac illius
capitis, nempè Summi Pontificis in ſpe-
ctantibus ad fidem, & mores, omni alio
neglecto.

Quintum eſt habitus voluntatis à Deo
exci-

excitatę, quę intellectum afficit, vnde eliciendus eſt actus credendi, ſiue ſtudioſitatis infuſæ ad intelligenda, & credenda ea, quę pertinent ad hominis finem ſupernaturalem, à quo ortum ducit etiam vnica voluptas libros ſacros, diù, noctuque euoluendi, verbumque Dei alijs prędicandi, dicente Apoſtolorum Principe Petro *act.4.num.*20. Non enim poſſumus, quę vidimus, & audiuimus, non loqui.

Sextum denique conſiſtit in pręclaris effectibus illius, cum homo iuſtificetur per fidem, teſte Apoſtolo 1. *ad Rom. cap.3. num.*21. eaque purificet corda, vt habetur *Act.*15.*num.*9. qua ratione dicitur mater bonorum, ac medicina ſalutis à D. *Chriſoſt. hom.*32.*in Ioan.* bonę voluntatis, ac iuſtę actionis genitrix, à *S. Proſper. lib.* 1. *de vocat.gent. cap.*8. oculus illuminans conſcientiam, faciens intelligentiam, ac ſcutum incorporeum aduerſus hoſtem inuiſibilem à *S.Cyrill.Cathechiſ* 5.

Fidei vero actiones externę ſunt binę.

Prima quidem, cam ore confiteri, iuxta verba Apoſtoli 10. *ad Rom. num.* 10. corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ac D. *Auguſt.lib. de fide, & Symbolo cap.* 1. A præſenti ſęculo maligno ſalui fieri non poſſumus, niſi, & nos ad ſalutem proximorum nitentes ore etiam profiteamur fidem, quam corde geſtamus, quibus adſtipulatur dictum Domini in Euangelio *Matth.cap.*10. *num.* 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.

Hincque huiuſmodi confeſſio aſſeritur eſſe Præceptum affirmatiuum à *D. Thom.* 2. 2.*qu.*3. *ar.*2. quod pro loco, & tempore, ac ſecundum alias circumſtantias obligat.

Altera, doctrinam fidei alijs tradere, hincque *D.Thom.*2.2. *qu.* 9. *art.* 1. auctor eſt, donum ſcientiæ verſari circa credenda, per quod homo non ſolum ſcit, quid credi debeat, ſed etiam ſcit fidem manifeſtare, & alios ad credendum inducere, & contradictiones conuincere.

Sunt autem perfectæ fidei quinque ſigna.

39 Primum ſimplicitas, ac omnis curioſitatis, & diſquiſitionis abdicatio, licet Paſtores, & Doctores, quorum munus eſt, alios docere, & tam fideles, quam infideles inſtruere, oporteat promptiſſimas, ac paratiſſimas habere rationes illas, quibus noſtræ fidei ſoliditatem illis inſinuare, ac comprobare valeant.

Secundum, diuinas reuelationes etiam oblatas, & præſentes præ fidei amore (ſi fieri poſſit) reijcere, non quod illæ contemnendæ ſint, quamuis diligenter examinandæ, cum ipſa fides præferenda ſit cuilibet euidenti notitiæ, & quiſque debeat ſemper continere ſe ipſum in ea mẽtis voluntaria deditione, quà ſe iam Deo per fidem deuouit, nil vlterius quærendo, exemplo Alphonſi Primi Luſitaniæ Regis pijſſimi, qui pugnaturus aduerſus innumeram multitudinem ſarracenorũ, Chriſtum Cruci affixum in aere ſibi oſtenſum aſpiciens, dixit, quid tu ad me Domine? Credenti enim fidem vis augere? melius eſt, vt te videant infideles, & credant, quam ego, qui à fonte Baptiſmatis te Deum verum, filium Virginis, & Patris æterni agnoui, & cognoſco, cum ipſe Dominus Ioannis *cap.*20.*ſub num.* 29. dixerit Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Tertium cum quis ſe ita in fide confirmatum, ac ſtabilem ſentit, vt nulla ratione putet ſe vnquam poſſe ab ea dimoueri, quod ab Apoſtolo 5. *ad Galatas ſub num.* 22. ſub nomine fidei recenſetur inter fructus ſpiritus, hoc eſt, dona Spiritus Sancti.

Quartum, actiones ingentis mœroris, lætitiæ, patientiæ, ac ſimiles, quæ ita naturæ noſtræ viribus ſuperiores ſint, vt non niſi à ſupernaturali virtute fidei profectas eſſe certo intelligamus.

Quintum cum facilè, & ad rem ex his, quę fide cognoſcimus conficimus id, quod ad præſentem animæ noſtræ vtilitatem neceſſarium, aut opportunum exiſtit.

40 Ex fide quoque D.*Thom.* 2.2. *qu.*7. *ar.* 1. aſſerit naſci timorem Dei, quod eſt initium ſapientiæ, atque eius effectus eſſe, acuere intellectum ad conſideranda Dei iudicia, ac iuſtitiam, quo fit, vt homo diligenter ſibi attendat, penituſque ſe penetret, pænitentiam vitæ anteactæ, fugam peccati cum firmo propoſito, ab eo longiſſime ſiſtendi, fortitudinem aduerſus tentationes, & anxiam ſollicitudinem, recte ambulandi cum Deo, ac ſolam eius voluntatem in rebus omnibus contemplandi.

41 Indicia vero ſunt, caſtus timor, exemplificatus à D.*Auguſt.in Pſal.*117. ne ſponſus cæleſtis ab anima noſtra diſcedat, & nè Deus omnium fruitione conceſſa dicat

faciem meam non videbis: horror peccati cum firma voluntate ſemper cauendi ab illo: vehemens contentio, vt Chriſtum imitemur cum ſpe magna perueniẽdi ope diuina, eò, quò tendimus, ſed non ſine pari cura, & ſollicitudine, ne cadat, dum currit, ac diſtat à meta, quod. D. *Chryſ.ſerm.11.in Epiſt.ad Philippenſes* late proſequitur: valde humiliter, & demiſſe cogitare, & ſentire de ſe ipſo, atque ardenter optare Dei voluntatem in omnibus rebus agnoſcere, eique conſtanter obtemperare, aſſerente D. *Auguſt.lib.2.de doctrina Chriſtiana cap.* 7. ante omnia opus eſt Dei timore conuerti ad cognoſcendam eius voluntatem, ſi quid nobis appetendum, fugiendumque præcipiat, timor autem iſte cogitationem de noſtra mortalitate, & de futura morte neceſſe eſt vt incutiat, & quaſi lauatis carnibus, omnes ſuperbiæ motus ſigno Crucis affigat. Perfectæ autem ſpei ſex ſunt actiones.

42 Prima quidem certiſſima expectatio vitæ æternæ, dicentibus, Apoſtolo *cap.* 1. *ad Titum num.* 2. in ſpem vitę æternæ, quam promiſit, qui non mentitur Deus, & *Ioan.epiſt.1.cap.1.nu.*25. Hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

Altera, certo ſperare à Diuina liberalitate totum auxilium, quod neceſſarium eſt homini ad æternam vitam conſequendam, ſi tamen quis Deo ex parte ſua reſpondeat, vt debet, de qua ſenſit Apoſtolus 6. *ad Rom.num.*22. dicens, nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.

Tertia, ſtabilem fiduciam habere in Beatiſſimæ Virginis, Angelorum, & Sanctorum interceſſione apud Deum.

Quarta, propter ſpem futuræ Beatitudinis, patientiſſime acquieſcere in voluntate Dei nos vexationibus exercentis, ſummamque patientiam; in tribulationibus, & aduerſis exhibere.

Quinta, res humanas, ac omnia bona mundana prorſus contemnere.

Sexta, abdicatis à ſe bonis terrenis ob ſpem cæleſtium, ſe ipſum penitus abnegatum, Deo conſecrare, ad deuouere propter vitam ęternam.

Indicia vero dictę ſpei ſunt quatuor.

43 Primum ſcilicet gaudium, & iucunditas animi in laboribus, ac paſſionibus perferendis pro Chriſto.

Secundum bona conſcientia puro nempè corde, & non ficta fide, iuxta expoſitionem D. *Aug.in præfat.ad Pſal.* 31.

Tertium deſpicientia ſuimet, & abiectio vitę proprię vſque ad martyrium, & ſanguinem, quoties fidei manifeſtatio, & Dei gloria, ita ferunt.

Quartum Patientia cum perſeuerantia, & ſi tardius, & difficilius attingatur, quod optamus.

44 Charitatis in Deum propriiſſima actio expreſſa videtur à *D. Auguſt. lib. de mori. Eccleſ.cap.*11. ibi, Charitas eſt virtus, coniungens nos Deo, qua ipſum diligimus, quæ coniunctio duplex eſt, vna quidem inferior, cum Deus ad noſtram vtilitatem æternamque ſalutem diligitur, vt ſummũ bonum, ac finis omnium bonorum, quam idem *Auguſt. de verbis Domini ſerm.* 49. non caſtam appellat ibi. Quiſquis à Deo præter Deum aliquid quærit, non caſte Deum quærit. Altera nobilior, cum diligitur Deus propter ipſum Deum, dicente eodem *Auguſt.lib.de vera Religione ca.* 43. Ille ergo veriſſime atque certiſſime inuictus homo eſt, qui cohæret Deo, non vt ab eo aliquid boni extra mereatur, ſed vt nihil aliud, quam ipſum inhærere Deo bonum eſt, & *Serm.32. de tempore cap.* 4. quid nam dulcius à Deo præmium quam ipſe Deus, quare *D.Bernard.* recte dixit quod cauſa diligendi Deum, Deus eſt, cumque amandi Deum nullus finis ſit, quia Deus infinite amabilis eſt, modus amandi Deum eſt ſine modo, videlicet abſque vlla meta eum diligere.

45 Ex quinque autem huius amoris indicijs præcipuum, ac certiſſimum eſt, ita Deum diligere, ſicut Chriſtus Patrem, & nos dilexit, monente *D. Bernard.ſerm.*20. *in Cantic.* Diſce, ò Chriſtiane, à Chriſto, quemadmodum diligas Chriſtum, diſce amare dulciter: amare prudenter: amare fortiter: dulciter ne illecti: prudenter ne decepti: fortiter ne oppreſſi, ab amore Domini auertamur, nè mundi gloria, ſeu carnis voluptatibus abducaris, dulceſcat tibi præ his ſapientia Chriſtus, ne ſeducaris ſpiritu mendacij, & erroris, luceſcat tibi veritas Chriſtus, ne aduerſantibus fatigeris, confortet te virtus Dei, Chriſtus Zelum tuum inflammet, Charitas informet: ſcientia firmet: conſtantia ſit feruidus, ſit circumſpectus, ſit inuictus, nec teporem habeat, nec careat diſcretione, nec timidus ſit.

Alte-

Alterum indicium eſt, ita Deum diligere, vt præ vi amoris ignoremus ipſi, quid aliud amemus præter Deum, atque ita rapiamur illius amore extra nos, vt pene noſtrimet obliuiſcamur, ſic arguente D. *Auguſt. Homil. lib. 5. homil.* 34. ergo amandus erat Deus, & amandus eſt Deus, itaut ſi fieri poteſt, noſmetipſos obliuiſcamur.

Tertium, aſſiduo orandi ſtudio vacare, quoniam amantis eſt, velle ſemper frui, ſi poſſit eius, quem amat aſpectu, colloquio, & conſuetudine, oratio vero eſt conuerſatio cum Deo.

Quartum, erga paſſionem ac mortem Chriſti pro hominum ſalute obitam vehementiſſimo amoris ardore ſuccendi, quo Paulum Apoſtolum incenſum fuiſſe prædicat *D. Chriſ. homil. 2. de laudibus Pauli*.

Quintum, rerum omnium, quæ non ſunt Deus, amorem à ſe prorſus abijcere, atque in vnum Deum transfundere, nulliqne ſolatio, quam ſolius Dei ſeruitio, eiuſdemque voluntati explendæ addictum eſſe, quod Apoſtolus late expreſſit 3. *ad Philippenſes num.* 8.

46 Charitatis in proximum præcipua, ac propria actio eſt, diligere proximum propter Deum, iuxta expoſitionem *D. Thom.* 2.2. *qu.* 25. *ar.* 1. dicentis, Ratio diligendi proximum Deus eſt, hoc enim debemus in proximo diligere, vt in Deo ſit, quo tendit mandatum Domini in *Euang. Ioan. cap.* 15. *num.* 12. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inoicem, ſicut dilexi vos, cuius actionis præſtantiam late deſcribit D. *Chriſ. homil.* 32. *in prima ad Cor.* concludens, propterea Dominus perfectæ in ipsũ Charitatis ſignum eſſe dixit, Proximum diligere, cuius occaſione tot eſſe videntur, quot proximi miſeriæ, ac indigentiæ ſunt. Verum ex ſententia *D. Auguſt. lib. de morib. Eccleſ. cap.* 27. rediguntur ad duo capita, nempe coercitionem diſciplinæ, & inſtructionem, nam ea pars, quæ ad corporis medicinam, vel ſubſidium attinet, refertur ad miſericordiam, & coercitio licet proprie pertineat ad maiores, poteſtate, ac imperio animas regentes, ab eis explenda cum manſuetudine, & diſcretione, vt *D. Gregor. ſcripſit Ioanni Epiſcopo Corinthiorum lib.* 4. *Regeſti Epiſt.* 99. cæteris tamen fraterna competit, de qua in *Euang. Matth. cap.* 18. *num.* 15. & infra, quæ aut exemplo, aut verbis ſpiritu charitatis compoſitis, & animatis expletur. De inſtructione autem, quæ videtur eſſe peculiaris Epiſcoporum, quibus in perſona Petri dicitur *in Euangel. Ioan. cap.* 21. *num.* 17. Paſce oues meas, ita Epiſcopo ſcripſit D. *Gregor. Epiſt.* 99. *Regeſti lib.* 1. inſtructio commiſſi populi fraternitatis veſtræ ſit actio, quæ ampliſſima Charitatis ſeges exiſtit, cum difficultates, quas plurimas habent, ſola charitas valeat ſuperare.

Cuius Charitatis in proximum quinque indicia exiſtunt.

47 Primum ſanè ardens cupiditas ſalutis animarum, pluribus in locis *à D. Chriſ.* admirata in Paulo Apoſtolo, videlicet *in Encomio Sancti Romani Martyris apud Surium* 18. *Nouembris, in Comentar. Epiſtola ad Rom. homil.* 16. *de dignic. Sacerdot. lib.* 4. *cap.* 4. *lib.* 3. de prouidentia, & *homil.* 3. de laudibus S. Pauli, vbi varias illius formas recognoſcit ad viuum in codẽ Apoſtolo.

Secundum, Animus paratus, ac promptus ad quolibet perferendum pro ſalute animarum, non ſolum ſi cum labore, dolore, & corporis cruciatu illud coniunctum ſit, ſed etiam ſi cuiuſlibet ignominiæ, ac opprobij ſordibus delibutum exiſtat, cuius ſpecimen in ſe ipſo deſcripſit *D. Chriſ. homil.* in acta ſub. vers. Velem ſi fieri poſſet &c. quare nouiſſimus auctor exponens verba Apoſtoli 1. *ad Corinth. cap.* 13. Charitas non eſt ambitioſa &c. Dixit non eſt faſtidioſa, quia nihil ſibi indecorum putat, quantumlibet vile officium, modo proſit proximo.

Tertium, pergere in Amore, nec deſiſtere ab eo, quamuis proximus non reſpondeat in illo, minuſque noſtro officio proficiat is, quem diligimus in Domino, & cuius cauſa laboramus, exemplo Apoſtoli ſcribendis 2. *ad Corinth. cap.* 12. *nu.* 15. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris licet plus vos diligens, minus diligar, Ex qua Epiſtola octo Charitatis gradus elicit *D. Chriſ. homil.* 26. *in* 1. *ac Corinth.* dicendo, licebat accipere, ipſe autem non accipiebat, Ecce primum opus bonum, & quamuis inopia premeretur, Ecce ſecundum, & illis predicans, En tertium & impendit, Ecce quartum, & non ſimpliciter adiecit, ſed cum incremento, Ecce quintum, & non ſolum pecuniam, ſed & ſe ipſum, En ſextum, & his, qui non valde diligebant, Ecce ſeptimum, & is, qui valde diligebant ab eo, Ecce octauum, ſubdens, & nos hoc imitemur; qua ratione *D. Thom.* 2.2. *quaſt.* 27. *ar.* 1. docuit magis con-

conuenire Charitati amare, quam amari.

Quartò, Commiſereri alterius calamitati æquè, ac noſtræ, quod exemplo membrorum corporis eleganter explicat D. *Auguſt. homil. lib. 50. hom. 15*, addito, perfectæ charitatis eſſe, commiſereri proximi damna, ex eo quod Chriſtus ipſe caput, & Princeps omnis Charitatis, ſuorum perſecutiones ſuas eſſe profitetur cum ait, Saule, Saule, cur me perſequeris.

Quintum, iniurias ex animo condonare, non ſemel, ac iterum, ſed quotieſcumque in nos aliquis peccauerit, nam Ieſus *Matth. cap. 18. nu. 21. & 22.* Petro quærenti, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties? Reſpondit, non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, quare *D. Auguſt. homil. 15. de verbis Domini* ſcripſit, & ſi ſeptuagies ſepties peccauerit, ignoſce & ſi centies peccauerit, ignoſce, ipsũ Dominũ audi loquentẽ in Apoſtolo, vbi modus, & numerus præfixus non eſt, Donantes nobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis &c.

48 Heroicitas, ad Beatificationem, & Canonizationem obtinendam, non ſolum requiritur in virtutibus Theologalibus, ſed in Cardinalibus etiam, & alijs eiſdem annexis, admonente *Scacchο de not. & ſign. ſanct. ſect. 2. cap. 4. pag. 141. ſub litt. C.* In his, qui titulo Beatitatis, aut Sanctitatis per Summi Pontificis Beatificationem, ſeu Canonizationem decorandi erunt, Actus omnium virtutum prærequiri eo ſplendore, ac fulgore prælucentes, quo maior excogitari non poſſit. Inferens ex hoc, inter heroicos actus recenſeri debere quæcumque in eorum actis conſiderantur, adeo vt omnes condecorandi in Eccleſia titulo Beatitatis, vel Sanctitatis verè noſtri Heroes nuncupentur, heroicitatem propterea ad huiuſmodi

49 effectum definiendo *pag. 144. ſub litt. B. & C.* quod ſit eminentia quædam actus ex habitu Charitatis, eiuſdemque gradus intenſio quædam, à quo operationes potentiarum noſtrarum ex imperio voluntatis habent, vt ita dirigantur ad eminentiſſimum finem ſupernaturalem, vt illum de proximo attingant; cui accedit *Lezan. Conſult. 1. de Canon. Sanct. nu. 54.* aſſerens, tam pro Beatificandis, quam pro canonizandis requiri virtutes non communes, & ordinarias, ſed illas, quæ à Theologis appellantur heroicæ, ſeu in gradu heroico, veluti Diuinæ, & ſuperhumanæ, per quas homo quantum fieri poteſt iungitur Deo, idem repetens *tom. 3. Sac. Theologiæ tit. 4. diſ. 4. quæſt. 11. pag. 413. col. 1. poſt. med. verſ. Hac porrò.* Qua ratione idem *pag. 407. col. 1. in princ.* Heroicitatẽ in ſenſu theologico ad finem, de quo agitur deſcripſit, quod ſit virtus excellentiſſimo modo naturã excedens, ad Dei ſimilitudinem accedens, & quodammodò Diuina.

Quæ deſcriptio quoad prima verba, naturã excedens, vt ſuperius dictum fuit, ſumitur ex adnotatis *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. ab Innoc. ante num. 1.* ibi, oportet tantam eſſe excellentiam &c. quę ſint vltra vires, & potentiam naturæ *Hoſt. nu. 5. in fin. eod. verſ. oportet, & cæteris Canoniſtis*, atque ex traditis per *D. Thom. in cap. 5. Matthei.* Quo verò ad immediatè ſequentia, ad Dei ſimilitudinem accedens, ex *Ariſt. Ethic. lib. 10. cap. 7. ante finem ſub verſ. ac talis D. Thom. 1. 2. q. 61. ar. 5. c. dictoque cap. 5. Matthei, D. Bonau. in 3. ſent. diſt. 34. quæſt. 1.* vbi heroicos appellat habitus perficientes, quia tales habitus faciunt hominem proximum Deo, & coformem ipſi gloriæ ſummæ, & Beatitudini, inqua eſt ſumma perfectio, & *Franc. Piccolomin. de moribus grad. 6. cap. 15. per tot.* Et quoad nouiſſima quodammodò Diuina ex mente *Ariſtot. Ethic lib. 7. cap. 1.* ſub initio non ſolùm dicentis virtutem, quæ ſupra nos eſt heroicam, ac Diuinam, ſed etiam quod homines ob virtutis excellentiam Diuini dicuntur, vbi *Aſpaſius Epheſinus* inquit, huiuſmodi autem virtus hominibus conuenit, qui vel cum Deo iam vniti, Dij quoque ipſi adoptione effecti ſunt, vel ſanctarum virtutum operatione cæteris omnibus antecellunt, Heroica appellata, eo quod Heroibus, ideſt Semideis propria cum ſit, naturam humanam excedere, atque ob id admiratione maxima digna eſſe videatur; qui pariter *in 6. Ethic cap. 1.* de eadem ait. Heroica vero, & Diuina hęc virtus eſt, cum omnẽ virtutem ſupra omnem hominem exercet quiſpiam; ſi quis enim ſupra omnes iuſtos iuſtitia præditus ſit, ſupra omnes fortes fortitudine; ſupra omnes temperantes temperantia; Is heroicam, & Diuinam virtutem habere non immeritò dicetur; necnon ex dictis à *Piccolomin. d. grad. 6. cap. 2. verſ. Heroes, & cap. 4. in princ. verſ. ſi*

proprie

Google

propriè iunctis verbis nouiſſimis *Auguſt. Niphi in opuſculo de Sanctitate lib. 1. ſequentis Enarrattum*, *& à Scacch. d. ſect. 2. cap. 4. ex pag. 141. litt. D. verſ. & qui vſque ad 150. verſ. Quarenda*.

Cum igitur agatur de heroicitate virtutum Cardinalium, & illis annexarum in ſenſu Theologieo, quatenus, vt dictum eſt, omnis virtus per eleuationem ſupra conditionem humanam dirigitur in Deum vti finem vltimum futuræ vitæ hominis, ea dicitur oriri ex flagranti amore Dei tanquam vltimi finis, vehementique deſiderio connexionis cum illo, qua ratione, ſi mundus, & Proximus diligitur, id ſolum fit per relationem in Deum, veluti vltimum finem, teſte *Piccolomin. d. grad. 6. cap. 8. ſub initio verſ. ſi verò*. Quare *Scacch. d. ſect. 2. cap. 4. pag. 143. litt. B. in fine* eenſuit heroicam virtutem dici, quod hominem inflammet ad amorem Dei, & amore Diuino, ac dilectione Dei eumdem proprie dignum efficiat.

50 Hac veritate agnita D. *Auguſt. de morib. Eccleſ. tom. 1. cap. 15.* huiuſmodi amorem exemplificauit in ſingulis virtutibus Cardinalibus, dicendo, Itaque illas quatuor virtutes &c. ſic definire non dubitem, vt temperantia ſit amor integrum ſe præbens ei, quod amatur: Fortitudo amor facile tolerans omnia, propter quod amatur: Iuſtitia amor ſoli amato ſeruiens, & propterea rectè Dominans: Prudentia amor, ea quibus adiuuatur, ſagaciter ſeligens ab eis, a quibus impeditur; ſed hunc amorem non cuiuslibet, ſed Dei eſſe, ideſt ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæque concordiæ, ſubdens *cap. 25.* ſi enim Deus eſt ſummum hominis bonum, ſequitur profectò, Quoniam ſummum bonum appetere, eſt bene viuere, vt nihil aliud ſit bene viuere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, à quo exiſtit, vt incorruptus in eo amor, atque integer cuſtodiatur, quod eſt Temperantiæ: & nullis frangatur incommodis, quod eſt fortitudinis; nulli alij ſeruiat, quod eſt Iuſtitiæ, vigilet in diſcernendis rebus, ne fallacia paulatim, doluſq; ſubrepat, quod eſt Prudentiæ Hæc eſt hominis vna perfectio, ex quibus cum Diuo Auguſtino videtur omnino concludendum, Heroicitatem in virtutibus Cardinalibus, & alijs eiſdem annexis, nil aliud eſſe, quam Eminentiſſimum intenſæ Charitatis gradum, acquiſitum ex frequentatis actibus veri amoris in Deum tanquam vltimum finem ſupernaturalem, quo voluntas hominis illum perfectè amantis ita informatur, vt ſuo imperio per exceſſum intentionis prædictæ in eumdem finem dirigat omnes operationes, & actus quarumcumque aliarum potentiarum, & quorumcumque aliorum habituum, tam virtutum Cardinalium, quam reliquarum moralium, qui ob id merito valent heroici, ac penè diuini nomen ſortiri, cum in huiuſmodi eminentiam eleuentur ab heroicitate Charitatis, qua per voluntatem perfectè informatam, ſolummodò diriguntur in Deum ac ideo Diuus Auguſtinus exclamauit, Amor meus, pondus meum, illo feror, quocumque feror.

Signa heroicitatis prædictę in caſu, de quo agitur iuxta notata per *Scacch. d. ſect. 2. cap. 4. pag. 150. litt. B. ſubverſ. Quarendo cum ſeqq.* petenda ſunt ab effectu, quem intenſæ charitatis eminentia in ſingulis potentiarum operationibus producit, quando voluntatis imperio in actus exteriores prorumpunt, ſiue illi ſint Prudentiæ, ſiue Iuſtitiæ, ſiue Fortitudinis, ſiue Temperantiæ, aut cuiuſuis alterius virtutis moralis.

51 Hincque ſtatuendum in primis eſt à ſatagentibus recte conſulere in hac materia an ſinguli actus, qui proponuntur gratia declarādi Beatificandum, vel Canonizandum habuiſſe omnes virtutes Cardinales, & alias annexas, ac ab eis dependentes in gradu heroico, polleant dicta heroicitate charitatis inſitæ voluntati imperanti vt per heroicas virtutes ita ſe illuſtrem reddiderit in Eccleſia militante, quod fatendum omnino ſit expertum beatificationis, & Canonizationis honorem ad Dei gloriam, aliorumque exemplum, & incitamentum condigne promereri.

52 Itidem quia virtus in actione conſiſtit cum ex D. *Thom. 1. 2. qu. 55. ar. 2.* ſit habitus actuoſus, & operatiuus, ac eſſentialiter per ſe dirigatur ad actionem, aſſerente *Seneca epiſt. 25.* quod actio virtuti neceſſaria eſt, & Claudiano comparante virtutem otioſam lyræ taciturnæ, aut naui ad profectionem adornatæ, ſemper tamen in portu conſiſtenti, vt merito *D. Auguſt. in Iulianum cap. 4.* negauerit, fieri poſſe quid ſteriliter boniſſimum, quia arbor bona bonos fructus facit, & non facienti iminet ſecuris, vt excisa in ignem mittatur *Matth. cap. 3. & Apoſtolus ad Titum cap. 3.*

num.

*num.*14. monuerit,quod noſtri diſcant bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi;nec ea proinde cõſiſtentiam admittit, ſed exigit progreſſum in dies, quem progreſſum verba *D. Greg. moral.lib.*21.*cap.* 12. *verſ. electis* indicãt eſſe ſignum Diuinæ electionis; & frequentiam actuum,vt ex frequentatis actibus augeatur habitus, & ſtudioſis actionibus perficiatur interior animi cultura, quo tendunt verba eiuſdem Apoſtoli 1.*ad Timoteum cap.* 4. *num.* 7. exerce autem te ipſum ad pietatem. Non ſolum in beatificando, vel canonizando eſt diligenter inquirendum de quidditate, & quantitate actionum, quæ ſuper vnaquaque virtute deducuntur, ita monente *D. Greg. lib.* 1. *moral.cap.*35. Pondera, & quanti quæque ſit virtutis actio, & qualis; ſed amplius in ſingulis tria potiſſimè perſcrutanda videntur.

53 Primò quidem loco intentio, cum *D. Auguſt. lib.* 2. *de ſermone Domini ſub fine* rectè doceat, quod faciens opera bona, vt vere talia ſint, eorum finem non conſtituit in eo, vt hominibus placeat, ſed etiamſi prouenerit, vt eis placeat, ad eorum ſalutem potius hæc refert, & ad gloriam Dei, non ad inanem iactantiam ſuam,nec propterea boni aliquid ad ſalutem proximi operatur, vt ex eo comparet ea, quæ huic vitæ tranſigendæ neceſſaria ſunt, nec temerè animum hominis, voluntatemque contemnit in eo facto, in quo non apparet quo animo, & voluntate ſit factum, & quicquid officiorum exhibet homini, hac intentione exhibet, qua ſibi exhiberi vult, ideſt vt non ab eo aliquid commodi temporalis expectet, ac ita agendo, cor eius poterit dici ſimplex, & mundũ,in quo quæritur Deus. Qui etiam *lib.* 4. *contra Iulianum cap.* 3. *circa medium* animaduertendum eſſe ait, vt in virtutis actione præcipua ratio habeatur intentionis boni, hoc finibus, non officijs diſcernendo à vitio, cum officium ſit, quod faciendum eſt, finis vero, propter quod faciendum eſt;inferens ex hoc, quod cum aliquid homo facit, vbi peccare non videtur, ſi non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare conuincitur, concludendo veras virtutes eſſe Deo ſeruire in hominibus, à quo donantur hominibus,nec ideo poſſe veras dici eas,quę licet nõ ſeruiant delectationibus, ac cõmodis temporalibus,nulli tamen rei ſeruiũt.

Secundo, concomitantia aſſiduæ abnegationis ſui ipſius quæ neceſſaria eſt iuxta præceptum Domini, *Lucæ cap.* 9. *num.* 23. ſiquis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam quotidie, & ſequatur me *Matth. cap.* 16. *num.* 24. ſi quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum,& tollat Crucẽ ſuã,& ſequatur me.

Tertio, quod adiunctas habeat, materiam, atque omnes circumſtantias,quibus actio humana completur, vndequaque bonas, vt aſſerit *D. Auguſt. d. cap.* 3. *ad medium*, nam ex ſententia *D.Dionyſij* omnium aſſenſu probata, bonum ex integra cauſa eſt.

54 Diſpiciendum quoque erit, num adſint indicia euincentia, quod actiones à Poſtulatoribus deductæ, ſint veræ virtutis,quorum primum eſſe dicitur, omnimoda hominis conformatio ad voluntatem, exempla, dicta, ac geſta Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nobis ille imitanda propoſuit, cum legem animatam contineant, ſicuti D. Petrum Apoſtolorum Principem prædicaſſe, teſtatur Clemens Alexandrinus *lib.* 1. *ſtromatum*, omnis enim Chriſti actio noſtra inſtructio eſſe debet; quæ ad duo præcipuè rediguntur, charitatem, nempè, & humilitatem, adeout quælibet actio redolens vtramque admittenda ſit, & alterutra carens reſpuenda.

Secundum verſatur circa imitationem eorum, quæ à ſanctis viris geſta, & ab Eccleſia in eis probata fuerunt, quod Apoſtolus *cap.*11. *ad Corinth.* expreſſit dicendo *num.*1. imitatores mei eſtote,ſicut, & ego Chriſti: affirmauit *Caſſianus collat.* 2.*cap* 4.*&* D.*Gregor.expoſuit moral.lib.* 33. *cap.* 37.

Tertium reſpiciens prudentiam, quam *Caſſianus colla.* 21.*cap.*4. diſcretionem appellat, atque adeo in virtutum actionibus exercendis neceſſariam fatetur,vt abſque illa, nec perfici, nec ſtare poſſint, cui accedit ſingularis aſſertio *D. Gregorÿ moral. lib.* 2. *cap.* 33. quod niſi virtutes reliquæ ſapientiæ epulis repletæ ea, quæ appetunt prudenter agant,virtutes eſſe nequaquam poſſint.

55 Quartum, ſocietas, & colligatio omniũ virtutum ſimul, aſſerentibus, *D. Ambroſio lib.*5.*in Luc.*quod connexæ ſibi ſunt,cõcatenatæque virtutes, *D. Hieron. ad fabiolam de quadraginta manſionibus*, hærent ſibi, & inter ſe ita connexæ ſunt, vt qui vna caruerit omnibus careat, *D. Auguſt. lib.*6.

Digitized by Google

lib.6.de Trinit. virtutes, quæ ſunt in animo humano nullo modo ſeparantur ad inuicem, *&* D.*Gregor.Moral.lib.*1. *cap.* 39. neque enim vnaqueque virtus vere virtus eſt, ſi mixta alijs virtutibus non eſt, *& lib.* 22.*cap.*1. vna virtus ſine alijs, aut omnino nulla eſt, aut imperfecta, quod etiam ex Philoſophis agnouerunt Plato, Ariſtoteles, ac Cicero, vt propterea ſcripſerit D. *Auguſtin. epiſt.* 28. omnibus Philoſophis placuiſſe dogma de inſeparabilitate virtutum, quamobrem *gloſſ.in c.niſi cum pridem* 10.§.*quippe verbo, flore, de renunciat.* præmiſſo, florem virtutum conſiſtere in operibus, nullamque virtutem haberi poſſe ſine charitate, ſubdidit, quoniam qui habet vnam virtutem in actu habet omnes, & qui caret vna caret omnibus, allegando *c.vbi ſana fides* 29.*cauſa* 32. *qu.*1. quo loci *Ioannes in gloſ. verb. iuſtus verſ. omnes* dixit, etiam omnes virtutes pati detrimentum ab vno vitio, *c. cum renunciatur* 9. vbi pariter *gloſſ.* 1. *ante medium* pro certo ſtatuit quod bonus, & malus ſimul aliquis eſſe non poteſt 32. *qu.* 1. *c. ſi enim* 40. *poſt medium verſ. qui totam legem de pænit. diſt.* 2. *& c. defleat peccator* 9. *extra de Regul. iur: vbi pariter gloſ. verſ. in vno* ſcripſit, quod cum vna virtus eijcitur, tunc vitium naſcitur.

56 Ex quibus rectum iudicium ferre quiſque poterit, an vere ad finem beatificationis, & canonizationis impartiendæ, conſtet de præaſſertis quatuor virtutibus Cardinalibus, & illis annexis in gradu heroico, hoc eſt ſecundum *gloſſam* ſuperius allegatam in *Clement. final. verb. ſexto verſ. aliæ ſunt, de Hæreticis,* quando paſſionum inſultibus iam purgatis, illæ in Deo ſolum, & in ſumma perfectione tenent animam hominis, vtpotè ſi temperantia terrenas concupiſcentias ignoret, fortitudo paſſiones neſciat, prudentia ſolis diuinis intendat: iuſtitia mentem cum Deo perpetuo fœdere coniunctam teneat, quas ſolummodò inquit eſſe hominum totaliter purgatorum à moleſtijs paſſionum, & paucorum perfectiſſimorum in hac vita, in idem referendo infraſcripta verba *D. Auguſt.* loquentis de Beatis in Cælo *lib.* 12. *de Trinit.* quod nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidijs, quod fortitudo in perferendis moleſtijs, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, ibi nō erit, nil mali erit, ſed iuſtitiæ erit, Deo regenti ſubditum eſſe: prudentiæ, nullum bonum Deo præponere, vel æquare; fortitudinis, ei firmiſſime cohærere; temperantiæ, nullo affectu noxio delectari, iſta trahendo ad dictos homines perfectiſſimos in hac vita. Subdens in iſtis eiuſmodi virtutes veluti animi iam purgati licentiari quantum ad actum, ſed non licentiari quoad habitum. Quoniam perfectiſſime ab eis obtinentur omnes habitus virtutum moralium, quibus mediantibus, etiam manentes in via, ad Patriam omnes ſuas actiones in ſumma perfectione explicant, & abſoluunt.

57 Specifice, quoad Prudentiam Chriſtianam, quam *Scacch.de not.& ſign.ſanct.ſect.* 4.*cap.*1.*pag.*228. *litt. A.* deſcripſit eſſe virtutem intellectiuam, & practicam, directiuam humanarum actionum in bonum finem totius vitæ per actum imperij *Contelor. verò de canon.ſanct.cap.*15.*nu.*5.*verſ. vel ſecundum* deſcripſit ex mente Diui Thomæ, quod ſit virtus infuſa, qua homo diſponit, & ordinat media, & actiones ad conſequendum vltimum finem ſupernaturalem, ſcilicet æternam Beatitudinem, ad honorem, & gloriam Dei, & ſalutem animarum, cum tres illius functiones eſſe dicantur. Prima quidem Conſilij, in inueniendo media ad agendum: ſecunda iudicij, in ſeligendo inuenta, deque illis iudicando, quænam ſiot bona amplectenda, quæuè mala reſpuenda: & tertia imperij, in præcipiendo, vt ſelecta, & iudicata pro bonis, exequutioni mandentur, ex traditis à *D.Thom.*2.2.*quæſt.*47.*ar.* 7.*&* 8. ac vitia illi contraria euitentur, ſiue inſurgant per defectum ex præcipitatione aduerſante rectitudini actus, qui vocatur conſilium, & elicitur ab eubulia prima parte poteſtatiua prudentiæ, inconſideratione, quæ opponitur rectitudini actus nuncupati iudicium, & elicitur à ſyneſi, ſeu nomen, altera eiuſdem prudentiæ parte poteſtatiua: & inconſtantia, ſeu negligentia, oppoſitis actui Imperij, elicito ab ipſo habitu prudentiæ, cuius proprium eſt præcipere, vt ſine cunctatione exequantur iudicata pro bonis, de quibus *D.Tho.* agit 2.2.*qu.*53. *&* 54. ſiue inducantur per exceſſum, enumerata ab eodem *D.Thom. ſub ſequenti qu.*55. inter quæ potiſſimè recenſet immoderatam rerum temporalium, ac futurorum ſollicitudinem. Obſeruandum profecto eſt iuxta monita per *Scacch. d.ſect.*4.*cap.*1.*pag.*236. *verſ. in examinan-*

dis ſub litt. B. vſque in finem capitis, an in ſingulis actionibus propoſitis perſpiciantur incumbentia ſtatui Beatificandi, ſeu Canonizandi, ac dictæ tres functiones concilij, iudicij, & imperij abſque vllo ex vitijs vnicuique oppoſitis, ſiue per defectum, ſiue per exceſſum.

58 Quoad iuſtitiam, quo nomine *Scacch. d. ſect.4.cap.2.pag.242.litt.B.in fine* intellexit habitum, quo quis perficitur ad iuſte agendum in omni loco, & in quocumque ſtatu hominum, quamque D. *Thom. 2.2.qu.58. art.* 1. prætermiſſa definitione *Vulpiani in l.10.ff. de iuſt. & iur. ac Iuſtiniani in* §. 1.*inſtit. eod.tit.* quod Iuſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas Ius ſuum vnicuique tribuens, magis apte ad rem, de qua agitur definiuit, quod ſit habitus, ſecundum quem aliquis conſtanti, & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit, vel habitus, ſecundum quem aliquis dicitur operatiuus, ſecundum electionem iuſti,& cui,à iuris peritis diſtinctæ In commutatiuam, & diſtributiuam, Theologi poſt D. Thomam annectunt Religionem, Pietatem, Obſeruantiam, Obedientiam, Gratitudinem, Liberalitatem, Magnificentiã, Affabilitatem, & ſimiles, iure merito *Scacch. d. cap. 2. pag. 254. litt. D. ſub verſ.in actis igitur*, admonet, vt in cauſa Beatificationis, ſeu Canonizationis alicuius Serui Dei examinentur actus omniũ dictarum virtutum, quæ ad iuſtitiam pertinent, ſiue vt partes potentiales, ſiue tanquam partes ſubiectiuæ, ſiue integrales, ad hoc vt ex ſingulari illarum diſcuſſione certò ſtatui valeat, an ſinguli actus à tali Seruo Dei ordinati fuerint ad dictũ finem eminentiſſimum,& ſupernaturalem non ſolum vt ex frequentatis actibus, aſſiduoque earumdem virtutum exercitio in eo recognoſcatur habitus iuſtitiæ, ſed amplius vt ex hoc fine patefacto manifeſte appareat ſupernaturalis intentio eiuſdem habitus, & gradus heroicus ipſius virtutis, qui præcisè requiritur in Beatificando, & Canonizando, vt ſuperius dictum fuit.

59 Super fortitudine, quam poſt *Ariſt.Ciceron.ac D.Thom.2.2. qu.123.art.1 Scacch. d. ſect. 4. cap. 3.pag. 258. litt. D.* definit, quod ſit habitus, ſeu virtus firmans animum ad agendum, vel patiendum ea,quæ rectę rationi ſunt conſentanea, duo ſubdens *pag.261.ſub litt.A.& B.verſ. diximus* vnum ſcilicet, quod illa diſtinguitur tam à timore, quam ab audacia, ſeu temeritate, deſperatione, & obſtinatione, quæ vel non firmant animum, vel ſi firmant, verius dicendum eſt, illum indurare ad agendum, vel patiendum ea, quæ rectæ rationi minime conſentanea ſunt: Alterum quod non ſolum verſatur in moderandis timore, ac præſumptione tanquam ſibi contrarijs, ſed etiam in moderanda paſſione ſpei, & inconſideratæ fiduciæ, quæ in pręceps trahere poſſunt, cuius fortitudinis partes integrantes ſunt, terribilia patienter ſuſtinere, & ardua, ac difficilia firmiter aggredi; poteſtatiuæ autem ſunt, iuxta fiducia in omnibus, magnanitas, & magnificentia quoad aggredi, patientia verò, & perſeuerantia ſeu conſtantia, quoad ſuſtinere.

Magnanimitati autem per exceſſum opponuntur præſumptio, qua quis aggreditur opus arduum, excedens facultatem ſuam: ambitio nempe appetitus Inordinatus bonorum, & inanis, ſeu vanagloria, quæ dicitur appetitus inordinatus humanæ exiſtimationis, & laudis, ac per defectum oppoſita eſt puſillanimitas,qua inordinate quis officia, honores, ac munera fugit, tanquam exſuperantia propriam facultatem, quamuis eam minimè excedant.

Itidem magnificentiæ per exceſſum opponitur pecuniarum profuſio, maiores ſcilicet impenſas in aliquo opere faciendo, quam ratio dictet, ac per defectum paruificentia, qua licet certo magno operi impares, ſeu minus decentes ſumptus exhibentur.

Patientiæ quoque per exceſſum opponitur impatientia, quando quis plus iuſto dolet de malis ei contingentibus, & per defectum durities, ſi quis ea pro nihilo faciat ob quamdam ſtoliditatem animique ſtuporem.

Demum perſeuerantiæ, ſeu conſtantiæ per exceſſum opponitur pertinacia, tunc accidens, cum quis proprio ſenſui, ac iudicio inhæret pluſquam par ſit, ac per defectum mollities, ſeu inconſtantia contingens cum quis leuiter, à bono propoſito deſiſtit.

Cumque *Scacch. d. cap. 3. pag. 267. litt. A. & B.* ex eo quod in Beatificandis, & Canonizandis actus virtutum elucere debent in gradu heroico, dixerit neceſſario in omnibus actibus fortitudinis nempe in amplectando difficilia, in pa-

tientia

tientia, ac perſeuerantia, dum ea ſuſtinet, & in ipſius animi conſtantia, diligentiſſimè contemplandas eſſe, tam promptitudinem in agendo, vel ſufferendo, quam delectabilitatem, in aggrediendo ardua, & difficilia, atque in ſuſtinendo aduerſa, procedentes ex ſola intentione ad finem ſupernaturalem propter vnicam Dei gloriam, non autem ex alia ratione intrinſeca, vel extrinſeca, vel ex aliquo reſpectu creato, vtique erunt diligenter ponderandæ ſingulæ actiones, quæ deducuntur ad veræ fortitudinis virtutem probandam.

60 Quoad Temperantiam, obſeruandum eſt totam verſari circa corpora, vt ſcripſit *Leſſ. de oblig. Iuſt. lib. 4. cap. 1. dub. 1. nu. 3.* quare illam definiuit *Scacch. d. ſect. 4. cap. 4. pag. 269. litt. B. in fine*, quod ſit habitus virtutis, ſeu virtus frænans appetitum concupiſcibilem, ne præter rationem feratur in delectabilia tactus, ac guſtus, comprehenſis etiam venereis, nec excluſis alijs ſenſibus viſus, auditus, & olfactus, iuxta declarationem quam ſubiecit *pag. 271. verſ. dices fortaſſe vſque ad 273. verſ. Sanctitatis*, adeout re ipſa ſit moderatio appetitus concupiſcibilis, ne dum quoad vſum cibi, & potus, ſed venereorum quoque, ac illa per ſe frænet omnes affectus tam internos, quam externos, & corporeos, reſpectu omnium delectabilium communium homini, ac cæteris animalibus, vt idem *Scacch.* inquit, *pag. 270. ſub. litt. A. & B.* Cuius partes integrantes dicuntur eſſe verecundia, per quam homo refugit turpitudinem aduerſantem temperantiæ, & honeſtas, qua amatur pulchritudo ipſius temperantiæ, partes verò ſubiectiuæ ſunt, abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia, quibus annectitur virginitas, quæ licet ex ſe virtus non ſit, cum poſſit amitti ſine peccato, quatenus tamen dirigitur in Deum, perque illam homo conſtanti, firmoque animo ob Dei amorem abſtinet ab omni actu venereo, illibatam ſeruando puritatem, & integritatem corporis, maximam virtutis rationem habere videtur, adeout *D. Auguſtin. lib. de Nuptijs* dixerit: Virginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, & Partes potentiales, Continentia cohibens motus exorbitantes voluntatis, qui inſurgere ſolent ex impulſu paſſionum appetitus ſenſitiui mouentis voluntatem ad eos actus, qui aduerſantur rectæ rationi. Manſuetudo frenans, ac cohibens appetitum vindictæ, verſans circa motus iræ inſurgentis ex aliqua iniuria accepta, ne quid fiat, aut patretur contrarium rectæ rationi. Clementia medium præſcribens in punitione externa quæ ſuperiorum, ac Iudicum propria virtus eſt; Modeſtia, duplicem reſpectum habens, nempè ad ipſum ſubiectum, in quo exiſtit, & ad aliud extra ſe, cum ſit virtus, quæ prouenit ex quadam dulcedine affectus, per quam aliquis homo fugit quidquid poteſt alium contriſtari, verſans proptereà circa moderationē in externis actionibus humanis, præſertim in motibus corporeis. Humilitas cohibens, & refrenans paſſiones audaciæ, & ſpei, cum humilis nolit quicquam ſibi attribui in quocumque genere, vltra id, quod ipſi congruit, habita ratione propriæ dignitatis, & ſtatus, Philothimia ſcilicet Amor honoris debiti ſecundum menſuram rationis: Studioſitas, nempè habitus inclinans ad amorem, & effectum erga ſtudia, ſciendi voluntatem moderans, vt ſolum verſetur circa ea, quæ rectæ rationi congruunt, & prout illi congruunt. Eutrapelia, quæ dicitur habitus mediocritatem conſtituens in ludicris, & iocoſis, quantum ſolummodò expedit ad relaxationem animi, & conuictum humanum. Et ſimplicitas, quam diuidunt in modeſtiam morum, importantem habitum, qui externos motus ac geſtus corporis componit, & temperat, in eis ſeruando, quod decorum eſt ſecundum rationem, & modeſtiam cultus, ideſt habitum præſcribentem in ipſo corporis cultu, atque externarum rerum apparatu, vt obſeruetur decor, & menſura rationis:

Tertia ſententia eſt Patris Magiſtri Hieronymi Gonzalez Ordinis Prædicatorum, nunc glorioſè vita functi, quam ſub ſequentibus verbis elegantiſſimè concepit in poſitione ſuper virtutibus Sanctæ Roſæ Peruanæ, Quam poſitionem, ob ſui elegantiam, fortaſſe regiſtrabimus integrè in fine voluminis.

61 Virtus, *inquit*, heroica non eſt aliud,
62 quam virtus in ſtatu vnionis, ſiquidem heroicitas eſt eminentia quædam virtutis in ſummo gradu, ad quem homines ex Dei gratia ſupra Communes aliorum vires euolant, & proinde adhuc in humanis exiſtentes Deo ſe approximant per exceſſum in ipſo actu interioris virtutis exercitæ à voluntate immediatè directo in fi-

nem ſupernaturalem . Huic definitioni ſa-
uent teſtimonia tam Ethnicorum , quam
Eccleſiaſticorum ſcriptorum. *D. Thom. ad*
63 *lib. 7. Ariſt. ſect. 1. litt. C.* inquit , conſi-
derandum eſt, quod eſt humana anima,
media inter ſuperiores ſubſtantias, quibus
communicat per intellectum , & animalia
bruta, quibus cõmunicat in ſenſitiuis poté-
tijs ; ſicut ergo affectiones ſenſitiuæ partis
aliquando in homine corrumpuntur vſq;
ad ſimilitudinem beſtiarum ; ita etiam ra-
tionalis pars aliquandoque in homine
perficitur , & formatur vltra communem
modum humanæ perfectionis, quaſi ad ſi-
militudinem ſubſtantiæ ſeparatæ , & hæc
nominatur virtus diuina ſupra humanam
virtutem , & communem ; ſubdens , ideo
gentiles animas virorum illuſtriũ defun-
ctorum heroes vocaſſe ; quos etiam per
excellentiam virtutum deificatos dice-
bant , teſte *Ariſt. lib. 7. ethic. cap. 1.* me-
64 dium enim participat de extremis, & dũ
magis ab vno recedit, magi accedit ad al-
terum; Vndè id , quod detrahitur de pon-
dere cupiditatis , accedit ad pondus cha-
ritatis, & aliarum virtutum, quouſque cu-
piditas dextruatur, & virtus in gradu per-
fectiſſimo conſumetur, vt nulla ſit peruer-
ſitate concupiſcentiæ ad ſe reflexæ amor
diſtortus . Ideo *Auguſt. lib. 6. con. Iul. cap.*
16. inquit, Quod ignorantia minuitur ve-
ritate magis , magiſque lucente ; Concu-
piſcentia minuitur charitate magis magiſ-
que feruente . Et *Phylo Hebr. lib. quis rer.*
Diu. hær. ſic aſſerit . Cum virtus attoli-
tur , & in ſublime fertur , cæleſtia ſemper
appetens, vitium deorſum vergit, & dedi-
tos ſibi deprimit . *Et D. Gregor. homil.*
12. in Euang. Quia qui celeſtis vitæ dulce-
dinem in quantum poſſibilitas admittit ,
perfectè cognouit, ea , quæ in terris ama-
uerat , libenter cuncta dereliquit . Nam
quem perfectè charitas abſorbuerit , ad
terrena foris deſideria velut inſenſibilem
reddit . Quæ eſt expreſſa doctrina *Apoſt.*
ad Philippenſ. cap. 3. Ego me non arbitror
comprehendiſſe ; vnum autem , quæ qui-
dem retrò ſunt obliuiſcens , ad ea verò ,
quæ ſunt priora extendens , me ipſum, ad
deſtinatum proſequor brauium ſupernæ
65 vocationis Dei in Chriſto Ieſu . Qui au-
tem virtutes in gradu heroico adipiſcun-
tur , ſuper humanam conſuetudinem re-
fulgentes , præclaram ducunt vitam, quæ
per ora hominum celeberrime circumfer-
tur . Hac de cauſa antiqui illos ſimiles
Dijs perſtiterunt , eorumque genus eſſe .
Quo teſtimonio vſus eſt Paulus ad perdu-
cendos Athenienſes ad fidem Chriſti *Act.*
16. Quærere Deum , quamuis non longè
ſit ab vnoquoque noſtrum . In ipſo enim
viuimus , & mouemur , & ſumus , ſicut &
quidam veſtrorum Poetarum dixerunt ;
Ipſius enim & genus ſumus ; genus ergo
cum ſimus Dei &c. ſiquidem heroes iſti
in lege gratiæ per leuem *Spiritus Sancti*
afflatum ad illam perueniunt eminentiam,
& naturæ Diuinæ fiunt participes , fra-
grantique deſiderio boni, & honeſti, præ-
claras , & generoſas actiones eliciunt ; &
66 proindè homines heroici à beſtialibus ,
ſiuè efferatis hominibus diſtinguuntur in
eo , quod iſti ob deprauationem , & de-
preſſionem ex homine , & fera dicuntur
orti, iuxta illud pſalmi, comparatus eſt iu-
mentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt il-
lis , & illud *Petri 2. cap. 2.* Hi verò velut
irrationabilia pecora naturaliter in corru-
ptione ſua peribunt . Idcircò obtinent
affectiones quaſi feræ ad ſola terrena pro-
penſas, quæ mundanam rationem, & men-
tem penitus manciparunt . Viri verò he-
roici ſunt illi , quorum mentes ad Diuina
conuerſæ , terrena ſecludunt , & in Dei
vnione perſiſtunt . Hanc intelligentiam
hæroicæ virtutis ſequuntur S. *Bonauentu-*
ra in 3. ſent. diſt. 34. quæſt. 1. Fran. Picco-
lom. tract. de mor. grad. 6. c. 6. Tranquil. Gall.
lib. 7. cap. 1. Volfr. Heid. p. 2. rubr. de di-
uiſ. 3. fortun. Scacch. de not. & ſign. ſanct.
ſect. 2. cap. 4. Caſtellin. de certit. glor. Sanct.
in append. ad cap. 4. Lezan. in ſumm. tom.
3. tract. 4. diſput. 4. quæſt. 11. verſ. omiſ-
ſa autem .

67 Ipſa verò vnio ad Deum , in qua vir-
tus heroica conſiſtit, non eſt illa vnio, quę
communiter per gratiam fit in via purga-
tiua , ſed eſt modus vnionis animæ iam
purgatæ , cum Deo per quendam conta-
ctum ſubſtantialem , quo præſens, & vni-
tus ſentitur . Tunc eſt iſta vnio , quando
potentiæ ſpirituales animæ, quantum per-
mittit vitæ pręſentis ſtatus, Deo adhęrent;
intellectus per cognitionem pene conti-
nuam , & velut euidentem , voluntas de-
nique per amorem non tantum deſiderij ,
ſed quodammodo fruitionis , ſiquidem
iam Dei , (licet imperfecta , quia non eſt
clare viſus) eſt poſſeſſio . Hæc autem vnio
eſt , quæ petitur, & deſideratur ab *Auguſt.*
lib. 5. confeſ. cap. 5. dicente . Quis mihi da-
bit , vt venias in cor meum , & inebries il-
lud,

lud, vt obliuiſcar mala mea, & vnum bo-
num meum amplectar te? noli abſconde-
re faciem tuam. Noſtram etiam aſſertio-
nem tradit *D. Thom. 1.2. qu.61. art.1.* vbi
virtutem heroicam purgati animi appel-
lat in hac verba. Quædam ſunt virtutes
iam aſſequentium diuinam ſimilitudinem,
quæ vocantur virtutes iam purgati animi.
Idemque aſſerit *art. ſeq. & in 3. par. qu.7.
art.2.* vbi ait, quod habitus heroicus non
differt à virtute communiter dicta, niſi ſe-
cundum perfectiorem modum, in quan-
tum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonū
quodam altiori modo, quam communiter
omnibus competat, quem modum ſub-
dit eſſe ſublimem illam rationem virtu-
tum, quam Photinus dicit eſſe purgati ani-
68 mi, & *S. Bonauent. diſt.54. qu. 1.* heroici-
tatem communiter dictam virtutem pur-
gati animi appellat. *Franc. Piccolom. de
morib. dicto gradu 6. cap.2.* inquit, quod vi-
ro heroico eſt mens ad diuina conuerſa, &
ius ſentiendi, apprehendique purgata. Si-
quidem idipſum ratio ſuadet, quatenus
animus non purgatus eſt infirmus, &
vt inquit *D. Thom. 1.2. qu.109. art.3.* Ho-
mo infirmus non poteſt perfectionis actus
naturæ ſanæ, & integræ elicere. Actus
verò heroicus eſt ſuperior, qui à ſana vo-
69 luntate egredi poteſt. Vnde in animo nō-
dum purgato impoſſibile eſt, quod virtus
hæroica poſſit inueniri. Sicut enim intel-
lectus per virtutem fidei illuminatur, &
paulatim excluduntur denſę mentis tene-
brę, ita charitas eſt robur, & vigor volun-
tatis, atque id, per quod eius ęgritudo,
per primi parentis peccatum illapſa, ſana-
tur; Ideo *Auguſt. lib. de perfect. iuſtit. cap.3.*
inquit. Tunc plena ſanctitas, quando ple-
na ſanitas. Eſt enim charitas ſanitas volun-
tatis, infirmitas eius concupiſcentia, ex
qua oriuntur praui affectus, qui rebelles
contra ſpiritum inſurgunt, intuſque dimi-
cant, quorum tirannidi terrena forinſe-
cus irruentia fauent, & iuuant, alliciendo
contra id, quod dictat rationis imperium,
dum lucta perſeuerat, nec eſt voluntas
ſana, nec charitas perfecta, iuxta illud, *1.
Ioan.4.* timor non eſt in charitate, ſed per-
fecta charitas foras mittit timorem, quo-
niam timor pænam habet, qui autem ti-
met, non eſt perfectus in charitate. Quam-
diu autem anima colluctatur aduerſus car-
nem, & ſanguinem, timorem, & pœnam,
& anxietatem habet, quia adhuc dimicat,
& ſolum poſt viam purgatiuam expellit,
& foras mittit timorem, ſolum ergo poſt
viam purgatiuam eſt ſana voluntas, cæte-
ræque potentię, atque conſequenter poſt
animum purgatum ſolum ſunt virtutes in
gradibus heroicis, & ſuperexcedentibus.
70 Hanc autem communicationem tam
miſticam, & ſecretam diuinę vnionis, cum
ſit ineffabilis, immo pene in intelligibilis
ab ipſiſmet, qui eam experiuntur, aliquā-
tulum explicabo. Poſtquàm igitur anima
purgatiuam ingreſſa viam ſub titulo an-
cillæ præcedentium omnium defectuum
maculas exterſit, itant iam purificata ſit,
& abſque aliqua vitiorum ruga, poſtquam
illuminatiuam percurrens viam ſub titulo
amicæ diuina largitate fuit virtutum om-
nium ornamentis decorata, cæleſtis Rex
concupiſcit decorem eius, & ſibi in ſpon-
ſam eligit, vt peculiari modo ſibi coniun-
ctam habeat; tunc enim frequentius, ſua-
uius, & intimius, quam anteà, ſe ipſum
ei communicat per contactum ſubſtantia-
lem in intimo cordis receſſu, ſeu in pro-
fundo ipſius animæ centro, quo præſen-
tem animæ ſentit Deum, intimè ſibi vni-
tum, & illapſum, quem tanta certitudine
concipit, vt quaſi palpet, & videat, ibi-
que eius pulchritudine abſorta continuo
contemplatur, & ſuauiter, ac dulciter
amat, quem poſſidere ſe ſenſit: Tunc de-
nique charitatem in gradu heroico cæte-
ræ concomitantur virtutes. Quam vnio-
nem pulcherrimis explicat verbis *D. Bern.
in cant. 1. ſerm.3.* Et nunc quid reſtat ò bo-
ne Domine, niſi vt iam in pulchritudinę
lucis, in furore ſpiritus ad oris quoque
oſculum dignanter admittens, adimpleas
me lætitia cum vultu tuo, indica mihi ò
ſuauiſſime, ò ſereniſſime, indica mihi vbi
paſcas, vbi cubes in meridie. *Et ſerm.33.*
Hic locus, inquit tantæ charitatis, & pa-
cis, & plenitudinis indicat mihi, vt quem-
admodum Iacob adhuc in corpore ma-
nens vidit Dominum facie ad faciem, &
ſalua facta eſt anima eius, vel certe ſicut
Moyſes vidit Deum non per figuras, &
ænigmata, ſeu perſomnia, vt Profetæ alij,
ſed modo plane excellenti, atque inex-
perto cæteris, ſibi noto, & Deo; vel ſicut
Iſaias releuatis oculis cordis vidit eum
ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, vel
etiam quomodo Paulus raptus in Paradi-
ſum audiuit arcana verba ineffabilia, &
Dominum Ieſum Chriſtum vidit oculis
ſuis, ita ego quoque te in lumine tuo, &
in decore tuo per mentis exceſſum me-
reor

Digitized by Google

reor cõtemplari, paſcentem vberius, quieſcentem ſecurius; nam hic paſcis, ſed non in ſecuritate, nec cubare licet, ſed ſtare, & vigilare oportet propter timores nocturnos.

Iſtam vero intimam communicationem vnionis explicans Beata Angela de Fulginεo *cap.* 27. Poſt prolixam, & duram animæ purgationem, poſt altiſſimam rerum contemplationem, iam benè diſpoſita, & virtutibus ornata, velut experimento edocta, ita fatetur. Poſtea eleuata ſum in ſpiritu, & inueni me totam intus in Deo modo alio, quam nunquam cenſuerim. Et proſequitur fuse referens conſolationes, & delicias ſpirituales, quas in illo ſtatu vnionis recepit, dum ſe ei Deus manifeſtabat. Tam ſuauis erat, *inquit*, illa communicatio aliquando, quod huiuſmodi vnio ſaporẽ vitæ æternæ cõtineret, vnde quamuis per vnicum tantum inſtans duraſſet, omnibus huius vitæ gaudijs ſimul ſumptis, & diu perſeuerantibus eſſet præferenda. Et tamen dicit quod illa ſæpius longo temporis ſpatio fruebatur, & poſt pauca eamdem vnionem explicans, inquit. Ille excellentiſſimus ſtatus, in quo modo ſum, eſt ſuper omnes alios ſtatus, quos adhuc habui, quia eſt tantæ implexionis, & tantæ charitatis, & certitudinis, & nobilitatis, & dilatationis, quod nullum alium ſtatum ſentio appropinquare ei, quibus verbis in iſto ſtatu omnium virtutum heroicam plenitudinem adinuenire oſtendit, ſiquidem in ipſo roboratur fides, perficitur charitas, cæteræque virtutes in hæroicum faſtigium graduationis concreſcunt. Qui autem ad iſtam vnionem accedit, ęſtaſim feliciter patitur, & tranſmutatur in Deum, iuxta illud *Pauli* 2. *ad Cor.* 3. Nos autem gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu. Quia ſi iuxta eiuſdem Apoſtoli ſententiam, Deus ignis eſt, ignis autem ſurſum aſcendit, quid mirum, ſi mens hominis Deo plena, ac tota ignea, ac ſimul corpus interno animi igne ſucceuſum ſurſum leuetur; Recte ergo qui ſic in Deum transformatur, heros vocari valet, quia anima ſecundum partem intellectiuam illuſtrata, & ſecundum partem affectiuam liquefacta defluit; & in Deum transformatur, ſicut contingit ferro candenti, quod ſic vnitur igni, quod ſic penetratur luce, vt totus lux eſſe videatur, ceræ liquefactæ alteri infuſæ, quæ ſic illi conglutinatur, vt vnica cera videatur, ſed tamen iſta vnione anima illuſtrata per heroicas currens virtutes, Deum quærit, vt inquit *S. Gregor. Magn. lib.* 4. *in* 1. *Reg. ad cap.* 20. ad Dominum quippe in Bethel Moyſes aſcendit, quando cum eo in monte loquebatur; ſed qui ad lucem peruenerat, quam inhabitat Deus, lucem, quæ ipſe Deus erat, quærebat, dicens, oſtende mihi faciem tuam; de quo etiam ſcriptum eſt, quia loquebatur Moyſi Dominus facie ad faciem. Quid eſt, quod facie ad faciem Moyſes cum Domino loquitur, & tamen Dominum obſecrat, vt faciem ſuam Dominus oſtendat? ſed facies Dei cognitio eſt eius, cognoſcitur autem Deus per ſpeculum, cognoſcitur per ſe ipſum in Cælo, ſpeculum verò eſt illa lux, quæ ipſe eſt. Moyſes autem, qui facie ad faciẽ Deũ videre dicitur, & eius faciem ad videndum poſtulat, quid rectius deſignat, quam perfectionem electorum, qui iam ſpeculum illius ſummæ lucis intuentur, ſed tamen ad ipſam lucis veritatem pertingere vehementer capiunt? Hucuſque Pater Gonzales.

Harum trium ſententiarum diſcrepatio conſiſtit in hoc, quod prima ſtatuens pro fundamento heroicitatem non conſiſtere in indiuiſibili, ſed ſuſcipere magis, & minus, ac ſufficere quod operationes fuerint in eminenti gradu, admittit pro heroicis virtutes tam purgatorias, quam purgati animi, quę cum communi omnium Theologorum ſententiæ innitatur, videtur alijs præcellere.

Secunda ſententia, ex diuerſi ſtudij doctoribus excepta, diſcurrit, heroicitatem in virtutibus Theologalibus fidei, ſpei, & charitatis ſtatuendam eſſe ſuper perfectiſſimo habitu firmiſſime credendi, ac ſperandi in Deum, cumque ex toto corde, atque ex tota anima tanquam vltimum finem diligendi, ad cuius eminentiam peruentum ſit per eleuationem ad ſummum earum gradum, qui hominem ſupra humanã conditionem eleuatum exſuperatis viribus, ac potentia naturæ communis, per quendam exceſſum Deo ſimilem reddit, vt altiorem virtutis gradum, nempe diuinum aſſequutus in terris, continuo vitam ducat glorioſam. Heroicitatem vero in virtutibus Cardinalibus, & alijs eiſdem annexis nil aliud eſſe, quam eminentiſſimum immenſæ charitatis gradum,

acqui-

aequiſitum ex frequentatis actibus veri amoris in Deum, tanquam vltimum finem ſupernaturalem, quo voluntas hominis, illum perfecte amantis ita conformatur, vt ſuo imperio per exceſſum intentionis prædictæ in eumdem finem dirigat omnes operationes, & actus quarumcumque aliarum potentiarum, & quorumcumque aliorum habituum, tam virtutum cardinalium, quam reliquarum moralium, qui ob id meritò valent heroici, ac pene diuini nomen ſortiri, cum in huiuſmodi eminentiã eleuentur ab heroicitate charitatis, qua per voluntatem perfectè informatam ſolummodò diriguntur in Deum.

Tertia vero ſententia heroicitatem conſtituit in modo vnionis animæ iam purgatæ cum Deo per quendam contactum ſubſtantialem, quo preſens & vnitus ſentitur. Quæ vnio tunc ſit, quando potentiæ ſpirituales animæ, quantum permittit vitæ præſentis ſtatus, videlicet intellectus per cognitionem pene continuam, & veluti euidentem, & voluntas per amorem non tantum deſiderij, ſed quodammodo fruitionis Deo adhærent, quæ tamen ſententia ad mere ſpeculatiua pertinere, & vix ad praxim inſeruire poſſe videtur.

Nos autem earumdem ſententiarum quamlibet in ſuo robore, vt vnicuique, quam magis libeat amplecti, relinquentes, & remittendo lectorem ad ea, quæ diximus ſupra *par.* 2. *cap.* 15 vbi auctoritate *D. Thom.* probauimus dari heroicitatem in ſubſtantia, quam inſinuat 2. 2. *qu.* 159. *art.* 2 dum ait, ſuperexcellentiorem virtutem, quam Phyloſophus vocat heroicam, vel diuinam, ſecundum nos pertinere videri ad dona Spiritus Sancti. Et heroicitatem in modo, qui vocatur gradus heroicus, quam innuit, *3. par. qu.* 7. *ar.* 2. *ad* 2. dum inquit, habitum heroicum, & diuinum non differre à virtute communiter dicta niſi ſecundum perfectiorem modum, in quantum quis operatur modo quodam altiori, quam communiter omnibus competat. Ex hoc inferentes actus virtutum tam moralium, ſeu Cardinalium, quam Theologalium, quod ad modum, ſeu gradum attinet, quantumcumque perfecti ſint, niſi excedant communes virium naturalium terminos, heroicos vocari non poſſe, cum modum, qui communiter omnibus competit, non excellant. E contra vero heroicos eſſe, ſi dictos communes terminos virium naturalium excedant.

Et cum heroicitas in modo, ſeu gradu non conſiſtat in indiuiſibili, ſed ſuſcipiat magis, & minus, vt optime notat Reuerendiſſimus Pater Capiſuccus S. P. Apoſtolici Magiſter, & patet teſtimonio Chriſti Domini, dum ait ſemen, quod cecidit in terram bonam, feciſſe fructum, aliud trigeſimum, aliud ſexageſimom, & aliud centeſimum, *Matth* 13. 8. quem locum explicans *D. Thom in Euang.* centeſimum fructum tribuit Martyribus, propter contemptum mortis; ſexageſimum, Virginibus, propter otium interius quia non pugnant contra conſuetudinem carnis; ſolet enim otium concedi ſexagenarijs poſt militiam, vel poſt actiones publicas; trigeſimum vero coniugatis, quia hæc eſt ætas præliantium, & ipſi habent acriorem conflictum, nè libidinibus ſuperentur Quod vltimum pertinere videtur ad proficientes.

Dicimus, in reſpondendo ad dubium, quod in Sacra Rituum Congregatione proponi ſolet, non quidem ſub vocabulo heroicitatis, & in abſtracto; ſed in concreto: An conſtet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, Charitate, & Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, ac Temperantia in caſu particulari alicuius Serui Dei, de quo tractari contingat? habendum eſſe reſpectum ad indicia, ex quibus ſupra *par.* 2. *cap.* 15. *à num.* 67. diximus heroicitatem probari. Videlicèt ad perfectam ſubiectionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad humilitatem, ſimplicitatem, Sacramentorum pænitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ frequentiam, ad pænitentias corporales, carnis mortificationem; ac paſſionum, perſecutionum, tribulationum, atque aduerſitatum tolleranriam. Quatenus enim de huiuſmodi indicijs conſtet, impoſſibile eſt, non dari heroicitatem cuiuslibet virtutis in gradu perfecto. Si verò de prædictis omnibus, & ſingulis non conſtet, vix crederem poſſe affirmari heroicitatem virtutum in gradu ad effectum Canonizationis requiſito.

71 Addimus verò in definiendis gradibus heroicitatis actuum virtutum Seruorum Dei in concreto, prout definiri conſueuit in Sacra Rituum Congregatione, primum reſpectum habendum eſſe ad ſtatum, ſexum, vel conditionem illius ſerui Dei, de cuius Beatificatione, & Canonizatione tractatur, atque item ad circumſtantias, Quia vnus actus virtutis etiam Theologa-

lis

lis iudicari poterit attingere gradum heroicum in hoc Dei Seruo, & in his circumſtantijs,& nõ in alio. E. g. actus viduæ, quæ duo tantum minuta miſit in gazophilacium, teſtimonio Chriſti Domini, *Luc.* 21. 4. fuit excellens in gradu heroico, quia dedit omnem ſuum victum, quem habuit. Qui actus dandi duo minuta non fuiſſet heroicus in perſona ditiori, ſicuti teſtimonio eiuſdem Chriſti Domini non attingerunt heroicitatem grandia munera, quæ diuites iactarunt in idem gazophilaciũ, quia dederunt ex abundanti ſibi.

Sic etiam Sacra Scriptura celebrat grauitatem Tobiæ, quia, cum eſſet iunior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen, puerile geſſit in opere, *Tob.* 1. 4. quæ morum grauitas non fuiſſet taliter laudabilis in homine ſene, & annoſo, quia naturaliter ſenectus ſolet operari prudenter. Pariter eiuſdem Tobiæ charitas erga proximum, & eleemoſynę magis attingunt heroicitatem, quia in captiuitate poſitus, omnia quæ habere poterat cõcaptiuis fratribus impertiret. Tob. 1. 3. quam ſi huiuſmodi charitatis actus extra captiuitatem exercuiſſet.

SVMMARIVM.

Canonizationum in cauſis non eſt laxanda facultas num. 31.

Canonizatio requirit certitudinem voluntatis Dei per ſigna, num. 36.

Canonizandus debet in pluribus fuiſſe glorioſus, num. 8.

Caſtellini opinio de duobus miraculis ſecundi generis non acceptatur num. 7. *nec verificatur, num.* 10.

Cauſa Martirij non ſufficit pro Martyris Canonizatione, num. 37.

Confeſſorum longaminitas in mortificationibus videtur excellentior Martyrio, num. 32.

Deus non omnes iuſtos vult decorare honore Canonizationis, num. 35.

Deus quadam negat propitius, quæ concedit iratus, num. 23.

Effectus, qui non conuincunt intellectum de miraculo, nunquam iudicandi miraculoſi, n. 14.

Longanimitas Confeſſorum in mortificationibus, videtur excellentior martyrio, nu. 32.

Martyres cur facilius Canonizentur, nu. 39.

Martyres non canonizandi ſine miraculorum teſtimonio, num. 30.

Martyrium ob diuerſa motiua contingere poteſt, num. 29.

Martyrum pro Canonizatione requiruntur miracula & quare, num. 27. *& ſeqq. Qui diuerſimode tenuerint num.* 24. *& ſeqq.*

Miracula requiruntur pro Canonizatione Sanctorum, num. 2. *& quare num.* 27. *& ſeqq. Qui diuerſimode tenuerint, nu.* 24. *& ſeqq.*

Miracula tripliciter diuiduntur. num. 3.

Miracula duo ſecundi generis pro canonizatione requiri, quis tenuerit, num. 4.

Miracula nonnulla tertij generis à Sacra Scriptura celebrantur, num. 6.

Miraculorum genus ad Canonizationem requiſitum Antiquiores non explicarunt, num. 8.

Miracula duo pro Beatificatione, & duo pro Canonizatione ſufficiunt, num. 9.

Miracula pro Canonizatione qualia debeant eſſe, num. 11.

Miracula Conuincentia intellectum, vel non, num. 12. *& ſeqq.*

Miracula cur requirantur pro Canonizatione, num. 34. *&* 38.

Miracula in vita eſſe neceſſaria pro Sanctorum Canonizatione, qui tenuerint, nu. 15.
Eſſe ſufficientia, qui tenuerint, nu. 16.
Non eſſe neceſſaria, qui teneant, nu. 17.
Quãdo conferant ad Canonizationem, num. 20.

Miracula poſt mortem, requiri ad Canonizationem, num. 18. *eſſe ſufficientia, num.* 19.

Pars tutior in ſpiritualibus amplectenda, n. 28.

Peccatores Deus an exaudiat nu. 21. *& ſeqq.*

Ratio diuerſitatis inter martyres & confeſſores circa miracula reddi non poteſt, num. 33.

Sanctitas proprie conſiſtit in excellentia vitæ, num. 1.

Sanationum miracula magna indigent probatione, nu. 5.

Tutior pars in ſpiritualibus eſt ſequenda, n. 8.

CAPVT VII.

An, & de quibus Miraculis pro Sanctorum Canonizatione conſtare debeat?

1 LIcèt Sanctitas propriè, & realiter in excellentia vitæ conſiſtat, itaut dicat *Innocent. in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* ciuilibet licere, alicui defuncto, quem bonum virum credebat, porrigere preces, vt pro eo intercedat ad Deum; & miracula hominem Sanctum non efficiant, ſed ſolùm illius Sanctitatem demonſtrent, *D. Gregor. in homil. Aſcen.* Domini, quem refert *Caſtellin. de certit. glor. ſanct. cap.* 8. *punct.* 18. *num.* 24.

Attra-

2 Attamen pro Sanctorũ Canonizatione requiri miracula, eſt communis Theologorum, & Canoniſtarum ſententia; quia regulariter, & ordinarie (ſeclusa tamen diuina reuelatione) ſanctitas aliter, quam per miracula cognoſci nequit. *Bellam. in cap. venerabili, de teſti. num. 2. vbi Butr. pariter num. 2. Aretin. num. 1. & Felin. num. 1. Innocent. & alij in cap. 1. de reliq. & vener. ſanct.* quodque Eccleſia quempiam ſine miraculorum patratione canonizare non debeat, habetur ex diplomate Innocentij Tertij Canonizationis Sancti Homoboni Cremonenſis. *Pannin. in relation. Sancti Bonauent. p. 1. art. 8. & ſeq. Caſtellin. d. punct. 18. in fine.* Et ita inconcuſſe ſeruat praxis, & ſtylus Romanæ Eccleſiæ non ſolum in vim cæremonialis Leonis Decimi, & nouiſſimorum Decretorum, ſed ex antiquiſſima conſuetudine, de qua *Hoſt. in cap 1. de reliq. & vener. ſanct.*

3 Cum autem Miracula in tria genera, nempe quoad ſubſtantiam, quoad ſubiectum, & quoad modum, communiter ab omnibus diuidantur, vt notauimus ſupra *par. 2. cap. 8. num. 15. & ſeqq.* vbi etiam ſingulorum eſſentiam explicauimus, difficultas eſt, in quonam genere requirantur miracula ad canonizationem neceſſaria?

4 Siquidem duo ſaltem, vel tria ſecundi generis, & ordinis requiri, iuxta conſuetum morem Romanæ Eccleſiæ, quem patere legentibus litteras Canonizationum hactenus editas cum expreſſione miraculorum ſi qualitas ſingulorum ponderetur, tradit *Caſtellin. de dilat. punct. 2. Corollar. 4. pag. 57.* cui accedit dictum *Zacch. quaſt. Medicol. lib. 4. tit. 1. qu. 2. nu 11.* quod multo pluris æſtimanda ſunt miracula primæ claſſis, quam ſecundæ, & hæc magis quam tertiæ, quia in miraculis primæ nulla deceptio cadere poteſt, ſicut in alijs.

5 Quod confirmatur, quia miracula ſanationum indigent magna probatione, & exquiſito examine, adhoc, vt ſtatui poſſit, illas vere miraculoſas fuiſſe, cum prouenire potuerint, vel ex præcedenti applicatione medicamentorum naturalium, vel ex aliqua Criſi, non animaduerſa per teſtes examinatos, vel ex ſtatu morbi tunc vergentis in declinationem, iuxta notata *ab Angelo Rocca de Canon. Sanct. cap. 25. Caſtellin. in d. reſponſ. ad 3. obiect. num. 4. pag. 63. & 64. Gaſpar. à Reies Franc. in Elyſ. Iucund. quaſt. campo quaſt. 24. n. 2. pag. 155.*

6 Contra facit auctoritas ſacræ paginæ, qua celebrantur plura miracula tertij generis, vt pluuia grandis ſubito facta precibus Eliæ *3. Reg. 18.* ficulnea ſtatim areſacta ad maledictionem Christi Domini, *Matth. 21. 20.* inſtantanea ſanatio ſocrus Simonis à febri, *Luc. 4. 39.* & alia multa, quæ notauimus *par. 3. cap 8. num. 18.*

7 Et vt verum fatear, opinionem Caſtellini, nemo, quem viderim, amplexus eſt, & non ſemel audiui bon. mem. Petrum Franciſcum de Rubeis, olim fidei Promotorem dicentem, hanc ſententiam vnius eſſe Caſtellini, licet in ſuis animaduerſionibus illum citaret.

8 Propterea attenta auctoritate Sacræ Scripturæ crederem, recedendum à doctrina *Luca Caſtellini*, præſertim cum antiquiores de materia ſcribentes id nõ explicent; Volentes tantum, quod canonizandus non in vno, vel ſemel tantum fuerit glorioſus, ſed in multis, & multoties; imò continuè eius vita fuerit glorioſa. *Troil. Maluet. de Canon. Sanct. dub. 13. num. 62. Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quaſt. 4. princip. ſub initium, Contelor. pariter de Canon. ſanct. cap. 20. propè fin.* vbi ex Pauino, & Auditoribus Rotæ *in relatione Sancti Hiacynti, de miraculis verſ. ſed hic eſt aduertendum fol. 36.* concludit, deueniri poſſe ad Canonizationem duobus, vel tribus miraculis plene probatis. Pro ratione adducens, quia miracula requiruntur ad certò, & clare probandam canonizandi ſanctitatem plura verò miracula ad ſecurius, & certius reddendum ſedis Apoſtolicæ iudicium, quæ probatio, & certitudo cum poſſit haberi ex euidentia duorum, vel trium miraculorum; non videtur maior numerus neceſſarius, licet plura poſt mortem miracula euidentiorem demonſtrent ſanctitatem. Et ita ſeruatur in praxi, vt duo miracula, plene probata, ad Beatificationem ſufficiant, & poſt indultam Beatificationem, ad docendum de continuatione miraculorum duo miracula plene probata ſint pariter ſatis.
9

10 Nec verificatur dictum Caſtellini, quod in ſingulis litteris Apoſtolicis ſuper Canonizatione Sanctorum legantur duo Miracula ſecundi generis. Quia in litteris Canoniaationis Sãcti Petri Epiſcopi Anagniæ *Bullar. nou. tom. 1.* dicitur tantum. Admirantes miraculorum inſignia, quibus ſanctum ſuum antè, & poſt obitum diuina gratia decorauit. In litteris Canonizationis Sãcti Henrici Imperatoris *Bullar.*

Ier. dicto tom. 1. Pluribuſque miraculis, poſt eius obitum ad ipſius corporis præſentiam diuinitus oſtenſis. In litteris Canonizationis Sancti Eduardi Regis Angliæ, & Sancti Bernardi Abbatis Clareuallenſis per Alexandrum Tertium *dicto tom.* 1. oulla fit meotio de miraculis, & in litteris Canonizationis Sancti Thomæ Archiepiſcopi Caotuarienſis per eumdem Alexandrum Tertium *dicto tom.* 1. legitur taotum, auditis innumeris, ac magnis miraculis. Et in litteris Canonizationis Sancti Homoboni Cremonenſis ſpecificatur vnum tantum liberationis dæmoniacæ ad ſepulchrum eius deductæ, *dicto tom.* 1. ex quibus patet, licet in pluribus litteris Sanctorum Canonizationum legantur plura miracula ſecundi generis, in omnibus tamen oon legi …

11 Ac proindè Regula ſtatuenda eſt, quod pro Canonizatione Sanctorum requirantur ſaltem duo, vel tria miracula, concludenter probata, ſed talia, de quibus ſapientum iudicio, conſideratis circumſtantijs, eſſe ſupra vires oaturæ, ſaltem quoad modum, vel minimum dubitari contingat, vt colligitur ex *Maluet. dicto dub. 3. dicto n. 6. & Iacob. Caſtell. loco ſupra cit.*

12 Inter quæ connumerantur ea, quæ licet fiant per media naturalia, etiam diſpoſita ad agendum, & ad talem effectum produceodum, non tamen de proximo, vndè neque illum in talibus circumſtantijs eſſent productura, abſque concurſu diuinæ voluntatis, non tantum permiſſiue, ſed ſpecialiter, & cum effectu ad eam cauſarum applicatiooem concurreotis. Ex. gr. ex fluuijs, riuis, ac paludibus Egypti licet naturaliter generari poſſent ranæ etiã in maiori copia, quam ab Aaron æductæ fuerint, id tamen fieri non poterat inſtantanee ad ſimpliceem manus hominis extenſionem, ac proiodè cum ad huiuſmodi exteoſionem manus Aaron vnico inſtanti tot ranæ eductæ fuerint, abſque vlla hæſitatiooe conuincitur intellectus, ad fatendum, miraculoſe eductas fuiſſe; quod & de alijs plagis Aegipti, *Exod. cap.* 8. *& ſeqq.* dicendum eſt. Sic etiam licet ab vrſis homines occidi naturale ſit, & ſint vrſi ad occidendum homines cauſæ naturaliter diſpoſitæ, quod tamen ad maledictionem Eliſei ſtatim exierint duo vrſi de ſaltu, & lacerauerint quadraginta duos pueros, illudentes eidem Eliſeo prope Bethel, attentis huiuſmodi circumſtantijs, humanus intellectus fateri cogitur, hoc miraculoſe, & ſupra naturæ vires accidiſſe. Sic pariter licet nil communius ſit naturæ, & arti, quam quod muri dextruantur, vel de ſe cadant; Quod tamen populo vociferante, & clangentibus tubis, omnes muri, cingentes Ciuitatem Ierico de repente, corruerint, *Ioſuè* 6. eliminatur omnis hæſitatio, quod diuioitus proſtrati noo fuerint. Quod idem diceodum eſt, de pluuia ſtatim cadente precibus Eliæ 3. *Reg.* 18. de ficulnea areſacta *Matth.* 21. 20. de ſerpentibus immiſſis in Iudæos, *Num.* 21. & huiuſmodi pluribus.

13 Idem accidit in aliquibus morborum ſanatiooibus, e. g. in luxationibus, cum oſſa ſuis ſedibus excidunt, ſeù cum articulis, aut capitibus oſſium è ſuis acetabulis, ſeu cauis excidentibus, motus impeditur. Atque item in morbis ſolutæ vnitatis, ſeu continuitatis, inter quos enumerantur à *Sennert. inſtit. medic. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 10. Vulnus, quando partis mollis à re ſecante vnitas ſoluitur. Puoctura, quando partis mollis à re acuta, ſoluitur vnitas. Contuſio, quando pars mollis, quæ ictui cedere, & io ſe cogi, atque comprimi poteſt à re dura, & obtuſa graui & malleo, vel lapide obtuſo, lædatur; ſub qua ſpecie continetur illiſio, quando remanet excauatio, & colliſio, quando ad priſtinum ſtatum caro reuertitur. Ruptio, quando pars mollis ex re tundente rumpatur, quæ in neruis vocatur vulſio, vel diuulſio. Fractura, quando in parte dura, vt in oſſe, fiat ſolutio continui ab alia cauſa, quam ab eroſione, oimirum ſectiooe, contuſione, aut tenſione, quæ fractura quandoque eſt ſimplex, quandoque cum luxatione cooiuncta. Caries, quando ab eroſiooe in oſſe ſoluitur vnitas. Et vlcus, quod eſt ſoluta continuitas partium carnoſarum, aliarumque, his ob mollitiem cognatarum, ab eroſione ortum habeos. In his igitur, & ſimilibus morbis, in quibus de origine, cauſa, & radice morbi, extrinſecus, & intuitiue, per ſenſus clare, & patenter conſtat, ſi ſanatio fiat incontinenti, cogitur intellectus fateri, ſanatiooem fuiſſe miraculoſam, cum enim conſtet de extremis, oempe de tranſitu inſtantaneo à morbo ad ſanitatem, & non ex cauſa oaturali, quæ non poteſt perfecte operari in inſtanti, per conſequens neceſſario concludendum eſt, talem ſanationem fuiſſe miraculoſam. *Troil. Maluit.*

de Ca-

de Canon.Sanct.dub.3. nu.56. Iacob.Caſtell.
de Canon.Sanct.qu.7. principal. in princ.
14 Non ita contingit in alijs morbis in-
trinſecis,quorum cauſa,& origo non ſit in-
firmũ intuentibus nota,vt ſunt febres,om-
nes, morbi, quos vocant compoſitionis,
vt eſt obſtructio, cum meatus aliquis ob
humorum copiam, vel craſſitiem, & viſci-
ditatem, aut grumum ſanguinis, vel cal-
culum, aut ſimile quid, clauditur. Con-
ſtipatio, cum via ob carnem innatam, vel
tumorem in meatu conſiſtentem claudi-
tur; Compreſſio, cum à re aliqua externa,
ipſi incumbente, & ſpatium eius compri-
mente, meatus vel anguſtior redditur, vel
planè occluditur. Et alij morbi, de qui-
bus *Sennert. Inſtit. medic. lib. 2. p. 1. cap.
5. & ſeqq.* Atque item morbi per conſen-
ſum, quorum ſanationes licet fiant in in-
ſtanti, cum tamen accidere poſſint etiam
naturaliter, vel à criſi, vel ab aliqua alia
latenti cauſa, quarum plures dari in natu-
ra probauimus ſupra *par.3. cap. 19.* etiam
ſi quandoque miraculosè contingant,
nunquam tamen intellectus eſt certus, &
abſque vlla hæſitatione, quin huiuſmodi
effectus inſtantanei potuerint naturaliter
accidere, *vulg. l. neque natales, & ibi gloſſ.
& omnes ſcribentes C. de probat.*
Vtrum autem pro Canonizatione San-
ctorum requirantur, vel ſufficiant miracu-
la in vita; & an requirantur, vel ſufficiant
miracula poſt mortem, plurimum conten-
15 dunt Doctores. Etenim eſſe neceſſaria
miracula in vita, tenent, *Gloſſ. in cap. 1.
verb. Sedis Apoſtolica, verſ. Quærendum
eſt etiam de miraculis de reliq. & vener.
ſanct. in 6. Bellam. in cap. venerabili nu.2.
verſ. quartò nota de teſtib. Hoſtien. ibidem
num. 2. verſ. & non ſolùm, & in ſumm. de
reliq. & vener. ſanct. in 3. verſ. item quæ-
rendum.* & alij quos citat *Contelor. de Ca-
16 non. Sanct. cap. 20. nu. 1.* Et quod etiam
ſufficiant *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct.
quæſt. 5. princ. verſ. quintò neceſſaria.*
17 E contra non eſſe neceſſaria miracula
in vita, neque ſufficere, docent D. *Thom.
2. 2. quæſt. 178. ar. 2. Caſsan. in Cathal.
glor. mund. p. 3. conſider. 50. idem. Conte-
lor. d. cap.20. num.2. & ſeqq.* Primò quia
ſi probanda eſſent miracula in vita, multi,
qui miraculis claruerunt poſt mortem,
canonizari non poſſent, quia, vel deficien-
te occaſione, vel ob eorum humilitatem,
qui non ſunt auſi hoc à Deo petere, vel
propter occultum iudicium Dei, præui-
dentis id ſuis ſanctis non expedire, non fe-
cerunt miracula in vita. Secundo, quia mi-
racula in vita faciunt etiam homines per-
diti, in quibus nulla eſt excellentia, vel
ſanctitas vitæ, vel ex virtute, vel aliquo
ſpirituali dono, vel diabolica ſuggeſtione,
*cap. teneamus 56.1. quæſt.1. Aretin. in cap.
Venerabili de teſtib. & ibid. Abb.* vbi dicit,
hoc eſſe notandum contra quaſdam vetu-
las, quæ ſine meritò vitæ miracula fa-
ciunt. *Maluet. de Canon. Sanct. dub. 3. nu.
24. & 73. Caſtellan. eod. tract. quæſt. 4.
& quæſt. 6. verſ. quæro quid ſit miraculum.*
Tertiò quia ſtare poteſt, quod Deus fa-
ciat miracula in perſona alterius viuentis
propter eius bonitatem; & ille poſtea, ad
cuius bonitatem oſtendendam facta ſunt
miracula, à recta via deficiat. *Maluet. d.
dub. 3. num. 73.*
18 Miracula verò poſt mortem eſſe neceſ-
ſaria pro Canonizatione, probauimus ſu-
pra, & expreſsè tenent *Bellam. in cap. ve-
nerabili de teſtib. num. 2. verſ. 4. nota, &
ibi Butr. num. 2. Aretin. num. 1. & Felin.
nu.1. Innocent. in cap.1. de reliq. & vener.
ſanct. & alij, quos citat Luc. Caſtellin. de
certitud. glor. Sanct. cap. 8. punct. 18. §. 3.*
19 Eſſe etiam ſufficientia, docent D. *Tho.
2.2. quæſt. 178. ar. 2. c. Maluet. de Canon.
Sanct. dub. 3. nu. 73. Contelor. de Canon.
Sanct. cap. 20. nu. 2.* Quia miracula poſt
mortem ſunt certa, & indubitata ſigna
Sanctitatis D. *Thom. 1. p. quæſt. 110. ar.
4. & d. quæſt. 178. d. ar. 2. c. Auguſt. de
Ancona quæſt. 15. ar. 4. Bellam. in cap. nec
mirum. nu. 10. Molfeſ. conſ. 46. num. 42.
& 43.*
20 Probatis autem miraculis poſt mor-
tem, valdè etiam conferunt miracula in
vita. *Caſtellin. de certitud. glor. ſanct. cap.
21 8. punct. 25.* vbi pro ratione adducit il-
lud; ſcimus quia Peccatores Deus non
exaudit. *Ioann. 9. 31.* Quod tamen ratum
non habet D. *Auguſt. tract. 44. in Ioann.*
dicens, illud verbum fuiſſe cæci inuncti,
ſed nondum perfectè illuminati. Et à D.
22 *Thom. 2. 2. quæſt. 83. ar. 16. c.* ſic expli-
catur. *Si* peccator orando aliquid petit
in quantum peccator, ideſt ſecundum
deſiderium peccati, in hoc à Deo non
auditur ex miſericordia, ſed quandoque
auditur ad vindictam, dum Deus permit-
tit peccatorem adhuc amplius ruere in
23 peccata. Deus enim quædam negat pro-
pitius, quæ concedit iratus. *D. Auguſt.
tract. 73. in Ioann. & de verb. Domin. ſer-*

mone 53. Orationem verò peccatoris, ex bono naturæ deſiderio procedentem, Deus audit, non quaſi ex iuſtitia, quia Peccator hoc non meretur, ſed ex pura miſericordia, obſeruatis tamen quatuor conditionibus, vt ſcilicet pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, piè, & perſeueranter.

24 Diſputant etiam Doctores, vtrum miracula poſt mortem ſint neceſſaria pro Martyrum Canonizatione? Etenim *Anguſtin. de Ancona de poteſt Eccleſ. quæſt.* 16. quem ſequitur *Franciſ. Panuin. in relation. S. Bonauent. p.* 2. *quæſt.* 2. tenet, quod ſola cauſa ſufficiat ad Martyris Canonizationem, videlicet quod pro Chriſto, & pro defenſione fidei mortuus fuerit; quia per ſanguinis effuſionem videtur ſublata omnis macula; adeout ſi anteà non erat baptizatus, baptiſmo ſanguinis baptizetur *cap. baptiſmi vicem, & cap. cathecumenum de conſ. diſt.* 4. Nec tales, qui in ſanguine baptizantur, purgatorium ſentiunt, *cap. final. de pæn. diſt.* 7. facit etiam quia diſpoſitio textus in *cap. venerabili de teſtib.* videtur loqui de Confeſſore, & non de Martyre. Nec videtur expreſſum alicubi, quod in Canonizatione Martyris inquiratur de miraculis. *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt.* 5. *princ. prope fin. verſ. ſextò neceſſaria*. Quinimò *Ioann. Anan. in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* dicit, quod facilius, & leuius expediri conſueuerunt Martyres. Ad quod etiam facit, quia in officio Martyrum nullibi facit Eccleſia mentionem de miraculis. *Iacob. Caſtellan. loc. cit. Luc. Caſtellin. de certit. glor. ſanct. cap.* 8. *punct.* 20. qui omnia ſupradicta repetit.

25 Contrarium, nempe probanda eſſe miracula pro Martyrum Canonizatione, tenet D. *Antonin. in ſumm. p.* 3. *tit. de reliq.* & antè ipſum *Hoſtien. in ſumm. tit. de reliq. & vener. ſanct.* §. *& hac intelligas Iacob. Caſtellan. loc. cit.* vbi hanc opinionem dicit tutiorem.

26 Vtramque ſententiam defendit *Felix. Contelor. de Canon. Sanct. cap.* 21. & adductis rationibus, & motiuis vtriuſque partis concludit *num.* 11. vtramque opinionem eſſe veram, ſed primam, nempe requiri miracula, tutiorem, iuxta dictum *Caſtellan. loc. cit.* nec ſecundam forte in praxi admittendam, niſi cum Martyrio, ſecluſis miraculis, aliquid aliud prodigioſum acciderit, vt puta ſi ſtante ſereno Cælo tempeſtas, & fulgura ſtatim orta eſſent in loco, in quo Martyr patiebatur, vel aquarum diluuium, vel ſi viſi fuiſſent radij, vel ſplendores circa caput Martyris, vel alia, vt cometæ, terremotus circa tempus Martyrij, apparitio corporis Martyris in alio loco, diuerſo à loco Martyrij. Quod apud me idem eſt, ac ſi contingerent miracula, & Deus ipſum Martyrium ſibi eſſe gratum confirmaret miraculis. Deindè ſententiam mutans, retenta ſecunda opinione, reſpondet argumentis adductis pro prima, quam anteà tutiorem dixerat.

27 Verum ſine hæſitatione dicendum eſt,
pro Martyrum Canonizatione omninò
requiri miracula. Primò quidem quia
hæc ſententia eſt tutior, teſte ipſo *Conte-*
loro cum Caſtellano locis ſupra citatis In
28 ſpiritualibus autem ſemper amplectendã
eſſe tutiorem partem tenet *Felin. cum ibi*
cit. in cap. audistis num 32. *verſ. limita ſe-*
cundò de præſcript. & poſt eum Marſil. ſing.
151.

29 Secundo quia ob diuerſa motiua Mar-
tyrium contingere poteſt, videlicet vt im-
peratum à charitate, quod eſt opus maxi-
mè perfectionis; vel ex neceſſitate ob non
amiſſionem vitæ æternæ, vel ob non ade-
ptionem gehennæ, ſine certa promptitu-
dine, & alacritate; vel etiam ſpontè quæ-
ſitum; vel per ſupererogationem, aut
etiam tedio vitæ, *Silueſt. in verbo Mar-*
tyrium. In quibus caſibus, vt non om-
nino formatum à charitate, non eſſet
fortaſſe totaliter Deo acceptum, etiam ſi
30 videretur probari cauſa Martyrij. Ac
proindè niſi Deus id nobis miraculis in-
nueret, eſſet valde præſumptuoſum, pro
certis affirmare, quæ nobis incerta ſunt,
& ignota. Dicente Sapientiſſimo, ne in-
nitaris prudentiæ tuæ. *Sapient.* 3. 5. *&*
31 *cap. ne innitaris de conſtit.* Facit quia in
cauſis Canonizationum non eſt laxanda
facultas. *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct.*
num. 14. 3. Verum hæc difficultas ſublata
fuit per decretum ſacræ Rituum Congre-
gationis, quod regiſtrabimus infrà *p.* 5.
cap. 3.

Tertio quia Confeſſores non canonizentur ſine miraculis licet nonnulli ſint Confeſſores per totum vitæ curriculum caſte, & pie viuentes, de quibus dicit D. *Gregor. homil.* 3. *in euang.* quod quamuis occaſio perſecutoris deſit, habet tamen pax ſuum Martyrium, quia etſi carnis colla ferro non ſubijciunt, ſpirituali tamen

gladio

gladio carnalia deſideria mente trucidant:
Et *D. Ciprian. in lib. de duplici Martyr.*
Omnis qui carnem ſuam crucifixit, cum
vitijs, & concupiſcentijs, Chriſto verè
commortuus, & omnis omnino quiſquis
hoc animo iuſtitiam ſequitur, vt mortem
potius admiſſurus ſit, quàm velit à iuſti-
tia deflectere, huic volunras pro Marty-
32 rio deputatur. Si igitur longanimitas
huiuſmodi ſeruorum Dei, in perferendis
tribulationibus, & in crucifigendo car-
nem ſuam cum virijs, & concupiſcentijs
comparetur cum vnico actu Martyrij, vi-
detur quodammodo excellentior Marty-
33 rio. Ac proinde nunquam reddi poterit
adæquata ratio, cur miracula requiran-
tur, ad certificandam Eccleſiam, quod
Deus velit, vt honoretur, & colatur lon-
ganimitas confeſſoris in crucifixione car-
nis, & non ſint neceſſaria miracula, ad
cerriorandam eamdem Eccleſiam, quod
Deus velir honorati Martyris necem. Si
enim Chriſtus Dominus dixit, maiorem
charitatem nemo habet, quam vt animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis, *Ioannis*
15. idem etiam dixir, Beati pauperes ſpi-
ritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælo-
rum. Beati mites. Beari qui perſequutio-
nem patiuntur &c. *Matth.* 4.

Nec refragantur adducta à *Contelor. d.*
cap. 21. *& à Caſtellin. de certit. glor. ſanct.*
cap. 8. *punct.* 20. pro negatiua; Primò ſci-
licet exigi miracula in canonizatione, ad-
hoc vt Eccleſia ſit certa de ſanctitate vitæ
illius, qui petitur canonizari, cum poruе-
rit bene, & ſancte viuere in publico, & in
ſecrero laxiorem vitam tenere, *Innocent.*
in cap. 1. *de reliq. & vener. ſanct.* Martyrium
autem pro fidei, & virtutum defenſione
ſuſceptum ſit indubitatum ſanctitatis te-
ſtimonium, cum Martyrium pariat plenam
liberationem à pæna, & à culpa, *cap. cathe-*
cuminum de conſecr. diſt. 4. Quia non veri-
ficatur, quod miracula requiranrur pro
certitudine ſanctitatis, quia hæc elicitur
ex probatione virtutum; *Innocent. in cap.*
1. *de reliq. & vener. ſanct.* ſed miracula
34 requiruntur, ad certificandam Eccleſiam
militantem, quod Deus velit, ab eadem
coli, & honorati ſanctitarem ſerui Dei,
qui petitur canonizari, vt oſtendimus ſu-
35 pra *par.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. *& alibi.* Cum
enim Deus nolit omnes iuſtos decorare
priuilegio, & honore canonizarionis, vt
ex *Clem. VI. in ſermon. vlt. de Canon. S. Iuo-*
nis Britannici, refert Ioannes Bapt. Epiſco-
pus Ventimilienſis in ſuo tract. de Canonizat
S. Bonauentura, & ex eo Luc. Caſtellin. de
36 *certit. glor. Sanct. cap.* 8. *punct.* 22. Per con-
ſequens neceſſe eſt vt ex ſignis, & miracu-
lis cerra reddatur Eccleſia, quos velit
Deus Canonizationis honore decorari,
quod ſit miraculis, & ſignis poſt mortem.
Ex quo corrunt etiam ſecunda, & tertia
ratio, *ibid.* adductæ, quod Martyrium in-
ter omnes actus virtuoſos maximè demõ-
ſtrar perfectionem charitatis, *Ioann.* 15. ac
proinde cũ martyr moriendo pro Chriſto,
ac confitendo Chriſtũ, oſtendat ſignũ ma-
ximę charitatis, & quod in illa permãſerit,
non eſt opus, quod eius Sanctitas, etiam in
paradiſum receptio miraculis probetur.
Quia vt diximus miracula poſt mortem
non fiunt à Deo ſimpliciter, ad compro-
bandam ſanctitarem eius, cuius intuitu
miracula fiunr, ſed vt per dicta miracula
cognoſcat Eccleſia, Deum velle, vt illius
Beari ſanctitas honoretur.

Non ſubſiſtit pariter quarta ratio, quod
videlicet ex quo cauſa Martyrij finaliter,
& rerminatiue eſt defenſio, & confeſſio
veritatis Chriſtianæ, & eorum, quæ an-
nectuntur fidei, ideo talis cauſa debet eſ-
ſe motiua canonizationis illius, qui pro
martyre colendus eſt, & per conſequens
ea exiſtente, abſque alia diſcuſſione, ad
eius Canonizarionem deueniendum eſt,
cum manente cauſa, quæ eſt pati pro de-
fenſione fidei, manere etiam debeat ef-
fectus, ſcilicet canonizatio, & veneratio.
37 Quia hoc argumentum, nulla Doctorum
auctoritare vallatum de ſe corruit. Verum
quidem eſt, ad martyris Canonizationem
prærequiri cauſam martyrij, ſed non exin-
de neceſſario ſequi deber illatio, conſtat
de cauſa Martyrij, ergo debet canonizari,
& honorari. Quis enim vidit vnquam à
Regio Senatu decerni honores Ducis, vel
Paris alicui miliri ſtrenuiſſimo, cuius præ-
clara, publica, & omnibus nota facinora
idmereantur, niſi prius Rex Senatui de-
claret ſuam voluntatem eſſe, vt ille miles
inter Duces, vel Pares deſcribatur, &
eidem honores Ducum, & Parium tri-
buantur? Certè Mardocheus, qui Regi
Auſſero nuntiauerat inſidias Bagatan, &
Thares, eundem Regem Aſſuerum iugu-
lare cupientium, pro huiuſmodi fide me-
rebatur honores, & præmia, quæ ab ipſo
Rege Auſſero illi decreta fuerunt. Er ra-
men ridiculum eſſet aſſerere, ex quo de
tali fidelitate conſtabat, vtpotè ſcripta in
anna-

annalibus, antequam Rex id iuberet, debuiſſe pro illa honorari Mardocheum eo honore, quem conſequutus eſt *Eſther,*
38 *cap.* 16. ex quo à primo ad vltimum concludendum eſt, Miracula in huiuſmodi cauſis non operari à Deo ſimpliciter, ad reddendam certam militantem Eccleſiam de Sanctitate alicuius Serui Dei, ſed ad illam certam reddendam de eius voluntate, quod honoranda ſit ſanctitas illius Serui Dei, ſiuè Martyris, ſiue Confeſſoris.

39 Demum non releuat quinta ratio, quod ex communi Doctorum ſententia proceſſus, & Canonizationes Martyrum facilius, & leuius expediantur. *Hoſtienſ. in cap.* 1. *de reliq. & vener. ſanct.* & alii relati ab eodem *Contelor. d. cap.* 21. *num.* 10. quia hæc facilitas non conſiſtit in non probatione miraculorum, ſed in omiſſione probationis virtutum, quia conſtito de cauſa martyrii, quæ conſiſtit in perfectiſſima charitate, à qua reliquæ virtutes informantur, & accipiunt ſpeciem, & eſſentiam virtutum, non eſt opus alias virtutes in medium deducere.

SVMMARIVM.

Febrium ſanationes an ſint miraculoſa, intrare Iudicis arbitrium num. 3.

Incontinenti fieri, quando aliquid dicatur, & de pluribus acceptionibus dictionis Incontinenti, *num.* 1. *& an recipiat interpretationem iudicis arbitrio num.* 2.

Inſtantaneitas, in quibus miraculis requiratur, vel non num. 6.

Inſtantaneitas naturalis non eſt perfecta inſtantaneitas, num. 14.

Inſtantaneitas perfecta ſolius eſt Dei, nu. 13.

Inſtantaneitate conuincitur intellectus, nu. 12.

Miraculorum inſtantaneorum exempla, nu. 4.

Miraculorum ſucceſſiuorum exempla, nu. 5.

Miraculi de eſſentia non eſt, vt fiat in inſtanti num. 7.

Miracula ad interceſſionem iuſtorum cur à Deo operentur, num. 10.

Miracula Sacræ Scripturæ non ſunt adducenda in exemplum pro Sanctorum Canonizatione, num. 15. *&* 21.

Miracula Sacræ Scripturæ, vltra factum, per ſignificationem aliquid aliud innuunt num. 16. *&* 17.

Miracula Sacræ Scripturæ non exigunt inſtantaneitatem, vel ſucceſſiuitatem, num. 19.

Miracula pro fide, vel Canonizatione Sanctorum vltra factum in teſtimonium nihil aliud habent repreſentare, num. 21.

Mox, ſtatim, protinus, & alia dictiones huiuſmodi recipiunt interpretationem arbitrio iudicis, num. 2.

Sacræ ſcripturæ ſenſus, num. 18.

Sanationes inſtantaneæ an ſint admittendæ omnes vt miraculoſæ, num. 8. *& ſeqq.*

Sanationibus ſucceſſiuis Eccleſia non redditur certa de miraculo, num. 11.

Statim, protinus, mox, incontinenti, & alia ſimiles dictiones recipiunt interpretationem arbitrio iudicis, num. 2.

Senſus Sacræ ſcripturæ quales ſint, num. 18.

CAPVT VIII.

Vtrum ſit de ratione miraculi, vt inſtantaneè fiat?

1 DE pluribus acceptionibus dictionis *incontinenti* videndus eſt *Troil. Maluet. de Canon. Sanct. dub.* 3. *à n.* 26. videlicet aliquando incontinenti dicitur fieri, quod fit durante iudicio, *Gloſ.* 1. *in fine, in verbo, incontinenti de teſtib. cogen.* Aliquando dicitur incontinenti fieri, antequam redigatur in actis, ideoque quis poteſt incontinenti reuocare ſuam confeſſionem, antequam ſit in actis redacta, *gloſ. not. in cap. apud miſericordem,* 32. *quæſt.* 1. quam ſequitur *Anton. de Butr. in cap. fin. de confeſſ.* quod tamen fallit, vbi confeſſio ſit acceptata per partem, quia tunc reuocari non poterit ſine probatione erroris, *Bald. in l. Gallus, in* §. 1. *ff. de lib. & poſth. argum. l. ſicut C. de action.* Aliquando dicitur fieri incontinenti, quod fit intra triduum vel in fine tridui. *Bald. in cap. ex litteris de conſtit. per l. fin. C. de error. aduoc. & l. final. C. de iudic.* vbi dicit idem *Bald.* quod expulſus de poſſeſſione, poteſt vſque ad triduum eam recuperare: Pariter qui ſe offert, incontinenti probaturum, videtur ſatisfacere, ſi probet intra triduum, *dicta l. fin. & ibid. Bald.* Aliquando dicitur aliquid fieri incontinenti, quod fit cum aliquo temporis ſpatio, *l.* 1. §. *ſi ita ff. ad l. falc.* Aliquando quod fit ſimul *text. in l. actor. iuncta gloſ. ff. de fideic. lib.* Aliquando antequam diuertatur ad extraneos actus, *l. continuus* §. 1. *ff. de verb. obligat. l. cum antiquitas, & ibi Bald. C. de teſtam. l. cum hæredes* §. *fin. & ibi gloſ. C. eod.* Aliquando quod fit in ingreſſu actus, ſiue in ipſo actu, ſiuè

ſtatim

ſtatim poſt, *gloſs. notab.* quæ loquitur de pacto appoſito in contractu *in l. in bonæ fidei C. de pact.* Pro qua dicit *Bald.* eſſe caſum ſingularem. *in l. 3. C. de edil. edic.* Aliquando dicitur fieri incontinenti, quod fit poſt decem dies, *gloſs. in §. omnis in verb. confeſtim, inſtit. de verbor. obligat.* Aliquando dicitur incontinenti fieri, quod fit poſt litem conteſtatam; Caſus eſt ſecundum intellectum *Hoſtienſ. & Abb. in cap. 1. de mut. petit.* facit *gloſs. in auth. & conſequenter C. de ſent. & inter loc. omn. Iud.*

2 Quibus poſitis concludit deinde, dictiones, incontinenti, mox, protinus, & ſimiles, quæ de ſui natura important modicum tempus *leg. quoties §. ſi quis ita ff. heredit. Inſtit; Bald. in leg. Gallus §. ille caſus. de lib. & poſth.* in materia indifferenti recipere interpretationem arbitrio Iudicis, ſecundum *gloſs. in cap. an ſit, verbo, incontinenti de appel. & gloſs. in cap. quoniam in verb. quam citius de elect. in 6.* Ideoque an deiectus incontinenti deiectorem expulerit, ſtatur arbitrio boni viri, conſiderata qualitate perſonæ deijcientis, & ipſius rei, de qua fuit deiectus. *Bartol. in l. 1. §. cum igitur, de vi, & vi ar*

3 Et ſecundum hoc dicit *ibid. Malues.* in materia febrium, quæ dicuntur miraculoſe ſanatæ, Iudicem arbitrari debere ſecundum qualitatem febris, an ſit magna, vel pauca, vel forte quotidiana, quæ cum difficultate ſolet recedere; Et an febricitans ſit valde grauatus, adeò quod Medici deſperent de eius ſalute, & ſic de ſingulis, ex quibus Iudex poterit arbitrari, infirmum potius gratia diuina, & ſic ſupernaturaliter, quam naturaliter, & virtute medicorum ſanatum eſſe.

4 Poſſe miraculum fieri tam incontinenti, quam ſucceſſiue, notat *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 6. princ. verſ. quæro an ſit neceſſe*, vbi pro inſtantaneitate adducit exempla ſacræ Scripturæ videlicet *Act. 9. verſus finem*, vbi dicitur, continuo ſurrexit, & *Act. 3. poſt princ.* Apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ. *Luc. 8. prope finem*, Tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. *Marc. 5.* Confeſtim exiccatus eſt. Facit *text. in cap. ad eius vero, 5. diſt.* Quia apud Deum non eſt mora *de pen. diſt. 1. multiplex.* Vnde *Ambroſius*, neſcit tarda molimina Sancti Spiritus gratia, Et *Luc. 7. poſt. princ.* Adoleſcens tibi dico ſurge, & reſedit, qui erat mortuus. Et *Ioann. 11. iuxta fin.* Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui mortuus fuerat, & *Matth. 9.* ſalua facta eſt mulier ex illa hora, *& cap. 15. poſt. med.* fiat tibi ſicut vis, & ſalua facta eſt filia eius ex illa hora. & *Luc. 5. poſt. princ.* confeſtim lepra diſceſſit ab eo. *Ioann. 5. in princ.* & ſtatim ſanus factus eſt homo, & *Matth. 17. iuxta princ.* Curatus eſt puer ex illa hora, & *cap. 8. poſt. princ.* mundare, & ſtatim mundata eſt lepra eius, *& cap. 20. in fin.* Ieſus tetigit oculos eorum, & confeſtim viderunt. *& Marci 10. in fin.* confeſtim vidit, & *cap. 7.* ſtatim apertæ ſunt aures eius.

5 Pro ſucceſſiuitate vero adducit exemplum Eliſei ſuſcitantis filium Sunamitidis, qui ad primam incuruationem prophetæ ſuper ſe calefactus eſt, ad ſecundam oſcitauit ſepties, aperuitque oculos 4. *Reg.* 4. 34. Et illuminationis cęci per Chriſtum Dominum, qui primo vidit homines velut arbores ambulantes, & poſtea cæpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clare videret *Marci* 8. 24. ſuper quo dicit *gloſs* Quem verbo ſtatim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis oſtendat, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat.

Cum *Troilo Malues. & Iacobo Caſtellan.* tranſeunt *Luc. Caſtellin. de certit. glor. ſanct. cap. 30. & Felix Contelor. de canon. ſanct. cap. 17. à num. 8. ad num. 16.* eaſdem auctoritates, & eadem exempla repetentes,
6 nec ab his diſſentit *Paul. Zacch. quæſt. medicoleg. lib. 4. tit. 1. quæſt. 3. num. 8.* vbi dicens quod effectus miraculi debeat apparere incontinenti, aut multò citius, quam à natura fieri potuerit, ſubdit hoc habere locum in iis tantum, quæ alias naturaliter fieri poſſunt; non autem in his, quæ naturaliter non ſunt factibilia, & ideo nihil demere de miraculo, quod Eliſeus non vnica vice puerum à morte ſuſcitauerit, ſed ſe ſuper ipſum ſepties inclinauerit.

7 Quorum Doctorum ſententia nullatenus eſt contemnenda, & in vera Theologia fatendum eſt, non eſſe de eſſentia, & ratione miraculi, vt inſtantaneè fiat, vel ſucceſſiuè. Cum enim vera miracula non fiant niſi à ſolo Deo, vt omnes Catholici, Theo-

Theologi, Canoniſtæ, & Philoſophi, lu-
mine fidei illuſtrati fatentur, non eſt no-
ſtrum definire modum, quo Deus mira-
cula patrari velit, vel debeat, & in hoc
nulla eſt difficultas.
8 Sed difficultas eſt, vtrum pro Canoni-
zatione Sanctorum admittendæ ſint tan-
quam miraculoſæ ſanationes aliquæ non
inſtantaneæ, quæ ob alias circumſtantias
miraculi ſpeciem præſeferant?
9 Et dicendum eſt negatiue; Primò qui-
dem quidem quia, vt ſupra pluries repe-
10 titum fuit, cum miracula, quę operatur
Deus intuitu alicuius iuſti, directa ſint,
ad reddendam certam militantem Eccle-
ſiam de illius ſanctitate, & ſe velle, vt il-
lo Dei ſeruo, cuius intuitu illa patrauit,
cultus, & veneratio tribuantur, debet
etiam eamdem Eccleſiam certam redde-
re, quod tales effectus ſint omninò ſuper-
11 naturales, & ab ipſo Deo immediatè. Si
autem ſanatio fiat ſucceſſiuè, non poterit
Eccleſiæ indubitatè conſtare, ſanationem
eſſe miraculoſam, quia etiam naturaliter
morbi ſucceſſiue ſanantur, vt de ſe patet;
& quanto plus de ſucceſſiuitate in ſana-
tione continget, tanto minus inferri po-
terit de miraculo. Ad quod faciunt, quæ
dicta ſunt ſupra *cap. prox.*
12 Secundò quia negari, non poteſt, quin
ex facto inſtantaneo ſapientis intellectus
facilius inferat, & concludat, operatio-
nem eſſe diuinam, quam ex effectu ſuc-
13 ceſſiuo. Cum enim actio inſtantanea ſit
propria ſolius Dei, & operari in tempore
conueniat omnibus cauſis ſecundis, ex
perfecta inſtantaneitate neceſſario con-
cluditur, effectum huiuſmodi procedere
à cauſa, perfecte in inſtanti operari valen-
te, quod nullatenus competit cauſæ ſe-
cundæ. Non ſic autem neceſſariò inferri
poteſt ex affectu ſucceſiuo, licet in aliqua
conſideratione ordinarium naturæ mo-
dum operandi videatur excedere, *argum.
l. non codicillum C. de teſtam. cap. etſi Cle-
rici, in princ. de iudic. cap. cum ceſſante de
appell. Euerar. in topic. legal. loco* 77. non
eſt autem ſecundum conceptum Diuinæ
Sapientiæ, vt velit Eccleſiæ ſuæ aliquid
certum ſignis incertis innoteſcere.
14 Dixi ex perfecta inſtātaneitate, quia li-
cet natura quandoque videatur operari in
inſtanti, non eſt tamen perfecta inſtanta-
neitas, quia præcedunt accidentia ad il-
lam formam diſponentia materiam; vt pa-
tet in productione ranæ ex aqua pluuiali,
& puluí ſole calefacto, qui forſitan eſt
vnus ex effectibus inſtantaneis in natura
magis conſpicuus. Niſi enim præcedat il-
le gradus ſiccitatis, & caloris in puluí, hu-
miditatis, & frigoris in pluuia, qui ranæ
temperamento conueniant, non genera-
bitur rana, vt patet ex eo quia huiuſmodi
effectus ranæ ortus in inſtanti, quantum-
cumque pluuia cadat in puluí, vix vn-
quam fiet, ſole non exiſtente ſub Cancro,
vel Leone: E contra effectus, qui proce-
dunt à Deo inſtantaneè nullam præexi-
gunt diſpoſitionem in materia, in quo
conſiſtit perfecta inſtantaneitas, Dixit
enim fiat lux, & facta eſt lux, nulla præ-
exiſtente diſpoſitione in materia, ad for-
mam lucis recipiendam. Hinc niſi con-
ſtet de perfecta inſtantaneitate, non poſ-
ſumus per neceſſe concludere, quod Deus
effectum produxerit, hoc fine, vt nobis
conſtet, eſſe ſupernaturaliter productum,
quia ſucceſiuitas minuit de conceptu, qui
competit perfectæ inſtantaneitati.
15 Colligitur ex dictis, ad probanda mi-
racula pro Canonizatione Sanctorum,
non eſſe adduceda exempla, quæ legun-
tur in Sacra pagina, & quæ patrata fue-
16 runt à Chriſto Domino. Quia miracula
Chriſti Saluatoris, vltra factum, per ſi-
gnificationem aliquid vlterius innuunt;
Cum eius opera, & per potentiam aliud
oſtendant, & per miſterium aliud loquan-
tur, *D. Gregor. homil. 2. in Euang.* hoc
declarans illuminatione cæci propè Ieri-
co; nempe cæcum eſſe genus humanum,
quod in patente primo à Paradiſi gaudijs
expulſum, claritatem ſupernæ lucis igno-
rans, damnationis ſuæ pænas patitur. Sed
tamen per Redemptoris ſui præſentiam
illuminatur, vt internæ lucis gaudia iam
per deſiderium videat, atque in via vitæ
boni operis greſſus ponat. Ideoque fuiſ-
ſe illuminatum, Ieſu appropinquante Ie-
rico, quia dum Diuinitas defectum noſtrę
carnis, qui figuratur in Ierico, ſuſcepit,
humanum genus lumen, quod amiſerat,
recepit.
17 Idem conſtat de miraculis, quæ legun-
tur in veteri teſtamento, quia hoc, vno,
eodemque ſermone, dum narrat geſtum,
prodit miſterium, *D.Gregor.* 20. *moral. cap.*
1. ipſæ enim res ſignificatæ per voces, hoc
eſt per ſenſum hiſtoricum, ſeu litteralem,
rea alias ſignificant per ſenſum ſpiritua-
lem, qui ſuper litteralem fundatur, eum-
que ſupponit. Ipſe etiam ſenſus ſpiritualis
triſa-

trifariam diuiditur, etenim lex vetus nouæ legis eſt figura, *Hebr. 7.* & ipſa noua lex eſt figura æternæ gloriæ, *Dioniſ. de Eccleſ. Hier. cap. 1.* inſuper in noua lege, quæ geſta ſunt in capite, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus. Hinc ſecundum quod ea, quæ ſunt veteris legis, ſignificant ea, quæ ſunt nouæ legis, vocatur ſenſus allegoricus. Secundum quod ea, quæ in Chriſto ſunt facta, vel in iis, quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus, vocatur ſenſus moralis. Et ſecundum ea, quæ pertinent ad æternam gloriam, eſt ſenſus anagogicus. *D. Thom. 1. p. qu. 1. ar. 10.*

19 Poſito igitur, quod miracula Prophe-
tarum, & Chriſti Domini, vltra factum;
per ſignificationem, & miſterium, aliud
aliquid innuant, factum aptari debebat
rei, per ipſum factum ſignificatæ; & ſic
fieri debebant, vel in inſtanti, vel ſucceſ-
ſiuè, prout res ſignificata per factum exi-
gebat. Et per conſequens non eſt prin-
20 cipaliter conſiderandum factum, ſed res,
quæ per factum repreſentatur. In miracu-
lis vero, quæ patrantur in teſtimonium
fidei, vel ſanctitatis alicuius ſerui Dei, cũ
præter factũ ipſum, nihil aliud habeant re-
preſentare, tota conſideratio verſari de-
bet circa hoc vnum, videlicet vtrum fa-
ctum probetur miraculoſum, ſitque ſuffi-
ciens ad nos de diuino teſtimonio certi-
21 ficandum. Et propterea ad probandum
miracula, requiſita pro Canonizatione
Sanctorum, non ſunt adducenda in exem-
plum miracula, per Prophetas, & Chri-
ſtum Saluatorem patrata *l. vltim. in fin. &*
ibi Bartol. ff. de calumn. l. Papinianus ff. de
minor. l. inter ſtipulantem §. ſacram, *ibi* ſed
hæc diſſimilia ſunt, *ff. de verb. obligat. l. na-*
turalem §. nihilominus ff. de acquir. poſſeſſ.
cum alijs cumul. per Barboſ. axiom. 114.

SVMMARIVM.

Cauſa creata non præterit ordinem naturæ creatæ, num. 3.

Lepra Naaman Syri potuit ſanari naturaliter in Iordane, num. 8.

Miraculum eſſe debet vndequaque perfectum num. 4.

Miraculum præter ordinem totius naturæ creatæ debet eſſe, num. 3.

Miracula Prophetarum, & Chriſti Domini, vltra factum, continent miſterium, nu. 6.

Miracula Sacræ Scripturæ debuerunt accommodari rei per factum ſignificatæ num. 6. & etiam fieri cum miniſterio naturæ, ibid.

Miracula in teſtimonium fidei, vel ſanctitatis ſeruorum Dei, vltra factum nihil aliud habent repreſentare, num. 7.

Naturæ miniſterio non tolli rationem miraculi, qui affirmatiue tenuerint, num. 1. qui negatiue num. 2. tollitur perfecta ratio miraculi, num. 5.

Tobiæ cæcitas naturaliter ſanata, num. 8.

Vlcus Ezechiæ potuit naturaliter ſanari, nu. 8.

CAPVT IX.

Vtrum tollat rationem Miraculi, ſi intercedat miniſterium naturæ.

1 DOctores negatiuam tenentes adducere ſolent exempla mundationis à lepra Naaman Principis militiæ Regis Siriæ, lauando ſepties in Iordane, iuxta præceptum Eliſei Prophetæ 4. *Reg. cap.* 5. ſanationem vlceris Ezechiæ Regis ab Amos propheta, maſſa ficorum eidem impoſita, 4. *Reg.* 20. & illuminationem cæci per Chriſtum Dominum linitis oculis luto, ſputo confecto, miſſoque ad lauandum ad natatoriam Siloè *Ioann.* 9. Prout legitur apud *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sãct. quæſt. 6. principal. verſ. quæro an ſit contra rationem miraculi, ſi fiat cum aliquo miniſterio naturæ. Contelor. de Canon. Sanct. cap. 17. num. 20. & Caſtellin de certitud. glor. ſanct. cap. 8. punct. 21.*

2 Veruntamen ſtandum eſſe pro affirmatiua, nempè miniſterio naturæ tolli rationem miraculi, vltra deducta, *capite ſuperiori*, contra ſucceſſiuas ſanationes, probatur primò, quia ſi intercederet auxilium naturę, non poſſet perneceſſe inferri, ſanationem fuiſſe miraculoſam, quia etiam atte medicinæ morbi naturalibus remedijs ſanantur, vt vidimus ſupra *par. 3. cap. 18. ſect. 3. & 4.*

3 Secundo quia de ratione miraculi, quà miraculum eſt, eſt fieri præter ordinem totius naturæ creatæ *D. Thom. 1. p. quæſt. 105. ar. 7. c.* de conceptu verò cauſæ ſecundæ, qua talis eſt, eſt non præterire ordinem naturæ creatæ. Et per conſequẽs videtur implicare contradictionem, quod miraculum fiat cum operatione cauſæ naturalis.

4 Tertiò quia miraculum cum ſit opus ſolius Dei, debet eſſe vndequaque per-

fectum, *Deuter.* 32. 4. ſi autem miraculo
5 admiſceatur cooperatio cauſæ creatę, non erit effectus vndequaque perfectus, & ſic opus Dei cum cooperatione cauſæ ſecundæ vileſcit quodammodo, quia effectus à ſolo Deo productus eſt omninò perfectus, cum concurſu cauſæ ceratæ laborat imperfectione. Implicat autem contradictionem, quod Deus operetur effectum minus perfectum, quando nobis per miraculum oſtendere velit ſuas perfectiones, quæ totalem excludunt imperfectionem.

6 Ad exempla in contrarium adducta reſpondetur primo iuxta dicta *cap. ſuperiori num.* 18. nempè miracula Prophetarum, & Chriſti Domini vltra factum, continere miſterium, ac proinde factum miraculoſum debet accommodari rei, pet factum ſignificatæ, & ſic debebant fieri etiam cũ miniſterio rei naturalis, prout expoſtulabat res pet miſterium ſignificata.

7 In miraculis verò, quæ à Deo parrantur in teſtimonium fidei, vel ſanctitatis alicuius ſerui Dei, cum hæc nihil aliud habeant repreſentare, niſi factum eſſe miraculoſum, ex quo deueniamus in cognitionem dè teſtimonio Dei pro veritate fidei, vel pro Sanctitate Serui Dei, tota conſideratio verſari debet circa hoc vnũ, an factum probetur miraculoſũ, ſitque ſufficiens ad nos reddendum certos de diuino teſtimonio, quod velit, ſanctitati illius ſerui Dei, de cuius canonizatione tractatur reddi cultum, & venerationem.

8 Reſpondetur ſecundò, quod attinet ad mundationem lepræ Naaman Syri, lauando ſepties in Iordane, & ſanationem vlceris Ezechiæ Regis, maſſa ficorum ſuper impoſita, non conſtare euidenter, hæc fuiſſe miracula, cum potuerunt accidere naturaliter, cognita ab Eliſeo per diuinam reuelationem virtute aquæ Iordanis, & ab Amos virtute emplaſtri, ex maſſa ficorum compacti. Sicuti naturalis fuit illuminatio Tobiæ; *Martin. Delr. diſquiſit. Magic. lib.* 1. *cap.* 3. *ante med.* Prout id nõ negat *Paul. Zach. quaſt. medicol. lib.* 4. *tit.* 1. *quaſt.* 8. vbi *num.* 61. dicit mundationem lepræ Naaman Syri accidiſſe ex naturali cauſa, ſicuti etiam ſanationem vlceris Ezechiæ, *num.* 79. ſed tribuente Domino nouam virtutem aquæ Iordanis, & ficorum maſſæ.

S V M M A R I V M.

Dolor interueniens an tollat rationem miraculi? qui tenent negatiue num. 1. *qui affirmatiue num.* 2.

Debilitas, & durities an tollant rationem miraculi, num. 3.

Recidiua, & mors ſuperueniens an tollat rationem miraculi, num. 4. *& quando non tollat, num.* 6.

Sanationes, & ſuſcitationes vera inſtantanea num. 5.

Opus Dei debet eſſe vndequaque perfectum, num. 4.

Tumor remanens poſt ſanationem, an tollat rationem miraculi, num. 3.

CAPVT X.

Vtrum tollat rationem miraculi dolor intercedens, vel recidiua, vel debilitas, tumor, ſeu durities remanens poſt ſanationem.

1 QVod ad primum attinet de dolore interueniente, pro negatiua, quod non tollat rationem miraculi, *à Conteb. de Canon. Sanct. cap.* 17. *num.* 18. adducitur exemplum pueri, vexati à ſpiritu ſurdo, & muto, qui ad præceprum Chriſti Dominini exclamans, eumq; multum diſcerpens, exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, itaut multi dicerent, quia mortuus eſt. *Marci* 9. *Adducitur item auctoritas, Bellam. Pannin. in relation. S. Bonauenturæ par.* 2. *art.* 6. *Rot. in relation. Sancti Franciſci de Paula, & aliorum.* Idem renuit *Luc. Caſtellin. de certit. glor. ſanct. cap.* 8. *punct.* 31. *Paul. Zacch. quaſt. medicol. lib.* 4. *tit.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 9. & antè hos omnes *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quaſt.* 6. *princip. verſ. quaro an ſit contra rationem num.* 102.

2 Contrarium expreſſe tenuit *Troil. Maluet. de Canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 52. duplici ex capite, primo quia miracula fiunt à Deo, ac proindè credendum eſt, vt ea faciar magis libere, ac maiori digna admiratione, ae perfectione, quod fieri poſſit, omnia enim eius opera perfectiſſima ſunt, tanquam à perfectiſſimo opifice emanantia. Si autem intercedat dolor, nõ erit opus vndequaque perfectum. Secundo quia communis natura miraculi eſt vt fiat ſine dolore eius, in quo fit, vt conſtat ex omnibus miraculis Chriſti Domini, dempta liberatione pueri ſupradicti,

in

in qua potius eſt conſiderandum miſterium, quam miraculum, ob rationes adductas *cap.* 8. ſicut etiam non nihil ex *Beda* tangit *Caſtellin. loc. cit.* cum quo quidem *Maluet.* concordat etiam *Conſelor. nu.* 19. non obſtantibus in contrarium deductis. Et ita videtur omnino tenendum, ob rationes adductas à *Maluet. d. num.* 52. non attentis Relationibus Rotæ, quia non conſtat, contenta in dictis Relationibus fuiſſe recepta, & approbata.

3 Idem dicendum de debilitate, tumore, vel duritie, poſt ſanationem remanente, videlicet omnino tollere rationem miraculi, quia dicunt imperfectionem, quæ ſtare non poteſt cum operibus Dei, ſupernaturaliter, & ad oſtendendam eius omnipotentiam diuinitus operantis, ob ſupradictas rationes *Troil. Maluet. dub.* 3. *d. num.* 52.

4 Quod demum attinet ad recidiuam, eam non derogare miraculo, tenuit *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt.* 6. *principal. verſ. Quæro an ſit contra rationem miraculi*, Quia, *inquit*, ſufficit, quod ſanitas fuerit veriſimiliter duratura, licet caſu fiat momentanea, propter aliquod accidens culpabile, & inordinatum; facit *cap. cum infirmitas in princip. de pænit. & remiſſ.* Vnde Dominus dixit languido, quem ſanauerat *Ioann.* 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Sic etiam dicimus in ſanato à Medico, & ex noua cauſa recidiuante, qui nihilominus tenetur ad Medici ſalarium, *gloſſ. & Bartol. in l. Maritus ff. locat.* Idem ſentiunt *Lucas Caſtellin. de certit. gloriæ ſanct. cap.* 8. *punct.* 32. *Conſelor. de Canon. Sanct. cap.* 17. *numer.* 22.

Contrarium docet *Paul. Zacch. quæſt. medicol lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 3. *num.* 10. ea ratione, quia opus miraculoſum debet eſſe vndequaque perfectum. *Mac. Anton. Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap.* 59. *Ricc. in prax. epiſc. reſolut.* 487. *num.* 7. *& ex medicis fortun. licet lib.* 2. *de his, quæ diu ſine alimento viuunt, cap.* 172. *in fine.* Nam mortuum reſuſcitare, qui illico moriatur, imperfectum opus eſt, & apparere poteſt ex Dæmonis virtute factibile, quemadmodum accidit opera Simonis Magi, vt in geſtis Petri. Cæcum quoque cæcitate exuere, qui mox in illam relabatur, miraculum non eſt, quia opus imperfectum. Quam conditionem dicit eſſe omnino deſiderabilem in effectibus, qui afferuntur miraculoſi.

Subdens *ibidem Zach.* ſe vidiſſe plures ægrotantes, aliquo morbo moleſtatos, ad præſentiam, vel aduentum, vel tactum alicuius Religioſi, in quo maximam haberent fiduciam, vel reliquiarum etiam Sanctorum, ſeſe à morbo recollegiſſe, ac melius habuiſſe, mox ex eodem morbo deterius moleſtatos fuiſſe, & aliquando etiam perijſſe; nimirum quia contracta fiducia imaginantur, ſe ijs melius ſanari poſſe, vnde natura, bona ſpe ducta, morbo inſultat, mox autem inualeſcente morbo, ſuccumbit, Deus autem cum miracula operatur, omnino, & vndequaque perfecta opera efficit. Hæc *Zachias*.

5 Veruntamen quia ex geſtis ſanctorum habemus nonnullas ſuſcitationes, & ſanationes veras, veluti momentaneas; ſicuti de Sancto Staniſlao Cracouienſe Epiſcopo legitur, qui venditorem agri, à ſe pro Eccleſia empti, ſuſcitauit ad hoc, vt dictæ emptionis teſtimonium ferret in Iudicio, quo facto, confeſtim iterum abdormiuit; quod & de Sancto Antonio Patauino traditur, qui occiſum quemdam ad vitam reuocauit, qui poſt redditum teſtimonium, ſe non fuiſſe à Patre Diui Antonij interfectum, illicò iterum occubuit. Et de Diuo Petro Apoſtolorum Principe, qui Diuam Petronillam eius filiam infirmam iuſſit è lecto ſanam ſurgere, ac diſcumbentibus miniſtrare, quo explero miniſterio, eidem iuſſit cum ſua infirmitate ad lectum redire.

6 Propterea in hac materia videntur conſideranda verba *Iacobi Caſtellani loco ſupra cit.* Videlicet ſufficere, quod ſanitas fuerit veriſimiliter duratura, licet caſu fiat momentanea, propter aliquod accidens culpabile, vel non culpabile. Et ſecundum hanc doctrinam firmanda eſt regula. Quod ſi conſtet de vera ſuſcitatione, vel perfecta ſanatione, & conſtet item de noua cauſa mortis, vel infirmitatis; nihil obſtat miraculo mors ſuperueniens vel recidiua. Si verò non conſtat de noua cauſa mortis, vel infirmitatis, dicendum eſt, non fuiſſe veram ſuſcitationem, ſed Dæmonis præſtigium; neque ſanationem fuiſſe miraculoſam, ſed aliquid accidens naturale. Sicuti in criminalibus cauſis, ad quarum normam regulandas diximus cauſas Canonizationum, pax nunquam præſumitur rupta ex noua cauſa, niſi pro-

betur, alias ſemper ex antiqua cauſa fracta cenſetur, *Farin. qu. 107. num. 434. & ſeqq.* vbi licet ex aliorum ſententia dicat, ad probandam nouam cauſam, admitti præſumptiuas probationes, requirit tamen aliquod factum, plene probatum, ex quo noua cauſa præſumi poſſit, vt *nu. 443. & 446.*

Sic etiam ſi conſtat, finem, ob quem mortuus reuocatus fuit ad vitã, vel ægroto reddita ſanitas, non fuiſſe primò, & principaliter, vt reuocatus iterum vita frueretur, vel vt ſanatus ſanitate gauderet, ſed aliquem alium, non tollit rationem miraculi, ſi ſuſcitatus paulo poſt occumbat, vel ſanatus ad eamdem ægritudinem redet. Vt patet in ſupra recenſitis ſuſcitationibus, quæ non amittunt rationem miraculi ex eo quia ſuſcitati paulò poſt occubuerint, quia finis, ob quem rauocati fuerunt ad vitam, non fuit, vt noua vita fruentur, ſed vt ſuper re controuerſa, quæ aliter probari non poterat, teſtimonium ferrent, Et item in ſanatione Diuæ Petronillæ, Cum enim dixiſſet Petrus, expedire ipſius animæ ſaluti, vt qua tenebatur ægritudine laboraret, ad tollendam poſtea ambiguitatem ab illis, qui quaſi dubitauerant, ab ipſo ſanari non poſſe, illam ſurgere iuſſit, & diſcumbentibus miniſtrare, pro vt protinus ſanata ſurrexit, & miniſtrauit; quo completo miniſterio, iuſſit Petrus iterum ad lectum redire, cæpitque febribus, ac grauiori ægritudinis moleſtia conflictari. In omnibus enim actibus primò, & principaliter attendenda eſt cauſa finalis, prout ex ſacræ Theologiæ, Phyloſophiæ, ac Iuris ſcientia peritis, ad ſatietatem more ſuo probat, *Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. limitat. 1.*

SVMMARIVM.

Adam medicinæ ſcientiam habuit, nu. 21.

Deus contra morbos omnes remedia creauit, num. 8. & 14.

Deus ab æterno cuncta præſciuit, num. 11.

Deus poſt hominis peccatum medicinalibus virtutem ademit, num. 22.

Fęcus lapideus in ventre matris inuentus, numer. 19.

Galenus medicinam ad præſentem perfectionem adauxit, num. 27.

Homo niſi peccaſſet, morbos paſſus non fuiſſet num. 5.

Homo in ſtatu Innocentiæ fuiſſet impaſſibilis ex ſpeciali Dei priuilegio, num. 9.

Homo non euadit mortem, licet contra morbos omnes adſint remedia, num. 10.

Homo peccato ſuo non potuit diuinum mutare conſilium, num. 13.

Hypocrates medicinam tertio recuperauit, numer. 26.

Lignum vitæ creauit Deus, licet hominem eo non vſurum præuiderit, num. 12.

Malum phyſicum latius patere non debet, quàm bonum phyſicum, num. 14.

Medicina à peccato an traxit originem, num. 5. & 21.

Medicina extincta in diluuio, qualiter reuixerit, eiusfabuloſi inuentores, num. 25. à Deo creata, num. 28. Experientia acquiſita ibid. nondum totaliter perfecta, n. 29.

Medicis omnes morbi non ſunt noti, num. 16.

Miracula tertij generis quomodo differant à miraculis ſecundi generis, num. 31.

Morbi inſanabiles per ſe, vel per accidens, num. 1. & 3.

Morbi inſanabiles, & incurabiles differunt inter ſe, num. 6.

Morbi ſunt incurabiles non ob defectum naturæ, ſed ob defectum artis, num. 7. & 15.

Morbi noui, & rari, num. 20.

Morbus nouus in vna regione, in alia vetuſtiſſimum, num. 17.

Morbis in aliquibus Medici cæcutiunt, & vacillant, num. 18.

Morbi neceſſariò lethales dantur, num. 32.

Morbi neceſſariò lethales cognoſci non poſſunt, num. 34.

Mortem non euadit homo, licèt contra morbos omnes adſint remedia, num. 10.

Natura non tendit ad deſtructionem, ſed ad conſeruationem, num. 2.

Natura omnia producit ad hominis voluptatem, & vtilitatem, num. 4.

Sanationes quænam non ſint ſecundo generi miraculorum adſcribendæ, num. 30.

Sanatio non inſtantanea hominis ad vltimum ſpiritum redacti, non eſt miraculoſa, n. 33.

Seth in duabus columnis medicinam inſculpſit, num. 23.

CAPVT XI.

Vtrum dentur morbi naturaliter inſanabiles?

MAgna inter Medicinæ Profeſſores eſt controuerſia, vtrum dentur morbi, qui

qui naturalibus remedijs curari nequeāt:
1 Carpanus apud *Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 35.* nihil tam peſtilens, ac contagioſum eſſe vult, nullumque morborum genus extare, cui non ſint à medicis excogitata ſaluberrima remedia; itaut etiam claudis greſſum, cæcis viſum, mutis loquelam, ſtultis, & inſanis integram mentem valeant reſtituere. Cui ſententiæ non pauci ex recenſioribus adhærent, eiuſque ſubſiſtentiam demonſtrare con-
2 tendunt ex hoc, quia inſanabilitas neque prouenire poteſt à natura, quæ non dextructionem, ſed conſeruationem intendit, omniaque tam ad ſalutem, quam ad voluptatem hominum neceſſaria producit. Neque ab Auctore naturæ, quia ſi cōtra omnes morbos remedia non condidiſſet, id vel ob inuidiam, vel ob impotentiam accidiſſet, quod neutrum dicendum eſt.
3 E contra Daniel Sennettus, *oper. medic. tom. 1. tit. de conſens. & diſſens. Chim. cum Galen. cap. 17. de part. medic. ſemiotica*, vult dari morbos, naturaliter, tam per ſe, quam per accidens inſanabiles. Itat morbi de ſe inſanabiles ſint, quorum natura talis eſt, vt nulla arte, vel ope humana ſanari poſſint, in quocumque ſint ægro, & quorum curatorum nullum exemplum vnquam compertum. Per accidens verò inſanabiles ſint, qui in aliquibus ægris ſanantur, vt tamen in hoc, vel illo ægro non curentur, quia quædam accidunt, quæ curam impoſſibilem reddunt.
4 Ad argumentum verò ſupra poſitum aduerſæ partis reſpondit. Etſi in rerum natura omnia, quæ ad vtilitatem, & voluptatem hominis neceſſaria ſunt, extent; Et Deus potuiſſet contra morbos omnes medicamenta creare, nullum tamen inconueniens ſequi, ſi hoc non fecit, quia
5 mors, & morbi ſunt pæna peccati. Niſi enim primi homines peccaſſent, ita conditi erant, vt neque mortem, neque morbos eſſent paſſuri; poſtquam verò peccauerunt, non tantum morbos, ſed & mortem meriti ſunt. Quæ ſententia concordare videtur cum opinione illorum, qui medicinam à peccato originem duxiſſe contendunt, *apud Zacch. quæſt. medicol. lib. 6. tit. 3. quæſt. 2.*
6 Verum vt rem clarius, ſecundum quod ad noſtrum inſtitutū attinet explicemus, diſtinguēda eſt incurabilitas ab inſanabilitate, vt diximus ſupra *par. 3. cap. 8. nu. 31.* Itaut inſanabilitas dicat inhabilitatem intrinſecam potentiæ naturalis, etiam cum auxilio medicamentorum, & artis, recuperandi ſanitatem, prout eſt cæcitas, membrorum ariditas, & ſimiles morbi, in quibus omnis naturalis virtus, & potentia totaliter eſt deperdita, itaut ab huiuſmodi priuatione ad habitum non ſit dare regreſſum. Incurabilitas verò connotet ſolum, vel extrinſecum defectum totius naturæ creatæ, ſcilicet non fuiſſe contra talem morbum à Deo creatum remedium, vel extrinſecam inſufficientiam artis coadiuuandi naturalem potentiam, ad recuperandam ſanitatem.
7 Qua diſtinctione poſita, dicendum eſt, dari quidem plures morbos incurabiles, vt patet experientia, ſed nullum ob defectum naturæ, & medicamentorum, ſed ob defectum artis, quæ hucuſque ad cognitionem omnium morborum, & per quænam remedia curari poſſint non peruenit, vt videbimus inferius. Vndè benè
8 concludit ſuprapoſitum argumentum pro negatiua tenentium. Quod confirmatur ex eo, quia ſi Deus contra tot morbos creauit medicamenta, quorum ſunt plena tot, Galeni, Hipocratis, eorumque ſequacium volumina, non eſt dicendum, contra cæteros remedia non creaſſe; cum non ſit maior ratio de vno potius, quam de alios præſertim cum hucuſque per phyſicam, & coarctatam probationem non conſtet aliquod morbi genus in nullo vnquam ægro fuiſſe ſanatum.

Nec videtur adequata reſponſio Sennerti, Quia licet verum ſit, morbos, & mortem eſſe pænam peccati, & hominem
9 in ſtatu innocentiæ mortem, morboſque non fuiſſe paſſurum [quod non ex eius impaſſibilitate, aut immortalitate prouenisset, ſed ex ſpeciali Dei gratia, *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 13. cap. 24.*] Ex hoc tamen antecedenti, quia homo peccando morbus, & mortem ſibi comparauit, non eſt deducenda conſequentia, ideo Deus contra morbos omnes remedia non creauit, ſed contra aliquos tantum; quia
10 ob remedia contra morbos omnes homo mortem non euaſiſſet, vt patet experientia, cum ex pluribus eodem in ſpecie morbo laborantibus alij conualeſcant, & alij moriantur, vt fatetur idem *Sennert.*
11 Præterea Deus ab æterno cuncta præſciuit, & ideo peccaturum hominem ignorare non potuit *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 11.* & per conſequens de Paradiſo

radiſo voluptatis eijciendum, & prohibendum, comedere de ligno vitæ, de quo ſi comediſſet, in quacumque ſenecta deperditas vires recuperaſſet, *D. Auguſt. de*
12 *Ciuit. Dei lib.* 13. *cap* 20. Et tamen non obſtante huiuſmodi præcognitione, lignum vitæ creauit, quia homo peccato
13 ſuo non potuit diuinum mutare conſilium; nec Deum quod ſtatuerat mutare compellere, *D. Aug. ibid.* Si igitur non obſtante præcognitione peccati, ob quod primi parentes vſu ligni vitæ priuandi erant, nihilominus lignum vitæ creauit; Quare dicendum eſt, non creaſſe remedia contra morbos omnes, etiamſi homo illorum aliquo fortaſſe non eſſet vſurus?

Ad ſatisfaciendum ergo Sennerto, me-
14 lius dicendum eſt, Deum optimum maximum creaſſe quidem, & extare in naturæ compendijs medicamenta contra morbos omnes, nullumque morbum, vel ægritudinem, ob quem, ſeu quam non conſtat naturalem virtutum, & porentiam totaliter eſſe deperdiram, de ſe, vel per accidens eſſe inſanabilem; Alias malum phiſicum latius pareret, quam bonum phiſicum; quod Authoris naturæ dignitati re-
15 pugnat. Sed morbos aliquos ex artis defectu reddi incurabiles, quia non omnia medicamenta hucuſque medicis, & medicinæ innotuerunt, cum ignorantia inter ærumnas, quæ homini ob peccatum acciderunt, enumeretur *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 109. *ar.* 2.

16 Sicuti etiam non ſunt medicis noti omnes morbi, ſiquidem ex Cornelio Celſo *in præfat. poſt med.* refert *Zacut. de Medic. Princ. Hiſt. lib.* 6. *hiſt.* 3. eius ætate mor-
17 bum nouum inſurrexiſſe, quo ex naturalibus partibus carne prolapſa, & arente quidam intra paucas horas expirauit, ſic vt nobiliſſimi Medici, neque genus mali, neque remedium inuenerint. Quem tamen morbum à *Celſo* pro nouo habitum, apud Indos vetuſtiſſimum fuiſſe, ex *Theuero tom.* 1. *Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 2. ſubdit *ibidem Zacut.* vbi & remedium deſcribit.

18 Alia permulta ſunt morborum genera, in quibus vt infrequentibus, & raris, curandis Medici, vel peritiſſimi, *teſte eodem Zacuto*, cæcutiunt, vacillant, & errant: quia temporum viciſſitudine morbos quoſdam in dies, nunquam viſos, in homines graſſari, fidiſſimis auctorum teſtimonijs, & exemplis comprobat in *paraphr. d. hiſt.* 3. *& in commen. hiſt.* 89. *lib.* 2. in-
19 terquæ non leue relatum ex *Thuano lib.* 76. *hiſt. ſuæ* fœminam ætatis 38. annorum, adſtantibus ſignis grauidationis, triennio in lecto decubuiſſe, conqueſtam de vteri duritie, tumore, & alui torminibus, tandem poſt mortem, diſſecto vtero, inuentum fuiſſe fœtum, bene formatis membris, pene lapideum, ita vt oſſa capitis quaſi cornea interlucerent, partes autem internæ, viſcera, cor, cerebrum naturalem habitum ſeruabant, niſi quod vltra modum indurauerant nō tamen vt externę. De quo nouo, & admirando caſu, eiuſque cauſis ſcripſerunt deindè, *Ioannes Alboſius tract. de Embryone* in vtero materno in lapidem conuerſo, & *Simon Prouancherius*, cuius libelli extant cum eo, quem de excutione fœtus viui ex matre, conſcri-
20 pſit *Franciſus Rouſſetus*: Noua item tabes Romæ diuagata, ex qua nullus intactus ab eadem, ſuperſtes remanſit, vt refert *Blond. lib.* 7. *decad.* 2. Scribit pariter *Prorop. lib.* 2. *de Bello Gotorum*, tabem ex fame ingenti ſuo tempore graſſatam, quā comitabantur pallor cutis cum duritie, nigritie, extenuatione ſumma coniunctus, facies ſtupidior, torius, ac furens aſpectus, inſomnium importunum, ſitis inexhauſta, alui ſuppreſſio omnimoda, quare malo præuincente tandem viribus exanimes è vita migrabant. At inter varios nouos morbos, quos ex varijs authoribus refert *Langius lib.* 2. *epiſt.* 13. vnum mirabile genus, deſcriptum à *Thuano hiſt.* 72. *& à Ioanne Beueronicio par.* 3. *ideæ medicinæ veterum*, *cap.* 5. & ab Italis vertecinum dictum, in oriente primum, poſtcà in ſeptentrione peruagatum, apud ipſos, incognita initio remediorum ratione, multos afflixiſſe, notat *ibidem Zacut.* Cuius ægritudinis genus non erat, *inquit* tam mortifera vi timendum, quam progreſſu, & celeritate, qua proxima quæque loca ſerpente contagione complectebatur, admirabile. Primò inferiorem morbus ſpinam horrore plerumque occupabat, deinde horrori grauedo capitis, & languor membra eorum, quos corripiebat, reſoluens, ſuccedebat, corpori in primis grauis. Quibus vero intra quartum, quintumue diem malum non deceſſiſſet, in febrim degenerans eos interimebat, læthale fere ijs, qui medicamentis purgantibus, aut venæ ſectione corpus macerabant, quæ vtraque difficiliorem reſpirationem efficiebant, illa quod humo-

rem

rem omnem à capite ad pectus trahebant
hæc quia præterquam quod corpus refri-
geraret, etiam vites debilitabat, quibus
ad reſpirarionem, & vim morbi ſuperan-
dam validis opus erat. *hæc Zacutus*, apud
quem *in paraphr. ad hiſt.* 89. videre eſt,
nonnullos morbos *Galeno*, *&* *Hipocrati*
nou fuiſſe cognitos,

21 Medicinam vero ex peccato, à quo in-
temperautia morborum cauſa, non ema-
naſſe, conuinci putat *Zach. quaſt. medicol.*
lib.6.tit. 3. quaſt.4. ex eo, quod Adam an-
tequam peccaret, medicinæ ſcieutiam ha-
buerit, prout inſinuatur *Gen.* 2. 19. ibi
omne enim, quod vocauit Adam animæ
viuentis, ipſum eſt nomen eius, appella-
uitque Adam nomiuibus ſuis cuncta ani-
mautia, & vniuerſa volatilia Cæli, & om-
nes beſtias terræ. Nihil aliud autem eſſe
illud, omue, quod vocauit, ipſum eſt no-
meu eius, niſi quod Adam vocauerit om-
nia, omuibuſque nomina impoſuerit ſe-
cundum propriam virtutem, à Deo illis
attributam, & ſecundum proprietates,
quas à Deo ſortita erant, *Valleſ. in lib. de*
22 *Sacr. Phyloſ. cap.* 3. Neque dicendum, Deū
poſt peccatum virtutes, & proprietates
viuentibus tribuiſſe, quiuimo potius in
pænam peccati dempſiſſe, vt patet ex cæ-
teris erumnis, quæ peccatum ſunt conſe-
quutæ. Ex quibus iufert, quod ſi antè pec-
catnm inerat in ſingulis rebus ſua proptia
virtus, qua poterant homiui prodeſſe, &
Adam antè peccatum fuit omni naturali
ſcientia, & ſapientia diuina inſtructus, vt
probat *D. Thom.* 1. *p. qu.* 94. *ar.* 3. per con-
ſequens medicinam fuit edoctus, & me-
dicina non emanauit ex peccato, ſed fuit
antè peccatum.

Quod quidem vanum, & anile argu-
mentum à medicis ad defenſam mediciuæ
contra illam vituperantes adductum, *re-
petitur à Reies Franco loco mox citando*, qui
23 medicinalem ſcientiam ex Adami reuela-
tione ad poſteros hæreditario quodam
iure defluxiſſe, eiuſqne filium Seth, cum
intellexiſſet, fore, vt hæc pulcherrima
mundi machina, aquarum, aut ignis, in-
undatione, vel incendio peſſumiret, ne
naturalium, cæleſtium rerum doctrina ob-
literaretur, hieroglificis litteris, quæ aui-
malium erant effigies, inſculpta axioma-
ta duabus columnis, altera ex lapidibus,
vt aquæ, altera ex latere coctili, vt igni
reſiſterent, compacta incluſiſſe. Cum ve-
rò poſtmodum ob temporum iniurlam, &
hominum deſidiam, ſacordiam, & ſtupi-
ditatem aboleuiſſent, & huiuſmodi me-
dicinalis ſcientia, ſeu traditio extincta re-
manſiſſet *Reies Franc. in Eliſ. iucund. quaſt.*
24 *campo qu.3.num.2.* mirabiliter iterum re-
uixit. Etenim poſtmodum iucreſcentibus
morbis, illius vſus, & neceſſitas animad-
uerſa eſt, & deſiderata, quo factum, vt
ingeuioſi homines, ac ſolertes eandem,
iu naturæ ſinu latitantem, reuocauerit in
25 lucem, & ad priſtinum reduxerint ſpleu-
dorem, omuibus tamen tunc artem nouā
credentibus, & ab Apolline, vel Eſcu-
lapio, ſiuè Mercurio, Oſiri, Api, Tito,
Cadmo, Arabo, Macaone, Chirone,
Centauro, aut Podalirio repertam pluri-
bus diuerſimode confabulantibus, *Reies
Franco d. qu.3. num.3.* Mox etiam deficien-
tibus ingenijs iu re tam ardua neceſſarijs,
iterum per quiugentos fere annos abſcō-
dita fuit, & ab hominum memoria penè
26 deleta, donec *Hipocrates* ſupra hominum
captum ſcientiſſimus, & rerum naturæ
acerrimus iudagator, ac explanator vber-
rimus, notitiam medicinæ ſecundò, vel
tertiò iam iam repullulantis hominibus
adduxit, & ab illorum memoria fugien-
tem reuocauit, ad ſapientiæ ſtudium con-
iunxit, rudem perpoliuit, indigeſtam di-
geſſit, obſcuram declarauit, & morbo-
rum innumeris auxilijs locupleratam di-
miſit, primuſque omnium doctrinam
aphoriſtria breuitate conciſam, experien-
tia comprobatam, ratione, & veritate
ſtabiliram poſteritati fruendam tradidit,
quem ſecuti ſunt profeſſores non pauci,
27 qui tamen omnes nec numerum, nec ar-
tem impleuiſſe viſi ſunt, donec *Galenus*
egregio, ac diuino pene ingenio ad eum,
quem nunc obtinuit, ſplendorem dedu-
cta, ac reuocata medicina eſt, *Reies Fran-
co dicta qu.3. nu.3. & 4.*

28 Porrò licet verè à Deo creata ſit medi-
ciua *Eccleſ. 38. verſ. 2. & ſeq.* hoc eſt, ars
applicaudi actiua paſſiuis, eam tamen,
magiſtra experientia, quodam veluti ſili-
ce abſconditam excuſſerunt homines, ſci-
licet obſeruatione ducti, pleraque inue-
nerunt, non pauca animalium oſtendit in-
duſtria, à quibus edocti, multorum re-
perta eſt notitia, plantarum cognita na-
tura, crebreſque artis operationes adeptę,
accedente poſtea ratione, quæ probaret
inuenta, & firmā exindè ſcientiæ normam
ſtabilitet, *Reies Franco d. qu. 3. num.5. &*
29 *ſeqq.* ex quibus hoc inferre licet, medi-
cinam

einam nondum poſſe dici perfectam,quia
non conſtat, omnium naturalium corpo-
rum virtutem experientia probatam. Et
per conſequens incurabilitatem morborũ
medicinæ defectui, non autem naturæ in-
ſufficientiæ tribuendam.

Poſito igitur pro indubitabili ex ſupra-
dictis, non dari morbos naturaliter inſa-
30 nabiles, ſequitur per neceſſe ſanationem
cuiuſlibet ægritudinis,affectionis,& mor-
bi, in quibus non conctat de totali natu-
ralis virtutis, & potentiæ priuatione, ad-
ſcribendam non eſſe miraculo ſecundi
generis, iuxta ſententiam omnium de ma-
31 teria ſcribentium, ſiquidem omnes mi-
racula ſecundi à miraculis tertij generis
diſtinguunt in hoc, quod miraculum ter-
tij generis ſit, quando fit aliquid, quod
naturaliter fieri poteſt, ſed non eodem
modo, vel ordine, vt quando quis à fe-
bri diuina virtute in inſtanti ſanatur. Mi-
raculum verò ſecundi generis ſit, quando
fit aliquid, quod item fieri poteſt à natu-
ra, ſed non in tali ſubiecto, ſicuti reſur-
rectio mortui & illuminatio cæci. *Trol.
Maluet. de Canon. Sanct. dub. 3. num. 25.
Iacob. Caſtellan. eod. tract. qu. 6. principa-
li, in fin.* Quem ſecuti ſunt omnes de hu-
iuſmodi materia ſcribentes.

Quod facit contra illos, qui tam de
facili ſecũdo generi miracula adſcribunt,
Quando enim non conſtat euidenter de
naturali priuatione virtutis, & potentiæ
naturalis, à qua non ſit ad habitum dare
regreſſum, non ſunt miracula in ſecundo
genere collocanda, Alioquin peruerteretur
ordo, & confundentur miraculorum ſpe-
cies, & genera.

32 Alia ſupereſt difficultas, ſcilicet vtrum
dentur morbi neceſſariò læthales, iuxta
doctrinam *Sennert. Inſtit. medicin. lib. 2. p. 1.
cap. 11. ſub tit. de Accidentalibus*, vbi lætha-
les morbos ſimpliter dicit, qui ægrum ad
mortem deducunt, Taleſque ſint omnes,
qui ex cauſis potentibus excitantur, vt
nulla vi à natura expugnari poſſint, & qui
partium ſubſtantiam, temperiem, reli-
quamque conſtitutionem euertunt, ſpiri-
tuſque ita diſſipant, aut ſuffocant, vt na-
tura nullum amplius inſtrumentum ha-
beat, quo ſeſe defendere, atque in pri-
ſtinum ſtatum redire poſſit. Et dicendum
videtur affirmatiue neceſſitate conſequen-
ti, cum enim homo ſit mortalis, & tan-
dem aliquando mori debeat, ad eum ſta-
tum deuenire neceſſe habet, in quo natu-
ra totaliter oppreſſa, amplius ſe defende-
re, & ad priſtinum ſtatum redire non va-
leat. In quo non videtur hæſitandum; ſed
exinde duplex emergit dubium. Primo
ſcilicet, ſi homo ad vltimum huiuſmodi
ſpiritum redactus, priſtinam recuperaret
33 ſanitatem, non tamen inſtantaneè,an dici
poſſet miraculosè ſanatus? Ad quod reſ-
pondetur negatiue, ad tradita *à Reies Frã-
co in Eliſ. Iucund. quæſt. camp. qu. 3. num. 11.
§. Hac itaque.* Secundo vtrum naturaliter,
vel per artem cognoſci poſſit hominem ad
eum ſtatum deueniſſe, vt natura nullum
amplius inſtrumentum, vel auxilium, in-
trinſecum, vel extrinſecum habeat, quo
ſeſe defendere, atque in priſtinum ſtatum
redire poſſit? Ad quod reſpondetur pari-
34 ter negatiuè, ſi agitur de concludenti co-
gnitione, licet probabiliter non ignorari
poſſit, *Celſ. lib. 2. cap. 6.* ibi, Vir iure magni
nominis Democritus nec finitæ quidem
vitæ ſatis certas notas eſſe propoſuit, qui-
bus medici crediciſſent; & patet exem-
plis allatis *à Schench. Marcell. Donat. &
Horſt. apud Res Franc. loc. cit.* vbi *ex Euſe-
bio* hiſtoriam refert de puella mortua cre-
dita, ad pluuiam excitata, in qua ſcintil-
la vitalis auræ, quæ medicos latuerat, ca-
dente rore reuixit. Et ex *Guill. Fabr. cent.
2. obſeruation. Chiru. 95.* de Matrona nobili
mortua credita, & funerata, cum eadem
funeris nocte Veſpertillones, vt annulo
magni pretij eidem in digito relicto poti-
rentur; ſepulchrum recluſiſſent, mulier
ad ſe redierat, & ad illorum ingreſſum à
pheretro ſurgere, & loqui cæpit. Quo fa-
ctum eſt, vt præ metu territi, relicta etiã
face, qua data porta, dicto citius fugerent
mulier verò accepto funali, eoſdem inſe-
ques in propriam domum ſe recepit, & à
marito recognita, attonito tamen reci-
pitur.

SVMMARIVM.

Aſtra in excitandis morbis, iiſque mutandis plurimum poſſunt, num. 16.
Medicina ars difficilima, & periculoſa, nu. 1.
Medicinalium rerum plura nomina à Medicis non intellecta, num. 7.
Medicina ſubiectum eſt corpus humanum, num. 17.
Medicorum celebrium errores, num. 2.
Medicorum diuerſitas in medendo, num. 5.
Medici inter ſe ſe ferè in omnibus diſſentiunt, num. 6.

Medi-

Medicorum iuditio plura tribuunt leges, & Iuriſconſulti, num. 9.
Medicorum requiſita ad hoc, vt eorum iudicio ſtandum ſit, num. 10.
Medicorum ſcientia, & peritia probanda per teſtes, num. 22.
Medicorum abſentium iudicio an ſtandum ſit, num. 25.
Medicus ad hoc vt perfectus dicatur, quanam requirantur, num. 10.
Medicus quarum linguarum peritiam habere debeat, num. 11.
Medicus omnium ſcientiarum peritiam habere debet, num. 13.
Medicus abſens plus ſcire non poteſt pro indicando facto miraculoſo, quam pro medendo ægroto, num. 26.
Medicus abſens morbis acutis mederi non poteſt, num. 27.
Medicus abſens ex ſibi relatis ab alijs perfectam informationem habere non poteſt, num. 28.
Medicus abſens magnis morbis mederi non poteſt, num. 31.
Medicus abſens de facto miraculoſo indicare nequit, num. 32.
Medici abſentes quibus morbis mederi poſſint, num. 33., & 34.
Medici conſulentes poſt tres, vel quatuor dies, decipiuntur, num. 30.
Medici de quibus ſanationibus miraculoſis in abſentia poſſint dare indicium, num. 35.
Medici quandoque pro ſalubri lethalem dant potionem, num. 12.
Medici totius naturalis philoſophiæ, & omnium naturalium rerum perfectam notitiam habere tenentur, num. 14.
Medici omnium partium mathematicæ notitiam habere debent, num. 15.
Medici corporis humani, ac omnium eius partium, ſingularumque vſus notitiam habere tenentur, num. 19.
Medici qui Medicorum nomen non merentur, num. 20.
Medici imperiti ægrotos iudicant inſanabiles, num. 21.
Morborum infinita multitudo, num. 4.
Morborum plurium nomina à Medicis non intellecta, num. 7.
Morbis acutis mederi non poteſt medicus abſens, num. 27.
Mulieres grauidæ pro hydropicis curatæ, num. 3.
Peritia non præſumitur, ſed probari debet, num. 23. & quot teſtibus, num. 24.
Pauca conſiderantes, falluntur, num. 29.
Qui ad pauca reſpiciunt, de facili decipiuntur, num. 29.
Sanationes eſſe miraculoſas, non poteſt dari certitudo, num. 8.
Sanitatis definitio, num. 18.
Scientia non præſumitur, ſed probari debet, num. 23. & quot teſtibus, num. 24.

CAPVT XII.

Vtrum in definiendis ſanationum miraculis, ſtandum ſit Medicorum iudicio?

1 QVam difficillima, quamque abdititiſſima in arte, mille hallucinationibus, ac dubijs perplexitatibus obnoxia, verſentur Medici, notat *Gaſpar à Reies Franco in Eliſio iucundarum quæſtionum campo quæſt. 67. num. 24.* ſubdens ex *Celſo*, nihil in arte Medica adeò certum eſſe, quam nil certum. Quod repetit *quæſt. 71.*
2 *num. 16.* Propterea celeberrimos Medicæ profeſſionis authores, & præcipuos duces erraſſe, refert *quæſt. 20. num. 5.* Inter quos eſt Galenus Medicorum Princeps, qui in ſeipſo ægrotante deceptus fuit, vt fatetur ipſemet *2. de loc. cap. 5.* qui pariter alterius hominis morbum, nec à ſe, neque à ſuis Præceptoribus intellectum, apertè ſcribere non dubitauit. Alios item Medicinæ veluti Phænices palam, & ſine rubore proprios errores faſſos fuiſſe; notat idem *Reies Franco*: videlicet, *Auicenn. l. 4. tract. 4. cap. 22. Auenz. lib. 1. tract. 15. cap. 13. & lib. 2. tract. 5. c. 13. Arethe lib. 4. Chron. cap. 1. Alſarhau. lib. 31. pract. ſect. cap. 15.*
3 Inter quos Medicorum errores non leues ſunt eorum, qui grauidas mulieres pro hydropicis curarunt; vt ex *Auguſt. Toner.* narrat idem *Reies Franco quæſt. 49. nu. 16.* Quod & Romæ nouiſſimè accidit in perſona cuiuſdam Matronæ nobilis, quam vix concepto fœtu marito viduatam, plures Medici, & quidem ex celebrioribus, facta ſimul conſultatione, hydropicam iudicarunt, cum tamen vix finito eorum congreſſu, filium peperit. Quam quidem artis Medicæ perplexitatem confirmat medicinæ inſtitutor *Hipocrates in princ. apher.* dicens, Ars longa vita breuis, occaſio præceps, experimentum fallax, iudicium difficile. Videatur *Ioannes Baptiſta Montanus comment. in Aphor. 14. ſect.* vbi, Ego, *inquit*, vt ingenuè fatear, pro-

fitebar me Doctorem, & vix tandem ſenex agnoui, quid eſſet calor naturalis.

4 Augetur medicinæ difficultas ex infinita morborum multitudine, & diuerſitate, *Plin. lib.7. cap.51.* Quæ ex hoc vno conijci poteſt, quod in oculo, omnium membrorum minimò, duodecim ſupra centum morbos, ſiuè affectus diſtinguat *Galenus*, ſiue quiſquis is fuit, *in lib. cui tit. Introductio, ſiue Medicus*. Et Seneca ad *Lucill. epiſt. 95.* innumerabilia ſcribit eſſe febrium genera, atque innumerabiles item alios morbos. Et per conſequens fallaces ſunt morborum notæ, ſiue coloris habitum ſpectes, ſiue lotij ſigna rimeris, ſiue pulſus harmoniam obſerues.

5 Medicinæ perplexitatem ſequitur Medicorum diuerſitas in medendo; alijs logicen, hoc eſt, rationalem, alijs empiricen, ideſt, per experientiam, & alijs methodicen profitentibus. Omnibus autem tot, tantaſque rationes, ad ſuas quibuſque partes tuendas, vt quibus victoria potius danda ſit, neſcias *Tiraq. de nobil. cap. 31. num. 442.*

6 Diſſentientibus præterea Medicis inter ſeſe, ferè in omnibus, vt videre eſt apud *Zacut. de Medic. Princ. Hiſtor. tom. 1. per tot.* Tum circa morborum cauſas. *Zacut loc. cit. lib. 1. dub. 11.* vbi num bilioſus humor epilepſiæ cauſa ſit, contra Lupcum Cureleanum Medicum eruditiſſimum. Num intemperies calida, & ſicca poſſit eſſe immediata cauſa paralyſis, contra Mercurialem *d. lib. 1. dub. 26.* Num vera cordis palpitatio à craſſo, flatuoſoque ſpiritu, vt voluit Galenus, & non à calida intemperie ortum ducat, contra communem Medicorum ſententiam *lib. 2. quæſt. 31.* Tum circa morborum naturam, *d. lib. 2. quæſt. 15.* Vbi quod exquiſitæ pleuritidis febris aliquando ſit diaria, intermittens, aut nulla. Et quod detur diaria febris, putrida peſtilens, & contagioſa, contra Peredam, & Brauum Petrafitanum Medicos doctiſſimos *lib. 1. quæſt. 15.* Tum circa morborum qualitates *d. lib. 1. dub. 39.*, vbi, num recidiua ſit peior radice? & vtrum febris maligna, aut peſtilens, intermittens eſſe poſſit, *dicto lib. 1. dub. 54.* Tum circa morborum ſigna, *dicto lib. 1. dub. 27.*, vbi, num certis ſignis pars, pręfrigore emortua, á paralyſi diſtinguatur? Et vtrum ſanguinis fluxus è naribus morbos indicare poſſit, contra Fernelium *dicto lib. 1. quæſt. 34.*, *& lib. 4. quæſt. 6.* Tum demùm circa febrium diſtinctiones, *lib. 4. quæſt. 31.* & circa pulſuum differentias *lib. 5. quæſt. 39.* Videatur de Medicorum contentionibus apud *Petrum Briſsottum*, *& Andream Turinum. Et in Epiſtola Ioannis Manardi, quæ prima eſt lib. 14. Epiſt. Medicin.* Quas quidem contentiones fruſtra concordare niſi ſunt *Petrus Aponenſis*, in illo magno opere, quod ex re conciliatorem vocat, & *Hieronymus Cardanus*, in libris contradicentium Medicorum.

7 Ad hæc infinita ſunt propè nomina morborum, rerumque Medicarum, apud *Galenum* in antiqua traditione, qua multi nunc etiam vtuntur Medici, apud *Auicennam*, & alios huius artis celeberrimos ſcriptores, malè intellecta, peius tradita, & peſſimè vſurpata, in quibus Medici hallucinantur, aliud pro alio vſurpantes, vt notat *Tiraquell. de nobilit. cap. 31. à nu. 447. vſque ad num. 464.*, vbi plura adducit exempla, *& à num. 465. vſque ad 476.* vbi plures, *Auicennæ*, *Rhaſis*, & aliorum notat errores.

8 Quibus attentis, etiam ex hoc capite non videtur contemnendus *Bartholomæus Sibilla*, qui in Speculo Peregrinarum quæſtionum, *Decad. 3. cap. 8. quæſt. 5. antè med.* hoc à mortalibus incompræhenſibile exiſtimat, quænam ſanationes ſint miraculo adſcribendæ, cum difficillima in eis quandoque diſcretio ſit, quæ ex conſideratione circumſtantiarum, loci, temporis, opportunitatis, modi faciendi, qualitatis factorum, &c. haberi nequit.

9 His tamen non obſtantibus, pro affirmatiua ſtant Iuris conſulti, & leges noſtræ, tàm ciuiles, quàm canonicæ, quæ in multis ſe remittunt Medicorum iudicio. Videlicet, An ſeptimo menſe poſſit edi partus vitalis? *l. ſeptimo menſe*, quæ tamen de Hippocrate loquitur, *ff. de Stat. homin.* An vulnus fuerit, vel ſit læthale, nec ne? *cap. ſignificaſti, il 2. de homicid.* Vtrum militis mala valetudo ſit eiuſmodi, ob quam veniat à militia dimittendus? *l. ſemel*, ibi, *Medicis denunciantibus C. de re mil. lib. 12.* Vtrum quis ex vulnere, vel ex febre, quæ ſuperuenerit, mortuus ſit. *Specul. tit. de homicid. §. 1. verſ. Pone A vulnerauit, & verſ. An mortuus, Card. poſt Mattheſ. in Clem. 1. & ibi etiam Imol. de homicid. Florian. in l. ait lex ff. ad l. Aquil.* Vtrum ægrotus ſit ſanè, & integræ mentis, vt hinc ſciatur, an teſtari poſſit. *Cin. in l. ſenium C. de teſtam.*, *Bartol.*, *& Bald. in l. 2. ff. eod.*

ff. eod. Vtrum morbus ex priori cauſa re-
dierit, an verò ex noua. *Abb. in cap. preſ-
byterum de homicid.* Et generaliter in his
omnibus, quæ ad medicinam pertinent.
*Specul. tit. de probat. par. 2. §. vlt. verſ. hoc
quoque notandum. Bartol. in proh. ff. &
in l. 4. ff. de ven. inſpic. Boer deciſ. 223.
num. 21. Rosa coram Ludouiſ. deciſ. 125.
num. 9.*

10 Quæ tamen limitanda videntur, vt in
Medicis peritioribus, ac ſenioribus locum
habeant, non ſic in iunioribus, quibus
non eſſe fidendum, teſtatur *Galen. 5. Meth.*
7. Et fortaſſe neque in omnibus ſeniori-
bus, cum longæuam hominis vitam ad
medicinam percipiendam vix ſufficere,
tradat *Hippocrates* apud *Reies Franco in
Eliſ. iucund. quaſt. campo, quaſt. 21. num.*
11. Pro quo.

11 Notandum eſt, ad perficiendum Me-
dicumnon pauca requiri. Et primò qui-
dem plurium linguarum peritiam; non
latinæ tantùm, quæ omnium eruditorum
hodie communis eſt; verùm etiam græcæ,
cum vetuſtiorum Medicorum volumina
græca lingua conſcripta fuerint, ſcilicet;
Hippocratis, Theophraſti, Dioſcoridis,
Galeni, Aretæi, Ruffi Epheſij, Pauli Egi-
netæ, Oribaſij, Aetij, Alexandri, Tralliа-
ni, Theophili, Philareti, Actuarij, Nicolai
Myrepſi. Atque item Arabicæ; qua lin-
gua ſcripſerunt Auicenna, Rhaſis, Auer-
rhoes, Auenzoar, Meſues, Serapio, Al-
zaharauius, Hali Abbas. Quorum omniũ
tàm Græcorum, quàm Arabum Medico-
rum ſcripta, latinitate donata, non ità
clara ſunt, vt in eorum originalibus.
*Sennert. in meth. diſcen. medicin. tom. 1. fol.
mihi* 173. Hinc, vt diximus ſupra, infinita
propè morborum, ac rerum Medicarum
nomina, ab ijſdem celeberrimis huius
artis ſcriptoribus malè intellecta, peius
12 tradita, peſſimè vſurpata, in quibus in-
ferioris nominis Medici hallucinantur, &
aliud pro alio vſurpantes, ſæpè mortife-
ram dant pro ſalubri potionem, vt pluri-
bus exemplis exornat *Tiraq. de nobil. cap.
31. num. 447. & plurib. ſeqq.*

13 Poſt linguarum peritiam, in omnibus
penè ſcientijs verſatum eſſe debere Me-
dicum, vult *Hieron. Montan. in eo libro,
cui titulus, De his, quæ ad rationalis Medici
diſciplinam, munus, laudes, conſilia, &
præmia pertinent.* Vbi pluribus oſtendit,
Medicum omnes Philoſophiæ partes
Grammaticam, Poeticam, Logicam,
Rhetoricam, Mathematicam, Arithme-
ticam, Geometriam, Coſmographiam,
Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam,
Phyſicam, Methaphiſicam; cum notitia
Hiſtoriarum perluſtraſſe teneri. Cui con-
cordat *Iuſtus Velſius Haganus in oratione,
cui titulum fecit, vtrum in Medico varia-
rum artium, & ſcientiarum cognitio requi-
ratur? Et Tiraquell. in tract. de nobilit.
cap. 31. à num. 73.* vbi pariter omnium
doctrinarum conſortio medicam faculta-
tem eſſe perfectam.

14 At inter cæteras omnes diſciplinas na-
turalis Philoſophiæ claram, & perfectam
oportet Medicum habere notitiam. Nem-
pè de rerum naturalium principijs, ſeu de
natura, & cauſis, de decem prædicamen-
tis tàm in genere, quàm in ſpecie, de cęlo,
ſtellis, & ſyderibus; de elementis, tum
vt corpora ſimplicia, tum vt cauſæ, quæ
Mundi huius molem conſtituunt, deque
horum temperamento, actione, & paſ-
ſione, necnon generatione, & corruptio-
ne; de meteoris in genere, & in ſpecie;
de ventis, eorumque generatione, natura,
qualitatibus, & effectibus; de aquarum,
& fontium origine, ſalubritate, & inſalu-
britate; De mineralibus, metallis, lapi-
dibus, gemmis, deque omnibus corpori-
bus, animatis, & inanimatis, vegetabili-
bus, arboribus, planctis, herbis, &
ſeminibus, in genere, & in ſpecie; de
ſpontè naſcentibus, eorumque natura, &
qualitatibus, de rebus chimicis, earumq;
principijs, ac mixtione; de omnibus de-
mùm animalibus, in genere, & in ſpecie,
eorumque ſingulis partibus, atq, illarum
virtute, facultate, ac potentia, de quibus
omnibus latè *Sennert. per diſtincta capita,
oper. medicin. tom. 1. per tot.*

15 E Mathematicis autem in Aſtronomia,
Aſtrologia, & Optica potiſſimum decet
eſſe peritum. Aſtronomiæ quidem com-
paranda eſt cognitio propter Aſtrolo-
giam illam, quę quales in morborum ge-
neratione, ac mutatione vices habeant
16 aſtra, demonſtrat. Conſtat enim expe-
rientia, in morbis, non tantum epidemi-
cis excitandis, ſed & in alijs mutandis,
aſtra plurimum poſſe, *Sennert. in meth.
diſcen. medicin. tom. 1. fol. mihi* 173. Quar-
tanas enim cum æquinoctio autumnali in-
cipere, cum verno deſinere. Et alios item
morbos ſequi motum ſolis; Criſeſque
contingere ſecundum lunæ motum, &
aſpectum, *Sennert. loc. cit.* Opticæ verò

propter Simptomata, quę circa læſam viſionem accidunt; quia cæteroqui ſine Opticæ cognitione nulla huiuſmodi Simptomatum certa cauſa, ſeu ratio reddi poteſt, *Sennert. loc. cit.*

Quod ad ipſam medicinalem ſcientiam attinet, non tantum medicinæ naturam, ſed omnes eius partes tam integrales, quam poteſtatiuas plene, & ad vnguem poſſidere tenetur, de quibus quidem partibus late *Sennert. Inſtit. medic.*
17 *lib. 1. cap. & 2.* Cumque medicinæ ſubiectum ſit corpus humanum, & finis ſit hominis ſanitas, quæ cęteroqui definitur, naturalis omnium partium conſtitutio,
18 *Galen. de differ. morb. cap. 2.* ſeu corporis humani ens, quæ ſecundum naturam ſunt, actiones exercendi potentia, à partium omnium naturali conſtitutione proueniens, *Sennert. Inſtit. medicin. lib. 1.*
19 *cap. 3.* neceſſe eſt, vt corporis humani, omniumque eius partium, animæque facultatum, & hinc dependentium operationum, vſuumque, & actionum, exactam notitiam ex anatomica ſectione ſibi comparet, *Sennert. in Meth. diſcen. medicin. tom. 1. fol. mihi 173.* neque ſufficit, corporis partes, & earum ſtructuram, cognitas habere; ſed requiritur vlterius, vt non ignoret, qui ſingularum partium vſus, & quas actiones, quaue ratione anima rationalis ſingulas partes perficiat. *Sennert. loc. cit.*

20 Ex quibus colligi poteſt, quid dicendum de iudicio medicorum, qui Grammaticæ fines vix egreſſi, illibata poetica, logicæ tactis liminibus, Phyſica à longe proſpecta, inſalutata metaphiſica, vaſtam medicinæ prouinciam infra modicum luſtrantes, ſumpta laurea poſt paucos practicæ menſes medici nuncupari prætendunt, quibus ſi ſpatioſam veſtem, ſi cultum ornatum, & anulum detrahas, idem accidet quod Cumano leoni, qui pelle ſua nudatus apparuit aſinus, *Reies Franco in elis. iucund. quæſt. campo qu. 5. num.*
21 4. Hi enim ob imperitiam, morborum ſæuitia deterriti, inſanabiles ægrotos omninò reputant, iudicantque artis terminos iam tranſiſſe, proindeque nullum aliud, quam ſequens remedium pręſcribunt. Rec. Tabellionem vnum, teſtes numero ſeptem, adde ſacerdotem cum aqua, & oleo benedicto, & diſpone domui tuæ, quia morieris, *Agrippa lib. de vanitate ſcient. cap. 83.* Medici enim, quibus vitam non potuerunt largiri, facilem exitum præſtant. *Seneca. lib. 1. de ira, cap. 6.*

Quod quidem iudicium tanto magis reſpuendum eſt, ſi agatur de medicis non laureatis, ſed approbatis tantum à Prothomedico, qui per Oppida, & Caſtella mittuntur ad lucrandum ſalarium.

22 Propterea vera praxis eſſet, vt quando examinantur Medici, aut alij periti ſuper ſanationibus, aut alij factis, ex quibus enucleanda ſunt miracula, reciperentur teſtes, qui de eorum doctrina, & peritia teſtarentur, cum ratione, & cauſa ſcientiæ, vti conſueuit in criminalibus, non ſolum ad rei defenſam, quando agitur de probando, vulneratum non ex percuſſione, ſed ob malum regimen obijſſe, verum etiam in proceſſibus informatiuis ad
23 probandam mortem ex vulnere. Cum enim Scientia, & Peritia non ſit qualitas inſita à natura, ab allegante probanda eſt,
24 *Farinacc. qu. 98. num. 139.* vbi in eius probatione quindecim teſtes requirit *per text. in l. vnicuique C. de prox. ſacr. Suin. lib. 12.* quod tamen extra materiam de qua tractat, ſcilicet de minuenda pæna delinquenti, ob inſignem peritiam, non videtur habere locum, quia cæteroqui in qualibet cauſa tam prophana, quàm ſpirituali duo teſtes ſufficiunt ad perfectam probationem inducendam. *cap. in omni negotio & cap. licet vniuerſis de teſtib. l. vbi numerus ff. eod. & cap. ſi quis teſtes §. vbi 4. quæſt. 3. cum. concord.*

25 Supereſt etiam difficultas circa iudicium medicorum abſentium; licet enim *Felix Contelor. de Canon. Sanct. cap. 18. n. 12.* afferat indefinite miraculum probari poſſe non ſolum per teſtes, qui fuerunt præſentes miraculo, ſed etiam per duos peritos, e. g. Medicos, vel Chirurgos, qui miraculo non fuerunt præſentes, ſed perſpectis omnibus facti circumſtantijs, de quibus teſtes deponunt, concludant, ſanationem, vel factum non potuiſſe fieri ex cauſa naturali, & in neceſſariam conſequentiam cenſeant, miraculo eſſe adſcribendum, *Ancha conſ. 330. num. 6. Cald. conſ. 136. num. 4. verſic. & ſi dicitur & conſ. 237. antè medium verſic. alia lex lib. 2. Clar. in §. homicidium nu. 43.* ſubdens, ita concluſum fuiſſe in *relat. Sanctæ Franciſcæ, Sancti Caroli, Sancti Ignatij, & Sancti Thomæ Archiepiſcopi Valentini.* Videtur tamen eius ſententia cum diſtinctione intelligenda.

Cer-

26 Certum eſt enim, non plus ſcire poſſe
Medicum abſentem pro iudicando facto
miraculoſo, quam pro curando ægroto.
27 Vtrum autem medico poſſibile ſit abſen-
tem ægrotum curare? Reſpondet cum
diſtinctione *Reies Franco in Eliſio iucund.
quaſt. campo quaſt.* 10. quod ſi videlicet
agatur de morbis acutis, & celerrimis,
qui ingent:s mutationes breui tempore
ſubeunt, & in eodem ſtatu nunquam
permanent, difficilem eſſe prædictionem
28 *Hipocr. 2. Aphor.* 19. Præſertim quia quæ
medico referuntur, ad perfectam infor-
mationem aliquando non ſufficiunt, vt
29 non immeritò dixerit Ariſtoteles, quod
ij, qui ad pauca reſpiciunt, facile fallun-
tur; aliquando ſuperfluis neceſſaria im-
plicantur, & ab his, qui medici non ſunt,
confusè admodum narrantur, & fortaſſis
aliqua, quæ ad optimum iudicium facien-
dum requirebantur, omittuntur. Con-
cordat *Galen.* qui 4. *Meth.* 5. *&* 3. *Meth.*
1. de indicationibus agens, quæ ad mor-
bos curandos neceſſariæ ſunt, à nullo
eorum, quæ adhuc non permanent, ſu-
mi, poſſe, dicit, vt ex vſu remedium
adhibeatur; Et cum accidere poſſit, vt
modo hac ſtante indicatione, ſtatim alia,
quæ aliter indicet, adueniat, illud, quod
iam de prima indicatum eſt, iam nihil
valet, cum indicatio non de præterito,
aut futuro, ſed de præſenti tantum eſſe
30 debeat. Qua poſita veritate, multorum
medicorum vanitatem ridet idem *Reies
Franco loc. cit.* dum conſulunt, quid ſit
faciendum poſt tres, vel quatuor dies,
aut in ſequentem diem remedia ordinant,
cum ſæpe poſt horam omnia varientur in-
31 dicantia. Qua de cauſa *Galenus* abſen-
tem medicum in magnis morbis bene
mederi non poſſe affirmabat; & cum à
Cæciliano amico rogaretur, vt filio ſuo
adeſſe, adiuuareque vellet, grauate id
,, fecit: Cum enim, *inquit*, puerum hunc
» nunquam viderim, nec à principio qualis
» ipſius natura fuerit, qualiſque ob ægritu-
» nem ſit cognouerim, ſed à vobis tantum
» epilepticis acceſſionibus corripi audiue-
32 rim, facile decipi poſſem. In his igitur
morbis ſi medicus abſens pro curatione
ægroti certum iudicium dare nequit, ex
hoc quia de facili decipi poſſet; ob eam-
dem rationem dicendum eſt, de facto mi-
raculoſo ex aliorum relatione concludẽ-
ter iudicare non poſſe. *l. neque natales,
& ibi omnes DD. C. de probat. Rota deciſ.*
506. par. 1. diuerſ. cum concord.
33 Si verò agatur de morbis chronicis, &
diuturnis, qui cum in terreo, & frigido
humore contumaces, eodem omninò mo-
do permanere videntur, aut ſaltem lentè
procedere conſueuerunt, itaut nonniſi
longo tempore mutationem accipiant,
dubium non eſt, quin medicus abſens ſu-
per iſtis ægrotanti conſulere poſſit, *Reieſ.
Franco dicta quaſt.* 10. *num.* 5. Et per con-
ſequens etiam ſuper facto miraculoſo.
34 Idem ſtatuendum in morbis confor-
mationis, in moi b:s in numero, in mor-
bis magnitudinis, compoſition s, & ſo-
lutæ vnitatis, ſcilicet in vulner bus pun-
cturis, contuſionibus, rupturis, & ſimi-
libus, qui cadunt ſub ſenſibus, de quibus
medici etiam ab imperitis claram infor-
mationem habere poſſunt.
35 Ex quibus liquet, in ijs morbis, qui-
bus abſentes medici, ex aliorum relatio-
ne remedia ordinare poſſunt, de miracu-
loſa ſanatione pariter iudicium dare poſ-
ſe; ſecus autem in ijs, quibus in abſentia
adæquata remedia decernere nequeunt,
cum ex aliorum relatione perfectam in-
formationem capere non valeant.
Facit vniuerſaliter pro noſtra doctrina,
Seneca epiſt. 22. dicens. Non poteſt Me-
dicus per epiſtolas, cibi, aut balnei, tem-
pus eligere, vena tangenda eſt. Vetus
prouerbium eſt, gladiatorem in arena ca-
pere conſilium, aliquid aduerſarij vultus,
aliquid manus mota, aliquid ipſa inclina-
tio corporis intuentem mouet quid fieri
ſoleat, quid oporteat in vniuerſum, &
mandari poteſt, & ſcribi; tale conſilium
non tantum abſentibus, ſed etiam poſteris
datur. Illud alterum quando fieri debeat,
aut quemadmodum, ex longinquo nemo
ſuadebit, cum rebus ipſis deliberandũ eſt.
Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt,
occaſionem obſeruare properantem.

SVMMARIVM.

*Angelus ſuſtinebat perſonam Dei, dicendo, Ego
ſum Deus Abraham, Deus Iſaac &c. nu.* 21.
*Angelus etiam minimus habet altiorem, & vni-
uerſaliorem virtutem, quam aliquod genus
corporalium, num.* 23.
*Angeli Cuſtodes licet ordinentur ad illumina-
tionem doctrinæ, habent nihilominus Dæmo-
nes arcere &c. num.* 24.
*Canonizatio miraculis negatiuis niti non debet,
num.* 10.

Legis

Legis nouæ eminentia ſupra veterem, num. 20.
Lex noua dari debuit immediate per Deum, num. 19.
Lex vetus imperfecta, quomodò diſponebat ad ſalutem, num. 17.
Miracula nulla directè probari poſſunt, nu. 1.
Miracula poſitiua quomodo diſtinguantur à negatiuis, num 6.
Miracula poſitiua quoad factum directè probari poſſunt, num 7.
Miracula negatiua celebrata à Sacra Scriptura, num. 9.
Miraculis ex negatiuis non eſt deueniendum ad Canonizationem, num. 10.
Miraculis in negatiuis duo ſpecialia præſumenda eſſent, num. 11.
Miraculi de ratione eſt, vt ſit præter ordinem totius naturæ creatæ, num. 13.
Negatiua directè probari non poteſt, n. 4. & 8.
Opus perfectum fit à principali, imperfectum verò fit aliorum miniſterio, num. 18.
Præſeruatio rubi ardentis an fuerit miraculoſa, num: 14.
Præſeruatio trium Puerorum à fornacis incendio an fuerit miraculoſa, num. 22.
Præſeruatio Danielis in lacu Leonum, an fuerit miraculoſa, num. 22.
Præſeruationes multæ licet videntur nobis miraculoſæ, fiunt tamen per Angelos, num. 25.
Populus Hebræus credebat Moyſen in Monte Sinai loqui cum Deo, cum tamen loqueretur cum Angelo, num. 16.
Præſumptio præſumptionis nõ admittitur, n. 11.
Probatio directa fit pro rerum principia, nu. 2.
Probatio directa quomodo diſtinguantur ab indirecta, num. 3.
Probatio directa non cadit ſuper negatiua, n. 4.
Probari directè non poſſunt, quæ non cadunt ſub ſenſibus, num. 5.
Rubi ardentis præſeruatio fieri potuit ab Angelo, num. 14.
Sacra Scriptura hiſtoria pro vera tenenda eſt ſecundum ſenſum litteralem, num. 12.
Sacra Scriptura narrans locutionẽ Moyſi cũ Deo locuta fuit ſecundum opinionem Populi n. 15.
Specialia duo circa idem ſobiectum non admittuntur, num. 10.

CAPVT XIII.

Vtrum pro Canonizatione Sanctorum ſufficiant miracula negatiua?

1 NVlla miracula, ſiue quoad ſubſtantiam, ſiue quoad ſubiectum, ſiue
quoad modum, directè probari poſſe, ex
Archid. in cap. nec mirum 26. quæſt. 5. te-
net *Maluet. de Canon. Sanct. dub. 3. num.
55. & ſeqq.* Quia directa probatio fit per
2 rerum principia, miraculum autem natu-
ralium rerum principia non habet, cum
ſupernaturaliter accidat, & per conſe-
quens directè probari non poteſt, ſed ſo-
lum indirectè, quando videlicet conſtat
aliquid eſſe factum, ſed non ex cauſa na-
turali, quia tunc conſequutiue, & indi-
rectè probatur illud factum cauſatum eſſe
ab agente ſupernaturali.
3 Probatio enim directa ita diſtinguitur
ab indirecta, vt prima ſine vllo medio at-
tingat proprium finem, vt eſt probatio per
viſum, vel alium ſenſum, percipientem
rem, prout eſt. *Maluet. d. dub. 3. num. 57.*
indirecta verò fit per rationem argumen-
tandi *l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. §. veteres*. Sci-
licet per antecedens, & conſequens, ex
quo infert *Bald. in cap. tertio loco num. 10. de*
4 *de probat.* quod directa probatio non ca-
dit in negatiua, quia ſola natura naturata
probari poteſt, negatiua vero non eſt na-
tura naturata, quia per rerum naturam
nullos habet fines. Vnde ſi dicatur, vi-
deo hic Petrum non eſſe, idem eſt, ac di-
cere, video hic locum vacuum, ergo
Petrus non eſt hic *l. fin. C. vnde vi. l. cum
quis ff. de dolo.*
Hanc ſententiam, quod miracula dire-
ctè probari non poſſint, ſecuti ſunt *Iacob.
Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 7. princip.*
5 *verſ. circa dictum Baldi poſt Luc. Caſtellin.
de certit. glor. Sanct. cap. 8. punct. 26. Contelor. de Canon. Sanct. cap. 18. in princ.* & in ſe
nullam videtur habere dubitationem, cũ
ſit vniuerſaliter verum ea, quæ non ca-
dunt ſub humanis ſenſibus, directè proba-
ri non poſſe, iuxta doctrinam *Farin. quæſt.
136. num. 2. & 3.*
Attamen quod ad factum ipſum attinet
notanda eſt diſtinctio, à nobis tradita ſu-
6 pra, *par. 3. cap. 8. num.* 13. miraculorum
in poſitiua, & negatiua, quod videlicet
miracula poſitiua ſint illa, quando aliquid
in rerum natura de nouo ponitur, altera-
tur, tollitur, vel immutatur, in quibus
per actus, & res cadentes ſub ſenſibus,
probatur tranſitus à termino à quo ad ter-
minum ad quem, vt in mortuorum ſuſci-
tationibus, reſtitutionibus membrorum,
& ſanationibus, in quibus per actus, &
res cadentes ſub corporeis ſenſibus pro-
bari poteſt terminus à quo, nempè mors,
ægritudo, & terminus ad quem, ſcilicet
vita,

vita, & ſanitas. Miracula verò negatiua
ſint illa, in quibus nihil de nouo ponitur,
aut tollitur, non alteratur, aut immuta-
tur, ſed conſeruatur tantum primus ſtatus
rei, abſque tranſitu à termino à quo, ad
terminum ad quem, vti præſeruationes
ab incendijs, morte, ruinis, caſibus ſub-
merſionibus, & alijs huiuſmodi.

7 Qua diſtinctione poſita, dicendum eſt
miracula poſitiua probari directe quoad
factum, quinimò non eſſe admittenda mi-
racula pro Sanctorum Canonizatione niſi
facta probentur per teſtes de viſu, & con-
8 teſtes. Non ſic autem miracula, quæ con-
ſiſtunt in negatione facti, cum vniuerſa-
liter negatiua facti directe probari non
poſſit, *Malue. de Canon. Sanct. dub. 3. num.
59.* vbi concludit cum *Bald. in dicto cap.
tertio loco,* illud dictum *cap. quoniam contra
falſam de probat.* quod negatiua per rerum
naturam eſt improbabilis, debere intelli-
gi, per naturam naturatam, hoc eſt per
ſenſum percipientem rem, prout eſt, quia
ſic directe probari non poteſt, cum per
ſenſum percipi nequeat.

9 Reſpondendo igitur ad propoſitum du-
bium, licet videatur tenendum pro affir-
matiua, quod ex ſolis miraculis negatiuis
deueniri poſſit ad Canonizationem, atten-
tis miraculis celebratis à Sacra Scriptura,
præſeruationis rubri ardentis à combu-
ſtione *Exod. 3. 2.* & præſeruationis trium
puerorum ab incendio fornacis ardentis,
Dan. 3. 50.

10 Abſolutè tamen dicendum eſt negatiuè
quia ſecundum iuris diſpoſitionem non
admittuntur duo ſpeciali in eodem ſubie-
cto; etenim in miraculo negatiuo primò
præſumendum eſſet aliquid phyſica ne-
11 ceſſitate fieri debuiſſe, quod non eſſet fa-
ctum, & ſecundo præſumendum eſſet il-
lud miraculosè non fuiſſe factum, & ſic
admitterentur duo ſpecialia in eodem ſu-
biecto, & præſumptio præſumptionis,
contra *Text. in l. 1. iuncta gloſſ. vlt. C. de dot.
promiſſ. Bart. in eadem l. 1. & in l. ita ſtipu-
latus ff. ſolut. matr. Bald. in l. conuenticula C.
de Epiſ. & Cler. deciſ. 104. num. 8. p. 2. diuer.*

Non obſtant exempla ſupra deducta ex
Sacra Scriptura, quia hæc non innituntur
humanæ præſumptioni, ſed teſtimonio
12 ipſius ſcripturæ. Quia in omnibus, quæ
Sacra Scriptura tradit, eſt omninò tenen-
da veritas hiſtoriæ. *D. Thom. 1. p. qu. 102.
art. 1. c.* Cum illius auctor ſit Deus *D. Th.
1. p. quæſt. 1. art. 10. c.* qui eſt ipſa veritas,
Ioann. 14. 7.

13 Qua tamen Sacræ Scripturæ veritate
retenta, non eſt extra omnem dubietatem
dictas præſeruationes nō fuiſſe miraculo-
ſas. Quia de ratione miraculi eſt, quod ſit
prętter ordinē totius naturæ creatæ, & ha-
beat cauſam ſimpliciter, & omnibus tam
Angelis, quā hominibus occultam. *D. Th.
1. p. qu. 105. ar. 7. c.* Illæ autem præſerua-
tiones fieri potuerunt Angeli miniſterio.

14 Quod enim attinet ad præſeruationem
rubi ardentis, *Exod. 3.* hæc videtur Ange-
lo tribuenda, licet enim *ibid. & capitibus
ſequentibus* dicatur Dominum Moyſi fuiſ-
15 ſe loquutum, attamen *D. Thom. 1. 2. qu.
98. ar. 3. ad 2.* declarat Sacram Scripturam
loquutam fuiſſe ſecundum opinionem po-
puli, qui putabat, Moyſen ore ad os lo-
qui cum Deo, cum re vera Moyſes nul-
latenus cum Deo, ſed cum Angelo loque-
16 retur, rationemque adducit ex *Dion. in
cap. 4. Cæleſt. Hier.* quia videlicet lex vetus,
imperfecta, diſponebat ad ſalutem perfe-
17 ctam generis humani, quæ per Chriſtum
futura erat. Sic autem videtur in omnibus
poteſtatibus, & actibus ordinatis, quod
qui eſt ſuperior, principalem, & perfe-
18 ctum actum operatur per ſeipſum, ea ve-
rò, quæ diſponunt ad vltimam perfectio-
nem operatur per ſuos Miniſtros. Et ideò
conueniens fuit, vt lex perfecta noui te-
19 ſtamenti daretur immediatè per ipſum
Deum, hominem factum, lex autem ve-
tus per miniſtros Dei, ſcilicet per Ange-
20 los daretur hominibus. Et per hunc mo-
dum probat eminentiam nouæ legis ad
veterem, quia in nouo teſtamento loqu-
tus eſt nobis Deus in filio ſuo, in veteri
autem teſtamento ſermo eſt factus per An-
gelos *Hebr. 1.* ſi ergo Angelus, qui appa-
21 ruit in igne flammæ rubi ſuſtinendo per-
ſonam Dei, dixit ego ſum qui ſum; qua-
re negandum eſt ſua propria naturali vir-
tute præſeruaſſe rubum, ne combureretur?
cum omnia corporalia regantur, & admi-
niſtrentur per Angelos, *D. Thom. 1. p. qu.
110. ar. 1. c. & qu. 112. ar. 1. c. & ar. 2. c.*

22 Ob quam rationem poteſt etiam exclu-
di miraculum à præſeruatione trium pue-
rorum in fornace ignis ardentis, cum præ-
ſertim viſus fuerit cum ipſis Angelus, &
dicatur in textu Benedictus Deus eorum,
qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſeruos
ſuos, qui crediderunt in eum *Dan. 3. 94.*
quod legitur etiam *Dan. 6. 22.* ibi Deus
meus miſit Angelum ſuum, & concluſit
ora leonum, & non nocuerunt mihi; Idem-

que

que dicendum eſt de alia præſeruatione eiuſdem Danielis ſex diebus in lacu leonum. *Dan.vlt.* 39.

Quibus attentis, inconcuſſe tenendum eſt, ex miraculis negatiuis non eſſe
deueniendum ad canonizationem; tum
quia hoc fieri nequit, niſi admittendo duo
ſpecialia circa idem, ac præſumptionem
præſumptionis, contra iura ſuperius ad-
ducta; tum etiam quia quæcumque præ-
ſeruationes fieri poſſunt miniſterio Ange-
lorum cuſtodum, propria eorum naturali
virtute operantium, cum, vt dictum eſt,
23 omnia corporalia adminiſtrentur per An-
gelos, & quilibet Angelus etiam minimus,
habeat altiorem, & vniuerſaliorem virtu-
tem, quam aliquod genus corporalium.
D.*Thom.*1.*p.* *qu.*110. *ar.*1.*ad* 3. licet enim
24 ſecundum eorum officium, quatenus no-
ſtri Cuſtodes ſunt, ordinentur ad illumi-
nationem doctrinæ, ſicut ad vltimum, &
principalem effectum, nihilominus ha-
bent etiam, & Dæmones repellere, & no-
cumenta, tam corporalia, quam ſpiritua-
lia prohibere. D. *Thom.*1. *p.qu.*113.*ar.*5.
25 *ad* 2. Propterea nobis, quibus nota non
eſt Angelorum virtus, multæ præſeruatio-
nes videntur miraculoſæ, quæ verè, &
realiter non ſunt, cum non excedant or-
dinem totius naturæ creatæ, prout requi-
ritur ad rationem miraculi. D. *Thom.* 1.*p.*
*qu.*105. *ar.* 7. faciunt, quæ diximus ſupra
*par.*3.*cap.*8.*in princ.*

SVMMARIVM.

Canonizationum cauſæ ſunt de maioribus, num. 7.

*Circumſtantijs omnibus non diſcuſſis, veritas haberi nequit, nu.*2.*&* 11.

Conſultores ſacræ Rituum Congregationis viri doctiſſimi, num. 10.

Diſcuſſa nunquam dicitur materia, quando vel minimum remanet diſcutiendum, nu. 12.

Doctori diſtinguenti magis creditur, quam non diſtinguenti, num. 3.

Doctori quando imputari poſſit ignorantia, vel ignauia, num. 8.

*Doctorum nonnullorum inſcitia, nu.*9.

Iudicantem oportet cuncta rimari, nu. 4.

Miraculi genus in prolatione voti explicandum num 1. *&* 6.

Tacere melius eſt, quam veritatem non perfectè dicere, nu. 5.

CAPVT XIV.

Vtrum in approbatione Miraculorum explicandum ſit genus Miraculi?

EX dictis ſupra *cap.* 7. videlicet ad Canonizationem non eſſe omninò neceſſaria miracula primi, vel ſecundi generis, ſed talia ſolum requiri, de quibus ſapientum iudicio, conſideratis omnibus, & ſingulis circumſtantijs, dubitari, vel minimũ non contingat, eſſe quid factum ſupra vires totius naturæ creatæ; ex hoc, inquam ſequi videtur, non eſſe neceſſe, in approbatione miraculorum, explicare genus miraculi, ſed ſufficere aſſignare rationem, ob quam factum dicendum ſit miraculoſum.

1 Quo tamen non obſtante, dicendum eſt, omninò congruere, vt in voto explicetur genus miraculi, cum redditione rationum, cur in vno miraculorum genere potius, quam in alio ſit recenſendum.

2 Et moueor primo, quia in quocumque facto, vel negotio, vix vnquam ad percipiendam veritatem deueniri poteſt, niſi circumſtantiæ omnes diligentiſſime exquirantur, & examinentur, *cap. occidit* 23.*qu.*8. *gloſſ. in cap.graue, verbo in lucem* 35.*qu.*9.

3 Moueor ſecundo, quia Doctori diſtinguenti, tanquam veritati magis appropinquanti, plus credendum eſt, quam non diſtinguenti, *Salicet. in l.filia, cuius pater, verſ. expeditis C. famil. erciſc. & in l. apud antiquos, vbi etiam gloſſ. C. de fur.* Per diſtinctiones enim congruentes omnium cælorum euitatur amaritudo, *Angel. conſ.* 376.*col.* 2.

4 Tertio quia iudicantem oportet cuncta rimari, 30 *queſt.*5. *iudicantem, Hoſtienſ. in ſumma de pænit. & remiſſ.* §.*qua interrogationes.*

5 Quarto quia expedientius eſt, veritatem in totum tacere, quam non perfectè dicere. *gloſſ. in Clem.conſtitutionem, verbo, de nouo ad finem, de elect.*

6 Eſt autem extra dubium, quod ſi non exprimeretur genus miraculi, non dicerentur omnes, & ſingulæ circumſtantiæ diligenter examinatæ, non aſſignaretur diſtinctio, ex qua clare deueniri poſſet ad cognitionem eſſentiæ miraculi, neque eſ-

ſet in totum propalata veritas, & ita non eſſet ſatisfactum ſupradictis qnatuor in Doctore, ad perfecte iudicandum, vel conſulendum requiſitis.

7 Propterea cum indubitati iuris ſit, Canonizationum cauſas, tanquam de maioribus, quæ in Eccleſia proponi poſſint, *Maluet. de Canon. Sanct. dub. 2. num. 6. Iacob. Caſtellan. eod. tract. qu. 2. princip. verſ. tertio gloſſ. no. & omnes communiter*, maxima cum diligentia pertractandas. *gloſſ. in cap. venerabili, verbo, cum eadem de teſtis. cap. vbi periculum de elect. in 6.* huic non videtur ſatisfactum, niſi ſeruatis omnibus ſupradictis.

8 Et certe de quocumque Doctore, qui
in iudicando, vel conſulendo, prædicta
ad vnguem non cuſtodiret, nil aliud dici
poſſit, niſi, vel quod in doctrina minus haberet,
aut nimis in pigritia, vel etiam fortaſſe
in præſumptione. Hinc contra Doctores
tacentes ea, quæ ceteri efflagitant,
inuehit *Neuizzan.* in ſuo tractatu, ſi expurgaretur,
non contemnendo, *Silu. nuptial.
lib. 5. tit. quomodo iudicandum num.* 40. vbi
& numero p:æcedenti ad ipſos irridendos
cumulat illorum inſcitias. Inter quas vt
aliqua extra ordinem dicam, enumerat
9 illam cuiuſdam Doctoris Portugallenſis,
qui diſpoſitionem *cap. omnis vtriuſq; ſexus
de pænit. & remiſſ.* ſolum in hermaphroditis
locum habere dicebat, prout refert
etiam *Dec. in cap. ad Audientiam verſ. confeſſio
num. 30. de reſcript.* vnde *Neuizzan.*
deſumpſit. Et aliam alterius Doctoris de
Vere:xio, qui acceſſit Mediolanum, ad
allegandum pro hærede, quod creditoribus
defuncti ſoluere non teneretur, quia
mors omnia ſoluit, §. *Deinceps in authent.
de nuptijs.* Quibus addi poſſet tertia cuiuſdam
Iudicis qui, dum informaretur ſuper
cauſa iuriſpatronatus cuiuſdam Communitatis
ex fundatione, & dotatione, interrogauit,
an eſſet hæreditarium, vel gentilitium.

10 Proinde ad rem noſtram reuertentes, ſacrorum Rituum Congregationis Conſultores, cum ſint viri doctiſſimi, integerrimi, atque ætate prouecti, in eorum votis, genus miraculi declarare conſueuerunt, omnes circumſtantias, & rationes exprimentes, cur in vno potius genere, quam in alio quodcumque miraculum ſit reponendum.

Non obſtante, quod, dempto *Caſtellino de dilation. punct. 2. Corollar. 4. pag. 57.*
cæteri Doctores, etiam antiquiores, non
expliceot, ad canonizationem requiri miracula
primi, vel ſecundi generis, ſicut
diximus ſupra *cap.* 7. quia hoc non tollit,
quin & ipſum factum, ex quo inferendum
eſt miraculum, & omnes eius circumſtantiæ
ſint totaliter, & perfectè examinandæ,
& reddendæ de ſingulis rationes. Niſi
enim omnes, & ſingulæ qualitates, & cir-
11 cumſtantiæ perpenderentur, nunquam
eſſet integre, & perfecte examinata, &
diſcuſſa materia, quia qualitates ſunt, quæ
faciunt rem certam, & determinatam, *ad
text. in l. ſtipulationum ff. de verbor. obligat.*
nec aliter, quam diligentiſſime examinatis
quibuſcumque, quæ operibus, & actibus
ipſis accidunt, non poſſumus ad ve-
12 ritatem peruenire, 23. *qu.* 8. *occidit.* Vno
verbo, quotieſcumque remanet aliquid,
ſuper quo diſcurri poteſt, nunquam eſt
perfecte diſcuſſa materia *. l. pen. C. de his,
qui vt indign. l. veſtimentum* 22. *ff. de aur. &
arg. leg.* derogaretur autē grauitati cauſarum
Canonizationum, quæ vt diximus,
ſunt de maioribus, quæ in Eccleſia tractari
poſſint, ſi dubia, quæ in illis proponuntur,
perfecte non examinarentur, ſed vel
quid minimum indiſcuſſum præteriretur,
contra diſpoſitionem *textus in dicto cap. iudicantem
30. qu. 5.*

S V M M A R I V M.

Adminiculum quid ſit, num. 15.
Argumentum quid ſit, num. 13.
Canonizationum in cauſis non ſunt admittenda omnia probationum genera, num. 16.
Coniectura quid ſit, num. 9.
Cultus Beatificatorum nullum requirit probationem, num. 18.
Cultus immemorabilis quibus probetur, nu. 19.
Dubitatio quid ſit, num. 12.
Fictio quid ſit, num. 8.
Indicium quid ſit, & qualiter diuidatur, n. 6.
Miracula ſolis teſtibus probantur, nu. 25.
Opinio quid ſit, num. 11.
Præſumptio quid ſit, & qualiter diuidatur, num. 7.
Probationis definitio num. 1.
Probationis multiplex diuiſio nu. 2. *& ſeqq.*
Probationes in cauſis canonizationum æquiparantur probationibus in cauſis criminalibus, num. 17.
Signum quid ſit, num. 14.
Suſpicio quid ſit, num. 10.
Scripta ab aliquo Dei ſeruo an probent eius

ſanctitatem numer. 22. & ſequen.
Virtutes qualiter probentur, num. 20.
Virtutes vtrum probentur hiſtorijs num. 24.
Virtutes vtrum probentur ſcripturis, inſtrumentis &c. nu. 21. & ſeqq.

CAPVT XV.

Vtrum in Cauſis Canonizationum admittantur omnia probationum genera?

1 PRobatio, quæ in genere ſumpta, definitur extrinſeca demonſtratio rei dubiæ per modos à iure ſtatutos, *Farin. qu. 36 num. 6.* in plures diuiditur ſpecies, apud eumdem *Farin. ibidem num. 12. & ſeqq. vſque ad num.* 17. vbi relatis aliorum
2 diuiſionibus, in ſeptem diſtingui poſſe concludit; nempè in teſtes, in ſcripturam, confeſſionem, euidentiam facti, iuramentum, præſumptionem, & in famam, in quibus cæteri probandi modi commodiſſime comprehendi poſſe teſtatur.

3 Rursùs in genere ſumpta diuiditur in plenam, & ſemiplenam, iuxtà *textum in l. 3. §. eiuſdem quoque, & ibi gloſ. in verbo, ſpeciem ff. de teſtib.* Plena probatio eſt, quæ tantam fidem facit, quanta ad finiendum controuerſiam ſufficit. Semiplena verò, quæ rei geſtæ fidem aliquam facit Iudici, ſed non tantam, vt in ſententia ferenda, eam iure ſequi debeat. Cuius quatuor modi recenſentur à *Maſcard. in tract. de probat. quæſt. 4. num. 11. 15. 16., & 17.*, videlicet per depoſitionem vnius teſtis de viſu, per comparationem litterarum, per ſcripturam priuatam, & per præſumptionem non vrgentem.

4 Diuiditur tertiò in euidentiſſimam, & clariſſimam, quæ fit per priuilegia, & inſtrumenta indubitata iuxtà *textum in cap. pia, de except. in 6.* In euidentem, & claram, quæ fit per teſtes, & facti euidentiam, *text. in cap. tua de cohab. cler., & mul.* Et in minus euidentem, & minus claram, ſcilicet per hominis coniecturas, iuxtà *text. in cap. afferte de præſumpt.*

5 Diuiditur demùm in veram, & præſumptiuam, ſeù artificialem, iuxtà doctrinam *Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 1. in præfat.* Quæ præſumptiua probatio deſumitur ex indicijs, præſumptionibus, fictionibus, coniecturis, ſuſpicione, opinione, dubitatione, argumentis, ſignis, adminiculis.

6 Indicium definitur à *Bald. in l. non hæc, ſub num. 1. verſ. Eſt enim indicium C. vndè cognat.* Quod ſit coniectura ex probabilibus non neceſſarijs orta, à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo, & quæ quandoque iudicantis mentem ità conſtringit, vt cogat Iudicis conſcientiam ſecundùm eam iudicare. Cuius definitionis, & aliarum trutinam vide apud *Farin. quæſt. 36. num. 29., & plurib. ſeqq.* Aliud eſt indubitatum, & plenum, quod arctat mentem iudicis, itaut omninò credat, nec poſſit in contrarium inclinare, *Farin. loc. cit. num. 36.*, ſeù in quò animus Iudicis tanquam in proprio exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat, *Bald. in l. ea quidem, ſub num. 8. C. de accuſat.* Aliud dubitatum, & ſemiplenum, quod mouet fortiter animum ad aliquid credendum, vel diſcredendum *text. in l. cum probatio, & ibi gloſ. & Doct. ff. de probat.* Aliud eſt proximum, quod reſpicit veritatem rei immediatè per ſenſum viſus, vel auditus, iuxtà ſubiectam materiam; Aliud remotum, quod non reſpicit immediatè veritatem rei, ſed circumſtantias, *Oſaſc. deciſ. Pedemon. 79. nu. 15.* Aliud demùm eſt leue, aliud graue, & aliud grauiſſimum; & aliud facti, aliud iuris; de quibus omnibus vide *Farinac. dicta quæſt. 36. à num. 49.* Et qualiter indicium accipiatur promiſcuè pro præſumptione, ſuſpicione, coniectura, argumento, ſigno, & adminiculo, idem *Farin. eadem quæſt. 36. à num. 264.*

7 Præſumptionis decem definitiones afferuntur ab eodem *Farin. dicta quæſt. 36. à num. 67.*, omnes approbando, quia per diuerſa verba omnes ad eumdem finem tendunt, quod videlicet, præſumptio ſit motus animi, per quem cogimur apparentiam ſequi, donec probetur contrarium, *Bald. in l. penult. C. ſi ſeru. exportan. ven.* Eiuſque etymologiam explicat *Simanc. in lib. cath. inſtit. tit. 50. de præſumpt. num. 4.*, quod dicta ſit à *præ*, & *ſumptio*; quia antè legitimas probationes ſumit aliquid pro verò, quem refert, & ſequitur *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 7. nu. 4.*, *Maſcard. de probat. lib. 1. quæſt. 10. num. 1., & ſeq.* Diuiditur autem præſumptio, quod alia ſit iuris, alia hominis, & alia iuris, & de iure. Et item quod alia ſit leuis, & non vehemens, alia grauis, & vehemens, alia temeraria, alia probabilis, alia neceſſaria, alia credibilis, ſeù veriſimilis, & alia

non

non repugnans, de quibus omnibus, & ſingulis ſpeciebus, vide apud eundem *Farinac. dicta quaeſt.36. à num.*85.

8 Fictionis item plures definitiones notantur apud eumdem *Farinac. dicta quaeſt. 36. à num.*135. *vſque ad num.* 144., vbi concludit, non eſſe recedendum ab illa, quam tradit *Bartol. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.*, quod videlicet fictio ſit in re certa eius, quod eſt poſſibile contra veritatem pro veritate à iure facta aſſumptio. Cuius tres ſunt ſpecies. Inductiua, quando lex fingit eſſe id, quod non eſt. Priuatiua, quando è contra fingit id, quod eſt, non eſſe. Et Tranſlatiua, vel extenſiua, quando lex fingit id quod eſt vno modo, eſſe alio modo, idem *Bartol. in d. l. ſi is qui pro emptore num.* 25.

9 Coniecturam diuerſimodè pariter definiunt Doctores penes eumdem *Farinac. eadem quaeſt.* 36. *à nu.* 151. quarum prima eſt *Bald. in l. ea quidem num.*10. *C. de accuſat.*, nempè coniecturam eſſe acceptionem, ſeù reputationem veri, ex aliquo ſic veriſimiliter ordinato, ſicuti per circulum reputamus tabernam, & per habitum meretricem *l. apud Labeonem §. ſi quis virginem, ff. de iniur.* Dicitur autem coniectura à coniectu, idest directione quadam rationis ad veritatem, vnde M. Tullius ad Herennium, ſtatum coniecturalem appellat, cum per coniecturas quaeritur, an aliquid factum ſit, vel non, *Menoch. de praeſumpt. quaeſt.*7.*num.*30., & ex eo *Farin. dicta quaeſt.* 36. *num.* 151. qui *num. ſeq.* dicit coniecturam eaſdem recipere diuiſiones, quas recipit praeſumptio, cum ſit ferè idem cum praeſumptione, prout oſtendit per plures *nu. ſeqq.*

10 Suſpicio ſecundùm *Bald. in l. ea quidem, num.* 3. *C. de accuſat.* eſt aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione. Habetque tres gradus. Alia eſt leuis, ſeù temeraria, quando ex aliquo admodum leui indicio, ſeù argumento Iudex animum ſuum in alteram partem flectit, ſed cum dubitatione; Alia vehemens, ſeù veriſimilis, quae non ex leuibus admodum inditijs, ſed ex fortioribus oritur, ex quibus Iudex animum ſuum in vnam partem inclinat, ſed cum aliquali, ſeù modica dubitatione. Et alia violenta, quae ex vrgentibus oritur inditijs, itaut Iudex conſtanter, & ſine dubitatione vni parti potiùs, quam alteri adhaeret, *Farin. dicta quaeſt.*36. *à num.*178.

11 Ex vehementi, ſeù veriſimili ſuſpicione oritur opinio, quae eſt adhaeſio vnius partis cum formidine alterius, *Alberic. in l ſiue poſſidetis, poſt num.*7. *C. de probat.*

12 Dubitatio non eſt propriè aliquis probationis gradus, ſed principium inueſtigationis certitudinis, & fidei, *Bart. in rubr. ff. de iur. & fac. igno, & in l. de ſtatu ſuo dubitans ff. de teſtam.* Vnde dubitatio proprie dicitur, quando Iudex ex deductis coram eo dubitat, modo ad vnam partem, modo ad aliam, nec ad vnam potiùs, quam ad aliam animum applicat, vt eſt quando probationes ſunt aequales, ad *cap. in noſtra de teſtib.*, vel quando habent aliquid obſcuritatis, *ad cap. in praeſentia de probat.*

13 Argumentum definitur à Philoſophis, oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eo quod haec ſunt. A Iuriſperitis ſecundùm *Bald. in l. ea quidem num.*9. *C. de accuſat.* Plurium collatio ad vnam concluſionem. Quem ſequitur *Nouell. in pract. crimin. in princ. in rubr. Indicia, quae praecedere debent, poſt num.*24. *verſ. maiores noſtri, fol.* 28. vbi ponit exemplum, quando plura indicia, vel praeſumptiones, vel teſtes ad vnam concluſionem copulantur, tunc ſcilicet iſta copulatio, ſeù collatio plurium, tendens ad vnam concluſionem, argumentum dicitur.

14 Signum definitur, à *D. Auguſt. lib.*2. *de doctr. Chriſt. relat. in cap. ſignum de conſecr. diſt.* 2. Quod praeter ſpeciem ſui, quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud ex ſe facit in cognitionem, *aliàs cogitationem*, venire. Et diuiditur in neceſſarium, & non neceſſarium; Et in naturale, & non naturale; de quibus videndus *Menoch. de praeſumpt. quaeſt.*7. *num.*40.

15 Adminiculum demùm à Doctoribus communiter diſtinguitur, quod aliud ſit vehemens, & aliud non vehemens. Non vehemens adminiculum eſt aliqualis confirmatio rei probabilis. Vehemens verò eſt ſuppletio defectus probationis, per ſe ſolum non operans, ſed benè cum alijs, *Bald. in l. ea quidem poſt num.*9. *C. de accuſat.* Quia licet adminicula de ſe non probent, imperfectam tamen probationem iuuant, *Anton. de Butr. in cap. cum cauſam num.* 11., *& ibi Bald. pariter num.* 11. *de probat.* Cum hac tamen diſtinctione, quod adminicula non vehementia non in totum ſupplent imperfectam probationem, ſed

Bbb 2 rantùm

tantùm aliqualiter, vehementia verò adminicula in totum ſupplent, *Farin. dicta quæſt.36. num.217.*

*Q*uibus terminis ſic explicatis, cum dixerimus ſupra, *hac ead. p.4. cap.1.* Canonizationum cauſas, ob earum grauitatem parificari criminalibus cauſis etiam in procedendo; ex hoc conſequi videtur, in
16 huiuſmodi cauſis non eſſe admittenda quælibet probationum genera per præſumptiones, coniecturas, adminicula, &c. ſed ad probandum virtutes, & miracula pro Canonizatione Sanctorum, eaſdem probationes requiri, quæ ad conuincendos reos de delictis in criminalibus requiruntur; & ijſdem tantùm probari virtutes, & miracula, quibus in criminalibus plenè, & concludenter probantur delicta;
17 Teſtibus ſcilicet, Inſtrumentis, & indubitatis Indicijs, *text. in l. ſciant cuncti, C. de probat.,* *& in cap. ſciant cuncti 2. qu. vlt.* Itaut teſtes Idonei ſint, inſtrumenta apertiſſima, & indicia luce meridiana clariora, vt in ijſdem, *l. ſciant cuncti, & cap. ſciant cuncti.* Cum enim in criminalibus tractetur de hominis vita, ideò requiruntur exactiſſimæ probationes, & meridiana luce, vt inquiunt, clariores, *Farin. qu.86. num.6.* *Q*uod idem videtur habere locum in Canonizationum cauſis, cum in ijs agatur de materia grauiſſima, in qua lædi poſſet honor, & exiſtimatio S. Romanæ Eccleſiæ. *Q*ui quidem honor, & exiſtimatio, quando agitur de priuata perſona, comparatur eius vitæ, ad tradita per *Bartol. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.*

Veruntamen, quia in cauſis Canonizationum, tria probanda occurrunt, virtutes ſcilicet, miracula, & cultus, ac veneratio in Beatificatis, vel immemorabili gaudentibus, ſeù gaudere debentibus, videndum eſt, vtrum eædem requirantur probationes tàm pro virtutibus, & miraculis, quàm pro immemorabili cultus, & venerationis, an verò aliæ pro miraculis, aliæ pro virtutibus, & aliæ pro immemorabili ſufficiant?

18 Et quidem quod attinet ad publicum cultum, & venerationē, ſi agatur de Seruo Dei Beatificato, nulla probatio requiritur ſuper his, quæ præceſſerunt indultum Beatificationis, ſed ſufficit, ſi pro ſignanda noua commiſſione reaſſumptionis, & proſequutionis cauſæ, fiat diſtincta relatio de his, quæ dictum indultum præceſſerunt, & quorum intuitu indulta fuit veneratio, cum titulo Beati, iuxta nouiſſimum decretum ſub Clem. Papa Nono. *Q*uod regiſtratur inferius, *p.5. cap.3.*

19 Si verò agatur de probando cultu immemorabili citra indultum Apoſtolicum, requiruntur teſtes deponentes de viſu proprio per quadraginta annos poſt expletam pubertatem, & de auditu à maioribus ad formam *gloſ. communiter receptæ in cap.1. verb. memoriam de præſcript. in 6.* Et vltra prædictos teſtes, requiruntur aliqua ſaltem indubitata indicia cultus, & venerationis, quæ inſurgunt ex dedicatione Eccleſiarum, erectione Altarium, accenſione lampadarum, luminum, cereorum ad ſepulchrum, & Altare, atque ex appenſione tabellarum votiuarum pariter ad ſepulchrum, & Altare; Atque ex picturis antiquis, cum radijs, coronis, laureolis, & alijs ſignis ſanctitatem redolentibus. *Scacch. de not., & ſign. Sanct. lect.9. cap.1. verſ. nihilominus, verſus fin. cap.6. verſ. alia ratio ſumitur, pariter verſus fin. cap.8. verſ. aſſertio quinta, & verſic. ſeqq. lect.10. cap.1. cap.4. verſ. remanet igitur cap.5. verſ. efficaciſſimum ſumetur.* Et vt meliùs explicabitur infrà *cap. 22.* Quibus ſi addantur enunciatiuæ tituli Sancti, vel Beati, in inſtrumentis, & ſcripturis antiquis, multum conferent, vt videbimus *dicto cap.22.* ſed non ſunt neceſſariæ.

20 *Q*uod attinet ad virtutes, certum eſt, quod hæ probentur per teſtes de viſu, qui deponant de actibus virtutum, ſub humano ſenſu cadentibus, ſicuti probantur alia, de quibus per ſenſum corporeum ratio reddi poteſt; de quo nulla eſt difficultas; ſicuti etiam ſufficiunt duo, vel tres teſtes de viſu ad probandum quemlibet actum virtutis iuxtà diſpoſitionem Diuini, & humani iuris.

21 Sed difficultas eſt, vtrum virtutes probentur ſcripturis, & inſtrumentis, cum ex *Farin. quæſt. 84.* poſt regulam negatiuam, quod delicta non probentur per inſtrumenta, ob quinque rationes, quas adducit *ibidem num. 6.* Subdit deindè in limitationibus, hoc non habere locum in delictis, quæ committuntur ſcribendo, vel paciſcendo, ſeù contrahendo, quia benè probantur per ſcripturam, ſicut etiam crimina coniurationis, vſurarum, falſi, periurij, hæreſis, *dicta quæſt. 85. per tot.* Ac proinde ſicuti per ſcripturam probantur delicta, ità per conſequens facilius probari debent virtutes, quæ ſunt quid ſauo-

fauorabile, **delicta verò odioſa**, *vulg. cap. odia, de regul. iur. in 6.*

22 Attamen crederem diſtinguendum, vtrum quæ in ſcriptura continentur, reſpiciant directionem ipſius ſcribentis in exercitio, perfectione, & conſeruatione virtutum; an verò reſpiciant aliorum inſtructionem. *Q*uia hoc vltimò caſu, quantamcumque pietatem, & doctrinam, in quacumque virtute, ac virtutum ſpecie, contineat ſcriptura, cum ſit directa ad aliorum inſtructionem, nullam maiorem vim habere poteſt, quam prophetia, prædicatio verbi Dei, aliæque gratiæ gratis datæ, quæ non habent ſanctificare illas habentem, cum ei datæ ſint in aliorum vtilitatem *D.Thom. 1. par. quæſt. 111. art. 3.*

23 Primo verò caſu, quando res contentæ in ſcriptura reſpiciunt, & ſunt directæ ad vtilitatem eiuſdem ſcribentis, non videtur ambigendum, quin probent illius virtutes iuxta modum, & gradum heroicitatis, conceptuum, & rerum in eadem ſcriptura contentorum, itaut ſi ex ipſis arguatur auctorem fuiſſe in via illuminatiua, probentur virtutes illuminatiuæ incipientium; Si arguatur fuiſſe in via purgatiua, probentur virtutes purgatoriæ; ſi verò arguatur via perfectiua, & vnitiua, probentur virtutes purgati animi, & perfecta vnio animæ cum Deo. *Q*uia ſi ſcriptura probat hæreſim contra illam ſcribentem. *Clar. in pract. §. fin. §. 54. ſub princ., verſ. hoc tamen intelligit. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 460. num. 13. & concluſ. 856. lib. 2.* tantò magis probare debet ipſius ſcribentis, fidem, ſpem, charitatem, iuſtitiam, pietatem, cæteraſque virtutes, in ſcriptura contentas, non ſolum quia virtutes ſunt ſecundum naturam, & vitia contra naturam vt diximus *par 2. c. 1. nu.* & facilius probatur quod eſt ſecundum naturam, quam quod eſt contra naturam, ad tradita per *Farin. qu. 47. nu. 181. & ſeqq.*

24 Verum verò virtutes, ſcilicet actus virtutum Seruorum Dei probentur pluribus hiſtorijs de facto, loco, tempore, & alijs circumſtantijs concordantibus, videbimus inferius, vbi de probatione ex hiſtorijs generaliter, & in ſpecie tractabimus.

25 *Q*uod demum attinet ad miracula, certum eſt, hæc non probari ſcripturis, nec indiciis indubitatis, ſed ſolum teſtibus de proprio viſu deponentibus, quia in miraculis tria probari debent, nempe mors, vel ægritudo, inuocatio Sancti, ſeu Serui Dei, cuius interceſſione dicitur patratum à Deo miraculum, & vltimum extremum, ſcilicet vita, vel ſanitas obtenta, quæ quidem extrema, cum debeant pleniſſime conſtare, impoſſibile eſt, huiuſmodi pleniſſimam probationem deſumi ex hiſtoriis, quia earum ſcriptores non ſunt teſtes iurati, licet faciant teſtimonium, in probatione autem miraculorum teſtibus legitimis, & idoneis, & non quibuſlibet teſtimoniis eſt adhibenda fides, *cap. in noſtra de prob.* *Q*uod non currit in virtutibus in quibus præter ipſum actum, ex quo elicitur habitus virtutis, nihil aliud eſt probandum, & ad probandum actum ſufficit depoſitio de viſu, At in probandis miraculis requiritur ſcientia, & peritia de extremis.

SVMMARIVM.

Adulterium an probetur teſtibus ſingularibus, num. 23.

Canonizatio an ſit de maioribus cauſis, quæ tractari poſſint? num. 40.

Canonizationum in cauſis an agatur de alienius præiudicio, num. 36.

Canonizationum in cauſis non eſt neceſſe deuenire ad ſententiam, num. 19.

Canonizationum in cauſis non eſt laxanda facultas, num. 28.

Centenaria cultus probanda eſt ſeruatis ſeruandis, num. 12.

Canonizatio facienda non eſt, niſi Deus miraculis oſtenderit, num. 41.

Cardinales non ſunt coniudices cum Papa, ſed ei aſſiſtunt per modum miniſterij, & conſilij, num. 44.

Delicta carnis non probantur teſtibus ſingularibus, num. 31.

Deus non indiget noſtro ſupplemento in probatione miraculorum, num. 42.

Factum quodlibet probari debet per duos teſtes, num. 24.

Hæreſis non probatur teſtibus ſingularibus, num. 32.

Iuriſdictio non probatur teſtibus ſingularibus, num. 37.

Miracula debent plenè probari, num. 21. 27. 34. 38.

Negatiua teſtibus ſingularibus non probatur, num. 11.

Papa in Canonizatione Sanctorum plenam habet facultatem, num 43.

Poſſeſſio an probetur teſtibus ſingularibus, n. 32.

Probatio legitima quæ ſit, num. 10.

Proba-

Probationes vbi requiruntur in plurali, ſaltem dua plena debent eſſe, num. 13.
Sacerdotem celebraſſe an probetur teſtibus ſingularibus, num. 29.
Singularitas triplex, num. 1. *& ſeqq.*
Singularitas eſt idem, ac vnitas, num. 9.
Teſtes ſingulares an probent, nu. 4. *& ſeqq.*
Teſtes ſingulares an probent virtutes, & miracula in ſpecie, num. 15. *& ſeqq. num.* 22. *& ſeqq. num.* 34. *&* 38.
Teſtes ſingulares an probent famam Sanctitatis, & miraculorum in genere, num. 14.
Teſtes conteſtes qui dicantur, num. 18.
Teſtes deponentes de partibus indiuiduis, an probent totum, num. 30.
Teſtis dictum regulatur à cauſa, quam reddit, num. 25.
Teſtis vnus cum fama non probat miracula, num. 39.
Teſtibus ſingularibus aliquando fides adhibita in Sanctorum Canonizatione, num. 16.
Teſtibus ſingularibus adhibere fidem, eſt Iudici arbitrium, num. 17.
Teſtibus ex concordatis non oritur plena probatio, num. 20.
Totum an probetur teſtibus ſingularibus deponentibus de partibus indiuiduis, num. 30.
Virtutes debent plene probari, num. 25.
Vſura an probetur teſtibus ſingularibus, nu. 33.

CAPVT XVI.

Vtrum in Cauſis Canonizationum coniungantur Teſtes ſingulares.

1 TEſtium ſingularitatem diuidunt Doctores cum *Farin. quaeſt. 64. de teſtib.* in obſtatiuam, cumulatiuam, ſeu adminiculatiuam, & diuerſificatiuam. Obſtatiua ſingularitas eſt, quando ſuper vnico actu teſtes variè deponunt, vt accidit in adulterio Suſannæ, cum vnus deponeret ſub prino, & alter ſub ſchino *Dan. cap.* 13.

2 Singularitas adminiculatiua, ſeu cumulatiua eſt, quando inter teſtes non datur repugnantia, vel contrarietas, ſed ex diuerſis depoſitionibus vna patrocinatur alteri, ſeu illam coadiuuat; veluti ſi vnus deponat de facto, alter de fama, vnus de viſu, alius de auditu, *Farin. cum ibi cumulatis d. qu. 64. num.* 6.

3 Diuerſificatiua demum ſingularitas eſt, quãdo teſtes deponentes de diuerſis actibus, inducunt diuerſitatem, in re, in effectu, & in ſubſtantia, *Farin. d. quaeſt. 64, num. 7. & ſeqq.* vbi ponit exempla in omnibus decem prædicamentis.

4 Quod attinet ad obſtatiuam, & diuerſificatiuam ſingularitates, certum eſt, quod teſtes huiuſmodi ſingularitatibus laborantes, ad concordiam reuocari non poſſunt. *Farin. quaeſt. 65. de teſtib. p. 4. per tot.* vbi plura exempla adducit.

5 Quod vero attinet ad ſingularitatem adminiculatiuam, ſeu cumulatiuam, vtrũ teſtes taliter deponentes vniuerſaliter loquendo, coniungantur, & probent; Affirmatiuè tenet *Bald. in cap. licet cauſam, poſt num. 11. de teſtib. Felin. in cap. licet ex quadam eodem tit. Curt. de teſtib. concluſ. 46. num.* 92. volens in nulla materia teſtes poſſe dici ſingulares, vbi concluſiue vnus deponit idem, quod alter.

6 Contrarium docent, *Cinus in l. 2. nu. 23. C. quæ ſit long. conſ. Eman. Suar. in comm. opin. litt. T. num. 156. Viu. in verbo, Teſtis vnus, & confeſſio, Montic. rubr. Teſtium dicta an, & quando coniungantur, fol.* 434.

7 Alij verò mediam viam tenentes, aſſerunt, coniungi, ſed ad effectum ſemiplenè tantum probandi, & iuramentum deferendi in ſupplementum. *Caccial. in l. admonendi num. 92. ff. de iureiur. & alij relati per Farin. qu. 64. numer. 113 &* 130.

In cauſis autem Canonizationum cum tria proceſſuum genera fieri contingat, vt vidimus *par. 1. cap. 1. ſect.* 3. videlicet ſuper paritione decretorum, ſuper fama ſanctitatis vitæ, & miraculorum in genere, & ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis in ſpecie, cum diſtinctione diſcurrendum eſt.

8 Quantum enim ſpectat ad proceſſus ſuper paritione decretorum Vrbani Octaui, ſi perpendatur diſpoſitio eorumdem decretorum, per hæc formalia verba *Niſi poſtulator prius per legitimas iuridicè ſuſceptas probationes &c. præſcriptam in noſtro decreto formam omninò ſeruatam extitiſſe docuerit* Indubitati iuris eſt, teſtes ſingulares ad probationem faciendam coniugi non poſſe *text. in cap. cauſam*, ibi, quidam alij in ſuo dicto ſingulares, & *ibid. gloſs. in verbo ſingulares de probat.* & per alia iura adducta *à Farinacc. de teſtib. quaeſt. 64. n.* 33. vbi *nu.* 34. pro ratione adducit, quod

9 ſingularitas idem eſt ac vnicitas, vnicus autem teſtis legitimam probationem non

facit

facit, cum dictum vnius, dictum nullius *ex vulgat.*

10 Et generaliter nomine legitimæ probationis intelligi veram, & concludentem, quæ non debet eſſe per poſſibile, ſed per neceſſe, *l. ad probationem la 2. & ibi Bartol. C. de probat. Idem Bartol. in l. lucius Titius ff. de cond. & demon. & in l. ait prætor §. 1. circa fin. ff. de re iudicat.* Et quæ tantam fidem iudici faciat, quanta ad definiendam controuerſiam ſufficiat, *text. in l. ad fidem ff. de teſtib. l. quinquaginta 12. ff. de probat. l. eos C. de teſtib. & ibi gloſſ. in verbo Iudiciariæ.*

Et quidem ſi agatur de paritione decretis ex negatiua cultus, & venerationis, negatiuam per teſtes ſingulares non
11 probari, tenet *Herculan. de probat. negat. num. 140.* citans pro ſe *Bald. conſ. 28. lib. 1. Alex. conſ. 44. lib. 4. Corn. conſ. 22. lib. 4. Crauett. conſ. 75. lib. 1.* Concordat *Farinacc. qu. 65. de teſtib. à num. 205.* vbi generaliter, quod teſtes deponentes ſuper negatiua fidem non merentur.

Si verò agatur de paritione, ſeu non contrauentione iiſdem decretis ob caſũ
12 exceptum, cum centenaria cultus ante decreta probanda ſit ſeruatis ſeruandis per acceſſum, & inſpectionem Iudicis, citato in omnibus ſubpromotore fidei, certum eſt in omnibus actibus examinandos eſſe duos teſtes inſtrumentarios ad minus, iuxta praxim, quod non habet difficultatem, alias non diceretur actus iuridicus, & fatuus eſſet Iudex, ſiuè Ordinarius, ſiuè Delegatus, qui aliter ſe gereret.

13 Nec minoris conſiderationis eſt, quod Papa loquatur in plurali, *per legitimas probationes*. Quapropter ſaltem duæ plenæ probationes requiruntur *Vulp. in l. vbi numerus ff. de teſtib. cum concordant.*

14 Aliter tamen dicendum eſt de proceſſibus ſuper fama Sanctitatis, & miraculorum in genere, in quibus teſtes ſingulares admitti, non videtur hæſitandum *Farinacc. qu. 64. num. 66. de teſtib. & plenius num. 253. & plurib. ſeqq.* vbi generaliter quando agitur de probando aliquid in genere, teſtes ſingulares admittuntur. Sic in probatione bonæ famæ, *Gabriel, qui plures alios refert concordantes tit. de teſtib. lib. 1. concluſ. 2. num. 36. Corrad. in pract. tit. de teſtib. rubr. de ſingularitate teſtium, num. 25. ſub. 6. limitatione, fol. 126. col. 2.* Atque item infamiæ facti *Bald. in l. 1. in 8. quæſt. Cod. de teſtam. Caccial. in l. admonendi, num. 84. poſt. med. verſ. ſimiliter probatio infamiæ ff. de iure iur.* In probatione vitæ hominis *Gabr. de teſtib. dicta concluſ. 2. num. 46.* Scientiæ, *Rota decis. 287. nu. 1. par. 1. diuerſ.* Furoris, *Bartol. in l. de minori §. plurimum. num. 24. ff. de quæſt. Dec. in l. furioſum num. 36. Cod. qui teſtam. facer. poſſ.* Conſanguinitatis ad effectum impediendi matrimonium. *Felin. in cap. licet ex quadam de teſtib. Maſcard. poſt. Abb. & Gozad. quos allegat., concluſ. 411. num. 29. lib. 1.* Atque etiam Sacerdotij *Iacob. de S. Georg. in l. ob carmen. §. fin. num. 22. ff. de teſtib. Hipp. Rimin. qui alios refert conſ. 7. num. 14. ad fin. lib. 1.* Ac propterea cum teſtes deponentes diuerſos actus virtutum, ac miraculorum probent aliquod commune, nempe quod Deus per illum virum ſuam gloriam exercuit, habet locum doctrina, quod ex pluribus actibus ſemiplene probatis, euincatur aliquod commune, & genericũ *Card. Tuſc. verbo ſingularitas teſtiũ, concluſ. 275. Farin. q. 64. n. 104.* licet hæc doctrina patiatur maximam difficultatem ſecundum opinionem *Abb. conſ. 42. par. 1.*

15 Quod demũ attinet ad proceſſus ſuper probatione ſanctitatis, virtutũ, & miraculorum in ſpecie, vtrum coniunganturteſtes ſingulares. Affirmatiuam ſententiam tenuit *Molſes conſ. 46. concluſ. 8.* adducens pro ſe Doctorum auctoritates, exempla, & rationes. Authoritatem ſcilicet *Collatan. & Bellam. in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. Panorm. in relat. Canon. Sancti Bonauenturæ par. 2. art. 4. §. Dico, & concludendum. Villant. in ſua praxi Canon. tit. de teſtib. lib. 8. cap. 4. concluſ. 2. Reminald. Iun. conſ. 7. n. 130. col. 1. Card. Tuſc. verb. ſingularitas teſtium concluſ. 277. n. 7.*

16 Pro exemplis adducit obſeruantiam in Canonizatione Sancti Bonauenturæ, & Sancti Homoboni Cremonenſis, in qua Innocentius Tertius fidẽ adhibuit Vberto Preſbytero, qui per annos viginti confeſſiones eiuſdem Sancti Homoboni exceperat, ſoluſque depoſuit ſuper obedientia, quam ipſi præſtabat, & qualiter orationibus, vigilijs, & alijs pænitentiæ fructibus, plus iniuncto ſatisfaciebat. Atque item in Canonizatione Sancti Thomæ Aquinatis per Ioannem 22. qui fidem præſtitit vnico teſti deponenti de auditu ab eodem Diuo Thoma, ſe potius diuinitus, quam ſtudio, & labore, ſcientiam adeptum fuiſſe.

Pro

17 Pro ratione demum, quia teſtibus ad-
hibere fidem, eſt arbitrium Iudici *l. 3. ff.*
de teſtib. Ideoque ſi factum eſt rale, vt ſci-
ri nnn poſſit, niſi per vnicum teſtem, il-
li fides adhibenda eſt, præſertim ſi ſit ho-
mo bonæ conditionis, & famæ, prout ex
multis probat *Caſtrens. conſ. 342. col. fin.*
verſ. Quarto dicitur, Riminald. dicto conſ.
7. num. 205. Marſil. ſing. 114. Plot. conſ.
6. num. 12. Card. Tuſc. verbo ſingularitas
teſtium concluſ. 275. num. 73. & ſeqq. &
Farinacc. dicta qu. 64. num. 104. & ſeqq.
18 Contrarium tamen ſentiendum eſt, cum
Maſcard. concl. 262. alias 261. num. 39.
& ſeqq. Abbas. conſ. 42. num. 3. p. 1. vbi
quod ſolum quando teſtes ſimul in omni-
bus concordant, quia ſub vtriuſque ſenſi-
bus res cadit ijſdem loco, & tempore,
habet locum illa regula Iuris diuini, &
humani, In ore duorum, vel trium te-
ſtium ſtat omne verbum. Quod vult ha-
bere locum, etiam quando agitur de pro-
bando aliquid in genere, ſuper quo in-
tercedere debeat ſententia. *Archid. in*
cap. nec mirum 26. quæſt. 5. Felin. in cap.
licet ex quadam concluſ. 6. ad fin. verſ. &
ideo ſi vnus teſtis, iunct. verſ. cui adde, de
teſtib. Iaſon. in l. admonendi nu. 356. verſ.
& quando iſta limitatio eſſet vera, & ibi
etiam Ripa, num. 207. ff. de iureiur. Curt.
de teſtib. num. 80. Crot. de teſtib. p. 7. nu.
310. verſ. iſta concluſio procedit. Gabr. tit.
de teſtib. concluſ. 2. nu. 59. Farin. qui alios
refert d. quæſt. 64. nu. 65. vbi ex Felin. in
d. cap. licet ex quadam, & quod iſta conclu-
ſio ſit ab omnibus Doctoribus communi-
ter recepta. *Iacob. Caſtellan. qu. 7. prin-*
cipal. ver. Quæro vnus teſtis.
19 Et ratio, cur in cauſis Canonizationum
non ſit admittenda teſtium concordia, de-
ducitur ex hoc, quia nulla eſt neceſſitas,
cum non ſit deueniendum ad aliquam
ſententiam condemnationis vel abſo-
lutionis, neque in cauſa principali,
neque quoad expenſas, in quo vt di-
ctum eſt ſupra, cauſæ Canonizationum
differunt ab alijs cauſis; in quibus cum
deueniendum ſit ad ſententiã abſolutionis
vel condemnationis in cauſa principali, &
conſequenter in expenſis, intereſt Actoris,
vt ipſius teſtes probatorij concordentur,
ad probandã eius intentionem, & intereſt
Rei, vt concordentur reprobatorij ad pro-
bandam eius exceptionem. Et per conſe-
quens neceſſario diſcurrendum eſt ſuper
teſtium concordia, ad effectum ſupplendi,
vel non per iuramentum, aut alia admi-
nicula, ne ius alterius lædatur. Quod in
canonizationum cauſis contingere nequit.
20 Confirmatur, & hoc ponit falcem ad
radicem, quia Doctores, tenentes pro
teſtium ſingularium concordia, etiam ad
effectum probandi, conueniunt in hoc,
quod ex teſtibus ſingularibus concorda-
tis non oriatur plena, ſed tantum ſemiple-
na, vel pluſquam ſemiplena probatio, ex
qua deferatur iuramentum in ſupplemen-
tum, ſecundum quod animus Iudicis mo-
uetur plus, vel minus ad præſumendum,
ſeù indubitanter credendum. *Caccialup.*
in l. admonendi num. 29. verſ. teſtes ſingu-
laritate adminiculatiua ff. de iureiur. Gabr.
tit. de teſtib. lib. 1. concluſ. 2. num. 65. & ſeq.
vbi de communi Conrad. in pract. rubr. de
ſing. teſt. num. 23. Monticell. in repert. teſt.
rubr. ſingulares teſtes an, & quando pro-
bent fol. 199. col. 1. & alij, quos plena manu
congerit Farin. quæſt. 64. de teſtib. num. 113.
115. & 126. in cauſis autem Canonizatio-
21 num non ſufficit, quod actus virtutum,
& miraculorum ſemiplene, vel etiam pluſ-
quam ſemiplene probentur, cum non ſit
locus iuramento in ſupplementum, *Iacob.*
Caſtellan. de Canon. Sanct. qu. 7. principal.
propè fin. verſ. adhoc citans pro ſe *Bald.* vni-
uerſaliter tenentem *in cap. 1. de appell.*
quod in cauſis famoſis, & arduis, in qui-
bus non defertur iuramentum in defe-
ctum ſemiplenæ probationis, teſtes ſingu-
lares, & fama cum vno teſte non probent,
quia cauſis criminalibus æquiparantur.

Verum videamus quid circa huiuſmo-
di materiam teneat idem *Iacob. Caſtellan.*
quæſt. 7. poſt medium Quæro, *inquit*, vnus
22 teſtis dicit eum, qui petitur canonizari
cæcum illuminaſſe tali tempore, alter alio
vel eodem tempore: mutum vocalem fe-
ciſſe: alius infirmum incurabilem ſanauiſ-
ſe: alius mortuum ſuſcitaſſe: an tales te-
ſtes probent frequentiam miraculorum,
vt ad finem Canonizationis ſufficiat? *An-*
ton. de B'mr. in cap. cum oporteat de accuſ. in
9. tenet, quod non, quia ſunt ſingulares,
qui non probant *cap. bona de elect. & cap.*
cum dilecti, & de prob. cap. licet cauſam, &
habetur in cap. cum dilecti ad fin. de accuſ.
vnde Bal. in l. ius iurandi C. de teſtib. dixit
quod in teſtibus ſingularibus procedit il-
lud, vt tantum valeat vnus, quantum
mille.

Ad hoc adducitur *gloſſ. in cap. bene de*
elect. in verbo ſingulares, quæ dicit, quod
ſi qui-

ſi quilibet de Capitulo ſingulariter iuret, ſe non citatum, non releuat Capitulum, neque probant capitulum non fuiſſe citatum: ſunt enim ſingulares: per illum *text.* & quia aliud eſt Capitulum aliud ſingulares perſonæ, *vt l. ſed ſi hac §. qui manumittitur ff. de in ius voc. & 12. qu. 2. §. qui manumittitur l. in tantū §. vniuerſitatis ff. de re di.*

23 Secundo ad idem inducitur *gloſ. 3. qu. 9. cap. nihilominus in princ.* quæ per illum *text.* voluit, quod ſi vnus teſtis deponat de adulterio heri commiſſo ab aliquibus, & alter teſtis deponat de adulterio hodie commiſſo ab eiſdem, non probant, quia ſunt ſingulares. Idem ſi vnus dicat, Titium heri occidiſſe Meuium: alter eundē Titium hodie occidiſſe Seuium: non probant Titium homicidam, nam licet arguant multiplicatum adulterium, aut homicidium: non tamen arguunt idem adulterium, aut homicidium in ſubſtantia: nec idem adulterium, aut homicidium plene probant, de quo per *Anton. in dicto cap. cum oportet.*

24 Tertio adducitur dictum *Archid. in dict. cap. nihilominus* vbi dixit, quod in quolibet facto probando requiritur pluralitas teſtium, & ſic ad minus duo requiruntur *l. vbi numerus ff. de teſtib. cap. in omni de teſtib. & cap. licet vniuerſis*, ſed in caſu præmiſſo in quolibet miraculo habemus vnū teſtem dumtaxat, igitur &c.

25 Quartò adducitur ratio: quia dictum teſtis regulatur ſecundum cauſam, quam reddit: hinc eſt, quod interrogatus de cauſa, ſi eam non reddat: vel reddat minus ſufficientem, non probat *l. ſolam C. de teſt. & quod ibi not. gloſſ. & eſt gloſſ. in cap. ſi quando de reſcript.* & ſic ſi eſt ſingularis in cauſa ſui dicti, erit ſingularis in dicto ſecundum *Imol. in l. inter pares ff. de re iud.* ſed in caſu præmiſſo omnes in cauſa dicti ſunt ſingulares. Nam interrogati, an ille de quo canonizando agitur, faciat miracula, vnus dicit, quod ſic, quia cæcum illuminauit: alter quia mutum vocalem fecit, & ſic de ſingulis: ergo omnes in dicto ſunt ſingulares.

Quinto adducitur *gloſſ. in dicto cap. nihilominus 3. qu. 9. circa fin.* quæ dicit, quod ſi vis probare ſolutionem decimæ, & vnus teſtis dicit, frumentum ſolutum: alter fabam, non probant, quia ſingulares.

Sexto *gloſſ. in dicto cap. nihilominus ad fin.* quæ dicit, quod ſi tractetur de probando: an excommunicatus ingeſſerit ſe diuinis, ad effectum incurrendæ irregularitatis, iuxta *text. & gloſſ. in verbo ſicut prius in cap. 1. in fine de ſen. excomm. lib. 6.* & vnus teſtis deponat de Miſſa tali die celebrata: alter de Veſperis eodem die cantatis, non probant, quia ſingulares *per dictum cap. bona, & cap. cum dilecti de elect.*

26 Septimo facit *text. in cap. venerabili de teſtib.* vbi teſtes in articulo canonizationis ea diligentia recipiuntur, quæ ſolet, & debet adhiberi in alijs cauſis: Imminò cum maiori ſecundum *gloſſ.* ibi ſed in alijs cauſis regulariter teſtes ſingulares reijciuntur *dicto cap. bona, & cap. cum dilecti de elect.* cum ſimilibus: ergo idem dicendum eſt in canonizatione.

Octauo: quia habemus regulam firmā, quod teſtes ſingulares non probant *cap. licet cauſam de prob. & de elect. cap. bona, & cap. cum dilecti de accuſat. in fine*, quæ in caſu premiſſo non reperitur vitiata per aliquem *text.* ergo ei ſtandum eſt firmiter per *gloſſ. in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* ad hoc facit, quod ponit *Ioan. de Imol. in l.*
inter pares ff. de re iudic. & hanc opinio-
27 nem, quod præmiſſi teſtes vt ſingulares
non probent miracula, tenuit etiam *Alex.*
in conſ. 72. & Felin. in cap. licet ex quadam
de text. & Marian. Soc. in cap. qualiter, &
quando 2. de accuſ. & concordat *Archid.*
in cap. nec mirum 26. qu. 5. & Vincent. in
cap. venerabili de teſtib. & Dominus Iaſon
in l. admonendi ff. de iure iur. in rep. à qua
opinione non eſt recedendum propter au-
28 ctoritatem eam tenentium: & quia in hoc
negotio non videtur laxāda facultas probandi *arg. cap. tua nos de conſangu. & affin.* agitur enim de periculo, ne fideles vanis, & falſis figmentis decipiantur ſecundum *gloſſ. in dicto cap. venerabili de teſtib.* & facit *cap. 1. & 2. de rel. & vener. ſanct.* vnde *Bartol. in cap. qualitas ſine ſubſtantia in ſuo tract. teſtimo.* dicit, quod in his facilis poteſt eſſe deceptio: & ideò determinationi Romanæ Eccleſiæ hoc eſt ſpecialiter reſeruatum.

29 Subijciuntur tamen aliqua fundamenta, quæ contra hanc concluſionem adduci poſſunt. Primo contra præmiſſam concluſionem opponitur de *gloſſ. in cap. nihilominus 3 qu. 9.* quæ dicit quod ſi agatur de probando: an excommunicatus Miſſam celebrauerit, & vnus dicat, quod ſic, quia audiuit principium: alter quia audiuit finem Miſſæ, probant: idem ſecundum omnes, ſi vnus dicat, quia audiui Epiſto-

Digitized by Google

lam : alter quia audiui Euangelium: & ta-
men de diuerſis deponunt. Verum ibi agi-
tur de probando vno actu indiuiduo ha-
bente cauſam continuam, & ſucceſſiuam:
vt eſt Miſſa, quæ eſt indiuidua ex iuris
diſpoſitione, & debet tota continuatè
perfici *7.qu.1. cap.nihil* vnde teſtes depo-
30 nendo de partibus indiuiduis ad totum:
probant ipſum totum : ſunt enim conte-
ſtes præſumptione iuris diſponentis: Miſ-
ſam diuidi non debere : videntur enim de
vno, & eodem deponere propter actus in-
diuiduitatem, vt declarat *Ioann.de Imol. in
l.inter pares ff.de iud.* Cõcluſio verò loqui-
tur, quando agitur de probãda operatione
miraculorũ quę eſt actus diuiduus, & mul-
tiplicatur ex multiplicatione miraculorũ
quo caſu teſtes de diuerſis miraculis ſingu-
lariter deponentes, nõ probant vt in *eadem
gloſſ. in principio*, dum loquitur de proba-
tione adulterij aut homicidij, & facit *d.cap.
bona cum gloſſa & cap. cum dilecti de elect.*
31 Secundò opponitur de eadem *gloſſ. in
cap. nihilominus*, quatenus firmat, quod ſi
duo ſucceſſiue, vnus poſt alterum incon-
tinenti viderunt per foramen aliquos in
fornicatione exiſtentes : probant fornica-
tionem, & ſunt conteſtes, & tamen de di-
uerſi temporis fornicatione deponere vi-
dentur. Sed ibi teſtes deponunt de vno,
& eodem actu ſucceſſiue continuato: ideo
ſunt conteſtes, & probant: nec illa mo-
dica diuerſitas temporis habet officere:
quia ea, quæ incontinenti fiunt videntur
ineſſe *l. lecta verſ. dicebam ff. ſi cert. pet.*
facit *l. continuus in princ. ff. de verb. oblig.*
Hic vero teſtes deponunt de diuerſis, &
ſeparatis actibus : & ideo ſingulares, &
non probant *d. cap. bona cum concord.*
Tertiò opponitur *de gloſſ. in l. ob car-
32 men. in fin. ff. de teſtib.* quam approbat
ibi *Bartol.* quæ ponit, quod ſi dicam, me
poſſediſſe non tamen limitato tempore, &
inducam teſtes, & vnus dicat, ego vidi
eum poſſidere per annum, alter per alium
annum; & ſic de cæteris, eorum teſtimo-
nium tenet, quia hoc ſolum quæritur, an
poſſederim, quod omnes dicunt *Sed* ſe-
cundum *Ioann. de Imol. in l. inter. pares ff.
de re iudic.* ibi agitur de probando vno iu-
re vniuerſali, continenti ſub ſe plura par-
ticularia ipſum inferentia, & habente
cauſam ſucceſſiuam, quod non diuerſifi-
catur ex actuum particularium diuerſita-
te, vt eſt poſſeſſio, quæ eſt quoddam ius vt
not *in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* & quodam-
modò vniuerſale continens ſub ſe plura
particularia, quæ omnia ſunt ipſa poſſeſ-
ſio: quo caſu teſtes de actibus particula-
ribus deponentes probant, *vt ubi.* Hic ve-
rò agitur de probanda operatione mira-
culi: quæ diuerſificatur, & multiplicatur
ex multiplicatione miraculorum: nam
quodlibet miraculum infert de per ſe
vnum totum ſecundum doctrinam *Anton.
in cap. cum oporteat de accuſat.* & quæ mo-
mento expeditur, ſaltem vt plurimum: in
quo teſtes ſingulariter de diuerſis miracu-
lis deponentes non probant, facit *gloſſ. in
dicto cap. nihilominus 3. quaſt. 9. in princ.
& dicto cap. bona de elect.* Dicit tamen *Imol.
in dicta l. inter pares*, quod licèt ab illa
gloſa nõ ſit in practica recedendum prop-
ter auctoritatem tenentium eam: tamen
de Iure fortè non procedit: & habet *gloſs.*
contrariam in *dicto cap. nihilominus ad fin.*
dum tractat de probanda ſolutione deci-
mæ, & *Hoſtien. in ſumm. in tit. de teſtib. in
§. qua diuerſitates*, de quo vide ibi per eum.
Adde tamen, quod poſſet dici, quod *gloſs.
in d. cap. nihilominus ad fin. non ſit contraria
gloſſ. in d.l. ob carmen in fin.* quia dicit, quod
ſi tu, qui teneris ad Decimam ſoluendam:
vis probare ſolutionem Decimæ, & vnus
teſtis dicit frumentum ſolutum, alter fa-
bam nõ probant, quia ſingulares: & ſic agi-
tur de probando actu ſolutionis: nõ autem
de probanda quaſi poſſeſſione iuris deci-
mandi, & ſic intellecta non eſt contraria.
33 Quarto opponitur: de eo, quod ponit
Bald. in l.1. C. de teſtam. vbi dicit, quod
ſi agatur de probando, an quis ſit mani-
feſtus vſurarius, & vnus teſtis dicit, quod
ſic, quia mutuauit Seio ſub vſuris publicè
tali tempore, alter quia Meuio mutuauit
tali tempore, & ſic de aliis; ſunt conte-
ſtes, quia concordant in eumdem rei fi-
nem, quod ille ſit vſurarius manifeſtus
per *text. in l. qui ſententiam C. de pœnis.*
Verum non obſtat, quia *Bald.* ibi poſtea
ſubdit, quod tales teſtes non probant ad
finem, vt poſſint repeti vſuræ ex illis
contractibus; Sed tantum ad finem, vt
ille reddatur in genere de vſuris infama-
tus. Vndè fateor, quod in caſu conclu-
34 ſionis teſtes ſingulares reddant eum, de
quo canonizando agitur, miraculoſum,
ſeu de miraculis famoſum; non tamen
plene probant miracula, ad finem cano-
nizationis, per ſupradicta, quæ etiam
tangit *Felin. in cap. licet ex quadam ad
finem de teſtib.* Ad *text. autem in l. qui*
ſenten-

ſententiam C. de pæn. dicitur, quod ille *text.* debet intelligi; vt teſtes concordent in eumdem rei finem: & etiam in ſpecie ſint conteſtes, non autem ſufficiat quod ſint conteſtes, in genere ad plene probandum, ad hoc, quia *text.* loquitur in criminalibus, & capitalibus, in quibus debent eſſe probationes luce meridiana clariores *l. final. C. de probat.* Item quia intentio Imperatoris ibi eſt potius diſtringendi probationem, quam laxandi *arg. l. legata inutiliter de leg. 1.* vnde dicit non prius capitalem promat ſententiam in quempiam, quam &c.

35 Quinto opponitur de eo, quod ponit *Bald. in l. 1. C. qui numero tutel. 1.* quod ſi agatur de probando quem eſſe hæreticum, & vnus dicat, quod ſic, quia audiui eum dicentem, non credo in vnum Deũ: alter quia audiui dicentem, non credo in vnam Eccleſiam Catholicam: probant, & ſunt conteſtes: quia per diuerſas ſpecies probant identitatem generis, idem dicit *in l. actor C. de probat* & mouetur per *gloſ. in dicta l. ob carmen in fine.* Sed illud intelligitur, vt teſtes tales probent ad finem, vt ille reddatur infamatus in genere de hæreſi: vt dixit in *dicta l. 1. C. de teſtam.* non autem ad finem, vt poſſit puniri de hæreſi illorum articulorum: vnde *Ioann. Anan. in cap. vt officium de hæreſ. in 6. lib.* dicit quod crimen hæreſis non probatur per teſtes ſingulares, quod intelligatur in ſpecie. Dictum verò *Bald.* quo ad infamiam in genere, de quo per dictum *Anan. in dicto cap. cum oporteat de accuſat. & d. Felin. in dicto cap. licet ex quadam de teſt. gloſ. autem in dicta l. ob carmen*, qua mouetur, in alio caſu loquitur.

36 Sexto opponitur: quia quando non agitur de præiudicio alicuius, creditur vni teſti, *cap. paruulos, & cap. ſequenti vbi gloſ. de conſecr. diſt. 4. & gloſ. in cap. nuper, & in cap. licet vniuerſis de teſtib.* ſed in canonizatione non videtur agi de directo præiudicio alicuius. Verum hoc non ſubſiſtit; quin potius agitur de præiudicio vniuerſorum fidelium, quibus canonizatus conſtituitur adorandus, ne ſcilicet decipiantur vanis, & falſis figmentis, [quod tamen non concordat cum noſtra ſententia ſupra *cap. 1. nu. 17.*] & ideo *text. in cap. venerabili de teſtib.* voluit in receptione teſtium in cauſa canonizationis eam diligentiam adhiberi, quæ adhibetur in aliis cauſis; & maiorem, propter maius periculum; vt ibi per *gloſ.* & facit *cap. 2. de reliq. & vener. Sanct.*

37 Septimo opponitur de eo, quod ponit *Innocent. in c. qualiter, & quando de accuſat. 2.* vbi ſi ſuper articulis iuriſdictionis teſtes inducti interrogentur, quomodò ſciunt, quod ille, de quo agitur, in tali loco iuriſdictionem exercuit: & vnus dicat, quia vidit ſuſpendere Meuium die lunæ; alter, quia vidit, quando excommunicauit Petrum die martis: alius quia vidit, quando cognouit de tali cauſa die mercurii: probant iuriſdictionis exercitium. Idem dicitur in caſu, quando petuntur Decimæ, & vnus dicit, ſe vidiſſe, quando collegit granum, alter quando collegit ordeum: probant quaſi poſſeſſionem iuris decimandi: idem *Specul. in tit. de teſte: in §. iam de interrogatoriis verſ. item de tempore.* Attamen illa procedunt, quando agitur de probando vno iure vniuerſali, habente cauſam ſucceſſiuam,

38 & continente ſub ſe plura particularia ipſum inferentia: & quod non multiplicatur ex actuum particularium multiplicatione: quo caſu teſtes de actibus particularibus deponentes probant, vt *dicta gloſ. in dicta l. ob carmen in fin. ff. de teſtib.* Concluſio verò loquitur in probanda operatione miraculi: qui actus multiplicatur, & diuerſificatur ex diuerſitate miraculorum. Nam quodlibet miraculum infert de per ſe vnum totum ſecundum *Dominum Anton. in cap. cum oporteat de accuſat.* quo caſu teſtes ſingulares non probant, & facit *gloſ. in dicto cap. nihilominus 3. quæſt. 9.* dum loquitur de probatione homicidii, & adulterii. Præterea id, quod dictum eſt de iuriſdictione, non tranſit ſine dubio: & contrarium de iure tenet *Imol. in l. inter pares ff. de re iudicat. & Innocent. in cap. licet ex quadam de teſtib. & Dominus Alex. in conſ. 72.* licet dicat *Ioann. de Imol.* quod in practica non eſſet ab eo recedendum. Idem dicit de eo, quod dictum eſt de ſolutione decimæ, de quo plenius ibi per eum, & per *Hoſtien. in ſumm. in tit. de teſte in §. quæ diuerſitates verſ. quod ſi agatur de decima.*

39 Quæro quid ſi in caſu præmiſſæ concluſionis cum quodlibet teſte fama concurrat ſuper illo miraculo, de quo de ponit, an probent, videtur dicendum, quod ſic: quia fama cum vno teſte plenè probat in cauſis ciuilibus, vt eſt *gloſ. in cap. 1. de appellat. & in §. Item ſæpe 4. qu. 3. &*

3. *& in cap. veniens 1. de teſtib. & 16. qu.*
3. in §. præſcriptionum in verbo poſſeſ-
ſionis . Facit *gloſ. in l. 3. §. eiuſdem ff. de*
teſtib. & in cauſa canonizationis videtur
ad probationes procedi , vt proceditur in
aliis cauſis *cap. venerabili de teſtib.*

40 In contrarium facit: quia Canonizatio
eſt vna de maioribus cauſis , quæ inter
Chriſtianos proponi poſſit, *gloſ. in cap. 1.*
de relig. & vener. Sanct. in 6. Et cauſæ
maiores æquiparantur in hac materia
cauſis criminalibus ſecundum *Bartol. in l.*
admonendi de iure iur. verſ. viſo ergo : ar-
gum. l. propter litem ff. de excuſ. tutor. &
not. Angel. de Aret. in §. item propter litem
inſtitut. de excuſ. tutor. In quibus fama
cum vno teſte non probat plenè, vt eſt
gloſ. ſingularis in cap. veniens 1. de teſtib.
facit , quod ponit *Ioann. Anan. in cap. vt*
officium de hæret. in 6. verſ. certum eſt
autem , quod procedit , etiamſi de crimi-
ne ciuiliter agatur per *cap. tam litteris de*
teſtib. notat *Panor. in dicto cap. veniens in*
fin. debent enim in criminalibus proba-
tiones eſſe luce meridiana clariores *l. fin.*
C. de probat. Hucuſque Caſtellanus .

41 Cæterum pro complemento facit, quia
in Eccleſia militanti non eſt deuenien-
dum ad Canonizationem alicuius Serui
Dei , niſi ipſe Deus Optimus Maximus
ſignis , & miraculis declarauerit , velle ,
vt eidem tribuatur cultus , & veneratio ;
vt colligitur ex pluribus litteris Apoſto-
licis , videlicet Canonizationis Sācti Ho-
moboni Cremonenſis , *ibi* , Nos ad illius
venerationem inducunt , quod Dominus
ſuis miraculis oſtenderit venerandum ,
Sancti Laurentii Archiepiſcopi Dubli-
nenſis , *ibi* , Miſericors Deus ex numero
illorum , quos in Eccleſia triumphante
glorificat aliquorum fidem , & merita in
militante miraculis declarat. Sancti Fran-
ciſci Aſſiſinatis , *ibi* , Sanè licet eius vita ,
tam ſancta , tam ſtrenua , & præclara, ſibi
ſufficeret , ad obtinendum conſortium
Eccleſiæ triumphantis ; quia tamen mili-
tans, quæ ſolummodò videt in facie, non
præſumit de his , quæ de ſuo foro non
ſunt , authoritate propria iudicare , vt il-
los pro vita tantum honorandos aſſumat;
Omnipotens, & miſericors Deus, de cuius
munere venit , quod prædictus famulus
Chriſti dignè ſibi , & laudabiliter ſeruie-
rit , tantam lucernam abſconditam ſub
modio remanere non patiens , ſed eam
volens ſub candelabrum collocare , his
qui in domo ſunt luminis ſolatium præ-
bituram , vitam eius ſibi fuiſſe acceptam,
& ipſius memoriam eſſe à militante Ec-
cleſia venerandam , multis , & præclaris
miraculis declarauit. Et Sancti Antonii
de Padua , *ibi* , Nos ad illius veneratio-
nem inducunt , quod Deus ex meritis
præcedentibus , & ſignis ſubſequentibus
exhibet venerandum . Ac proindè valdè
42 inconueniens eſſet, aſſerere, quod Deus
qui ad ſuam gloriam manifeſtandam mi-
racula patratur , noſtro indigeat ſupple-
mento ad eadem miracula probanda , vt
diximus ſupra , *hac eadem par. 4. cap. 1.*
num. 14. Ipſe enim , qui conſtituit , vt in
ore duorum , vel trium teſtium ſtet omne
verbum , *Deuteron. 19. 15.* Quando ſibi
placet , vt eius opera manifeſtentur Ec-
cleſiæ militanti , taliter patrari dignabi-
tur , vt ſecundum formam à ſe præſcrip-
tam citra noſtram ſuppletiuam probatio-
nem nobis conſtent .

Ad exempla ſuperius adducta *nu. 16.*
Sancti Bonauenturæ , Sancti Homoboni
Cremonenſis , Sancti Thomæ Aquinatis ,
& aliorum fortaſſe , in quorum Canoni-
zationibus Summi Pontifices adhibue-
runt fidem teſtibus ſingularibus , Reſ-
43 pondetur ; Nos hic non negare , quin
etiam hodie poſſit Papa Canonizare San-
ctos in qualibet forma ſibi bene viſa ,
prout diſcuſſis rationibus hinc inde te-
nentium , reſoluit *Troil. Maluet. de Canon.*
Sanct. dub. 2. in fin. ob id , quia Papa libe-
ram habet poteſtatem , & maxime in ſpi-
ritualibus , *cap. ſignificaſti in fine de elect.*
cap. 1. de præben. in 6. Clem. 2. vt lit. pend.
cap. cuncta per Mundum 9. qu. 3. Si verò
teneretur aliquam formam ſeruare , vel
iudicium Cardinalium ſequi , non dice-
retur liber , vt notat *Ioann. Andr. in dicto*
cap. 1. de præben. in 6. & voluit *gloſ. in*
verbo libere in Clement. dudum de ſepult.
Sed diſcurrimus tātum de voto dando ab
EE. Cardinalibus, & DD. Conſultoribus,
ſecundum allegata, & probata , qui legi-
bus , non exemplis iudicare debent, *l. ſed*
licet ff. de off. Præſid. l. nemo C. de ſen. &
interloc. cap. 1. de poſt. Præl.

Ad illam rationem , quod adhibere
fidem teſtibus ſingularibus , ſit arbitra-
rium Iudici *l. 3. ff. de teſtib.* Reſpondetur
hoc in cauſis Canonizationum in ſolo
Papa verificari poſſe , qui ſolus eſt Iudex
in huiuſmodi cauſis. *Caſtellan. qu. 8. princ.*
44 *propè fin. verſ. ſed Canonizatio* . Non
autem

autem in Cardinalibus, & multò minus in Conſultoribus, quia Cardinales non aſſiſtunt Papæ tanquam Coniudices, ſed per modum miniſterij, & conſilij, *Troil. Maluet.* qui alios citat, *d. dub.2. nu. 38.* Eſſetque valdè inconueniens, vt in dando Papæ eorum votum, pro certis repreſentarent ea, de quibus iure dubirari poſſet.

45 Accedat demum, quod in criminalibus, quibus ſemper comparamus cauſas Canonizationum, nec etiam duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis, quamuis ad eumdem finem tendentes, coniunguntur, *Farin. cum ibi citat. quaſt. 86. num. 20. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

Affinitas in cauſis Canonizationum non repellit à teſtimonio, num. 4.
Conſanguinitas non repellit à teſtimonio, num. 4.
Domeſticitas non repellit à teſtimonio, num. 5.
Familiaritas non repellit à teſtimonio, num. 5.
Infamia repellit à teſtimonio, num. 6.
Infames an ſint admittendi in teſtes in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, num. 7.
Inhabiles non admittuntur, quando teſtes habiles haberi potuerunt. num. 8.
Inimìcitia an repellat à teſtimonio, num. 3.
Minor in teſtem non admittendus, & quare, num. 10. & ſeq.
Mulier an admittatur in teſtem, num. 12.
Mulierum plures exceptiones, num. 12.
Pauperes an ſint admittendi in teſtes, num. 9.
Quilibet ad teſtificandum admittitur, num. 1.
Religioſi an admittantur ad teſtificandum, num. 14.
Teſtes duo ſufficiunt in qualibet cauſa, num. 2.
Teſtes de vniuerſitate an admittantur, n. 13.
Viles, & Villani an admittantur in teſtes, num. 9.

CAPVT XVII.

Vtrum in cauſis Canonizationum admittantur Teſtes inhabiles?

1 MAteriam inhabilitatis teſtium fusè, more ſuo, tractat *Farin. in ſuis quaſt. p.2. à quaſt.53. vſque od quaſt.63.* vbi præmiſſo, quemlibet ad teſtificandum admitti, niſi à lege prohibeatur, per *text. in l.1. in fine principij ff. de teſtib.* diſcurrit ad longum ſuper qualibet exceptione, quæ contra perſonas teſtium opponi poſſit, concludendo *dicta quaſt.63. cap. 5.* in qualibet cauſa, tam profana, quam Eccle-

2 ſiaſtica, vel ſpirituali, duos teſtes ſufficere ad perfectam probationem inducendam, per *text. in l. vbi numerus ff. de teſtib. cap. in omni negotio, de teſtib.* quæ iura poſitiua concordant cum Iure Diuino, *Deuteron. 19. 15.* cum limitatione tamen in pluribus caſibus, qui apud ipſum *ibid.* videri poſſunt. Quas quidem oppoſitiones non omnes habere locum in cauſis Canonizationum patebit ex ſequentibus.

3 Quod enim attinet ad inimicitiam, cum in huiuſmodi cauſis teſtes inducantur ad manifeſtandum Dei gloriam, & honorem Seruorum ipſius Dei, videtur vix poſſe cadere exceptionem inimicitiæ in quocumque capite, vt de ſe patet. Et certe licet inter nonnullas nationes detur quædam naturalis antipatia, & inter aliquos ſcientiarum profeſſores, ob principiorum, vel concluſionum diſcrepantiam, neſcio quid, velut odij intercedat, quando tamen ad teſtificandum ſuper meritis, & virtutibus alicuius Serui Dei alterius nationis, vel profeſſionis, quiſpiam inducitur in teſtem, ſemper vidi cum omni ſinceritate gloriam Dei reuelaſſe. Vnuſquiſque enim virtutem commendat, *Senec. in epiſt.* cum nihil amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum, *Cicer. de amicit. in princ.*

4 Propter conſanguinitatem, vel affinitatem, non eſſe aliquem repellendum à teſtimonio, colligitur ex *Farinac. quaſt. 54.* qui tribus in caſibus, etiam in criminalibus admitti fatetur, videlicet ad rei defenſam, & innocentiam detegendam, *Clar. in pract. crim. §. final. quaſt. 24. verſ. quarto modo in fine, iuncto verſ. item ſcias, & alij relati per Farinac. dicta quaſt. 54. num. 33. & ſeqq.* Secundò etiam contra Reum in caſibus exceptis, vt læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, ſimoniæ, & ſimilibus, *Prapoſit. in cap. conſanguinei col. 1. verſ. fallit quando, 3. quaſt. 5. Gabr. rubr. de teſtib. concluſ. 13. num. 25. Farin. ibid. num. 77.* Et tertiò quando veritas facti probari, vel melius probari non poteſt *Gabr. dicta concluſ. 13. num. 14. & 27. Caſar de Graſs. deciſ. 10. nu. 11. Farinac. dicta quaſt. 54 num. 76.* Ac propterea ſecundum hanc doctrinam, frater in cauſa

Cano-

Canooizationis admitti poteſt, *Alber. in l. parentes, nu. 2. in fine, verſ. ſed nunquid iſti C. de teſtib. Farinac. dicta quæſt. 54. num. 103. 111. & 117.* Parentes in cauſa Canonizationis filiorum, & è contra, *Moncard. in addit. ad Curt. de teſtib. par. 3. num. 110. littera B. verſ. item limita, Gabr. tit. de teſtib. concluſ. 17. num. 8. Farinac. dicta quæſt. 54. num. 193. & ſeq.* Maritus pro Canonizatione vxoris, &, e contra, *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1420. num. 14. Specul. in tit. de Inquiſit. §. 1. verſ. ſed nunquid Farinac. dicta qu. 54. num. 227. & ſeq.*

5 Ob eaſdem rationes non ſunt repellendi teſtes domeſtici, vel familiares, nempe famuli, & ancillæ, pro Canonizatione Dominorum, & e contra, ſubditi, & vaſſalli pariter pro Canonizatione Dominorum, & e contra. Colooi, Inquilini, & emphyteutæ; ſed neque amicus pro Canonizatione amici; cum omnes iſti admittantur ad teſtificandum in cauſis criminalibus, tam ad defenſam, quam etiam pro Curia, in delictis exceptis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, *Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem num. 43. ff. de quæſt. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 858. num. 2. Nell. de teſtib. num. 23. verſ. niſi in defectum probationum, & verſ. niſi in caſu neceſſitatis Farinac. quæſt. 55. num. 70. 94. & ſeq. & num. 172. & 173.* & generaliter de omnibus teſtibus inhabilibus admittendis in criminibus exceptis in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, & ad defenſam, *idem Farin. quæſt. 62. limit. 3. 4. & 5. per tot.*

6 Infames infamia iuris, vel facti, quos enumerat *Farin. quæſt. 56. per tot.* an ſint admittendi ad teſtificandum in cauſis Canonizationum? Attentis ſupra poſitis principiis, quod in huiuſmodi cauſis admittantur, qui non repelluntur à teſtimonio in criminibus exceptis, certum eſt, quod infames admittuntur in teſtes in enormibus, & exceptis delictis; videlicet in crimine læſæ Maieſtatis, *l. famoſi ff. ad l. Iul. Mai.* Hæreſis *cap. vrgentis, & cap. in fidei fauorem de hæret.* Simoniæ, *cap. licet Helt, de Simon.* Sacrilegij *cap. hi qui 16. quæſt. 4. l. ſi quenquam C. de Epiſc. & Cler.* dilapidationis bonorum Eccleſiæ *cap. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien.* & Perduellionis, *l. fin. ff. ad l. Iul. mai.* Videtur dicendum affirmatiuè. Quod tamen affirmare non audeo, Primò quia huiuſmodi infames neque in prædictis caſibus habentur integræ fidei, *Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 855. num. 9. Gig. de crimin. læſ. Maieſt. lib. 2. rubr. quom. & per quos crim. læſ. Maieſt. probe. quæſt. 3. num. 3. Farinac. dicta quæſt. 56. num. 71.* Secundò propter dignitatem cauſarum, quæ videntur ab huiuſmodi teſtibus abhorrere; Ac proinde melius crederem ab iiſdem abſtinendum.

7 Videtur tamen excipiendus caſus ſi contingeret aliquod magnum miraculum in loco, vbi teſtes habiles ſecundum præſentem rerum ordinem interuenire, ſeu præſentes eſſe nequirent, ex. gr. ſuſcitatio mortui in poſtribulo, vbi niſi infames perſonæ reperiuntur *Salicet. in l. & quidem num. 113. ad fin. C. de accuſat.*, vel ſi miraculoſe frangeretur laqueus in ſuſpenſione alicuius transfugæ reperto in fragranti, in loco ab hominum commercio remoto, cui miraculo non adeſſent niſi Birroarii more belli. Talibus enim caſibus adhibendam eſſe fidem teſtibus infamibus inferri videtur ex adductis per *Farinac. quæſt. 62. limit. 3. num. 63.* licet neque hoc tranſeat ſine difficultate per ea, quæ ex *Riminald. conſ. 360. num. 89. & ſeqq.* ſubdit *ibidem Farinac. num. 64.* ſcilicet tunc ſolum perſonas inhabiles admitti ad teſtimonium, quando alii teſtes non potuerunt interuenire actu, & habitu ex natura negotii, de cuius probatione agitur, vt in geſtis in Collegio, in Capitulo, & id genus; aliter quando teſtes habiles nõ interuenerunt, ſed ex actus natura interuenire potuerunt, puta ſecus flumen, in via publica, aut alio ſimili loco, quia tunc cum dicatur caſus eſſe contingens, & non neceſſitatis, meritò ſtandnm eſt regulæ iuris communis, quæ in grauioribus probationem claram requirit *l. fin. C. de probat.*

8 Notandum etiam teſtes inhabiles noo admitti, quando producens huiuſmodi teſtes potuit adhibere teſtes habiles, & non adhibuit; tunc enim inhabiles non probant, etiam quod factum de ſui natura ſit difficilis probationis. *Alex. conſ. 252. ſub. num. 15. lib. 5. Gramm. conſ. 26. nu. 37. Marſil. in pract. §. diligenter num. 84. verſic. nam ſibi imputet. Carrer. in pract. Criminal. in tract. de indic. §. in textu ergo, num. 36. Farin. d. quæſt. 62. limit. 1. num. 30.*

9 Pauperes autem, & viles, quos villanos

vocant

vocans & qui ex infima plebe nati, humiles nuncupantur à Iure *in l. humilem C.de. inceſt.nupt.* atque itē ſeruos, illos ſcilicet, quorum ſtatus iure ciuili, & gentium diminitus eſt, ſi ſint honeſtę vitæ, à teſtimonio non repelli in cauſis Canonizationum, quia viles non ſunt cenſendi, qui fide, & opinione probati ſunt; licèt alias pauperes, aut patre inope procreati. *l. ſed & ſi unius §. Interdum ff. de Iure iur. l. 3. in princ. verſ. nam ſi careat ff de teſtib. Farinacc. quæſt. 57. num. 66.* Quæ quidem honeſtas, donec contrarium appareat, eſt præſumenda, *text. in l. ſeruos, & ibi gloſ. ff de manum. teſtam. l. omnimodo C. de inoff. teſtam. l. cum pater, §. rogo ff. de legat. 2.*

10 Minor quatuordecim annorum maſculus, & minor duodecim fæmina, non eſt idoneus teſtis, neque in cauſis ciuilibus, *text. in l. 3. §. lege Iulia ff. de teſtib. gloſ. in l. inuiti, la 2. in verbo, ſed nec pupillus eod. tit. Dec. in. l. 2. §. item impuberes, n. 9. ff. de reg. iur. nell. de teſtib. nu. 21.* & alij, quos plena manu congerit *Farinacc. qu. 58. num. 1.* Quod habet locum etiamſi factus pubes deponat de his, quæ vidit in pupillari ætate, ſcilicet qua non habebat intellectum cognoſcendi, *Hector. Aemilian. de teſtib. p. 1. verbo teſtis adultus num. 12. Farinacc. d. qu. 58. num. 60.* Et licet ſubdat *ibidem Farinacc. num. 27. & ſeqq.* minorem admitti in teſtem in caſibus exceptis, & in delictis occultis, & difficilis probationis, ſe tamen explicat, ad affectum torquendi tantum, nō etiam probandi.

11 Quod ſi obijcias, cur teſtes defectum affectionis patientes admittantur, ad teſtificandum in cauſis canonizationum, nō autem minores, & impuberes? Reſponſio in promptu eſt, quia cæteræ perſonæ patientes exceptionem, conſanguinitatis, familiaritatis &c. habent perfectum intellectum, & firmitatem conſilij ſui, atque ideo de iure præſumuntur clare cognoſcere id, quod deponunt, & ex iuramento, quod præbent de veritate dicenda, euaneſcit omnis ſuſpicio affectionis ad cauſam, *Bald. in cap. cum nuntius, in princip. verſ. ſed iſtis, de probat. Felin. in cap. inſuper num. 1. verſ. & ſi dicatur eodem tit. Contelor. de Canon. Sanct. cap. 18. num. 7.* Minores vero, & impuberes propter defectum ætatis, de iure præſumuntur non perfecte cognoſcere id, de quo teſtificantur, *text. ad litteram in l. 3. §. lege Iulia,* ibi, *quidam propter lubricum conſilij ſui admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem, & ibi gloſ. in verb. lubricum ff. de teſt.*

12 Mulier è contra licet dicatur mendax, fallax, periura, doloſa, mutabilis, *Tiraquell. de legib. connub. l. 9. num. 46. & ex eo plures citati à Farin. qu. 59. num. 4.* non repellitur à teſtificando in cauſis Canonizationum, cum admittatur etiam in criminalibus, *per text. ad litt. in l. ex eo ff. de teſtib. & text. in l. qui teſtamento §. mulier ff. de teſtam. Farinacc. d. quæſt. 59. n. 17.* Eoque maxime ſi ageretur de probando miraculo in monaſtario monialium, cum ibidem actu, & habitu maſculi teſtes interuenire non poſſent. *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1359. nu. 9. Farinacc. quæſt. 62. num. 62 & 64.* Qua ratione admiſſum fuit teſtimonium monialium, in probatione multiplicationis farinæ, in eorum Monaſterio, ad inuocationem Beati Pij Quinti.

13 Teſtes de vniuerſitate admitti ad teſtimonium in cauſa Canonizationis ſerui Dei eiuſdem vniuerſitatis, etiam ſi honor dicti ſerui Dei redundet in decus, & laudem eiuſdem vniuerſitatis, colligitur ex *Bald. in cap. ſuper, num. 3. & ibi Felin. n. 1. verſ. eſt. etiam regula de teſtib. ibidem Bald. in cap. cum Nuntius, in 1. notab. eod. tit. Alber. in l. tantum §. vniuerſitatis, nu. 3. & ſeqq. ff. de rer. diu. Specul. in tit. de teſtib. §. 1. num. 2. verſ. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis, & alij congeſti per Farinacc. quæſt. 60. num. 450.* Et ſic Canonicus pro Canonizatione ſerui Dei, qui fuit de eius capitulo, *text. in cap. ſuper prudentia 14. qu. 2. & in cap. cum R. Canonicus, & ibi gloſ. de offic. deleg.* & clarius *Aufrer. de reprob. teſt. num. 13. verſ. adde quod Alber. de Malet. in tract. de teſtib. cap. 4. num. 76. Crot. de teſtib. nu. 168. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 261. nu. 7.* Monachus pro Canonizatione ſerui Dei ſuæ Religionis, & Monaſterij, & monialis pariter pro famula Dei ſui Monaſterij. *Nepos de Monte Albano in tract. de teſtib. num. 61. & ſeq. Bonif. de vital. rubr. de teſtib. num 13. Mandell. concluſ. 10. num. 25. Maſcard. de probat. concluſ. 3. nu. 11. & ſeq. lib. 1.* Doctor, & quilibet alius pro ſeruo Dei de ſuo Collegio, *Bald. in cap. cum Nuntius, in 1. notab. de teſtib. Specul. in tit. de teſte §. 1. nu. 22. verſ. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis vel Collegij Farin. d. qu. 60. num. 470.*

Reli-

14 Religioſi demum licet ſine Abbatis licentia examinari non poſſint, *Felin. in cap. cum Nuntius num. 3. de teſtib.* quia Monachi, & Religioſi nō habent nec velle, nec nolle, eorumque voluntas à ſuperioris voluntate dependet, *cap. ſi religioſus, & cap. ſi Abbatem de elect. in 6. & cap. final. de ſepult. eod. lib.* ſi tamen examinentur, valet eorum depoſitio, & nihil eis de fide diminuitur. *Specul. in tit. de teſte §. 1. num. 36. in fin. Abb. in cap. cum Nuntius, num. 4. de teſtib. Aretin. eod. cap. cum Nuntius, nu. 11.* dicens hanc opinionem communiter in practica ſeruandam, quia licet talis licentia requiratur, *ad text. in cap. quamquam, 14. quaeſt. 2.* Iſtud tamen eſt inductum ex quadam condecentia, & honore clericalis ordinis, & ideo tanquam leuis ſolemnitas omiſſa non vitiat, *l. 1. in fin. ff. de ventr. inſpic.*

SVMMARIVM.

Antiqua probantur teſtibus de auditu, nu. 13.
Auditus qualiter differat ab alijs ſenſibus, n. 2.
Auditus proprius, & auditus alienus qualiter ſpecificentur, num. 4.
Auditu auditus non percipitur veritas ſenſus, ſed ſolum quadam relatio veritatis, nu. 10.
Cauſa ſcientiæ debet eſſe manifeſtior dicto, numer. 11.
Cultus immemorabilis probatur teſtibus de auditu, num. 13.
Cultum immemorabilem probando, non probatur quid ſupernaturale, num. 14.
Aetas requiſita in teſtibus ſuper immemorabili, num. 16.
Exemplum exempli non probat, num. 9.
Senſus auditus quomodo differat ab alijs ſenſibus, num. 2.
Teſtes de auditu qui dicantur, num. 1.
Teſtes de auditu ſunt in duplici differentia, num. 3.
Teſtes de auditu proprio in quibus differant à teſtibus de auditu alieno, num. 4.
Teſtes de auditu proprio plenè probant, nu. 5.
Teſtes de auditu proprio ex interiecto pariete, vel cortina, vtrum probent, nu. 6.
Teſtes deponentes, ſe audiuiſſe ploratus, ſuſpiria, cantus, flagella &c. deponere debent coarctate, num. 7.
Teſtis de auditu alieno, ſeu auditu auditus, non probat, num. 8.
Teſtis deponere debet de eo, quod vidit, & præſens fuit, nu. 8.
Teſtis de auditu non habet cauſā ſcientiæ n. 11.
Teſtes de auditu in criminalibus non faciant præſumptionem, num. 12.
Teſtes de auditu probant cultum immemorabilem, num. 13.
Teſtes de auditu admittuntur in antiquis, numer. 13.
Teſtes ſuper immemorabili quibus requiſitis deponere debeant, num. 15.

CAPVT XVIII.

Vtrum in Cauſis Canonizationum admittantur Teſtes de auditu.

1 TEſtes de viſu dicuntur omnes, qui deponunt per proprium ſenſum, vel ille ſit viſus, vel auditus, odoratus, guſtus, vel tactus, quia in materia depoſitionis teſtium ſenſus viſus latiſſime interpretatur pro omni ſenſu, *Iacob. de Aren. in l. 2. §. idem labeo, ff. de aq. plu. arc.* quem ſequuti ſunt, *Bartol. Bald. Alber. Cuman. & alij citati à Farinac. de teſtib. qu. 69. n. 151.*

2 Hæc autem eſt differentia inter ſenſum auditus, & alios ſenſus, quod per ſenſum auditus communicari poſſunt ſenſationes acceptæ per ipſum auditum, & per alios ſenſus, non ſic autem per quemlibet ex alijs ſenſibus, quia poſſum alteri, per eius auditum ipſum alloquendo communicare quæ vidi, quæ audiui, quæ tetigi, odore percepi & guſtaui, ſed non poſſum alteri, ipſum tangendo, per eius tactum, communicare calorem, quem, rem calidam tangendo, ſenſi, neque ipſum aſpiciendo per viſum communicare colores, quos vi-
3 di & ſic de alijs ſenſibus. Ex quo fit, vt teſtes de auditu ſint in duplici differentia, ſcilicet de auditu proprio, & de auditu alieno, *Bald. in cap. licet ex quadam num. 6. verſ. nota quod interdum de teſtib.* vbi vtrūque explicat per hæc verba, Audio dice-
4 re, & Audio dici. Si enim audio contrahentes, tunc eos audio dicere, ſi vero audio alios, tunc audio de eis dici. Primo caſu audio eſſe rei, ſecundo caſu audio auditum eſſe, & vocatur ſecundus auditus, hoc eſt, auditus auditus, & *idem Bald. in l. 2. §. Idem labeo num. 3. ff. de aq. plu. arc.* vbi pariter explicat primum teſtimonium, quod ſit de auditu ſignificante actionem, vt ſi audio ſtipulantem, & promittentem, alterum vero de auditu referente actum, vt quando audio à te quod mihi dicis te vidiſſe. Prima teſtificatio eſt recta, & ve-

ro

ro proxima. Secunda vero eſt de auditu auditus, per quem non percipitur veritas ſenſus, ſed ſolum quædam relatio veritatis. Huic explicationi proxima eſt, quam poſt *Ioann. Andr. & Felin.* quos citat, ſcripſit *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 475. nu. 3.* vbi quod auditus proprius eſt ille, qui immediate, & in propria audientis perſona percipitur, vt ſi quis non ex auditu, vel relatione alterius, ſed præſens audiuit aliquid dici, vel fieri, auditus verò alienus, vel auditus auditus dicitur auditus mediatus, vt quando quis pro confirmatione dicti ſui, dicit, ſe ita, ab hoc, vel illo, ab his, vel illis audiuiſſe, & ſic fundat ſe non in auditu proprio, ſed in alieno. Cum quo concordat *gloſſ. in cap. hoc videtur in verbo indicauit 2. qu. 5.* quam ſequitur *Abb. in cap. quoties num. 7. in fine de teſtib.*

5 Quibus poſitis, non eſt ambigendum, teſtes de auditu proprio plene probare, cum deponant de re percepta per propriũ ſenſum. *gloſſ. in l. arbiter in gloſſ. magna, ante fin. verſ. nam in quibuslibet obligationibus ff. de probat. Bartol. in l. 2. §. idem labeo, verſ. ſed de auditu ſemper valet teſtimonium ff. de aq. plun. arc. & ibi etiam Cuman. num. 7. & 8 in fine, Hoſt. in cap. licet ex quadam num. 1. de teſtib. Abb. in cap. præterea nu. .... verſ. illud autem teſtimonium de auditu proprio, eodem tit. de teſtib. Specul. in tit. de teſtib. §. 1. num. 52. verſic. vbi ergo teſtis de auditu proprio percipit veritatem,* vbi exemplificat in teſte deponente ſuper verbis contumelioſis ab aliquo in alium, ipſo præſente, prolatis, & etiam de teſte dicente, ſe audiuiſſe tonitrua, *& num. 56. verſ. ego audiui,* vbi de teſte deponente, ſe audiuiſſe partis ſtipulationẽ, & promiſſionem, *Campeg. de teſtib. regul. 206. in decima fallen.* quam ſententiam communiter à Doctoribus receptam, tradit *Farin. de teſtib. qu. 69. nu.* 148. eamque ſeruandam eſſe non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, *num.* 153. *&* 154. quando tamen teſtis de auditu videbat perſonam loquentem, ſonantem &c.

6 Verum difficultas eſt, vtrum probet teſtis de auditu proprio ex interiecto pariete, vel cortina? Quia licet *Farinac. dicta qu. 69. num.* 164. aſſerat probare teſtes de auditu proprio ab ijs, quorum perſonam cognoſcunt ad vocem, quod repetit in pũcto auditus ex interiecto pariete, *nu.* 175. *per gloſſ. & Doctores ibidem cit. in l. 2. §. idem labeo ff. de aqua plun. arc.* Citati tamen Doctores non ſunt ſtabiles, vt conſtat ex eodem *Farinac. ibid.* qui *num.* 166. id limitat in criminalibus, & *num.* 173. limitat in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, vbi quod teſtes debent videre teſtatorem, nec ſufficit, quod in eorum depoſitionibus dicant, quod teſtatoris vocem notam habeant. *ad text. in l. ſi non ſpeciali,* ibi, & teſtes non in conſpectu teſtatoris teſtium officio functi ſunt, & vbi omnes Doct. notant *Cod. de teſtam. Cuman. in l. 2. §. idem labeo, num. 8. verſ. ſed in teſtamentis ſecus eſt ff. de aqu. plu. arc.* quod repetit *Farin. dicta qu. 69. nu. 1. 186. & 189.*

7 Et propterea in noſtra materia Canonizationum, ſi teſtes deponerent, ſeu audiuiſſe aliquem Dei ſeruum, plorantem, ſuſpirantem, ſe flagellantem, aut pſalmos, & hymnos cantantem, in aliqua camera, vel cella, aut alio in loco, in quo videri non poſſet, etiamſi eiuſdem ſerui Dei vocem notam habeant, non probant, niſi etiam ſe coarctent, dicendo, in eodem loco non adfuiſſe alios, niſi illum, aut illos, quos loquentes ſuſpirantes &c. ad vocem cognouerunt, & quod non potuiſſent alij ibidem eſſe, quin ipſi teſtes ſcirent. *Alber. in d. §. idem labeo, n. 3. verſ. & tunc dices ff. de aqua plu arc. Roman. in eodem §. idem labeo, num 8. verſ. aut contrahentes, Paſcian. in tractat. de probat. lib. 1. cap. 10. nu.* 27. quod eſt valde notandum.

8 Quoad ad teſtes de auditu alieno, ſeu de auditu auditus, eos vniuerſaliter non probare, ex omnium, qui de teſtium materia ſcripſerunt, ſententia docet *Farinac. dicta qu. 69. num. 2.* vbi, *num. 3. & ſeqq.* quatuor aſſignantur rationes, communiter à Doctoribus adductæ. Primò ſcilicet quia teſtis deponere debet de eo, quod nouit, & præſens fuit; & ſic per proprium ſenſum, non autem per ſenſum alterius, *ad text. in cap. teſtes 3. qu. 9. Ioann. Andr. in cap. licet ex quadam num. 2. in verb. communem formam, de teſtib.*

9 Secundo quia ſicut exemplum exempli non probat, ita nec etiam probare debet teſtimonium de auditu auditus, *Bald. in l. ſancimus num. 1. in fine C. de diu. reſcript. Aemilian. in tractat. de teſtib. in rubr. teſtis auditum alienum deponens non probat fol. 296. num. 17.*

10 Tertio quia per auditum auditus non percipitur veritas ſenſus, ſed ſolum quædam relatio veritatis, ideo alleganti rationem

Digitized by Google

tionem referentem illam veriratem non eſt credendum in iudicio ſine iuramento eius, à quo iſta relatio cauſam habuit. *Bartol. in tractat. de teſtib. num. 10. verſ. non enim Corrad. in pract. tit. de teſtib. rubrica de auditu poſt num. 41. fol. 132. in fine Bald. in l. ſi cui aqua §. idem labeo num. 3. ff. de aq. plu. arc.*

11 Quarro quia in teſtimonio de auditu cauſa ſcientiæ oon eſt, prout eſſe debet, manifeſtior dicto, ſed æque, vel minus, & taliter quod ex tali teſtimonio Iudex non redditur certus, cum ignotum per ignotius deponatur, *Bartol. in tractat. de teſtib. dicto num. 10. verſ. huius ratio eſt. Pract. Corradi tit. de teſtib. rubr. de auditu num. 41.*

12 Quam quidem regulam, quod teſtes de auditu alieno non probent, ampliat in criminalibus *Farin. dicta qu. 69. num. 9.* itaut non ſolum non probent, ſed nec etiam faciant præſumptionem contra inquiſitum; neque indicium ad torturam, ob eam rationem, quia ſi teſtimonium de auditu alieno non reprobaretur, in cuiuslibet poteſtate poſitum eſſet, facere indicium ad torturam contra aliquem ſuum inimicum, dicendo ralem feciſſe furtum, vel aodiuiſſe, quod fecerit, nam vnus dicit alteri, & ſic oriretur contra aliquem falſus tumor, & vana vox populi, ex quibus deueniri poſſet ad torturam. Er propterea ob ſupradictas rationes eamdem regulam ſeruandam eſſe in cauſis Canonizationum, quod teſtes de auditu alieno non probent, noo videtur amb gendum, cum cauſæ Canonizationum etiam in procedendo æquiparentur cauſis criminalibus, vt vidimus ſupra *hac ead. par. 4. cap. 1.* & per conſequens in probandis virtutibus, vel miraculis, non eſſe admittendos teſtes de auditu auditus.

13 Contrarium tamen ſtatuendum in probatione cultus immemorabilis, ex regula generali, quod in antiquis probent teſtes de auditu auditus *Farin. dicta qu. 69. num. 125.* vbi alios more ſuo cumulat, inter quos reſtantur de magis commuoi, *Marant. in pract. par. 6. verſic. teſtium productio, num. 18. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 104. num. 1. & 2. & concluſ. 395. nu. 5. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 9. num. 15.*

14 Et ratio eſt quia in probando cultu publico, non probatur aliquid ſupernaturale, vt conſtat ex *cap. audiuimus, de reliqu. & venerat. ſanct.* ſed probatur aliquid naturale, & humanum, quod conſiſtit in actibus extrinſecis denotantibus cultum, & venerationem; Actus autem extrinſeci, & publici, cum videantur ab omnibus, quando agitur de antiquitate, probari poſſunt per teſtes de auditu, ſicuti probantur actus antiqui poſſeſſionis, & dominij, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 475. num. 11. verſ. ego arte*, quem ſequitur *Hector. Aemil. & alij citati à Farinac. d. qu. 69. n. 139.*

15 Deponere tamen debent teſtes, in probando cultu immemorabili cum requiſitis *à Bald. Innocent. Hoſtienſ. & alijs in cap. licet ex quadam de teſtib.* quod videlicet nō ſit vnus tantum, ſed plures, ſint perſonæ graues, & omni exceptione maiores, dicant ſe audiuiſſe à maioribus ſuis, qui debent eſſe aſcendentes, & noo collaterales, quia hi noo dicuntur maiores, etiam ſi grauiores ætate, explicent ſe à pluribus audiuiſſe, non ab vno ſolum, itaut illi, à quibus dicunt ſe audiuiſſe ſint pariter fide digni, *text. in cap. licet ex quadam vbi omnes DD. de teſtib. Corrad. in pract. tit. de teſtib. rubric. de auditu, num. 4. Hector. Aemil. in tract. de teſtib. in materia teſtis de auditu fol. 287. num. 30. 31 & 45. & alij relati à Farinac. d. qu. 69. cap. 3.* non eſt tamen neceſſe, quod deponentes de auditu à maioribus, dicant à quibus ipſi maiores, & antiquiores audierunt, quia eſſet dare proceſſum in infinitum *Farin. d. quæſt. 69. num. 142.*

16 Aetas vero, quæ requiritur in teſte deponente de cultu immemorabili debet eſſe ſaltem annorum 54. quia deponere debent ſalrem per annos 40. de viſu, dempta pubertato, prout clarius explicabimus infra *cap. 23.* vbi de materia fuſius tractabimus.

S V M M A R I V M.

Canonizationum in cauſis requiruntur concludentes probationes, num. 20.

Centenaria cultus non probatur liquide per famam, num. 29.

Criminalia indicia præcedere debet fama publica, num. 10.

Cultus immemorabilis probatio non dicit aliquid ſpirituale, num. 24.

Cultus immemorabilis probatio regulatur ad formam aliorum antiquorum, nu. 24.

Cultus immemorabilis ad effectum non remouendi probatur per famam, nu. 23.

Digitized by Google

Cultus immemorabilis ad effectum obtinendi ſententiam pro proſecutione ad vlteriora, non probatur per famam, num. 25. & 27.

Cultus immemorabilis probatio regulatur ad formam aliorum poſſeſſoriorum, num. 26.

Fama in genere an præſtet ſanctitatis indicium num. 1. & 2.

Fama miraculorum nullis innixa fundamentis nullum præſtat ſanctitatis indicium, num. 4. & 6.

Fama miraculorum in vita nullum præſtat ſanctitatis indicium, num. 5.

Fama miraculorum ex tabellis votiuis &c. non præſtat ſanctitatis argumentum, num. 7.

Fama notoria miraculorum præſtat ſanctitatis argumentum num 8.

Fama ſanctitatis vitæ, & miraculorum neceſſaria eſt ad canonizationem, num. 9. 12. 13.

Fama qualitates neceſſariæ, num. 11.

Fama ſanctitatis, & miraculorum non probata, non conceditur remiſſoria in ſpecie, num. 14.

Fama nunquam plene probat, num. 16.

Fama nunquam plene probatur, num. 17.

Fama probat Iudicis arbitrio, num. 20.

Fama coadiuuat alias probationes, num. 22.

Fama probat cultum immemorabilem ad effectum non remouendi, num. 23.

Indicium vnicum non ſufficit ad condemnandum, num. 28.

Miracula non probantur per famam, num. 15.

Notorium facti probationis argumentum præſtat, num. 3.

Perſonales qualitates probantur per famam num. 18.

Virtutes ſupernaturales non probantur per famam, num. 19.

CAPVT XIX.

Quid operetur fama in Canonizationum Cauſis?

DE indicijs, & argumentis ad effectum
Beatificationis, & Canonizationis, à
fama ſanctitatis, & miraculorum deſu-
mendis. vel non, agit *Scacch. de not. & ſign.
ſanct. ſect. 9. cap. 4. 5. & 7.* vbi explicata
quidditate famæ in genere, & in ſpecie,
publicæ, manifeſtæ, & notoriæ, cum ex-
1 plicatione pariter terminorum publici,
manifeſti, & notorij; concludit deinde,
famam latè ſumptam, & in genere, nimi-
rum pro populi rumore, & vulgi voce, nul-
lum Sanctitatis, nec argumentum, nec in-
dicium, ad effectum Beatificationis, &
Canonizationis præſtare, cum ſit niſi va-
nus populi rumor, nullo innixus funda-
mento, & nullius auctoritate fultus. Item
neque famam in genere de Sanctitate ali-
cuius, etiamſi proprie fama ſit, cum non
poſſit Iudex per ſolam famam procedere
ad ſententiam contra aliquem, *cap. tua nos,*
2 *de cohab. cler. & mul.* E contra verò famam
proprie ſumptam de Sanctitate alicuius, &
in ſpecie conſideratam, quatenus publica
ſit, ſubminiſtrare aliquod, licet debile
ſanctitatis argumentum; Et famam ma-
infeſtam de ſanctitate alicuius defuncti
ſubminiſtrare indicium ad formandam
inquiſitionem de puritate vitæ, ac morum
alicuius, & aliquale ſanctitatis argumen-
tum. Ex fama demùm notoria ſanctita-
tis efficaciſſimum in informationibus, ad
effectum Canonizationis, & Beatificatio-
nis educi poſſe ſanctitatis argumentum.
3 Quia notorium facti tam efficax proba-
tionis argumentum præſtat in iudicijs, vt
in huiuſmodi caſibus in criminalibus ſim-
plici officiali credatur, *per text. in cap. nul-
lus 4. qu. 4. §. aliquando.*
4 Quem diſcurſum proſequendo, *ead.
lect. 9. cap. 7.* concludit, primò famam
miraculorum, quæ nullis innititur argu-
mentis, aut probabilibus coniecturis, ſed
in ſolo huius, vel alterius dicto, aſſeren-
tis aliquem feciſſe aliqua miracula, nul-
lum præſtare Sanctitatis argumentum ad
5 effectum Canonizationis, vel Beatifica-
tionis. Secundò famam miraculorum
alicuius, dum eſſet inter viuos, nullum
item præſtare ſanctitatis argumentum ad
effectum prædictum; quia tota vis famæ
ex ijs ſumitur, ex quibus ipſa conſurgit,
nimirum à materiali ratione famæ, mira-
cula autem, facta ab aliquo, dum inter vi-
uos degebat, vt ſic conſiderata non præ-
ſtant validum ſanctitatis argumentum, ſi
deſint reliqua, cum etiam à malis miracu-
6 la fieri poſſint. Tertio famā miraculorum
ab aliquo poſt mortem patratorum, quæ
nullis innititur coniecturis, aut probabili-
bus argumentis, nihil probare, neque
aliquod ſubminiſtrare argumentum ſan-
7 ctitatis ad effectum, Beatificationis, & Ca-
nonizationis. Quartò ex fama miraculo-
rum, quæ inſurgit ex tabellis, nulla au-
ctoritate appenſis, cæreis, alijſque anathe-
matibus, ad ſepulchra, vel imagines ali-
cuius defuncti, nullum deſumi poſſe vali-
dum ſanctitatis argumentum, ad effectum
8 prædictum. Quinto demum famam no-

toriam miraculorum, quæ probabilibus
coniecturis, & veriſimilibus argumentis
innititur, ſanctitatis indicium efficaciſſi-
mum præſtare, ad effectum Beatificatio-
nis, & Canonizationis; quia fama notoria
non innititur niſi coniecturis euidentibus,
& miraculis manifeſtis, qualia adhunc ef-
fectum ſunt neceſſaria, & quæ ſi adſint, de
Sanctitate alicuius validiſſimum præſtant
argumentum.

9 Nos autem doctrinam Scacchi in ſuo
eſſe relinquentes, ab eaque non receden-
tes, Dicimus primò, famam publicam
ſanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum
pro Sanctorum Canonizatione, & Beatifi-
catione eſſe omninò neceſſariam, tam pro
introductione cauſæ in Sacrorum Rituum
Congregatione; quàm pro Inquiſitione
ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & mira-
culis, in genere, & in ſpecie. Quod pro-
batur ex eo, quia cauſæ Canonizationum
etiam in procedendo regulantur ad for-
mam, & iuxta methodum cauſarum Cri-
minalium, vt vidimus ſupra, *hac eadem*
10 *par. 4. cap. 1.* Eſt autem indubitati iuris,
in cauſis criminalibus procedi non poſſe
ſuper delictis, niſi fama publica præce-
dente, *text. in cap. inquiſitionis, & in cap.
qualiter, & quando, il 2. vbi plenè ſcriben.
de accuſat.* ſiuè Iudex procedat ex officio,
ſiuè ad partis querelam. *Boſs. in tit. de
Inquiſ. nu. 21. & in tit. de indic. nu. 75.*
11 Quæ quidem fama non ſufficit ſimplex,
ſed debet eſſe vehemens, & clamoſa inſi-
nuatio, ſæpius ad aures Iudicis delata, &
talis, quod ſcandalum generaret, niſi Iu-
dex inquireret. *Bartol. in l. congruit ff. de
offic. præſid. & in l. final. C. de off. Præf.
Vrb.* Et ortum habeat à fide dignis perſo-
nis dicto *cap. qualiter, & quando, vbi Abb.
in pen. col. Aret. in 6. notab. de accuſat.*
Ideoque ita etiam ſeruandum in Canoni-
zationum cauſis, *argum. l. ſtcam ff. de ma-
num. teſtam.*

12 Quod confirmatur ex ipſa diſpoſitione
nouiſſimorum decretorum; Etenim in for-
ma Commiſſionis pro introductione Cau-
ſæ regiſtrata *fol. 29. & à nobis infra par. 5.
cap. 2.* dicitur. Adeo aucta eſt, in dieſque
magis augetur fama ſanctitatis ſerui Dei
N. de N. &c. & fol. 28. antecedenti ex-
preſſe decernitur, In Proceſſibus facien-
dis ſeruanda eſſe omnia diſpoſita in Cere-
moniali, ſeu Rituali Romano, ſub Leone
Decimo impræſſo, ac tradita per Hoſtien,
& alios Doctores *in cap. 1. de reliq. & ve-
nerat. Sanct.* nec prius Sedem Apoſtolicam
moueri, quam Reges, Principes, & aliæ
perſonæ authenticæ, & honeſtæ inſtanter
ſupplicauerint Summo Pontifici, & tunc
etiam non ſtatim, ſed expectare, quod diù
pulſetur. Ex quibus patet, Ad proceden-
dum ad inquiſitionem in cauſis Canoni-
zationum, requiri publicam famam San-
ctitatis, non quidem ſimplicem, ſed vehe-
mentem, & clamoſam inſinuationem, ſæ-
pius ad aures Summi Pontificis delatam
per Reges, Principes, & alias authenti-
cas, & honeſtas perſonas.

13 In procedendo etiam ſuper virtutibus,
& miraculis tam in genere, quam in ſpe-
cie probandam eſſe famam Sanctitatis,
conſtat ex diſpoſitione eorumdem De-
cretorum: Etenim *fol. 47.* & prout regi-
ſtrantur à nobis *par. 5. cap. 2.* In 9. inter-
rogatorio Promotoris fidei mandatur,
interrogari teſtes, ſuper fama Sanctitatis,
& an fuerit continua, vel interpolata, &
an fuerit communis omnium reputatio;
& in 14. interrogatorio mandatur inter-
rogari teſtes generaliter ſuper fama, &
eius requiſitis. Et in declaratione poſt
formam interrogatoriorum *fol. 49.* dici-
tur, quod ſi non probetur fama Sanctita-
14 tis in genere, concedi non debeat remiſ-
ſoria ſuper Inquiſitione in ſpecie; ſi verò
probetur fama Sanctitatis in genere, in
nouis litteris remiſſorialibus pro Inquiſi-
tione ſpeciali, committendum eſſe Iudi-
cibus delegatis, vt veritatem inquirant.
Primò de fama, ſecundò de vita, tertiò
de miraculis exactè, diligenter, fideliter,
& prudenter, ſecundum articulos tranſ-
mittendos, & interrogatoria inſerenda in
litteris remiſſorialibus.

Hoc tamen non obſtante, quod fama
publica, vehemens, & clamoſa inſinua-
tio, ſæpius ad Papam delata per Reges,
Principes, & alias authenticas, & hone-
ſtas perſonas, requiratur pro ſignanda
commiſſione introductionis cauſæ in Sac.
Rituum Congregatione, & probanda ſit
concludenter in Inquiſitione tam gene-
rali quam ſpeciali iuxta diſpoſitionem
nouiſſimorum decretorum.

15 Dicimus ſecundò, miracula non pro-
bari per famam, quantumcumque ſit ve-
hemens, & à quibuſuis perſonis fide di-
gnis ortum habuerit, quia miracula de-
bent plenè probari, niſi enim concluden-
ter probetur mors, vel infirmitas,
nunquam dici poterit miraculum plenè

probatum, vt vidimus ſupra *cap.* 15. *in*
16 *ſine*. Fama verò nunquam plene probat,
*Farinac.quaſt.*47.*ferè per tot. & præſertim*
*num.*84. *&* 87. vbi quod in criminalibus
fama publica, etiam innctis aliis admini-
culis, & præſumptionibus, vel etiam vno
teſte de viſu, nunquam ſufficit ad pœnam
ordinariam; ſed vel ad torturam, vel ad
17 pœnam extraordinariam. Cum & ipſa
fama publica nunquam poſſit dici plene
probata, *Farinac. dicta quaſt.*47. *nu.*207.
*ex Grammat. conſ.*42. *num.* 8. vbi dixit,
quod toto tempore vitæ ſuæ nunquam
vidit proceſſum, in quo reperierit, famam
publicam legitime fuiſſe probatam. Quod
affirmarunt etiam *Clar. in pract.* §. *final.*
*quaſt.*6. *verſic. poſtremò, Turret. inter con-*
*ſilia criminalia diuerſorum conſ.*81. *nu* 48.
& alij ibidem citati à Farin.
18 Dicimus tertiò, licet in probatione vir-
tutis, ſeu alterius qualitatis perſonalis
fama ſola plene probet, *Bald. in l. proui-*
dendum C. de poſtul. quem refert *Felin. in*
cap. veniens num. 9. & ex vtroque *Farin.*
19 *dicta quaſt.*47. *nu.*101. Attamen virtutes
ſupernaturales in gradu requiſito ad Ca-
nonizationem per famam publicam,
quantumcumque vehementem, ſufficien-
ter non probari, quia fama etiamſi à fide
dignis perſonis ortum habuerit, nunquam
tamen ſemiplenam probationem excedit,
præſertim in criminalibus, *Salicet. in l. ea*
quidem, num. 137. *C. de accuſat. Felin in*
cap. veniens num. 14. *ad finem de accuſat.*
*Farin. alios citant dicta quaſt.*47. *num.*37.
20 *& num.* 54. *& ſeqq.* In cauſis autem Ca-
nonizationum probationes requiruntur
concludentes, & luce meridiana clario-
res, vt vidimus ſupra *cap.*15 Et probatio
quæ non concludit perneceſse, non eſt
vera probatio, vt pariter vidimus ſupra
21 *cap.*1. *nu.*13. Quod non accidit in fama,
quæ non probat de neceſſe, ſed tantum
Iudicis arbitrio, *Farin. dicta quaſt.*47. *nu.*
29. *&* 58.
Dicimus quartò, famam publicam, ve-
hementem, conſtantem, à fide dignis per-
ſonis ortam, & plene probatam, quamuis
de ſe nunquam plene probet vitæ Sancti-
22 tatem, virtutes, vel miracula, reliquas
tamen probationes confirmare, illiſque
robur adiicere, textus ad litteram *in l.*3.§.
eiuſdem quoque Principis, ibi, alios vti
conſentiens fama confirmat, & ibi *gloſſ.*
in verbo confirmat, ff. de teſtib. Per quem
textum hanc regulam firmarunt, *Bartol.*
in l. de minore §. *plurimum, num.* 30. *verſ.*
Alij videntur dicere, & verſic. ſed licet non
probet, ff. de quaſt. Marſil. in dicto §.
plurimum, num. 64. *Gandin. tit. de quaſt.*
num. 39. *Franc. Caſon. de indic. & tort.*
*tract.*9. *cap.*2. *rubr. de fama, ſeu dicto gen-*
*tium, & alij relati per Farinac. dicta qu.*47.
num. 50. Ac proinde ſemper articulan-
dam, & quantò melius poſſit proban-
dam, cum ſit aliarum probationum veluti
complementum.
23 Dicimus quintò, in probando cultu
immemorabili, ſaltem ad effectum non
remouendi, publicam famam plene pro-
bare, ad tradita *per gloſſ. in auth. quas ac-*
*tiones C. de Sacroſ. Eccleſ. Soccin. regul.*145.
in 2. *Fallen. Anton. de Butr. in cap.* 1. *de*
*fid. inſtrum. Dec. in cap.*1. *num.*45. *de ap-*
*pellat. Farinac dicta quaſt.*47. *num.* 106.
vbi quod in factis antiquis ſola fama ſuf-
ficienter probat dominium, aut aliquid
aliud, etiam quod agatur de graui præiu-
dicio.
24 Vt enim diximus ſupra, cum in pro-
bando cultu, non verſemur circa aliquod
ſupernaturale, & diuinum, ſed circa ac-
tus merè naturales, & humanos, quia
cæteroqui etiam idololatria eſſet actus
ſupernaturalis, per conſequens in pro-
bando cultu immemorabili, admitti de-
bent probationes, quibus probantur cæ-
tera antiqua, cum nulla poſſit afferri di-
uerſitas.
25 Dixi, ad effectum non remouendi, quia
ſi ageretur de comprobando cultu imme-
morabili per definitiuam ſententiam, ad
effectum procedendi ad vlteriora, non
crederem ſufficere famam publicam.
Quia ad effectum non remouendi ſigna
cultus, & venerationis, ſcilicet votiuas
tabellas, cereos, lampades, &c. ſat eſt,
docere de centenaria antè nouiſſima de-
26 creta; Continuatio enim cultus, & ve-
nerationis regulanda eſt ad formam alia-
rum continuationum, in quibus ſola
poſſeſſio ſufficit, ad tradita per *Lancell.*
*de attent. par.*2. *cap.* 4. *de attent. lit. pend.*
limit. 1. *per tot.* Et tantò magis quia in
iiſdem Decretis legitur, quod Papa in
aliquo præiudicare non vult, neque in-
tendit iis, qui per innumerabilem tem-
poris curſum celebrantur.
27 Ad effectum verò obtinendi ſenten-
tiam, qua definitiuè declaretur, Seruo
Dei exhiberi cultum, & venerationem
per centum annos ante prædicta decreta,
idcoque

ideoque verſari in caſu excepto ab iiſdem decretis, eiſque nullatenus eſſe contrauentum, non videtur ſufficere ſolam famam publicam; quia etiamſi verſemur in antiquis, & fama ſit pluſquam pleniſſime probata, non poteſt tamen conſtituere niſi
28 vnum tantum indicium. Eſt autem indubitati iuris ex vnico tantum indicio ad ſententiam deueniri non poſſe, ad tradita per *Farinac. quaſt. 85. & 86. ferè per tot.* vbi, ad ſententiam ferendam ex indiciis, & præſumptionibus ſemper requiruntur indicia, & præſumptiones in plurali. Et quantum ad me nunquam vidi ferri ſententiam, ſiue abſolutoriam, ſiue condemnatoriam, ex vnico tantum indicio, vel præſumptione, vel vnico tantum teſte, niſi ſaltem deferatur iuramentum in ſupplementum.

29 Accedit quod ex fama quantumcumque probata, nunquam concluditur expreſſe, & in indiuiduo centenaria cultus ante prædicta Decreta, quæ niſi concludenter probetur, non poteſt ferri ſententia ſuper caſu excepto, & non contrauentione decretorum, quibus ad litteram declaratur, per cultum immemorabilem intelligi debere tempus centum annorum. Eſt autem indubitati iuris, qui ſe fundat in tempore certo, & præciſo, illud concludenter probare debere, *gloſſ. in l. cum actum, vbi, Bartol. ff. de negot. geſt. gloſſ. in l. qui iuraſſe, §. ſi pater il 2. ff. de iure iur. Surd. deciſ. 75. num. 10. Rota coram Burat. deciſ. 589. vbi alia citantur, num. 4.* facit, *l. licet Imperator ff. de legat. 1.*

Vtrum verò miracula antiqua probentur per famam reſpondet *Iacobus Caſtellan. quaſt. 7. principal. propè fin.* hoc pendere ab his, quæ tradunt *Innoc. & alij ab ipſo ibid. citati.*

S V M M A R I V M.

Apeſtata an ſint admittendi in teſtes in cauſis Canonizationum, num. 13. & ſeqq.

Blaſfematores an ſint in teſtes admittendi, num. 13.

Calumniatores vtrum ſint in teſtes admittendi, num. 13.

Continuatio miraculorum in Beatificatis facilè probatur, num. 5.

Criminoſi vtrum ſint in teſtes admittendi, num. 12.

Decocti vtrum ſint in teſtes admittendi, num. 13.

Ebrioſi an ſint in teſtes admittendi, num. 13.

Fuſtigati an ſint in teſtes admittendi, num. 13.

Hæretici vtrum ſint in teſtes admittendi, num. 9. & 10.

Hiſtorijs Infidelium non eſt credendum, nu. 11.

Hiſtriones an ſint in teſtes admittendi, nu. 13.

Incertitudo delinquentium facit vt nullus condemnari poſſit, num. 7.

Infames vtrum admittantur in teſtes, ſi miracula facta ſint in eorum perſonis, num. 16.

Infamia facti tollitur per bonam famam ſubſequentem, num. 15.

Infideles vtrum in cauſis Canonizationum admittantur in teſtes, num. 9. & 10.

Infidelium hiſtorijs non eſt credendum, nu. 11.

Inuocatio vtrum probetur vnico teſte, num. 4. & ſeqq.

Inuocato Seruo Dei non Beatificato, vel non Canonizato cum B. V. aut alijs Sanctis vtrum miraculum adſcribendum ſit interceſſioni illius Serui Dei, num. 7.

Iudæi an in cauſis Canonizationum admittantur in teſtes, num. 9. & 10.

Litium redemptores an admittantur in teſtes, num. 13. & ſeqq.

Luſores an admittantur in teſtes, num. 13. & ſeqq.

Miraculorum frequentia an ſit per eoſdem teſtes probanda, num. 1. & 2.

Miraculorum extrema vtrum per diuerſos teſtes probari poſſint, num. 3.

Miraculorum continuatio in Beatificatis facilius probatur, num. 5.

Prodigi vtrum admittantur in teſtes, num. 13. & ſeqq.

Proditores vtrum admittantur in teſtes, num. 13. & ſeqq.

Singula ſi non proſunt ſimul iuncta iuuant, an admittatur in cauſis Canonizationum, num. 17.

Spurij an admittantur in teſtes, num. 13. & ſeqq.

Teſtes non citati vtrum probent, num. 8.

CAPVT XX.

Explicantur nonnulla circa Miraculorum probationem.

1 TRoilus Maluetius, *de Canon. Sanct. dub. 3. num. 60.* ponit quæſtionem, nunquid ad hoc, vt quis pro ſancto canonizetur, ſit neceſſarium, frequentiam miraculorum probari per eoſdem teſtes; nec ſufficiat probare per duos teſtes vnum mira-

miraculum eſſe factum ad inuocationem ipſius ſancti tali die, & aliud factum eſſe eadem, vel ſequenti die per alios teſtes ad inuocationem eiuſdem ſancti, & adducit *Archid. in cap. nec mirum 26. qu. 5. ex auctoritate Vincent. in cap. venerabili de teſtib.* tenentem, requiri, vt frequentia miraculorum probetur per eoſdem teſtes, nec ſufficiat probare vnum miraculum per duos teſtes, & aliud per alios duos, quia tales diuerſa probant, nec concordant in idem.

2 Quod tamen merito reprobatur *à Contelor. de canon. ſanct. cap. 18. num. 10.* pro ratione adducens, quia ſi eiuſmodi opinioni locus eſſet, impoſſibile foret, aliquem ſanctum canonizare, niſi ipſe, de cuius canonizatione tractatur, eoſdem teſtes ſemper ſecum duxiſſet, qui viderent ipſum facientem miracula, & poſteà de miraculis teſtificarentur, quod eſſet valdè abſurdum, tum quia duo teſtes facilius poſſunt ſeduci, tum quia pauperes, qui nullos ſecum poſſunt adducere, nullo modo poſſent canonizari. Inſuper, quia ſancti plura in diuerſis perſonis, diuerſis in locis exiſtentibus, & quandoque eodem tempore, operantur miracula, ſecundum dictam opinionem neceſſe eſſet, vt teſtes, qui viderunt miracula, eſſent præſentes in pluribus locis eodem fere tempore, quod naturaliter eſt impoſſibile, *l. optimã C. de contrab. & committ. ſtipul.* Miſſa igitur huiuſmodi doctrina.

3 Quæres primo, ſi duo teſtes probant de præcedenti infirmitate, vel morte, duo alij teſtes de inuocatione alicuius ſerui Dei, & duo alij de ſubſequenti ſanatione vel ſuſcitatione, an probetur miraculum? affirmatiue reſpondet *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 7. principal. verſ. quæro duo teſtes*, ex auctoritate *Franciſci Fannin. in relation. Sancti Bonauenturæ par. 2. qu. 3. & Abb. in cap. licet ex quadam de teſtib.* vbi in probatione dominij, ſi duo teſtes probant de titulo, & duo alij de traditione, hæ duæ probationes coniunguntur, & ex eis elicitur probatio dominij, *argum. l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.*

4 Quæres ſecundo, probatis concludenter, per duos, vel tres teſtes, infirmitate vel morte, & ſanatione, vel ſuſcitatione, vtrum inuocatio probetur per vnicum teſtem? Reſpondeo cum diſtinctione. Si enim agitur de inuocatione ſerui Dei, iam Beatificati, & ad cuius inuocationem alias probatum fuit concludenter à Deo patrata fuiſſe miracula, crederem dicendum
5 affirmatiuè. Cũ enim ex operatione aliorũ miraculorũ ad eius inuocationẽ poſſint dici probata eius merita, & familiaritas cũ Deo, de facili probatur continuatio, cum de iure præſumatur, *ad not. in l. ſine poſſidentis C. de probat. & per Doct. in cap. fin. de verbor. ſignificat. arg. not. per Bartol. in l. ex eo de mil. teſta. in fin. l. 2. C. de priuil. lib. 12. Rota coram Creſcent. deciſ. 18. de prob. num. 2.*

6 Si vero agatur de aliquo Dei ſeruo, nondum Beatificato, & de quo non conſtat, ad eius interceſſionem alia miracula fuiſſe à Deo patrata, videtur iterum diſtinguendum, an teſtis deponat de facto proprio, vel de facto alieno. Si enim deponit de facto proprio, & à ſeipſo fuiſſe inuocatam interceſſionem illius ſerui Dei, crederem vnico teſte probari *per text. in l. 2. §. ſi abſens ff. ſi ex nox. cau. erga & text. in l. quæro §. fin ff. de ædil. edict. Caſtren. in l. quicumque in fin. C. de ſeru. fugit. & in dicta l. 2. §. ſi abſens num. 4. Corrad. in pract. §. 2. tit. de off. præto in cau. ciu. tit. de teſtib. rubr. dicta teſtium in princ. num 5. & alij congeſti per Farin. qu. 63. nu. 27.* ſi vero deponat de facto alieno, crederem ſeruandam diſpoſitionem diuini, & humani iuris, quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.

7 Quæres tertio. Si aliquis ægrotus cum inuocatione alicuius ſerui Dei, inuocaret etiam opem B. V. vel alterius ſancti, & miraculoſe ſanaretur vtrum tale miraculum attribuendum eſſet inuocationi dicti ſerui Dei. Reſpondeo negatiuè, propter incertitudinem *l. duo ſunt Titij ff. de teſta. tute. l. quæſitum §. ſi quis ff. de fund. inſtr. l. ſi quis de pluribus, & l. ſi fuerit ff. de reb. dub.* faciunt *not. per Din. in regul. in obſcuris, & per Theſaur. deciſ. 31. num. 2.* vbi propter incertitudinem delinquentium non poteſt contra aliquem ad condemnationem deueniri. Quinimò attribuendum eſſet potius miraculum interceſſioni alterius ſancti iam canonizati *dicto cap. in obſcuris, & cap. inſpicimus, cum concordant de regul. iur. in 6.*

8 Quæres quartò. Vtrum teſtes examini ſe ſubijcientes non citati, probent. Reſpondeo affirmatiue, quando tamen à Poſtulatoribus inducti fuerunt; tunc enim nec ſponte deponere dicuntur, nec citatio requiritur, quoniam eo ipſo quod producun-

ducuntur, vel inducuntur, non ſponte, ſed ad inſtantiam Poſtulatorum venire præſumuntur, ſufficitque teſtem à parte fuiſſe requiſitum, *Paul. de Caſtr. in l. quæ omnia num. 4. ff. de procur. Bartol. in l. poſt legatum §. his vero num. 1. verſ. quandoque quis à Iudice ff. de his, qui vt indign. Crot. de teſtib. num. 256. verſ. ſciendum tamen eſt, Cæſar. de Graſſ. deciſ. 22. num. 5. alijque cumulati per Farin. qu.* 80. *num.* 11.

9 Quæres quinto. Vtrum pro canonizatione ſanctorum admittantur in teſtes, Iudæi, Hæretici, & alij infideles? Reſpondeo negatiue per textum *in cap. non poteſt, cap. pagani, cap. hæreticus 2. qu. 7. cap. ipſa pietas 23. qu. 4. & ibi gloſſ. in verbo fideles cap. Iudæi, & ibi gloſſ. in verbo præſumant, de teſtib.* Cum enim ipſi teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ non credant, meritò ſancitum eſt, vt & ipſis nullo modo ſit credendum; vt qui diuina teſtimonia contemnunt, humani teſtimonij pondus perdidiſſe ſe noſcant, *text. in dicto cap. ipſa pietas 23. qu.* 4. quod ampliatur etiam in hæretico pænitente. Cum enim ſteterit in crimine hæreſis, quod eſt crimen grauiſſimum, pluſquam crimen læſæ maieſtatis, *vt in cap. vergentis, de hæret. & cuius pœna tranſit ad filios, dicto cap. vergentis, & cap. ſtatutum de hæret. in 6.* ac etiam de iure ciuili infamiam irrogat *l. quoniam C. de hæret.* meritò repellendus à teſtimonio, *text. & Doct. in cap. teſtimonium de teſtib.*

10 Hoc tamen crederem reſtringendum ad illos, qui nati fideles, à fide apoſtatarunt, ſecus autem in illis hæreticis, & infidelibus, qui à patribus hæreticis, & infidelibus, inter infideles nati, ad gremiũ Eccleſiæ ſponte acceſſerunt. Tales enim incipiunt eſſe, qui non fuerunt, *gloſſ. in dicto cap teſtimonium, verbo emendatus cap. ferrum, & cap. age penitentiam 50. diſt.*

11 Ex hoc autem, quod Hæretici, & Infideles non ſunt admittendi in teſtes in cauſis Canonizationum, minus eorundem hiſtorijs eſt credendum, cum à Romana Eccleſia tanquam falſæ omnino damnentur, vt habetur ad litteram in *Can. 63. ſexta Synodi*, per hæc verba. Quæ à veritatis hoſtibus falſo confictæ ſunt Martyrum Hiſtoriæ, vt Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerentur, in Eccleſia non publicari iubemus, ſed eas igni tradi. Eos autem, qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus. Quod habet locum, etiamſi Hæreticorum, & Infidelium hiſtorijs fidelium ſcripta non contradicerent, *ad not. per Farinac. qu 56 de teſtib. num.* 234.

12 Quæres ſexto. Vtrum in Cauſis Canonizationum admittendi ſint in teſtes criminoſi, & qui recenſentur *à Farinac. qu. 56. art. 6. per tot.* nempè non confeſſi, concubinatij, adulteri, alijque exiſtentes notorie in peccato mortali? Reſpondeo negatiue cum eodem *Farinac. loc. cit. nu.* 296. qui licet dicat, ſecundum ius ciuile non repelli teſtem propter peccatum mortale, vel propter crimen, niſi de illo fuerit condemnatus, prout declarando materiam tradiderunt *Ruin. conſ. 106. vol. 1. & alij ibid. cit.* ſubdit tamen hoc non procedere in peccato mortali ſucceſſiuo, & frequentato, quod teſtem repellit etiam de iure ciuili. Verum de hac materia habemus textum expreſſum in ſacris paginis. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum *Pſal.* 49. 17. faciunt, quæ diximus ſupra de non admittendis teſtibus inhabilibus, quia cauſarum dignitas hoc non patitur.

13 Quæres ſeptimo, quid dicendum de alijs perſonis enumeratis *à Farinacc. qu. 56. art.* 12. videlicet, Spurijs, Blaſfematoribus, Luſoribus, Ebrioſis, Hiſtrionibus, Decoctis, Apoſtatis, Proditoribus, Fuſtigatis. Prodigis, Calumniatoribus, & litium Redemptoribus, An in cauſis Canonizationum admittendi ſint in teſtes? Quod attinet ad ſpurios quatenus eſſent bonæ vitæ, & famæ, crederem admitti poſſe, cum ex hoc ſuppleatur ſpurietatis defectus. Eſt enim indubitatum, propter bonitatem, & legalitatem perſonæ recedi à regulis Iuris communis *ſecundum gloſſ. in l. Titio fundo ff. de condit. & demonſtr.* vbi ſi alias propter periurij ſuſpectum de fide Teſtis diminuitur, suppletur ille defectus, ſi idem teſtis ſit bonæ, & probatæ vitæ. *Farinacc. dicta qu. 56. num.* 410. Quod vero attinet ad alios, cum, quatenus tales ſunt; non poſſint eſſe niſi malæ conditionis, & famæ, & veluti criminoſi, ac in peccato ſucceſſiuo, & frequentato, non videntur admittendi, quia dignitas huiuſmodi cauſarum hoc non patitur, iuxta ſuperius dicta, & admiſſi in criminalibus etiam in caſibus à Iure permiſſis, non plene probant per textum, *in cap. in fidei fauorem de hæret. in*

6. *Marſcard. de probat.lib.* 1. *concluſ.* 855. *num.* 9. *& latius concluſ.* 857. *num.* 38. *& ſeq. Farin. qu.* 62. *num.* 90.

14 Quæres octauo. An quæ dicta ſunt de teſtibus malę conditionis, & famæ, non admittendis in cauſis Canonizationum, locum habeant ſolum huiuſmodi mala conditione, & fama durantibus, vel etiamſi tales eſſe deſierint? Affirmatiuè reſpondet *Farinacc. dicta qu.* 56. *nu.* 363. per textum ad litteram in *l. palam §. non ſolum ff. de rit. nupt.* ibi, non ſolum ea, quæ facit, verum ea, quæ fecit, & facere deſijt, lege notantur, neque enim abolletur turpido, quæ poſtea intermiſſa eſt, *gloſſ. in l.* 3. *§. lege Iulia, in verbo palam verſ. nota quod etiamſi deſijt ff. de teſt.* verum crederem diſtinguendum, vt ſupradicta locum habeant, quando non conſtat, meretricem, lenonem, blaſfematorem, ebrioſum & ſimiles ad meliorem frugem

15 rediſſe. Si verò conſtat de auerſione à malo, & conuerſione ad bonum, cum infamia facti tollatur per factum contracontrarium, *Abb. in cap. ex diligenti num.* 7. *de Simon. Silueſt. in verbo infamia num.* 7. crederem regulam non habere locum, quia infamiæ cauſa ceſſante, ceſſat illius effectus, *Tiraq. in tractat. ceſſante cauſa p.* 1. *num.* 115.

Limita omnes ſupradictos caſus, ſi quælibet ex ſupradictis perſonis examinanda ſit ſuper facto proprio, ſi videlicet

16 in eorum perſonis miracula Deus operari dignaretur, cum apud ipſum non ſit acceptio perſonarum *Act.* 10. 34. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Epheſ.* 6. 10. tunc enim, & eo caſu quoſcumque teſtes inhabiles, criminoſos, & infames examinandos eſſe, tenent *Paul. de Caſtr. in l. quicumque in fine C. de ſeru. fugiti Crot. de teſtib. num.* 209. *Boer. deciſ.* 221. *nu.* 17. *Boſſ. in tit. de oppoſ. contr. teſtes num.* 71. *in fine*, *Rota coram Seraphin. deciſ.* 521. *num.* 6. *p.* 1. *& alij citati per Farinacc. quæſt.* 63. *nu.* 221. Ita tamen vt non probent niſi in ſubſidiū reſpectu Inuocationis, à ſe factæ, de qua non poſſit haberi alia probatio *Monticell. in ſuo repert. teſti. rubr. impugnatio eſt, quia vnicus fol.* 187. *col.* 2. *verſ.* 3. *Farin. d. quæſt.* 63. *num.* 217.

17 Quæres nonò, vtrum in cauſis Canonizationum locum habeat vulgare axioma, ſingula ſi non proſunt, ſimul vnita iuuant? Reſpondeo cum diſtinctione; ſi loquamur de probatione Sanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum in ſpecie, dicendum eſt negatiuè, quia vt ſupra vidimus, quælibet virtus, ſeu quilibet actus virtutis, & quodlibet miraculum probari debet ſaltem per duos teſtes de viſu. Idem dicendum in probando cultu immemorabili, & caſu excepto à decretis, cum debeat concludenter probari. Si verò loquamur de probatione ſanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum in genere, videtur reſpondendum affirmatiuè, iuxta dicta ſuperius *hac eadem par.* 4. *cap.* 3. *n.* 13. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

Canonizationum cauſæ parificantur criminalibus cauſis, num. 7.

Condemnari quis non poteſt ex propria confeſſione, non conſtito de corpore delicti, nu. 11.

Confeſſio quando ſufficiat ad pœnam ordinariam, ſine corpore delicti, num. 12.

Corpus delicti quando dicatur plenè probatum, num. 10.

Corpus delicti quando probetur, abſque viſitatione cadaueris, num. 14.

Fama cum vno teſte de viſu non plenè probat, num. 26.

Inconueniens eſſet, ſi diceretur conſtare de nece Martyris, quoad præmium ipſius Martyris, & non quoad pœnam occiſoris num. 8.

Inquiri poteſt dupliciter ſuper Martyrio, nu. 3.

Martyrium idem importat, ac homicidium, num. 1.

Martyrium ex parte patientis eſt actus virtutis, ex parte occiſoris eſt delictum punibile num. 2.

Martyris ad præmium deueniri non poteſt, niſi conſtito de corpore Martyrij, num. 6.

Martyris nex an ſit ita liquidè probanda pro præmio, ac pro pœna, num. 9.

Martyrium an conſtare debeat per euidentiam facti num. 13.

Martyria, quæ in partibus Infidelium accidunt, probari poſſunt per teſtes, num. 15.

Martyrium probari debet per teſtes de viſu, num. 16. *&* 18.

Occiſores Beati Thomę Cantuarienſis miſerabiliter perierunt num. 4.

Pœna ordinaria infligi non poteſt, non conſtito de corpore delicti, num. 5.

Præſumptiua probatio, quando habeatur pro concludenti, num. 17.

Teſtibus de viſu quando probetur corpus delicti, num. 14.

Teſtis vnus cum fama non probat plenè in cauſis Canonizationum, num. 26.

*Teſtis deponere debet de eo, quod vidit & præ-
ſens fuit, ac per proprium ſenſum percepit,
num 19.*
*Teſtis de auditu non percipit veritatem, vt in
ſe eſt, ſed quandam relationem veritatis,
num. 20.*
*Teſtis de auditu non habet cauſam ſcientiæ,
num. 21.*
*Teſtes deponentes de notorio Martirij, adhuc
deponere debent de viſu, num. 22.*
*Teſtes deponentes de Martyrio notorio, depo-
nere debent, ſe interfuiſſe, nominando per-
ſonas ibidem exiſtentes, num. 23.*
*Teſtes deponentes ſuper notorio, rationem red-
dere debent, quid ſit notorium, num. 24.*
*Teſtes de auditu an probent in ciuilibus, & in
cauſis modici, vel nullius præiudiþ, nu-
mer. 25.*

CAPVT XXI.

Vtrum pro Canonizatione Marty-rum conſtare debeat conclu-denter de Martyrio?

1 PRo reſolutione præſentis dubij no-
tandum eſt, Martyrium realiter, &
in ſubſtantia importare idem, quod ho-
micidium, & differre tantum formaliter
ſecundum noſtrum conceptum, vel, vt
aiunt Phyloſophi, in connotatis, quia
per homicidium connotatur principaliter
agens, qui mortem infert, per Marty-
rium verò principaliter connotatur pa-
tiens, qui mortem iniuſtam ſponte ſuſtinet.
2 Quod quidem Martyrium licèt ex parte
mortem patientis ſit actus charitatis, qui
maximum honorem meretur in Eccleſia
militanti; ex parte tamen mortem infe-
rentis eſt delictum punibile pæna mortis
3 naturalis, iuxta diſpoſitionem *l. is qui cum
telo ff. ad. l. Corn. de Sicar.* Ex quo ſequi-
tur, ſuper eodem actu Martyrij dupliciter
inquiri poſſe, vel ſcilicet ad præmium vir-
tutis mortem patientis, vel ad pænam de-
licti mortem inferentis. Sicut accidit in
4 nece D. Thomæ Archiepiſcopi Cantua-
rienſis, qui pro Eccleſia Martyrium paſ-
ſus, inter Sanctos relatus fuit; occiſores
verò in exilium acti, plures ex ipſis miſe-
rabili morte perierunt, & vnus in Sicilia
ſuas carnes ſibi proprijs manibus laceran-
do. Quem ſciunt in extremis faſſum
fuiſſe, ſe, ſuoſque ſocios, qui eiuſmodi ſa-
crilegium patrarunt, toto tempore ipſo-
rum vitæ, quæ triennium non eſt egreſſa,
timidos, ac veluti ſpaſimo affectos conti-
nuaſſe, vt per ipſius Martyris vitam, necem,
& miracula ſcribentes,
5 Cum autem indubitati iuris ſit, in ho-
micidio deueniri non poſſe ad pænam or-
dinariam delinquentis, niſi liquidè con-
ſtet de corpore delicti, hoc eſt de homine
occiſo, *l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. l. ne-
ceſſarios §. 1. ff. eod. l. vnde Neratius §. fi-
nal. ff. ad l. Aquil. cum concordan. adductis*
6 *à Farinacc. quaſt. 1. num. 6. & quaſt. 2.
num. 1.* ſic eodem modo dicendum eſt,
in Martyrio deueniri non poſſe ad præ-
mium Martyris, ſcilicet ad eius Canoni-
zationem, niſi conſtet de corpore Marty-
7 rij, nempe de homine occiſo. Quia cau-
ſæ Canonizationum propter earum gra-
uitatem parificantur cauſis criminalibus.
*Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quaſt. 7.
principal. verſ. in contrarium*, & probaui-
mus ſupra hac eadem *par. 4. cap. 1.* Et cer-
te videretur valdè inconueniens, ſi ſuper
8 nece alicuius Martyris procedi continge-
ret tam pro Canonizatione eiuſdem Mar-
tyris, quam pro pæna delinquentis, vel de-
linquentium, homicidium haberetur pro
probato, ad effectum præmiãdi Martyrem,
& non eſſet probatum ad effectum pu-
niendi delinquentem. Quod non videtur
habere difficultatem quoad ſubſtantiam.
Sed difficultas eſt in modo, vtrum vide-
9 licet quando agitur ad Canonizationem
Martyris, corpus Martyrij ſit ita liquide,
& concludenter probandum, ſicuti corpus
delicti, quando tractatur de pæna delin-
quentis; Cum ad inferendam pænam or-
10 dinariam, non poſſit dici, conſtare de
corpore delicti, niſi Iudex ſit certus de
homine mortuo per euidentiã facti, ſcilicet
per proprium aſpectum, vel eius curiæ
cum deſcriptione cadaueris, percuſſio-
num, & vulnerum, punctim, vel caeſim,
quod communiter viſum, & repertum
vocant. *Text. in dicta l. 1. §. item illud ff. ad
Syllan. Foller. in pract. Crim. verbo capiat
informationem num. 181. Angel. de Malef.
verſ. fama publica nu. 108. Boſs. in tit. de de-
lict. num. 24. Clar. in pract. crim quaſt. 4.
verſ. quando verum eſt delictum. Blanch.
in repet. l. final. num. 19. & ſeqq. ff. de. qu.
Iodoch. in pract. crim. cap. 7. tit. de inſpect.
occiſi num. 1. & ſeqq. Gandin. in tit. de præ-
ſumpt. & indic. indubit. col. 2. num. 6. verſ.
illud etiam notatu dignum.*

11 Quod

11 Quod adeò verum eſt, vt non conſtito de corpore delicti, etiamſi quis fateatur, ſe homicidium commiſiſſe, non poſſit ex tali confeſſione damnari, *Bald. in l. Divus ff. de milit. teſtam. & in l. vnica, C. de confeſs. Socin. in l. non vtique circa fin. verſ. caue tamen ff. de except. cum alijs cumulat à Farinac. dicta quaſt. 2. num. 7.* Etiamſi dicat, ſe occiſum in mare proieciſſe, *Bald. in addit. ad ſpecul. in tit. de ſentent. col. pen. verſ. Titius fuit confeſſus, Angel. in l. tertium, in princ. in verbo in textu ff. de confeſs. Boſs. in tit. de delict. num. 15. Farinac. dicta quaſt. 2. num. 8.*

12 niſi tamen cum eius confeſſione concurreret fama publica legitimè probata, & ageretur de homine malæ famæ, vt puta aſſaſſino, vel malandrino, qui propè littus maris verſaretur, & ſimilia committere ſolitus eſſet, *Bald. in l. quoties §. ſi quis, ff. de hered. inſtit. Foller. in pract. in verbo capiat informationem num. 15. & in verbo, & ſi confitebuntur nu. 34. Farinac. dicta quaſt. 2. num. 9. & 11.*

13 Videtur tamen dicendum, non eſſe neceſſe, vt de martyrio conſtare debeat per euidentiam facti, cum enim de delicto liquidè, & plene conſtare dicatur (quidquid ſit, an ſufficienter pro pæna ordinaria) quando de illo conſtat etiam per teſtes, *Gaudin. in tit. de praeſumpt. & indic. indubit. col. 2. num. 6. verſ. aliud etiam notaui dignum, Farinac. dicta quaſt. 2. num. 6. Bect. conſ. 70. num. 11. & ſeqq. lib. 1. Arim. in addit. ad Angel. de maleſ. verbo,*

14 *& fama publica num. 108. in fin.* Et tunc ſolum, quando Curia habet poteſtatem inſpiciendi cadauer, non dicatur conſtare liquide de corpore homicidij, nec poſſit Iudex contra aliquem ad ſpecialem inquiſitionem deuenire, etiam quod habeat teſtes deponentes de viſu ſuper homicidio, *Sigiſm. Scacc. in tract. de cauſ. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 83. nu. 17. Farin. dicto num. 6. in fin.* Sequitur perneceſſe, vt quando Curia non habet poteſtatem inſpiciendi cadauer, admittenda ſit probatio corporis homicidii per teſtes; argumento à contrario ſenſu, quod eſt in iure validiſſimum, *Barboſ. cum ibi cit. loco 27.*

15 *num. 1.* Et conſequenter in martyriis, quæ in partibus Infidelium accidunt, vbi Curia Catholica non habet facultatem, inſpiciendi martyrum corpora, dicendum eſt, conſtare poſſe de corpore martyrii per teſtes.

16 Sed iterum inſurgit difficultas, Vtrum de corpore martyrii debeat neceſſariò conſtare per teſtes deponentes de viſu martyris occiſi, an verò ſufficiat, ſi deponant tantum de auditu, & fama publica, & notorio martyrii? Cum martyria, quæ accidunt in partibus Infidelium,

17 & longinquis, ſint difficilis probationis; Et in his, quæ ſunt difficilis probationis, præſumptiua probatio habeatur pro plena, & concludenti, *Bald. in l. quicumque col. 6. verſ. octauò nota C. de ſeru. fugit. Boſs. in tit. de delict. num. 20. Foller. in pract. crim. in verbo capiat informationem, num. 78. verſ. fallit tamen Clar. in pract. quaſt. 66. in princ. Menoch. de praeſumpt. quaſt. 58. num. 2. lib. 1. Dec. in cap. licet cauſam, num. 12. in fin. de probat. Boer. deciſ. 164. Farin. dicta quaſt. 2. num. 12.*

18 Quibus tamen non obſtantibus, dicendum eſt de corpore martyrii conſtare debere per teſtes de viſu, ob eam rationem, à Doctoribus communiter adductã, & ab omnibus, quos viderim approbatã,

19 Quod teſtis deponere debet de eo, quod nouit, & cui præſens fuit, & ſic per proprium ſenſum, non autem per ſenſum alienum, *ad text. in cap. teſtes 3. quaſt. 9. Ioann. Andr. in cap. lites ex quadam, num. 2. in verbo, communem formam, & ibi Anan. ad num. 1. Imol. poſt num. 2. Butr. num. 1. in 2. not. de teſtib. Hector. Emil. in tractat. de teſtib. fol. 303. num. 5. Farinac. quaſt. 69. de teſtib. nu. 3. Bald. in l. ſancimus nu. 1. in fine C. de diu. reſcr.* vbi, quod ſicut exemplum exempli non probat, ita nec etiam teſtimonium de auditu auditus, refert, & ſequitur *Hector. Emil. in tractat. de teſtib. fol. 396. num. 17. & ex eo Farinac. dicta quaſt. 69. num. 4.*

20 Præterea cum per auditum alienum non percipiatur veritas ſenſus, ſed ſolum quædam relatio veritatis, ideo allegantí rationem referentem illam veritatem, non eſt credendum in iudicio ſine iuramento eius, à quo iſta relatio cauſam habuit, *Bartol. in tractat. de teſtib. num. 10. verſ. non enim Bald. in l. ſi cui aqua S. idem labeo, num. 3. ff. de aq. plu. ar. Pract. Conrad. tit. de teſtib. rubr. de auditu poſt num. 41. fol. 132. col. 2. in fine Hector. Emil. tractat. de teſtib. fol. 294. nu. 8. & ex ijſdem Farinat. dicta quaſt. 69. num 5.*

21 Et demum quia in teſte de auditu cauſa ſcientiæ non eſt prout eſſe debet clarior dicto, ſed æquè, vel minus, & taliter

quod ex tali teſtimonio Iudex non reddi-
tur certus de facto, cum ignotum per
ignotius deponatur, *Bartol. in tractat. de
teſtib. nu.10. verſ. huius ratio eſt. Corrad.
pract. in tit. de teſtib. rubr. de auditu num.
41. verſ. Bartolus verò fol. 132. col. 1.
Hector. Emil. dicto fol. 293. nu. 4. & Farin.
loc. cit. num. 6.*

22 Quod habet locum etiamſi teſtes de-
ponant, martyrium eſſe notorium, quia
adhuc deponere debent de viſu, *Bald. in
pract. tit. de quæſtionib. circa viam extra-
ordinariam quæſt. 5. circa fin. verſ. modò
ſupereſt videlicet qualiter crimen noto-
rium probetur*, vbi, quod teſtes dicere
23 debent, ſe interfuiſſe, quando talis in
tali loco publico, & coram maiori parte
populi, ſiue multis, & multis, tale deli-
ctum, ſeu talem iniuriam commiſit, no-
minando perſonas ibidem exiſtentes.
24 Quinimò ſubdit, teſtes ſuper notorio
interrogandos eſſe, quid ſit notorium, &
per quod probetur. Et ſi neſciunt defini-
re, quid ſit notorium, non probare.
Sicuti pariter non probare, ſi definiant
notorium, ſed non adiiciant, quod fuerit
factum coram tot teſtibus, quot faciunt
notorium.

Neque obſtant Doctores adducti à *Fa-
rinac. d. qu. 69. & ſeqq.* volentes, quod
teſtes de auditu vel plene probent, vel
ſemiplene, vel ſaltem transferant onus
probandi contrarium in aduerſarium;
25 Quia prędicti Doctores loquuntur in ci-
uilibus, & modici, aut nullius pręiudi-
cii, vt conſtat ex eodem *Farin. d. qu. 69.
num. 9.* vbi quod in criminalibus teſtes de
auditu non ſolum non probant, ſed ne-
que faciunt pręſumptionem.
26 Faciunt pro confirmatione adducta à
*Iacobo Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 7.
principal. verſ. in contrarium*, quod in
cauſis Canonizationum fama cum vno
teſte non plene probet per *gloſſ. ſingula-
rem in cap. veniens 1. de teſtib. & Bald. in
cap. 1. de appellat. in dicto cap. veniens*,
vbi quod in cauſis arduis, & famoſis, in
quibus non defertur iuramentum in de-
fectum ſemiplenæ probationis, fama
cum vno teſte non probat.

SVMMARIVM.

Cauſa martyrij requiritur in martyre, & in Tyranno, num. 4. ſufficiens, & neceſſaria qualis eſſe debeat, num. 6. & ſeqq. & num. 25.

Chriſtianis non licet cauſa fidei priuare infideles ſuis dominijs, ſed illos cogere ad non perturbandam fidem, num. 23.

Exilium rumpens ſi decapitetur, tali pœnâ plectitur ob fractionem exilij, num. 29.

Finis politicus quinam dicatur, num. 5.

Herodes Chriſtum perſequutus non fuit, num. 14.

Infidelibus quomodo liceat ob quemlibet finem politicum contra Chriſtianos arma ſumere, num. 24.

Infideles ob malos Chriſtianorum mores motiuum ſumunt contemnendæ fidei, num. 22.

Iudæi moti non fuerunt ex fine mere politico contra Chriſtum Dominum, num 9. & 13.

Iudæis pro mandatorum obſeruatione promiſſa fuerunt bona temporalia, num. 10. & 11.

Iudæi credebant poſt captiuitatem Babiloniæ ſe nihil mali paſſuros, num. 12.

Iudæos Eccleſia totaliter culpat de paſſione Chriſti Domini. num. 15.

Iudæorum perſecutio contra Chriſtum non eſt adducenda in exemplum ad probandum finem politicum, num. 16.

Martyr dictus quaſi teſtis, num. 1. non fit ob pœnam, ſed ob cauſam, num. 2.

Odium Tyranni contra fidem an debeat eſſe capitale, num. 22. & ſeqq.

Perſecutionem an, & quando quis euitare debeat, num. 32. & ſeq.

Perſecutio an ſit contra fidem, vel contra perſonas, quomodò poſſit cognoſci, num. 21.

Perſecutiones generales Imperatorum fuerunt directè contra fidem, num. 17.

Perſecutiones contra Chriſtianos poſtquam effecti ſunt viribus potentes, an ſint contra fidem, num. 18. & ſeqq.

Pilatus non fuit Chriſtum perſecutus, num. 14.

Præceptum prædicandi Euangelium quomodò obliget, num. 31.

Teſtis de ratione eſt, contra negantes, vel dubitantes, fidem facere, num. 3.

Tyrannus fini politico addere poteſt perſecutionem fidei, num. 26.

CAPVT XXII.

De cauſa Martyrij, & qualiter probanda ſit?

1 MArtyres dici quaſi Teſtes, qui corporalibus ſuis paſſionibus vſque ad mortem teſtimonium perhibent veritati fidei, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 124. art. 5. 6.* & vidimus ſupra *par. 2. cap. 11.* vbi eſſentiam,

Digitized by Google

tiam, & requiſita martyrii, cuius virtutis actus ſit, & vtrum ſemper ſit quid perfectum, vt homo ſe mortis periculo propter
2 Chriſtum exponat, explicauimus; Et qualiter martyrem non facit pœna, ſed cauſa, ob quam pœna ſuſtinetur; ſcilicet pro confeſſione fidei, vel defenſione alterius virtutis, pro quocumque opere bono faciendo, vel quocumque peccato vitando, *D.Gregor. Epiſt.lib.2.cap.36.D.Auguſt. epiſt.61. & 166. lib.2. quem citat gloſs. in cap. importuna, in verbo martyrium, de pæn. diſt.1. D. Thom. 2.2. qu.124. c. & ad 1.* de qua quidem cauſa cum latius in præſenti diſſerendum ſit.

3 Sciendum eſt, de ratione teſtis, quà teſtis eſt, & reduplicatiuè, vt dicunt philoſophi, eſſe, vt de rebus, & negotiis contra negantes, vel dubitantes fidem faciat, & veritatem contra illam inficiantes patrocinetur, *Auth. de teſtib. in princ. Calu. in lex. iur. verbo Teſtes.* Si enim nullus ſit, qui de aliqua re dubitet, vel illam neget, fruſtra aſſumet quis officium teſtis ad illam probandam. Haberet enim locum axioma philoſophi, Fruſtra calceamentum hoc dicimus, cuius nulla eſt calceatio.

4 Ex quo ſequitur, adhoc vt dicatur vere martyris, qui ſuis paſſionibus, & morte veritati fidei perhibere teſtimonium intendit, cauſam martyrii requiri non ſolum in ipſo martyrium patiente, ſed etiam in illud inferente; Itaur ſicuti patiens pia voluntate martyrium ſuſtineat pro confeſſione fidei, vel defenſione alterius virtutis; ſic Tyrannus impia intentione hominem occidat in odium, & contemptum fidei, vel religionis, aut alterius virtutis, quaſi fidei veritatem negans, *Henriq. in ſumm.cap.37. de Sacr. Bapt. prope fin.* alias altero ex his deficiente, non dabitur vera, & formalis ratio martyrii.

Porrò quod attinet ad cauſam actiuam martyrii, quæ requiritur in perſecutore, ad hoc vt ſit ſufficiens martyrii cauſa, vtrum neceſſe ſit, quod Tyrannus ad perſequendos fideles, moueatur ſimpliciter ex odio, quo feratur in ipſam fidem; An verò ſufficiat quodcumque motiuum politicum, diſcordant auctores.

5 Politicum motiuum dico, quod tendit ad finem boni temporalis reipublicæ ſiue communis, vel eius partis, etiam domus, vel ſingularis perſonæ, iuxta doctrinam *D.Thom. 1.2.quæſt.61.art.5. ad 4.*

6 Nonnulli enim tenuerunt, eſſe cauſam ſufficientem martyrii, quæ prouenit ex fine politico. Inter quos *Iacobus de Valentia in Pſal. 2. verſ. 2.* vbi notat cauſam, quare Principes, & Fariſæi moti ſunt, ad conſpirandum in necem Chriſti Domini, fuiſſe inuidiam, & timorem, ne perderent Regnum, & Sacerdotium, locum, & gentem, & ne perderent redditus, præbendas, & oblationes. Concludens omnes, qui contra Chriſtum conſpirarunt, ſcilicet, Herodem, Pilatum, & conuentum Sacerdotum, & Fariſæorum, conueniſſe in vnum, quia vnuſquiſque motus fuit ex timore, Pilatus ne perderet procurationem, quia totus cætus Iudæorum clamabat, ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris, Herodes ne perderet Tethrarchiam, quia Iudæi accuſabant Chriſtum, quod commouiſſet totam Galiieam, cuius erat Tethrarca, Sacerdotes ne perderent locum, & Sacerdotium; Scribæ, & Fariſæi ne perderent poteſtatem, qua ſedebant ſuper Cathedram Moyſi, docentes, & cauſas iudicantes.

7 Alii vero, inter quos etiam nonnulli recentiores, volunt, ad martyrium requiri, vt à perſecutore mors inferatur in odium, aut contemptum fidei, vel religionis, aut alterius virtutis, *Henriq. in ſumm. de Sacram. Bapt. cap.37.*

8 Quæ doctrina magis congruere videtur cum Sacro Textu annuntiante, paſſionem Domini Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri, ibi Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum Chriſtum eius, *Pſal.2. verſ. 1. & 2.* Nomine enim gentium venire Gentiles, & nomine populorum intelligi Iudæos, notat *Vatabl. ſuper eod. Pſal.* Quos vtroſque Propheta in ſpiritu præuidens, quod futurum erat, ſeuera obiurgatione increpat, temeritatiſque, ac vanitatis arguit *Titelm. ibid.* Qui *ſuper verſ.2* Ecce, *inquit,* Imperatores, & Reges populorum, qui dominantur in terra, conſurrexerunt pariter, & ſe oppoſuerunt in fortitudine ſua nomini Chriſti, & Principes populorum in poteſtate ſua conuenerunt ad tractandum; & conſulendum iunctis animis, & viribus, quo facilius, & citius Chriſti ſanctum nomen delere poſſent.

9 Et quidem quod ad Iudæos attinet, licet in concilio dixerint, Si dimittimus

cum

eum ſic, omnes credent in eum, & ve-
nient Romani, & tollent locum noſtrum,
& gentem, *Matth.* 26. *Ioann.* 11. Attamen
moti non fuerunt ad conſpirandum con-
tra Chriſtum Dominum ob finem politi-
cum, mere humanum, à diuina lege to-
taliter alienum; ſed quia timebant, ne ſi
omnes in Chriſtum crederent, nemo re-
maneret, qui aduerſus Romanos Ciuita-
tem Dei, templumque defenderet, quo-
niam contra ipſum templum, & contra
ſuas paternas leges doctrinam Chriſti
eſſe ſentiebant, *D. Auguſt. tract.* 49. *in
Ioann. ſub fin.*

10 Habemus enim ex Sacro Textu, Iudęis
pro legis obſeruantia non fuiſſe à Deo
promiſſa niſi bona temporalia. Si in præ-
ceptis meis ambulaueritis, & mandata
mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo
vobis pluuiam temporibus ſuis, & terra
gignet germen ſuum, & pomis arbores
replebuntur. Appræhendet meſſium tri-
tura vindemiam, & vindemia occupabit
ſementem, & comedetis panem veſtrum
in ſecuritate, & abſque pauore habitabi-
tis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus
veſtris; dormietis, & non erit qui exter-
reat, auferam malas beſtias, & gladius
non tranſibit terminos veſtros. Perſeque-
mini inimicos veſtros, & corruent coram
vobis. Perſequentur quinque de veſtris
centum alienos, & centum de vobis de-
cem millia, cadent inimici veſtri gladio
in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, &
creſcere faciam, multiplicabimini, & fir-
mabo pactum meum vobiſcum. Come-
detis vetuſtiſſima veterum, & vetera,
nouis ſuperuenientibus, proiicietis. Po-
nam tabernaculum meum in medio veſtri,
& non abiiciet vos anima mea. Ambula-
bo inter vos, & ero Deus veſter, voſque
eritis populus meus, *Leuit.* 26.

11 Cuius rei, nempe cur lex vetus debue-
rit inducere ad obſeruantiam præcepto-
rum per temporales promiſſiones, & com-
minationes, rationem reddit *D. Thom.* 1.
2. *qu.* 99. *art.* 6. *c.* Quia videlicet populus
ille rudis inducendus erat ad huiuſmodi
mandatorum obſeruantiam mediis illis,
quibus facilius moueri poterat, & quæ
magis erant in eius affectu, ſicut pueri
prouocantur ad aliquid faciendum ali-
quibus puerilibus munuſculis. Cum au-
tem in affectu illius populi rudis, & im-
perfecti eſſent bona temporalia, conue-
niens fuit, vt temporalium promiſſione,
& comminatione moueretur ad obſer-
uantiam mandatorum, quibus perueniſ-
ſet ad perfectionem cognoſcendi, tempo-
ralia bona fuiſſe ipſis data in ordine ad
Deum.

12 Iudæi autem peruerſi huiuſmodi co-
gnitionem non attingentes, finem con-
ſtituebant in temporalibus. Et non in-
telligentes ſcripturas, *Matth.* 22. 30. cre-
debant prophetiam illam; Magna erit
gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam
primæ, *Aggei* 2. 10. de ipſis nunciatam,
quaſi inſtaurato templo poſt captiuita-
tem, quæ fuit in Babilonia, ſe meliorem
ſortem habituros, *D. Auguſt. de Ciuit. Dei
cap.* 45. *in princ.* Itaut eorum Ciuitas, &
Tēplum nullam amplius moleſtiam ſen-
tire deberent; ac propterea meditantes
inania, *Pſal.* 2. 1. & falsò exiſtimantes, do-
ctrinam Chriſti eſſe contra eorum le-
gem, cum potius eſſet eiuſdem legis
perfectiua, *D. Thom.* 1. 2. *qu.* 107. *art.* 2.
& per conſequens deſtructa lege, ciuita-
tem, & templum amiſſuros, *D. Auguſt.
tract.* 29. *in Ioann. ſub fin.* Conſilium inie-
runt vt Ieſum morti traderent, & tradide-
13 runt. Ex quibus patet, Iudæorum timo-
rem perdendi locum, & gentem non fuiſ-
ſe merè politicum, ſed iuxta ipſorum er-
rorem legis adimplementum attigiſſe, cum
bona temporalia per obſeruantiam legis
ſibi deberi pro certo haberent.

Ob eamdem rationem, ſcilicet ob præ-
dicationem doctrinæ Chriſti Domini, Iu-
dæi perſequuti fuerunt Apoſtolos. Vocan-
tes enim eos denunciauerunt, ne omninò
loquerentur, aut decernerent in nomine
IESV, *Act.* 4. 18.

Quod autem dicitur à *Valent. loc. ſupra
cit.* Herodem, & Pilatum conſpiraſſe in
mortem Chriſti, primum, ne perderet Gali-
14 leæ tethrarchiam, & alium, ne perderet
procurationem, verificari non videtur ex
Sacro Textu. Herodes enim nil aliud egit
contra Chriſtum, niſi quod illum illuſum
veſte alba remiſit ad Pilatum, *Luc.* 23. &
Pilatus non ſolum in necem Chriſti Do-
mini non conſpirauit, ſed inſtitit, quan-
tum potuit, vt illum ex Iudæorum mani-
bus liberaret. Nam propterea flagellatum
produxit ad eos, non perſequendo Do-
minum, ſed eorum furori ſatisfacere vo-
lens. At vbi perſeuerarunt, manus ſuas
lauit, dixitque, quod ipſe non feciſſet,
mundumque ſe eſſe à morte illius, *D. Au-
guſt. in tractat. ſuper Pſalm. pſ.* 63. *verſ.* 2.
quod

quod confirmatur in Symbolo Apſtolorum, in quo dicitur, Ieſum crucifixum ſub Pontio Pilato. Dictio enim *ſub* non importat factum Iudicis, ſed eius auctoritatem iudicio interpoſitam *l. generaliter C. de reb. cred.* & ipſa Eccleſia, à Spiritu
15 Sancto edocta, Chriſti Domini paſſionem, & mortem improperat vni populo Iudæorum dicens. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contriſtani te? quia paraſti crucem Saluatori tuo. Tu me tradidiſti Principibus Sacerdotum. Tu me duxiſti ad Prætorium Pilati. Tu me cecidiſti alaphis, & flagellis. Tu dediſti capiti meo ſpineam coronam. Tu percuſſiſti arundine caput meum. Tu me ſuſpendiſti in patibulo Crucis. Tu me potaſti felle, & aceto, & lancea perforaſti latus Saluatori tuo. Licet enim non omnia hæc ab ipſis Iudæis patrata fuerint, ſed plura à Romanorum militibus, auctoritate Pilati Præſidis, quia tamen omnia præceſſerunt à perſecutionibus, & malignitate Iudæorum, eos iure merito tanquam omnium cauſam principalem, de tota paſſione, & morte Chriſti Ieſu improperat Eccleſia. Sicuti etiam in iure noſtro factum à Iudice tribuitur ipſi parti *l. ſi ob cauſam C. de euict. & l. pignora eod. tit. cum alijs cumulat. à Tiraquell. de retract. lign. S. 1. gloſſ. 14. nu. 13.*

16 Ex quibus patet, pro ratione, quod ſufficiens martyrij cauſa in perſecutore deſumi poſſit ex fine politico, non eſſe adducendum timorem Pilati, vel Iudeorum, quia vt vidimus, Pilatus non conſpirauit contra Chriſtum Dominum, ſed tantum iniuſtiſſime Iudæorum iniquitati conſenſit, & Iudæi male interpretantes ſcripturas, timebant ob doctrinam Chriſti, quam credebant eorum legi contrariam, ſe amiſſuros bona temporalia, ob eiuſdem legis adimplementum ex diuina promiſſione ſibi debita.

17 Non eſt item ambigendum, generales Chriſtianorum perſecutiones, quæ ſub Romanis Principibus à Nerone vſque ad Diocletianum, & Maximilianum acciderunt, in odium fidei motas fuiſſe. Siquidem de prima per Neronem hæc ait *Sueton. in eius vita.* Afflicti ſupplicijs Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouæ, & veneficæ. De ſecunda per Domitianum *Niceph. lib. 3. cap. 9.* Is poſt Neronem ſecundus Deo bellum mouit, perſecutionemque grauem aduerſus fideles Chriſti, cum Veſpaſianus pater eius nihil acerbius in nos ſtatuiſſet, excitauit. De tertia per Traianum, licet dicatur ob litteras Plinij aliquantulum repreſſa, teſtatur tamen in Sancto Ignatio Metaphraſtes, edictum propoſuiſſe, vt Chriſtiani vbique conquirerentur, & per tormenta, ſi aliter non poſſet, vſque ad mortem ritu maiorum ſacrificicare adigerentur. De quarta per Antoninum hæc habet *Euſebius lib. 5. cap. 1.* Ad decimum ſeptimum annum Antonini veri grauis, & acerba in nonnullis terræ partibus perſecutionis procella ex temerario populi impetu per ſingulas vrbes excitata contra nos ingraueſcere cæpit, in qua ſicut ex illis martyrijs, quæ in vna forte natione confecta erant coniectura planè licet augurari, infiniti prope Martyres in reliquis etiã orbis terrarum regionibus generoſa cęde pro Chriſto tollerata nobilitati ſunt. De quinta per Seuerum ſcribit *Euſebius lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 1. & 2.* Generali edicto generalis perſecutio contra Chriſtianos indicta à Seuero, ac proptereà ſpeciale reſcriptum Romam miſit, vt Præfectus Vrbis cognoſceret de illicitis Collegijs, nempè de Chriſtianis conuentibus, ne cogi eos fineret. De Sexta à Maximino meminit *Gregor. Nazianz. in laudem Baſilij* dicens, Perſecutio erat, & quidem atrociſſima, & formidoloſiſſima, iis loquor, quibus ea perſecutio nota eſt, quam Maximinus excitauit, qui complures haud ita pridem obortas excipiens crudelitate ſua perfecit, vt omnes, quæ præceſſerant, leues, & humanitatis plenæ fuiſſe viderentur, incredibili quadam audacia furens, modiſque omnibus impietatis palmam ferre contendens. De ſeptima à Decio tradit *Oroſius lib. 7. cap. 21.* his verbis. Decius ad perſequendos, interficiendoſque Chriſtianos feralia ſparſit edicta, plurimoſque Sanctorum ad Coronas Chriſti de ſuis cruciatibus miſit. De octaua per Valerianum idem *Oroſius eod. lib. 7. cap. 22.* Valerianus mox, vt arripuit Imperium, adigi per tormenta Chriſtianos ad idololatriam, abneganteſque interfici iuſſit, fuſo per omnem Regni Romanorum latitudinem ſanctorum ſanguine. De nona ab Aureliano, videatur *Euſeb. Cæſar.* qui licet *in hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 24.* aſſerat, Aurelianum aliquandiu Eccleſiam in pace agere permiſiſſe, ſubdit tamen *in Cronico* perſecutum Chriſtianos, vt etiam conſtat ex Martyrologio Romano. De decima per Diocletianum, & Maximianum

loqen-

loquens *Euſeb.lib.8. cap.3.* Conſtat *inquit*, præcedentibus annis fuiſſe præludia quædam perſecutionis, quæ ſæuiſſima illo anno eſſe cæpit, cum impii illi, præpoſitis palam edictis, & omni adhibito conatu Chriſtianorum nomen penitus è mundo tollere ſperarent.

Poſt hos Iulianus Apoſtata adeò Eccleſiam perſecutus fuit, vt Chriſtianos liberales litteras docere, ac diſcere vetuerit, *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 18. *cap.*52. de quo ſcribit idem *D. Gregor. Nazian. orat.* 1. *in Iulian.* Vix Imperii hæreditatem cæpetat, cum impietatem palam, libereque profitetur perinde, atque hoc quoque nomine erubeſcens, quod Chriſtianus aliquando, aut ea de cauſa Chriſtianis ſuccenſus, quibus nominis ſocietate iunctus fuerat, templa Deorum aperiri,& hoſtias immolari edicit.

Supra recenſitas omnes perſecutiones contra Chriſtianos, fuiſſe motas in odium fidei, ſicuti & alias,quas notat *D. Auguſt. de Ciuit. Dei dicto cap.*52. atque item, quæ ab Imperatoribus, & Regibus Arianis,vel alterius hæreſis labe infectis, contra catholicos, & qui in ipſis occidebantur, veros Martyres fuiſſe,non videtur ambigendum, cum ex vtraque parte daretur vera cauſa martyrii; ſcilicet in perſecutore negatio veritatis fidei, & in martyre veritatis eiuſdem fidei teſtificatio concludens.

18 Verum difficultas eſt, quid dicendum, poſtquam fideles, temporalibus viribus aucti, comparatis copiis, cæperunt Infidelibus, & Hæreticis bellum indicere, vel Ciuitates, Prouincias, & Regna ab ipſis capta recuperando, vel ipſorum propriis, ob damna Chriſtianis illata, ſpoliando, vtrum odium conceptum contra Chriſtianam temporalem potentiam,tangat ipſam fidem, itaut fideles, qui in bello, vel in pace ab infidelibus propter huiuſmodi temporale odium interficiuntur,veri Martyres ſint dicendi,nec ne?

19 Negat *Henriq.in ſumm.lib.2. de Sacram. Bapt.cap.37.in fine* dicens,Si Tyrannus interficiat Chriſtianos in bello pugnantes, ac reſiſtentes, aut in pace, ex eo quod ſunt, aut reputantur hoſtes temporales, vel eos depredetur in terra, aut mari,non eſſe ſufficientem cauſam ad martyrium, quamuis inculpate mortem patiantur. Sed quia id nulla ratione confirmat.

20 Ego crederem, vtendum diſtinctione. Vtrum Tyrannus perſequatur perſonas in odium fidei, vel ob aliquem finem,quem ſine læſione fidei, vel alterius virtutis ſupernaturalis, directe, vel indirecte, principaliter, vel conſequenter, obtinere non poteſt; vel perſequatur fidem in odium perſonarum, quia temporaliter inimicas haber. Primò enim caſu,qualitercumque finis ſit politicus, eum tandem reducatur ad negandam veritatem fidei, ſemper eſt ſufficiens cauſa martyrii, iuxta doctrinam *D.Thom.2.2.qu.124.art.5.*Secundo autem caſu nequaquam; Quia intentio perſecutoris non fertur, directe, vel indirecte, principaliter, vel conſequenter contra veritatem fidei,ſed tantum contra temporaliter inimicos. Eoque minus, ſi perſecutor timens potentiam propinquarum nationum, fidem profitentium,vt ſe, ſuaque regna tuta reddat à periculo, quod ſibi credit imminere ex amicitia, & colligatione, qua medio fidei deuinciuntur, vel deninci poſſint eius ſubditi, indigenæ, vel alienigenæ cum dictis nationibus ſibi inimicis, & ſuſpectis, hoc vnum ſibi ſupereſſe arbitratur,tollere de medio huiuſmodi colligationem, fideles è ſuis ditionibus, tanquam temporaliter ſibi nocituros extirpando. Non enim eſt contra iuris regulas, quod amicus inimici mei fiat mihi inimicus *gloſſ.in l.1. §. cum patronus, verbo cum inimicis ff.de offic.Præfect.vrb.*

21 Quomodo autem dignoſci poſſit, vtrum Tirannus perſequatur fidem in odiū perſonarum, vel perſonas in odium fidei,cum res conſiſtat in animo, difficile eſt iudicare.Attamen probari poſſet,perſecutionem contra perſonas eſſe in odium fidei,quando perſonæ illam profitentes nullo modo eſſent aptæ, temporaliter nocere perſecutori, & perſecutor moraliter illas nullatenus timere deberet; quales fuerunt omnes Romanorum Imperatorum perſecutiones, quia fideles tunc temporis nullum illis temporalem timorem incutere poterant, cum temporales vires, regna, vel exercitus non haberent.

22 E contra vero perſecutio fidei, etiam cum deſtructione Eccleſiarum, abominatione ſacramentalium, & Sacramentorum præſumenda eſſet, tendere in odium perſonarum, quando perſecutor poſſet moraliter timere perſonas, illam profitentes, vt quia eſſent potentes viribus, & aptæ ſibi temporaliter nocere, tantoque magis ſi aliena Regna, licet iuſte inuaſiſſent, vel quod peius eſt, ſi legem euangelicam, & natu-

naturalem non ſeruarent. Infideles enim videntur habere motiuum contemnendæ fidei, ſi fidelium defectus cognoſcant, D. *Thom.* 2.2. *qu.*10. *ar.* 10. *c.* Ad quem propoſitum refert *Benzo*, cuidam indo, rapacitates, & tirannides nonnullorum Chriſtianorum deteſtanti, reſponſum fuiſſe, qui illas patrabant, non eſſe bonos Chriſtifideles, ſed malos, euangelicam legem non ſeruantes. Quo audito, replicauit Indus, vbi ſunt boni, hanc, quam dicitis euangelicam legem obſeruantes? Sed vel paucos viderat, vel vti Barbarus bonos à malis diſtinguere neſciebat.

23 Poriò vtrum liceat Fidelibus ſine cauſa priuare ſuis Dominijs Infideles, qui nunquam fidem ſuſceperunt, negatiuè tenet D. Thomas mox citandus, quia dominia introducta ſunt ex iure gentium, & humano *l. ex hoc Iure ff. Iuſt. & iur.* Diſtinctio autem fidelium, & infidelium eſt ex iure Diuino. Et ius diuinum, quod eſt ex gratia, non tollit Ius humanum, quod eſt ex naturali ratione *D. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 10. *ar.* 10. *c. Qui ar.* 8. *præced.* dicit, Gentiles, & Iudæos non eſſe ad fidem compellendos; ſed à fidelibus compellendos tantum, vt fidei prædicationem non impediant, neque blasfemijs, vel malis perſuaſionibus, aut perſecutionibus fideles proſequantur, ac propter hoc tantum bellum ipſis moueri poſſe, non vt ad credendum cogantur, ſed ne Chriſtifidem impediant. Huiuſmodi verò cauſas perpenſo iudicio Principibus, & Regibus, penes quos eſt belli auctoritas, & conſilium, eſtimandas eſſe, *Balthaſ. Aiala de Iur. & offic. bellic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 32.

24 Propptereà, cum de Iuregentium, & humano liceat infidelibus, eorum Ius, & dominium in Regnis, & gentibus ſibi ſubiectis vi tueri *per text. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & l.* 3. *§. cum igitur ff. de vi, & vi arm.* Atque item cum vſque ab origine mundi inualuerit, ſiuè conſuetudo, ſiuè abuſus, vt etiam ad finem ditandi, vel ampliandi Regna, & Imperia, vnus aliorum ditiones inuadat, poſſunt infideles, ſiuè ad finem tuendi proprium Ius, ſiuè ad finem ditandi, & Imperia dilatandi, fideles pro inimicis habere, abſque eo quod fidei veritatem negent, vel quoquo modo tangant. Sicuti Alexander Macedo ad compatandam gloriam conſtituit ſibi inimicum totum terrarum orbem, contra Datium, & alios bella mouens. Et ſexcenta exempla poſſent adduci, tam inter infideles ipſos, quam inter fideles, & fideles, quam etiam inter fideles, & infideles, in quibus res non erat pro fide, vel contra fidem, ſed pro tuendis, vel dilatãdis Regnis, & Imperijs.

25 Ex quibus confirmatur ſententia *Henriq. loc. ſupra cit.* Quod ſi Tyrannus interficiat Chriſtianos in bello pugnãtes, ac reſiſtentes, aut in pace, ex eo quod ſunt, aut reputantur hoſtes temporales, vel eos depredetur in terra, vel mari, non eſſe ſufficientem cauſam Martyrij, quamuis inculpate mortem patiantur; ſicuti nõ videmus Eccleſiam venerari tanquam Martyres Regem Rodericum, aut alios ex fidelibus, quos ex proditione Comitis Iuliani Arabes ab Africa Calpen, quæ nunc Gibraltar dicitur, tranſuecti, totam Hiſpaniam occupantes interemerunt; nec quemquam ex Germanis, quos vltimò Guſtauus Sueciæ Rex, Germaniam deuaſtans interfecit; neque vllum fidelem, qui in expeditiooe B. Pij V. Turcarum armis occubuerit.

26 Cum hoc tamen ſtare poteſt, vt ſint verè Martyres interfecti à temporaliter inimico, qui ob finem politicum bellum mouit, & perſecutionem; Si nimirum Tyrannus poſt captiuitatem, illos cum oblatione impunitatis, & munerum tentauit, ad fidem negandam, ſeu ad aliquid agendũ, vel omittendum, ex quo lædatur veritas fidei. Quia tunc concurrit omnis cauſa Martyrij. In Tyranno quidem, cum non occidat ob primum finem politicum, ſed ob nouum motiuum, quod reducitur ad negandam veritatem fidei. Et in patiente, quia vitæ fidem anteponendo, pro eiuſdem veritate ipſa morte teſtimonium prebibet, *D. Tho.* 2.2 *q.*124. *art.* 5. *c.*

27 Magna item difficultas eſt circa odium, quo moueatur Tyrannus ad perſequendam fidem; vtrum ſcilicet pro cauſa Martyrij ſufficiat qualecumque odium, vel eſſe debeat ad mortem; Itaut non ſufficiat, ſi perſecutor prohibeat fidem catholicam ſub pæna exilij etiam cum comminatione mortis in caſum contrauentionis, ſed omninò debeat prohibere fidem directè ſub pæna mortis, & fideles ad mortem quærere?

28 Et videtur requiri odium ad mortem, & quod directe prohibeatur fides ſub pæna mortis. Primò quidem quia ſicuti ad complementum Martyrij ex parte pa-

Fff tien-

tientis non ſolum debet mors intercedere, D. *Thom.* 2. 2. *quaſt.* 124. *ar.* 5. *c.* ſed etiam propoſitum, & voluntas patiendi mortem pro Chriſto [ob quam rationem nonnulli tenuerunt, Innocentibus miraculosè accelleratum vſum liberi arbitrij, ita quod etiam voluntariè Martyrium paſſi ſint. Quod tamen negat idem *Diuus Thomas dicta quaſtione* 124. *arti.* 1. *ad* 1. aſſerens, Martyrij meritum fuiſſe illis communicatum ex ſpeciali gratia Ieſu Chriſti] Sic etiam ex parte Martyrium inferentis requiri debet odium mortale, voluntas, & propoſitum, inferendi mortem fidem profitenti. Quia agens, & patiens cadẽ regula menſurari debent *Mar. Anton. variar. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 9. *n.* 2.

29 Secundò quia quando Princeps aliquem exiliat, etiam cum comminatione pœnæ mortis in caſum contrauentionis, & contrauenientem damnat ad mortem de iure præſumitur talis mors inflicta ob nouum delictum fractionis exilij *per text. ad litt. in l. relegati*; ibi, contumacia eius cumulat pœnam, *ff. de pœn. & l. capitalium* §. *in exulibus ff. eod.*

30 Ex quo infertur, & hoc pertinet ad cauſam paſſiuam, quod ſi Tyrannus non proſequatur fidem odio capitali, non prohibendo fidem ſub pœna mortis directè, ſed tantum pœna exilij, vel alia citra mortem naturalem, vel etiamſi prohibeat pœna mortis naturalis, fideles quærendo ad mortem, & Chriſti Fidelis irritet Tyrannum, imprudenter eius leges, & mandata contemnendo, non fugiendo, aut latitando, ſi poteſt, eius mors non habebit vera requiſita Martyrij; Quia Martyrium debet quidem tolerari patienter, ſed quæri non debet, cum non ſit danda occaſio iniuſtè agendi *D. Thom. d. quaſt.* 124. *ar.* 1. *ad* 3. *Silu. in verbo Martyrium propè fin.*

Contra quæ non facit, quod habetur *Act.* 4. vbi Sacerdotibus denunciantibus, ne omninò loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu? Petrus, & Ioannes reſponderunt. Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quàm Deum, iu-
31 dicatè? Quia præceptum prædicandi Euangelium cum ſit poſitiuum, ſeu affirmatiuum, non obligat ad ſemper, ſed tantum tempore, & loco, debitis, & congruis *Silu. in verbo, præceptum num.* 1.

Quod confirmatur ex alio præcepto Chriſti Domini. Cum vos perſequentur
32 in Ciuitate iſta, fugite in aliam. *Math. cap.* 10. cui inhærens *D. Athanaſius in Apolog. de fuga ſua* Ipſum, *inquit*, verbum, propter nos homo factum, non indignum putauit, cum quæreretur abſcondere ſe, & cum perſequutionem pateretur, fugere, & inſidias declinare vſque ad præfinitum tempus &c. Et ſancti homines cum hanc formam à Saluatore didiciſſent, ad-uerſus perſecutores vt legitimè certarent, fugiebant, & ab illis quæſiti, ſe abſcondebant. Cum enim præſtituti ſibi à diuina prouidentia temporis finem ignorarent, nolebant inſidiantibus ſe temere tradere, ſed potius in finem vſque perſeuerabant; circumeuntes, vt ait Apoſtolus, in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, quoad definitum mortis tempus veniret, vel Deus cum eis loqueretur, & inſidiantes cohiberet, aut certè perſecutoribus eos traderet.

33 Dixi, non debere fideles imprudenter contemnere mandata Tyranni, quia inconſultè, & regulariter, ſemper homo non tenetur ſe morti periculo exponere, *Auguſt. de Ancon. de poteſt. Eccleſ. qu.* 94. *ar.* 4. *in c.* Cæterum ſi quis videt quod per ſuam mortem poteſt ſeruari fides, vel iuſtitia, & perſecutio non eſt perſonalis, ſed vniuerſalis, tenetur de præcepto mortem ſuſtinere; ſicut Prælatus, quando videret, quod ex ſua fuga ſequeretur diſpendium in fide, vel iuſtitiæ in Eccleſia, & ſimiliter quilibet alius tenetur de præcepto ſuſtinere mortem ſicuti fecit Beatus Thomas Cantuarienſis, *Silu. in verbo Martyrium propè finem*, vbi quando adeſt ſolum opportunitas manifeſtandi gloriam diuinam, & edificandi Eccleſiam, Martyrium eſt ſolum ſupererogationis, non neceſſitatis,

Hæc pauca in hiſce duobus capitibus, & ſupra, *p.* 2. *cap.* 11. pro noſtro inſtituto de Martyrio libaſſe ſufficiat. Remittendo lectorem ad Reuerendiſſimum Patrem Magiſtrum Capiſuccum, Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtrum in ſuis Controuerſijs Theologicis, *contro.* 27. vbi totam materiam, & quidquid de Martyrio tractari poteſt, per plures paragraphos doctiſſimè, exactiſſimèque dilucidat.

SVMMARIVM.

Actuum nullitas an habeat locum, quando non fuerunt fabricati proceſſus ſuper cultu immemo-

Digitized by Google

memorabili, num. 18. & an huiuſmodi nullitas ſit ſanabilis, num. 19.

Altaribus, & Altarium erectione probatur cultus immemorabilis, num. 13.

Antiqua probantur teſtibus, num. 6. & 7. Inſtrumentis num. 9. Hiſtorijs num. 10. & 11. litteris in lapidibus, columnis, tabulis, ſepulchris &c. inciſis, num. 12. Euidentia facti, num. 14.

Argumentum à præſenti ad præteritum valet, num. 8.

Centenaria cultus ante decreta ſemper, & quocumque tempore probari poteſt, num. 3. & 4.

Centenaria cultus antè decreta probatur ijſdem probationibus, quibus probantur antiqua, num. 5.

Centenaria cultus antè decreta quibus teſtibus probetur, num. 6. & 7.

Cultu immemorabili pro non remouendo, an, & quando intercedere debeat ſententia, n. 16. & 17.

Cultus immemorabilis an continuari poſſit pendente iudicio ſuper immemorabili, nu. 20.

Cultus immemorabilis probatur teſtibus, inſtrumentis, Hiſtorijs, litteris inſculpsis, Tabellis, Imaginibus, picturis &c. num. 6. & ſeqq. vſque ad num. 14.

Euidenti a facti probatur cultus immemorabilis, num. 14.

Medium non datur inter cultum, & non cultum, num. 4.

Peritorum iudicio ſtatur in probandis antiquis, num. 13.

Status præſens quando concurrere poteſt cum præterito, valet argumentum de præſenti ad præteritum, num. 8.

Teſtes ſuper centenaria ante decreta vtrum deponere debeant de viſu per 40. annos ante eadem decreta, num. 1.

Teſtibus inhabilibus vti nequit, qui teſtes habiles adhibere potuit, num. 2.

Teſtes ſuper centenaria cultus qualiter deponere debeant, num. 7.

CAPVT XXIII.

Vtrum liceat hodie, & quandocumque, probare Centenariam cultus antè nouiſſima Decreta, & qualiter probari poſſit?

CVm ex declaratione Sacr. Rituum Congregationis die 23. Martij 1652. & 28. Martij 1654. probandum ſit, Centenariam cultus, & venerationis in caſibus exceptuatis à nouiſſimis decretis fel. record. Vrbani Papæ Octaui, de cultu non exhibendo Seruis Dei, non Canonizatis, vel Beatis declaratis, fuiſſe completam ante eorumdem decretorum editio-
1 nem; Non modica inſurgit difficultas, num ad huiuſmodi centenariam probandam, admittendi ſunt Teſtes, qui non deponant de viſu per quadraginta annos antè prædicta decreta, & qui proindè non eſſent ætatis annorum quinquaginta quatuor antè primam dictorum decretorum editionem, emanatam anno 1625. cum ex doctrina *Abb. in cap. veniens num. 8. & in cap. licet ex quadam, num. 3. de teſtib.*
2 imputandum ſit ei, qui neglexit facere probationem per teſtes habiles tempore debito. *Alex. conſ. 152. ſub. num. 2. lib. 4. Gramm. conſ. 26. num. 37. Marſil. in pract. §. diligenter, num. 84. verſ. nam ſibi imputet Carrer. in pract. Crim. in tract. de indic. §. in textu ergo, num. 36. Farinacc. quæſt. 62. limit. 1. num. 30.* Debebant enim ſibi cauere Poſtulatores examinando teſtes ſtatim editis decretis.

3 Quibus tamen non obſtantibus, inconcuſſe tenendum eſt, Centenariam cultus antè prædicta decreta ſemper, & quandocumque probari poſſe, & in eius probatione admittendos eſſe teſtes, deponentes de viſu per annos quadraginta, & de auditu à maioribus, licet ætas eorum non extendatur ad annos quadraginta de viſu ante decreta. Cum hoc expreſſe deducatur ex eorumdem decretorum lectura, *pag. 4.* & prout referuntur à nobis *par. 5. cap. 2. num. 6.* ibi: Declarans quod per ſupradicta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, & tollerantia Sedis Apoſtolicæ, vel ordinarij coluntur. Dicendo enim, *præiudicare in aliquo non vult*, omne præiuditium excludit, *gloſ. in cap. ſi propter de reſcript. in 6. & alia gloſ. in Clement. 1. de form. compet. Tuſc. tom. 2. litt. D. concluſ. 243. num. 1. & concluſ. 109. num. 1. Melch. Pheb. luſitan. deciſ. 9. num. 8. tom. 1. Cephal. conſ. 347. nu. 14. cum ſeq. Gemin. conſ. 29. num. 2. Brun. à ſole in loc. comm. verbo dictio 4. Surd. conſ. 33. num. 20. & conſ. 103. num. 8. & de-*

ciſ. 283.

ciſ. 283. num. 7. & de aliment. tit. 8. privil. 61. num. 21.

4 Niſi autem admittatur probatio cen-
tenariæ eo modo, quo de Iure probantur
antiqua, emergeret totale præiudicium
ſeruorum Dei ex eo, quia iuxta diſpoſitio-
nem eorumdem decretorum eſſet omninò
remouendus cultus; cum non detur me-
dium inter cultum, & non cultum, vel
enim probatur centenaria, & continuatur
cultus, vel non probatur, & omninò re-
mouendus eſt.

Propterea ad euitandum huiuſmodi
præiudicium, & attenta decretorum diſ-
poſitione, quæ non obligant ad probatio-
nem per teſtes de viſu quadraginta anno-
5 rum ante ipſa decreta, ſine difficultate te-
nendum eſt, in probanda centenaria cul-
tus antè decreta admittendam eſſe quam-
libet probationum ſpeciem, quibus de iu-
re probantur antiqua iuxta ſequentia.

Primò enim, quod ad teſtes attinet, in-
indubitati iuris eſt, in probandis antiquis
generaliter, ſufficere, ſi deponant de au-
6 ditu à maioribus, & de fama publica. *text.
in cap. licet ex quadam, & in cap. quoties,
in fine de teſtib. & in l. arbiter ff. de probat.
& in l. 2. §. idem labeo ff. de aqu. plu. arc.
Grauett. de antiq. tempor. par. 1. verſ. Viſo
de fama num. 2. Rota deciſ. 424. num. 2.
par. 5. tom. 2. deciſ. 150. num. 5. & de-
ciſ. 475. num. 3. par. 13. recent.*

7 Contra quod non facit, quod etiamſi
teſtes deponant de auditu à maioribus,
referentibus de auditu pariter à maiori-
bus, non videatur probara in ſpecie, &
indiuiduo centenaria cultus antè decreta.
Quia quando Teſtes, deponentes de vi-
ſu per annos quadraginta iuxta doctrinam
*Balb. de præſcript. 2. p. 5. partis principal.
quæſt. 6. num. 34. Rebuff. de decim. quæſt.
13. num. 94. & ſeqq. Rot deciſ. 557. ad fin.
4. p. diuerſ.* dicunt quod ſemper viderunt
ita eſſe, nec vnquam viderunt, vel audie-
runt contrarium, & quod communis eſt,
& ſemper fuit opinio, quod ſic fuerit, &
quod non extet contrarij, vel initij memo-
ria, iuxta *gloſſ. in cap. 1. verbo memoriam,
de præſcript. in 6.* & alias conſtet, mortem
Serui Dei, de quo agitur præceſſiſſe de-
creta per centum annos, & vltra, plenè
probatur talis centenaria cultus ante de-
8 creta. Quia quando agitur de materia
contingenti, cujus ſtatus præſens poteſt
concurrere cum naturali veritate ſtatus
antecedentis, valet argumentum de præ-
ſenti ad præteritum. *Euerar. in loco de tem-
pore ad tempus, nu. 20. per text. in l. libertis
§. final. ff. de liberal. cauſ. & in l. circa ff. de
probat. Menoch. conſ. 374. num. 83. & conſ.
378. num. 81.*

9 Secunda ſpecies probationis deſumitur
ex Enunciatiuis in Inſtrumentis antiquis,
quæ plene probant. *Bald. in cap. ſeries nu.
3. de teſt. Iaſ. in l. cum aliquis num. 4. C. de
Iur. delib. Aretin. in cap. cum cauſam, nu. 20.
de probat. Achill. deciſ. 7. num. 1. de Iure-
patr. Rota deciſ. 46. num. 2. & ſeqq. deciſ.
148. num. 3. & 4. coram. Comitulo deciſ. 709.
num. 2. & ſeqq. coram. Buratt. Et in recent.
deciſ. 91. num. 2. par. 1. deciſ. 223. nu. 4.
part. 2 deciſ. 567. num. 6. p. 5. & deciſ. 359.
num. 123. p. 6. & deciſ. 434. num. 5. coram
Bich. & deciſ. 125. num. 2. & ſeqq. coram
Em. Otthobono.*

10 Tertia ſpecies deſumitur ex hiſtorijs,
quæ de ſe in antiquis plene probant, *text.
ad litt. in l. 1.* ibi *à quibuſdam Scriptoribus
traditum ff. de offic. Præf. Prat. Bartol. in l. 1.
num. 22. Alex. nu. 34. Purpur. nu. 152. Ripa
num. 73. ff. ſi cert. pet. Abb. fel. Dec. & alij
in cap. cum cauſam de probat. Lara de An-
niu. & Capell. lib. 1. cap. 25. num. 32. Ve-
rall. deciſ. 190. p. 2. Rota in Cæſaraugu-
ſtana Cathedralitatis deciſ. 353. num. 23.
& 24 p. 5. tom. 1. & deciſ. 212. num. 8 p.
7. deciſ. 76. nu. 11. p. 8. & deciſ. 316. nu. 23. p.
14. recent. & coram. Penſiger. deciſ. 463. nu.*

Neque obſtant adducta *per Scacch. de
11 not. & ſign. Sanct. ſect. 11. cap. 6. de Sancti-
tatis argumento ex Hiſtorijs non deſumendo
poſt initium.* Quia quando agitur de pro-
bando caſu excepto ad effectum, non re-
mouendi, ſed continuandi cultum, non
agitur de probanda Sanctitate, ſed ſimpli-
citer de probandis actibus extrinſecis cul-
tum, & venerationem denotantibus, quos
ex hiſtorijs probari, non negat in totum
ipſemet *Scacch. dicta ſect. 11. cap. 6. verſ.
ſi verò Hiſtoricus in fine.* Verum de Hiſto-
riarum probatione generaliter dicemus in-
ferius *cap. ſeq.*

12 Quarta probationum ſpecies deducitur
ex litteris in lapidibus, vel tabulis, muris,
aut monumentis inciſis, aut pictis. *gloſſ.
in cap. cum cauſam, & ibi omnes Sribentes
de probat. & alia gloſſ. in cap. fine, il 2. 24.
quæſt. 2. Bartol. & Bald. in l. monumento-
rum, & Paul. de Caſtr. in l. ſi ſepulcrum C.
de relig. & ſumpt. fun. Maſcard. de pro-
bat. vol. 1 concluſ. 105. num. 10. Lara de
anniu. & Capellan. lib. 1. cap. 25. n. 23. Brun.*

à Sole

à Sole in ſuo Compend. Præpoſitionum, iuris, in verſ. Scriptura priuata in Lapidibus, Crauett. conſ. 158. nu. 4. Rota deciſ. 17. num. 41. coram Arguelleſ. Ioſeph. Ludouiſ. concluſ. 29. ampliat. 32. vbi quod in huiſmodi caſibus reſultat plena probatio; quia non faciunt fidem tanquam probationes, ſed tanquam quid notorium Guido Papa quæſt. 582. num. 4. cum publicè omnibus appateat, Bartol. & Bald. in dicta l. Monumentorum, C. de relig. & ſumpt. fun. Genua de priu. ſcript. lib. 1. quæſt. 3. à num. 189.

13 Quintam demum probationum ſpeciem in antiquis faciunt periti deponentes cum iuramento, tabellas votiuas, picturas, imagines, ſepulchri, vel Altaris erectionem, lampades ſepulchro appenſas, & reſpectiuè factas, fuiſſe de tempore, ex quo elieiatur centenaria cultus antè decreta, Pariſ. conſ. 96. num. 32. lib. 1. Rota deciſ. 220. num. 4. coram Ludouiſ. Præſertim ſi fuerint à Iudice electi, Bartol. in l. in ſtar. num. 11. C. de iure fiſci, lib. 10. Paul. de Caſtr. in l. ſi cui libertas num. 2. ff. de cond. & demon. Neuiz. conſ. 94. nu. 18. Ludouiſ. deciſ. 536. num. 1. Etiamſi deponerent de credulitate, Abb. in cap. propoſuiſti num. 11. verſ. venio nunc ad ſecundam probationem de probat. Bald. in cap. quoties num. 3. de teſtib. & in l. conuenticula num. 6 verſ. eſt tamen verum C. de Epiſc. & Cler. Iaſ. in rubr. ff. de iureiur. poſt nu. 10. ſub octaua limit. Felin. in dicto cap. quoties num. 11. & ſeq. Dec. in dicto cap. propoſuiſti num. 12. de probat. Rom. in l. ſtipulatio §. eodem, num. 2. de verbor. obligat. Farinac. quæſt. 70. num 85. & 95. Rota deciſ. 392. num. 14. par. 4. tom. 2. recent. Et non redderent cauſam ſcientiæ, Bartol. in l. ætate num. 9. & ibi Sebaſt. Sap. nu. 24. ff de minor. Aretin. in l. 1. ff. ſi cert pet. vbi pro ratione adducit, quia habent præſomptionem pro ſe, idem Aretin. in cap. cum cauſam, num. 21. & ibi etiam Felin. verſ. tertiò tempora, de teſtib. Menoch. in 5. remed. adipiſcend. poſſeſs. nu. 166. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1034. nu. 15. & lib. 3. concluſ. 1396. num. 39. & ſeqq. Quod aſſerit vniuerſaliter verum, quando periti electi ſunt à Iudice Farinac. dicta quæſt. 70. num. 102.

14 Et eo maximè ſi peritorum depoſitioni accederet euidentia facti. Si nimirum Iudici accedenti cum Notario, & teſtibus, ac peritis, examinatis in faciem loci, & per propriam ipſiuſmet Iudicis oculorum inſpectionem, conſtaret de tabellis votiuis antiquis, de lampadibus item antiquis, antè ſepulchrum antiquum, & antiquitus ornatum, & eleuatum, vel de Altari erecto in publica Eccleſia, quæ ſubiaceret Ordinarii viſitationi, per centum annos, & vltra, ante prædicta Decreta; quia tunc dicenda eſſet concludentiſſimè probata huiuſmodi centenaria, cum talis probatio per euidentiam facti, & oculorum inſpectionem, cuicumque probationum generi præualeat Azo. in ſumm. C. ad l. Aquil. Bald. in l. 1. C. ſenten reſcin. non poſſe, Abb. in cap. 1. de purg. can. Maſcard. de probat. vol. 1. quæſt. 8. Rot. coram Dunoz. ſen. deciſ. 231. nu. 3. & deciſ. 461. nu. 7. par. 14. recent. Et hoc ſeruat praxis totius Mundi, vt quæ Iudici conſtant per euidentiam facti, & oculorum inſpectionem, nunquam reuocentur in dubium.

15 Quandocumque igitur huiuſmodi probationes haberi poſſunt, ſemper eſt licitum eis vti, ad probandam centenariam prædictam, tum ob rationes ſupra poſitas, tum quia nulla lex, aut Conſtitutio Apoſtolica ſtatuit in contrarium, & quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum, l. diſſentientis C. de repud. cap. illa, ne Sede vac. Surd. conſ. 219. num. 21. cum concord.

16 Quæres primò vtrum pro continuatione cultus immemorabilis, neceſſariò intercedere debeat ſententia ſuper caſu excepto, & non contrauentione Decretorum? Reſpondeo, quod attinet ad ſuperiores, & cuſtodes Eccleſiarum, pro ſimplici non remotione, & continuatione cultus non teneri, niſi vrgeantur, inſtare coram Ordinario, vel Sede Apoſtolica, pro declaratione cultus immemorabilis, cum enim huiuſmodi caſus excipiantur in ipſis decretis, per conſequens decretorum excluditur diſpoſitio, arg. l. legata inutiliter, ff. de adim. lega, & l. cum tale §. final. ff. de condit. & demonſtr. Din. in prob. rubr. de reg. iur. num. 13: facit, quia ſpecies de genere excepta non continetur ſub genere l. doli clauſula, ff. de verb. obligat. l. vxorem §. feliciſſimo, & l. ſeruis Vrbanis §. vlt. de lega. 3. l. alimenta §. Baſilica, & l. Sticus, ff. de alim. lega. Din. l. cit. nu. 14. Quatenus autem intenderent procedere vlterius pro Canonizatione, certum eſt, quod prius inſtare debent pro declaratione ſuper caſu excepto, ex diſ-

poſi-

poſitione eorumdem decretorum *fol.* 20. *in declarationibus*.

17 Similiter ſi ad inſtantiam Promotoris fidei in Curia, vel Procuratoris Fiſcalis, & Eccleſiæ in partibus ordinarius mandaret remotionem ſignorum cultus, & venerationis, prout Ordinarij, & Inquiſitores locorum in vim eorumdem decretorum ex officio inuigilare debent, & prohibere, ne talia ſigna apponantur, & remoueantur appoſita, tenerentur Superiores, & Cuſtodes Eccleſiarum, concludenter probare cultum immemorabilem, & ſuper hoc ſententiam reportare *l.* 1. *ff. de except. l. in exceptionibus, ff. de probat. Rotan. conſ.* 28. *num.* 31. *lib.* 1. *Pract Popien. in form. reſponſ. rei. conui. vltra med. Corn. conſ.* 223. *col.* 3. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 45. *in princip. lib.* 1. *Franc. in cap.* 1. *in primo notab. de præſcript. in* 6. *Rota in Cæſarauguſtana Parochialis* 14. *Nouembris* 1583. *coram Orsolen. & coram Ludouiſ. deciſ.* 278. *num.* 1. *&* 279. *num.* 2.

18 Quæres ſecundò cum in Decretis *fol.* 12. & prout referuntur infra *par.* 5. *cap.* 2. *nu.* . . præcipiatur, vt omnia, & ſingula, in ipſis Decretis contenta, obſeruentur omninò, ſub pœna nullitatis quarumcumque informationum, proceſſum, ac interpretationum, eorumque admiſſionis, ac interpretationis, itaut earumdem informationum receptiones, proceſſuumque inſtructiones, necnon admiſſiones, ac publicationes, & interpretationes, habeantur pro non receptis, non inſtructis, non admiſſis, non publicatis, non interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus haberi debeat, An iſta locum habeant etiam in proceſſibus, & informationibus ſuper miraculis Seruorum Dei, cultu immemorabili gaudentium, non ſeruata forma eorumdem Decretorum; attento quod in iiſdem Decretis *fol.* 4. & *infra par.* 5. *cap.* 2. *num.* . . . dicat Summus Pontifex, quod prædictis Dei Seruis in aliquo præiudicare non intendit? Reſpondeo affirmatiuè. Cum enim in declarationibus, *fol.* 20. *& infra d. cap.* 2. *nu.* . . dicatur, quod particularis proceſſus cum ſubſequenti pronuntiatione Ordinarij, ſeu Sedis Apoſtolicæ delegati præcedere debeat, tam ſuper cultu non adhibito, quam etiam quando aliquis Poſtulator allegaret, ſe verſari in vno ex caſibus exceptuatis, habet locum regula, quod diſpoſita in vno caſu, extendantur ad alium *l. cum lege, vbi Aretin. ff. de teſtam. cap. ſi quem de ſerit. excomm. Calder. conſ.* 1. *circa princ. in tit. de conſang. & affinit. Aymon. conſ.* 227. *num.* 12. *Rota coram Ludouiſ. deciſ.* 193. *num.* 4. *&* 5.

19 Quæres tertiò vtrum huiuſmodi nullitas ſit ſanabilis, itaut ſuppleto prius defectui per alium proceſſum, quo doceatur de cultu immemorabili, & caſu excepto, vel de cultu non adhibito, & paritione decretorum, proceſſus, & informationes cum omnibus inde ſecutis ſanari poſſint? Reſpondeo affirmatiue, cum non agatur de nullitate ex tribus. Non tamen à Sacra Congregatione, ob decretum irritans, cum clauſula ſublata, in decretis appoſita, ſed à Summo Pontifice, exhibitis prius proceſſibus ſuper caſu excepto, vel paritione decretorum, *Abb. in cap. Piſanis num.* 5. *verſ. nota geſta, de reſtitut. ſpoliat. gloſſ. in cap. ſignificantibus de offic. Delegat. Put. deciſ.* 255. *nu.* 4. *lib.* 1. *& deciſ.* 213. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 109. *num.* 4. *tom.* 1. *recent.*

20. Quæres, quartò vtrum pendente iudicio ſuper immemorabili, & caſu excepto, ſint remouendæ votiuæ tabellæ, lumina, cærei, & cætera ſigna, cultum, & venerationem redolentia? Reſpondeo negatiue, per regulam, quod lite pendente non debet quis commodo ſuæ poſſeſſionis priuari, *cap.* 1. *vt lit. pend. gloſſa magiſtr. in cap. non ſolum de appell. in* 6. *Clem.* 2. *vt lit. pend. Mill. in verbo innouare, & in verbo lite pendente, Rota deciſ.* 10. *alias* 89. *de appell. in antiq. & deciſ.* 43. *alias* 321. *& deciſ.* 44. *alias* 334. *eodem tit. in nou.* vbi ſubditur, quod prætextu motæ litis non debet quis à ſua poſſeſſione deſiſtere, *Aegid. deciſ.* 701. *Lanfranc. deciſ* 447. *Capic. deciſ.* 72. *ſub num.* 2. *Franc. in cap. cum teneamur in* 1. *not. de appell. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed* 17. *num.* 94. *quæſt.* 17. & poſt hos omnes *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *de atten. lit. pend. limit.* 1. *in princ.*

21 Quæres quintò, vtrum ſententia lata ab Ordinario ſuper caſu excepto indigeat confirmatione Apoſtolica? Et breuiter reſpondeo cum diſtinctione. Videlicet ſi non agatur de procedendo ad vlteriora in Canonizatione, ſed tantum lata ſit ad effectum non remouendi, & cultum immemorabilem continuandi, non indigere confirmatione, quia hoc nullibi cautum reperitur. Si verò inſtetur procedi ad vlteriora

teriora

teriora pro Canonizatione, vel Beatificatione, eſſe omninò neceſſariam confirmationem Apoſtolicam, vt conſtat ex diſpoſitione Decretorum, & obſeruatur in praxi.

SVMMARIVM.

Cultus immemorabilis probatur hiſtoriis, num. 33.

Cultus immemorabilis non dicit probationem Sanctitatis, num. 35. & 37.

Doctori atteſtanti de conſuetudine an ſit credendum, num. 24. & 25.

Facta publica probantur Hiſtoriis, num. 36.

Fama in antiquis probatur Hiſtoriis, num. 31. & 32.

Hiſtoriis non eſſe credendum, qui tenuerint, num. 1. qui è contra, num. 22.

Hiſtoriarum ſcripta eſſe ſimplices atteſtationes, qui tenuerint, num. 2. qui è contra, num. 23.

Hiſtoriæ an ſint minus exiſtimandæ, quam viua vox, num. 3. & 24.

Hiſtoriis an ex antiquitate fides concilietur, num. 5. & 26.

Hiſtoriis aliquid annecti, an de facili poſſit abſtineri, num. 7. & 28.

Hiſtorias erroribus ſcatere, num. 8. contra, num. 29.

Hiſtoriis Iudex applicare poteſt ad ſe informandum, num. 9.

Hiſtoriis eſſe credendum, habetur ex Sacra ſcriptura, num. 10. Iuriſconſultorum exemplo, num. 11. Canonum aſſertione num. 12. Auctoritate Doctorum, num. 13. & 14. Ex lecturis Canonicis, num. 15. Conciliis, num. 16. Ex tractatibus, nu. 17. Ex deciſionibus, num. 18. & exemplis in Canonizationum cauſis, num. 19.

Hiſtoria quomodò cauillanda, num. 20.

Hiſtoriæ probant Iudicis arbitrio, num. 21. 30. & 33.

Hiſtoriis probatur fama in antiquis, num. 31. & 32.

Hiſtoria vna non ſufficit, num. 39. & 42.

Hiſtoriæ duæ faciunt vnum indicium plenum, num. 40.

Hiſtorias quaſi inconcuſſè veras, & quaſi de fide credendas non canonizat Eccleſia, licet ex illis lectiones Breuiarii deſumptæ fuerint, num. 44.

Hiſtoriis probantur publica facta, num. 36.

Iuriſconſulto atteſtanti de conſuetudine, an ſit credendum? qui pro negatiua ſenſerint, num. 4. qui pro affirmatiua, num. 25.

Lectiones Sanctorum, quæ recitantur in Breuiario, ex hiſtoriis deſumpſit Eccleſia, numer. 43.

Miracula an probentur Hiſtoriis, num. 46. & ſeqq.

Scriptura publica an credatur in præiudicium eius, qui illius confectioni non conſenſit, nu. 6. & 27.

Tituli Sancti, vel Beati, an competat continuatio ex immemorabili, num. 38.

Virtutes vtrum probentur hiſtoriis, num. 41. 45. & ſeqq.

CAPVT XXIV.

De fide, & probatione Hiſtoriarum.

ANtequam noſtram de fide Hiſtoriarum iuxta methodum ſententiam proferamus, non incongruum erit, hic inſerere, quid in hac materia ſcripſerit hic, inde, doctiſſimus olim Petrus Franciſcus de Rubeis, Aulæ Conſiſtorialis Aduocatus, & fidei Promotor in quibuſdam Animaduerſionibus, ex cuius auctoritatibus deducetur, quid in probatione cultus immemorabilis virtutum, & miraculorum, in ſpecie tenendum ſit.

Petri Franciſci de Rubeis de Fide Hiſtoriarum.

PLura videntur ſuadere, libros Chronicarum, & Hiſtoriarum nullam probandi vim per ſe ipſos ſine adminiculis habere.

1 Primum quia nihil aliud ſunt, quam ſcripturæ, & annotationes priuatæ eorum, à quibus in lucem eduntur, vt inquiunt *Ferd. Vaſquez controuerſ. illuſtr lib. 2 cap. 84. num 16. verſ. & Hiſtoria, Gaſpar. Klochius de contribut. cap. 20. num. 430. & Georg. Euerard. conſ. 27. num 9.* Annotationes vero, & ſcripturæ priuatæ nullam fidem per ſe faciunt *leg. inſtrumenta 5. l. exemplo 7. C. de probat. l. in donationibus 31. C. de donat. Auth. ſi quis vult in fin. C. qui pot. in pign. hab. cap. 2. de fid. inſtr. Innoc. & alii in cap. 1. eod. tit.*

2 Secundum quia hiſtoriarum ſcripta ſunt ſimplices atteſtationes ſcribentium *Guido Turrianus conſ 8. num. 40. verſ. accedat 2. lib. 3.* inter varia edita à Ioanne Baptiſta Cæſare, *Martin. Mager. de aduocatia armata cap. 18. num. 40. Klochius dicti capit. 22.*

pit. 20. nu. 433. quibus accedunt *Cardinalis Bellarminus de tranſlat. Imper. Roman. lib. 3. cap. 3. verſ. quia vero*, *& Petrus Mathaeus in primis litteris ſua Hiſtoria verſ. L. iſtoire ſi eſtant, que la depoſition. d' vn teſmoien.* non iuratorum autem teſtium dictis nulla de iure fides tribuitur *l. iuriſiurandi C. de teſtibus cum ſimilibus*.

3 Tertium quia abſonum videtur, pluris æſtimare ſcriptam atteſtationem alicuius, quam viuum illius teſtimonium. Etenim ſi viuæ voci non creditur, multo minus credendum eſt mortuæ, ſecundum *Bald. in l. 1. num. 10. verſ. ſed quis in his C. de edendo Ancharan. conſ. 28. num. 9. Maſcard. de probation. part. 2. concluſ. 1036. num. 1. Farinacc. de teſtib. qu. 6. num. 412. & Camill. Gipſium deciſ. Bonon. 29. num. 39. quare Iaſtinianus in S. ſi vero tale Authent. de inſtrument. cautel. & fide*. Nos exiſtimamus ea quæ viua dicuntur voce, & cum iure iurando, hæc digniora fide, quam ſcripturam; At ſcribentibus hiſtoriam, ſi eadem viua voce extraiudicialiter dixiſſent abſque iuramento nulla fides attributa fuiſſet, ergo idem ſtatuendum eſt de ipſorum teſtimonijs ſcriptis in Chronicis, & hiſtoriis, ſicut in propoſito arguit *Klochius dicto cap. 20. num. 439. verſ. ſi vero*.

4 Quartum, quia in ſimili non creditur Iuriſconſulto, atteſtanti de conſuetudine, & ſi magnæ auctoritatis ille ſit, ex late congeſtis à *Schrader. conſ. 9. num. 60. vol. 1.* Imo nec creditur Principis aſſertioni in his, quæ conſiſtunt in facto *cap. 1. de conſtitut. Purpur. conſ. 577. num. 9. vol. 2.* qua ratione negant ſtari dicto Imperatoris aliquid hiſtorici affirmantis, *Kilſcen. de praeſcript. par. 3. cap. 3. num. 198. cum ſeqq. & Ioann. Gryphiander de Vueichebeld. Saxon. cap. 55. num. 1. & infra*, Ergo neque in iudiciis maior fides præſtanda eſt ſcriptis Chroniſtarum, & Hiſtoricorum, quemadmodum ratiocinatur *Klochius dicto cap. 20. è num. 430. ad 443.*

5 Quintum, quia *Alex conſ. 170. num. 9. vol. 6. & Gryphiander. cap. 17. praeſ. tract. num. 22. cum ſeqq.* negant, antiquitatem illis fidem conciliare obſtante regula *leg. quod initio 29. & l. qua ab initio 210. ff. de regul. iur.* quod ſcilicet ab initio non valet, nec tractu temporis conualeſcit, quod ſpecifice ponderarunt *Turrianus conſ. 8. n. num. 40. lib 3. & Klochius dicto cap. 20. nu. 444. cum binis ſeqq.*

6 Sextum quia nec publicæ ſcripturæ creditur in præiudicium eius, qui non conſenſit illius confectioni, *Iaſon. conſ. 16. nu. 40. vol. 2. & Klochius dicto cap. 20. num. 451.* aſſerentes ex hoc non poſſe hiſtoriis fidem adhiberi contra illas impugnantes in iudiciis.

7 Septimum, quia facile curari poſſet, aliquid ab hiſtoricis ſcribi, quod tractu temporis fidem faceret in honorem, ſeu commodum id affectantium, quod nullatenus videtur permittendum, ſicut obſeruarunt ſcribentes *in cap. cum cauſam 13. de probat. Soccin. Sen. conſ. 258. ex num. 5. vol. 2. Klochius dicto cap. 20. num. 457. verſ. decimo, & 458.*

8 Octauum, quia Hiſtoriæ ſolent erroribus, & non veris aſſertionibus ſcatere, veluti ex iuris conſultis adnotantur *Pariſ. conſ. 23. num. 253. volum. 1. Soccin. Iun. conſ. 132. num. 21. volum. 3. Menoch. conſ. 112. num. 71. vol. 2. Klochius dicto cap. 20. è num. 452. ad 458.* ex aliis vero *D. Auguſt. de Ciuit. Dei* dicendo qualibet fide, vel iſte, vel Trogus, ſcripſerit, quædam illos mentitos fuiſſe, aliæ fideliores litteræ oſtendunt, *& Flauius Vopiſcus lib. 3.* in Aureliano Imperatore, *inquiens*, neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum, & eſſe, in quo Liuius, in quo Saluſtius, in quo Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus conuinci poſſe, quod pariter late proſequuti ſunt *Picus Mirandolanus tom. 2. lib. 7. in examine dict. vari cap. 37. Ludouicus Vives lib 6. de cauſa corrupta artis Frãc. Balduinus lib. 1. de inſt. hiſtor. fol. 65. Philippus Camerarius centuria prima horarum ſubciſſiuarum cap. 49. & Frider. Tileman. in diſcurſu de Hiſtoricorum delectu cap. 8. & 9. quare Reyner. Reineru. in praefat. ad Chronicas Alberti Abb. Stadenſis*. Pandunt, *inquit*, hiſtoriæ fontes, non quidem illos ſemper limpidos, ſed velut à tempeſtate, vel nimbo alicubi turbidos, & cæno coinquinatos, & *Bartholom. Kekerman. de natura, & proprietate hiſtoria cap. 3. can. 5. & ſeqq.* Pluribus oſtendit nullam hiſtoriã, excepta hiſtoria ſacra, indubitatæ fidei eſſe, cum omnes aliæ plures errores, ac mendacia contineant.

9 Hinc *Curt. Iun. in l. 1. num. 50. & 51. ff. ſi cert. petat.* ſolum admiſit, quod Iudex ex hiſtoriis animi motum habeat, vt de aſſertis in eis valeat ſe informare, non autem, vt illas præcisè probet ſine aliis adminiculis

culis

l.

culis, quem refert, & ſequitur *Georg. Euerard. dicto conſ. 27. num. 30. & 40. lib. 1.* Dec. *quoque in præallegato cap. cum cauſam num. 3. & infra de probat.* adnotauit ibi textum coniunctiuè loqui, & libros antiquos ſine aliis adminiculis non probare itidem *Zaſius conſ. 16. num. 40.* ex eo quod inciuile, ac impium eſſet velle, quod aſſertio, ſeu ſcriptura priuati fidem faciat, arguit minus poſſe probare priuatam ſcripturam chronicæ, quod pariter in hiſtorico aſſerit *Compilator Symphorematis dec. Camerali 11. num. 7. lib. 1. & Ferdin. Vaſquius controuerſ. illuſtr. lib. 2. dicto cap. 84. num. 16. verſ. & hiſtoria*, illarum probationem in adeo antiquis, quæ hominum vitam, ac memoriam excedunt, redigit ad ſolam famam, cum ſint ſcripturæ priuatæ, per ſe omni fide carentes, quæ propterea dicuntur illam aſſumere ex antiquitate & fama:

E conuerſo autem ſcripta in chronicis, & hiſtoriis probandi vim habere fulcitur,

10 Primo auctoritate Sacræ Scripturę *Exod. cap. 17.* ibi, dixit autem Dominus ad Moyſem, ſcribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, *Deuteron. cap. 31. num 9.* ibi, ſcripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſrael, *Hierem. cap. 36. num. 2.* quatenus Dominus ei dixit. Tolle volumen libri, & ſcribe in eo omnia verba, quæ loquutus ſum tibi aduerſus Iſrael, & Iudã, & aduerſus omnes gentes *Eſdra lib. 1. cap. 4. num. 14. cum ſeqq.* vbi in Epiſtola ſcripta Regi Artaxerſi dicitur, vt recenſeas in libris Hiſtoriarum patrum tuorum, & inuenis ſcriptum in Commentariis, & ſcies &c. *cap. vero 6. num. 1.* & recenſuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repoſiti in Babilone, & inuentum eſt &c. ac *Eſther. cap. 8. num. 1.* dum inquit, quod Rex Aſſuerus iuſſit ſibi afferri Hiſtorias, & annales priorum annorum, deque geſtis Regum Iudæorum relatis in Chronicis mentio fit tam Regum *lib. 3. cap. 14. num. 19. & 29. cap. 15. num. 3. 29. & 31. cap. 16. num. 14. & 22. & cap. 22. num. 46. ac lib. 4. cap. 1. num. 18. cap. 8. nu. 23. cap. 10. num. 20. cap. 21. num. 17. cap. 23. num. 28. & cap. 24. num. 5.* quam Paralippomenon *lib. 2. cap. 20. num. 34. & cap. 35. in fine.*

11 Secundo iuriſconſultorum exemplo, qui ad controuerſias decidendas paſſim vſi ſunt libris, ac ſcriptis antiquorum ſcilicet *in l. 1. ſub initio ff. de offic. quæſtor. l. 1. in principio ff. de offic. Præfect. Prætor. l. 3. ff. ſi pars hæredit. petat. l. ſi pater 36. ff. de ſolution. l. Cicero 39. ff. de pæn. & l. 1. ff. de cadaueribus punitor.* Hinc pluries probationis loco protulerunt ſcripta, & auctoritatem Ciceronis, nempè *in l. 1. §. poſthac ff. de origin. iur. l. fulcinius 7. §. laetare ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. dicta l. Cicero ff. de pæn. & l. litus eſt 96. ff. de verb. ſignific. Ariſt. in præcit. l. ſi pater ff. de ſolut. Hyppocrat. in l. ſeptimo menſe 12. ff. de ſtatu hominum in l. 1. ff. de contrahen. empt. l. legatis ſeruis 6. §. pecoribus de legat. 3. ac l. legat. 3. ac l. legata 9. ff. de ſuppellec. legat.* cuius etiam meminit *Iuſtinianus in §. 1. inſtitut. de donat. & in §. item precium inſtitut. de empt. & vendit*, ac *Virgily in l. in tantum 6. §. finali.*

12 Tertio Canonum aſſertione quoniam *diſt. 63. in c. Valentinianus 3.* dicitur, vt refert Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſcilicet Tripartita *lib. 7. cap. 8. in cap. cum Agatho 21. & c. Hadrianus 22.* illo quidem ſumpto ex geſtis Romanorum Pontificum, hoc autem ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, quibus adſtipulantur verba *cap. 1. de ſacra vnctione in fine* ibi, tum propter hiſtoriam.

13 Quarto argumento ſumpto ex præcitato *cap. cum cauſam 13. de probat*; vbi admittitur probatio diuiſionum per libros antiquos, & *cap. ad audientiam 13. de præſcript.* vbi quoque fides adhibetur libris cenſualibus antiquis, idem namque videtur dicendum de libris Chronicarum, & hiſtoriarum, vt inquit *Ripa in l. 1. num. 72. ff. ſi cert. petat.*

14 Quinto ponderando cum *Portio conſ. 167. num. 3. Aſinio de exequut. in princip. num. 8. & Andrea Kinchen. in Commentario ad Ius Saxon. verb. electorum cap. 1. num. 298. cum ſeqq.* etiã in hiſtoricis procedere regulam, quod ſtandum ſit peritis in arte, cũ ipſi tales ſint in referẽdis rebus geſtis.

15 Quamobrem vltra præaſſertas iuriſcõſultorum authoritates dixerunt illas poſſe ad probationem induci.

In lecturis Canonicis *gloſſ. in cap. quamuis verbo eademque die verſ. hiſtoria diſt. 21. in cap. in nomine Domini V. Trapezitas diſt. 23. in cap. inter dilectos 6. §. ſed contra V. magis de fide intrumentor. in cap. venerabilem 34. verb. tranſtulit de elect. & in clem. 1. in princip. V. Vrbano, & §. ideoque V. orationes de reliq. & vener. ſanct. Ioann. Andr. in cap. 1. num. 2. verſ. nota quod extra eodem Bald. dicto cap. inter dilectos n. 19.*

ibique Abb. num. 13. in fine, & Felin. 12. idem Abb. dicto cap. cum cauſam 13. num. 1. verſ. & ex his de probat. ibique Felin. ſub num. 1. & in cap. 2. num. 49. poſt med. verſ. & dum de reſcript. atque in cap. ad audientium 13. num. 16. de præſcript. Gemin. in cap. placuit diſtinct. 16. ac dicto cap. quamuis prope finem vbi Præpoſ. quoque num. 3. Turrecrem. in cap. Sancta Romana Eccleſia nu. 10. verſ. in ſecundo gradu diſtinct. 21. & Imol. in Clement. 1. num. 9. ſub initio verſ. ex his tamen de probat.

16 In conſilijs ex Italis, Academia Patauina poſt Zaburell. *conſ. 2. num. 27. Alex. conſ. 6. num. 6. verſ. & verba. vol. 1. conſ. 15. num. 12. verſ. ſufficeret vol. 5. & conſ. 187. num. 2. vol. 7. Dec. conſ. 445. num. 16. & 17. Iaſ. conſ. 65. num. 14. & 18. cum ſeqq. volum. 2. Soccin. ſen. conſ. 266. num. 28. verſ. præterea volum. 2. Soccin. Iun. conſ. 76. num. 64. volum. 1. Natt. conſ. 636. num. 41. & 91. Paris conſ. 1. nu. 50. volum. 1. Roland. conſ. 1. num. 60. volum. 1. Aym. conſ. 107. num. 7. & conſ. 158. n. 4. cum ſeqq. Gratus conſ. 9. num. 5. & ſeqq. lib. 1. Neuizz. inter conſ. Albert. Brun. conſ. 10. num. 50. lib. 1.* Decian. *conſ. 21. num. 29. volum. 1. conſ. 7. num. 31. & conſ. 19. num. 8. volum. 3. Purpurat. conſ. 401. n. 29. cum ſeq. & num. 80. in fine volum. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 274. vol. 1. conſ. 112. num. 65. volum. 2. conſ. 378. num. 8. volum. 4. conſ. 512. num. 15. verſ. id quod manifeſte volum. 6. conſ. 701. num. 8. volum 8. conſ. 816. num. 48. & ſeqq. volum. 9.* & in cauſa Finarenſi *Reſponſ. 2. num. 125. Burſatt. conſ. 124. volum. 1. Alba. conſ. 64. nu. 27. & 28. Portius Imola conſ. 147. num. 3. & conſ. 164. num. 48. Feder. ſcottus reſponſ. 28. num. 113. tom. 1. lib. 6. Pancirol. conſ. 6. num. 67. Flamin. de Rubeis conſ. 65. num. 94. lib. 2. Pacian. conſ. 20. num. 90. & 91. Catheran. conſ. 3. num. 4. Peregrin. conſ. ibi num. 2. lib. 1. Guido Turrian. conſ. 8. nu. 40. & Io: Botta conſ. 18. num. 108.*

Ex Germanis *Nicol. Euerard. conſ. 37. num. 1. & ſeqq. Georg. Euerard. conſ. 27. nu. 1. & infra lib. 1. Iacob. Thoming. conſ. 26. nu. 22. lib. 1. & Ioann. Vuameſ. conſ. 10. num. 7. tom 1.*

Ex Hiſpanis *Roderic. Suarez. allegat. 6. num. 11.* ibique *Iacobus Vades in addit littera F. & allegat. 8. num. 22. & 22. ac Valenzuel. conſ. 83. num. 82. 84. & ſeqq. volum. 1.*

Ex Gallis *Guidop. conſ. 88. num. 2. Papon. conſ. 284. num. 3.*

17 In tractatibus, & alijs: Ex Italis *Nicol. Miliſ. in repert. V. ſcriptura noui Teſtamenti Afflict. in prælud. ad conſtitut. Neapolit. quæſt. 19. num. 1. & infra Barbatias de præſtant. Cardin. par. 1. quæſt. 1. num. 6. tract. tom. 13. par. 2. fol. 64. à tergo. Soccin ſen. regul. Iur. littera l. regula 27. verb. libri verſ. 2. fallit. Aym. de antiq. tempor. par. §. 4. limitatur num. 14. & ſeq. Gabr. tit. de probat. concluſ. 2. num. 59. Aſinius de execut. cap. 4. num. 8. M. Anton. Sorgent. de præfect. Prætor cap. 11. num. 1. Maſ. ard. de probat. p. 1. concluſ. 105. nu. 9. concluſ. 207. per tot. & concluſ. 298. n. 3. cum ſeqq.* vbi *Bortholom. Nider. in addit. Pacian. eodem tract. lib. 1. cap. 4. nu. 4. Carpan. ad ſtatut. Mediol. p. 1. cap. 17. num. 5. Genua de ſcript. priuat. lib. 5. qu. 6. verſ. libri Chronicorum, & verſ. libri annalium Marius Antoninus var. reſolut. lib. 1. cap. 46. num. 1. Scaccia de iudicijs lib. 2. cap. 12. num. 265. Gratian. diſcept. 893. num. 6. & ſeqq.*

Ex Germanis *Leopoldus Bambergenſis Epiſcopus de Iure Regn. & Imperij Romani cap. 5. Andreas Knichen. in Comment. ad ius Saxonicum V. electorum cap. 1. numer. 299. & ſeqq. ac in Synopſi num. 407. Rutger. Roland. par. 1. lib. 2. cap. 48. num. 1. Bernardus Grauens pract. concluſ. lib. 2. obſeruat. 145. num. 5. Euerard. in locis commun. loco ab auctoritate 95. num. 9. verſ. & iſtu, Euerardus ſpekan. centur. 3. claſſe 1. quæſt. 41. Dominicus Arumæus de iure publico tom. 1. diſcurſ. 12. de conſiliarijs Theſi 231. cum. ſeq. & diſcurſ. 33. cap. 1. Theſi 8. Ludouic. Gilhauſen. de arbitr. iudic. cap. 6. par. 3. num. 24. Purten. litigioſus lib. 2. cap. 3. num. 10. cum ſeqq. Martin. Mugen. de Aduocatia Armata cap. 18. nu. 40. & 193. Melchior. Gaſtaldus in replicatione pro Imperio cap. 11. §. ſed multa pag. 108. & cap. 34. cap. 146. Martinus Pubenta in repert. verb. probationes per ſcripturas fol. 246. Hopingin. de Iure inſignium cap. 15. num. 31. & ſeqq. Gaſpar. Klochius de contribut. dicto cap. 20. num 424. cum ſeqq. ac Philippus Kniſpſchildt. de ordin. equeſtr. iuribus lib. 1. cap. 10. ac de fideicommiſſ. cap. 14. num. 37.*

Ex Hiſpanis: *Belluga in ſpeculo Princip. rubr. 14. §. reſtat propè finem Auiles in Prohem ad cap. prætor. gloſſ. regna num. 9. Garzias de nobilit. Hiſpan. gloſſ. 7. num. 18.*

& gloſſ.

Digitized by Google

& gloſſ. 18. num 30. Gutierez. pract. qu. lib. 3. quaſt. 82. num. 30. Mexia in l. Regia Toletana 24. fundamento par. 12. num. 19. Laſſart. de decim. vendit. in præfat. num. 23. ibique Adden. num. 21. Zerula in praxe Epiſcop. par. 2. Arma verſ. ſecunda Pelaez. de maior. p. 4. quaſt. 20. num. 34. Ioann. Barahona in addit. ad lupum in rubr. de donat. inter vir & vxor. in introductione nu. 2. littera A. & Ferdinandus Loaſes in alleg. pro Marchione delos Veles dubit. 5. fundam. 3. nu. 73. & 79.

Ex Gallis. Guglielmus de Benedictis in tract. de Ducatu Hormannia num. 72. & Ioann. le Cirier. de Primog. lib. 1. quaſt. 12. num. 8. tract. tom. 10. p. 1. fol. 27. à t.

19 In Deciſionibus vero ex Italis Cauagnol deciſ. 53. num. 6. lib. 2.

Ex Germanis, Compilator Symphorematum tom. 1. par. 1. tit. 2. de reconuent. n. 110. verſ. & quidem, ac par. 2. tit. 8. voto 8. num. 18. Hadrianus Gilman. deciſ. Camer. lib. 1. deciſ. 11. num. 7. cum ſeqq. & Tileman. de Benignis Sintag. 1. Decade 2. voto 1. nu. 12. & 13.

Ex Hiſpanis, Ioſeph de Seſſe deciſ. Aragon. 162. nu. 4. & Gamma deciſ. Luſit. 335. num. 4.

Ex Gallis, Boer. deciſ. 288. num. 2. & Guidop. deciſ. 193. in fine.

Ac Rota Romana apud Bellam. deciſ. 70. num. 3. & Caputaquen. deciſ. 190. par. 2. ac coram Pania deciſ. 560. num. 11. Lancellotto deciſ. 718. n. 2. par. 4. diuerſ. Coccino. deciſ. 132. nu. 4. verſ. quod dicebatur inter eius impreſſas deciſ. 93. num. 15. cum ſeqq. & deciſ. 353. num. 12. & infra par. 5. rec. Pirouano deciſ. 290. num. 2. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. & deciſ. 212. num. 2. & 8. par. 7. recent. Vbaldo ſeniore deciſ. 480. nu. 14. par. 4. recent. tom. 2. Merlino deciſ. 803. num. 4. Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 234. num. 6. & deciſ. 253. num. 21. Reuerendiſſimo Terracinenſi nunc Imolenſi deciſ. 584. num. 11. poſt Poſth. de manut. & in Gerunden Iuriſdictionis 17. Iunij 1647. ſub §. Tandem, & Carrillo deciſ. 86. num. 11. & 12 p. 8. recent.

Quod etiam in recenſendis actis, & geſtis Seruorũ Dei ad effectũ Beatificationis, & Canonizationis admiſerunt Caſtellanus de Canonizat. Sanctor. quaſt. 7. verſ. principali verſ. quaro an in Canonizatione eodem tract. Contelor. cap. 14. num. 7. & ſeq. Scacchus de notis, & ſignis Sanct. sect. 11. cap. 6. §. ſi vero Molpheſ. conſ. 46. num. 51. & Pannium in relatione Sancti Bonauentura par. 2. art. 8. in princ.

19 Rotaque in relationibus Sancti Leopoldi ab Auſtria in 10. fundamento §. 4. Sancti Hiacinthi cap. 3. verſ. hac prædictorum Sancti Raymundi par. 3. art. 5. & par. 2. art. 2. verſ. hoc verò cum binis ſeqq. Sanctæ Franciſcæ Romanæ par. 2. art. 12. verſ. ex dictis, Sancti Ignatij, par. 2. rubr. de charitate verſ. in eumdem finem. Sancti Franciſci Xauerij par. 2. rubr. de publica voce, & fama Sanctitatis verſ. 7. Illuſtre teſtimonium. Sancti Iſidori artic. 1. verſic. Sanctitas igitur. Sancti Andreæ Corſini par. 4. §. 1. panes Lezanam conſult. 1. num. 237. Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ par. 2. rubr. de Sanctitate vitæ in genere §. & cum verſamur. Beati Philippi Benitij rubr. de fama Sanctitatis verſic. ſecundum ex publica voce, & fama, & verſ. tertium ex hiſtorijs. Beati Iacobi de Marchia rubr. de fama Sanctitatis §. authores, & ſcriptores, ac Gregor. X. rubr. de Sanctitate in genere verſ. ſecundum ex fama, & verſ. tertium deducitur.

20 Notandum verò eſt, quod in cauſis Beatificationum, & Canonizationum Scacchus de notis, & ſignis Sanctitatis sect. 11. cap. 6. per totum, quæſito, quam fidem illæ mereantur in Sanctitate probanda, poſtquam multas diſtinctiones protulit in medium, ſubdit pag. 872. littera B. verſic. diximus ex hiſtoriis contemporaneis, vel circa eadem tempora, quibus Serui Dei Canonizandi in humanis fuerunt, ſumi tantum poſſe aliquod indicium Sanctitatis minoris quidem auctoritatis, ac ponderis in vnico hiſtorico, quam in duobus, vel tribus idem aſſerentibus. Quo verò ad poſteriores hiſtoricos nullam fidem eis adhibendam eſſe, cum exiſtimandum ſit ea ſcripſiſſe, quæ ipſi acceperunt ab alio priori, ideoque nil magis eos poſſe probare, quam prior ille teſtis probauerit, ſiue vnicus, ſiue plures fuerint.

21 Cæterum in huiuſmodi controuerſia veritati magis accedere videtur, quod Iudicis arbitrio totum hoc committendum ſit, qui maturè perpenſis varietate, pondere, & auctoritate librorum, ac ſcribentium, inſpecta fidei qualitate ſingulis ab antiquo per maiores noſtros adhibita, conſiderata etiam communi ſapientum voce, & cenſura cuilibet quæſita, vel adempta, vel diminuta, libratiſque rerum, locorum, temporum, ac cæteris aliis om-

Digitized by Google

nibus circumſtantiis prudenter æſtimabit, & diiudicabit: An qualis, & quanta fides chronicis, & hiſtoricis hoc, & illo caſu, ſeu negocio, indiuidualiter præſtanda ſit, id enim ſcoſit *Alciat. dicta l. 1. num. 53. & 54. ff. ſi cert. petat.* ibi, Cæterum ab auctoritate veterum in ſua, cuiuſque arte legitima eſt probatio, quales ſunt, qui communi ſtudioſorum calculo per academias iam diù approbantur, vt Hypocrates, & Galenus Medici, Ariſtoteles, & Plato Philoſophi, Liuius, Saluſtius, Tacitus Hiſtorici, idem de vetuſtis chronicis DD. hic ſentiunt, & libris, qui in Prouinciarum Archiuiis fideliter conſeruati ſunt, in quibus tamen omnibus iudicio opus eſt, quia pleraſque vetuſtatis per imperitos, & adulatores corrupta ſunt, vt expreſſit Author Gallus inquiens: Non poteſt abſolute reſponderi propter varietatem, & librorum, & rerum, & perſonarum, & locorum, & aliarum circumſtantiarum, quæ poſſunt fidem addere, demere, auferre, minuere libris; Ideoque Iudicis arbitrio hoc committendum erit, ita, & cum in hiſtoricis perſonis, eorumq; ſcriptis magna varietas occurrat, res ſimiliter Iudicis arbitrio concedenda, qui pro qualitate perſonarum, librorum, rerum, & temporum, aliarumque circumſtantiarum diiudicabit, an huic hiſtorico, vel illi fides tribuenda ſit, necne, & articulo ad partes diſcuſſo *Klockius dicto cap. 20. à num. 417. vſque ad 500. concluſiue ſtatuit dicto num. 500. & infra contrarijs reſpondens à num. 509. ad 534.*

Sicque rectè monuit *Ioann. Bodinus de Methodo Hiſtoriarum cap. 4.* vt rerum veritas ab hiſtoricis habeatur, nedum ſingulari delectu opus eſſe, ſed in iis quoque legendis meminiſſe debemus illud, quod ſapienter dixit Ariſtoteles, in hiſtoria legenda, neque nimis credulum, neque plene incredulum eſſe oportere, nam ſi omnia omnibus aſſentiamur, ſæpe falſa pro veris habebimus, & è contra, quibus addiderunt *Ioann. Gryphiander de Vueichbild. Saxon. in præfat. num. 92. & ſeqq.* Debere ſollicite conſiderari temporum, & locorum circumſtantiam, quo quiſque author vixerit, & ſcripſerit. Ac *Petrus Lopez* de la buena education, titulo de la Hiſtoria, ſummam prudentiam in lectione hiſtoriarum requiri quæ poriſſime exigitur in ſcriptis per quoſdam medijs ſæculis, non ſolum monitu *Sidonij Apollinarij lib. 4. epiſt. 22.* ſcribentis: Præcipue gloriam nobis paruam ab hiſtoria petere fixum, quia per homines alterius officij temerarie noſtra, iactanter aliena, præterita infructuose, præſentia ſemiplene, turpiter falſa, periculose vera dicuntur, paulò poſt addito, veſtra igitur non mea culpa erit, ſi eiuſmodi dubiæ, ſubtectæq; fidei ſcriptoribus ſemiplene, & perfunctorie res magnas tractantibus, fidem nimis facile tribueritis, *ac Dominici Arumæi tom. 1. de iure publico diſcurſu 33. cap. 1. Theſi 10. fol. 1010.* dicentis: Hiſtoriæ magno iudicio legendæ, & attendendæ, authorum ſiquidem magna eſt diuerſitas; ſed amplius ex animaduerſione *Marquardi Frequer. de tutela Electorali Palatina, fol. 46 & 47.* dum inquit: An verò monendi à me demum eſtis, ſcriptis hominum diuerſi ſtudij, quorum ſolis manibus tractari per aliquot ſæcula fætum fuit hiſtoriæ, qua diſcretione, & circumſpectione fides ſit adhibenda, nimirum e fabellarum, & nugarum congerie quoſdam auri grumos, veluti que è ſterquilinijs gemmas hauriamus, à quibus annalium conditoribus, vt dolus, & fallendi propoſitum abfuerit, certe ciuilium rerum ſolida cognitio conſiliorum, & euentuum variorum cum circumſtantiis ſcientia notitia non fuit exigenda; rationem reddit *Greuuald. de Septemuiratu, ſiue Elector. cap. 7.* quia ſcripſerunt pro more ſuorum temporum communiter recepto, & in ſolitudine conſtituti, atque à foro ciuili, popularique conuerſatione longius remoti, non quæ viderant, ac quibus ipſi interfuerant, ſed quæ rumor, & fama vulgi anceps ipſis ſuppeditabat in commentarios ſuos ipſi retulerunt.

Quod ſi omnia ſolerti iudicare debentium cura, ac diligentia prudenter ruminata ſuaſerint, aliquo caſu fidem adhibendam eſſe ſcriptis in chronicis, hiſtorijs, & libris antiquis, facile poſſet reſponderi ſuperius adductis pro negatiua, quod ſcilicet.

22 Prima nil vrgeat, quando illis ab antiquo communi omnium voto, & aſſenſu fides præſtita fuit. Nam ſcripturæ priuatæ nunquam in vulgus editæ qualitas ſcribentis, & longæua obſeruantia fidem conciliat, multò fortius illam tribuere valent ſcripturæ in publicum editæ ſub omnium oculis, & cenſura, non quidem ratione, qua mouetur *Ludouicus Gilhauſen. in*

ſen. in arbore iudiciaria ciuili claſſ. 6. par. 3. de inſtrumentis num. 24. quod libri hiſtoriarum conſtituant quamdam ſpeciem inſtrumenti publici, cum re ipſa careant omnibus requiſitis de iure ad inſtrumenta forenſia, quæ publica manu Tabellionis ſolemni forma conficiuntur, ſi quidem abſque vlla ſolemnitate prodeunt à manu, & ſinu ſcriptoris priuati, ſed quia palam ſub hiſtoricæ veritatis lege publicatæ, ſi communis legentium aſſenſus earum fidei acceſſerit, videntur ex hoc quodammodò poſſe nuncupari publicæ, in quo ſenſu eaſdem tales appellauit *Dionyſius Halicarnaſeus lib. 2. num.* 7. ibi, ex publicis hiſtorijs accepimus.

23 Minus altera, quia relationes, & atteſtationes fide dignorum etiam non iuratæ conſueuerunt non leuis auctoritatis eſſe in iudicijs, præſertim ſi deceſſerint, cum nemo præſumatur obijſſe cum mendacio, immemor propriæ ſalutis, fallaque ſcripta poſteris relinquere, ideoque mors efficiat, vt magis credatur libris defunctorum, quam viuentium, *Natt conſ. 283. num. 6. Purpurat. conſ. 599. num. 13. vol. 2.* idque fortius procedit in antiquis, vbi iurata teſtimonia nequeunt haberi, & in ſcriptoribus hiſtoriarum, qui ſuæ profeſſionis lege ſeſe ab initio cenſentur obſtrinxiſſe neceſſitati ſolam, ac puram veritatem dicendi.

24 Quibus pariter tertia euitatur, non enim agitur de ſimplici ſcriptura confecta ad vſum priuatum, retentaque in domeſticis ſcrinijs, ſed de palam edita in vulgus, omniumque cenſuræ expoſitæ ſub nomine chronicæ, vel hiſtoriæ obſtringentis ſoli veritati dicendæ; cui propterea poteſt ſolertis Iudicis arbitrio fides adhiberi magis faciendo ſcriptum teſtimonium iam defuncti, quam vocalem aſſertionem viuentis ex ſuperius dictis.

25 Quarta etiam tollitur animaduerſo, quod præſumptiue creditur Iuriſconſulto teſtanti de ſpeciali conſuetudine illius loci, in quo ipſe verſatur ex plurimis ad hoc congeſtis à *Petro GilKen in l. pactum quod dotali num. 88. C. de pact.* eoque magis Principi aſſerenti de facto alieno, cum talis eius aſſertio non ſolum faciat præſumptionem, ex notatis à *Butr. & Imol. in Clement. 1. de probat.* aliiſque relatis per *Gabr. tit. de probat. concluſ. 2. num. 57.* ſed plenam quoque probationem inducat, ſi Princeps de tali facto ſe bene certioratum fuiſſe dicat *Imola dicta clement. 1. num. 9. verſ. ad primum Alex. conſ. 15. nu. 2 circa medium verſ. præterea volum. 5. Corn conſ. 312. num. 35. vol 1. Socin. ſen. conſ. 266. num. 27. prope finem verſ. confirmatur vol. 2. & conſ 87. num. 19 verſ. quod maxime vol. 3. & alij quorum meminit Gabr. d. cta concluſ. 2. nu. 58 maxime in antiquis Imola dicta Clement. 1. ſub initio num. 9. verſ. ex eis tamen Alex. conſ. 6. nu. 6 verſ & verba volum. 1. & conſ. 15. vol. 2. verſ. ſufficeret vol. 5. Iaſon conſ. 65. num. 14. & 18. in fine verſ. quia reſpondetur cum ſeqq. volum. 3. dicens communem, Socin ſen. dicto conſ. 166. num. 28. verſ. præterea vol. 2. Gabr. dicta concluſ. 2. num. 59.*

26 Quinta identidem corruit obſeruando non fieri vim in ſola temporis antiquitate, ſed in concurſu cum illa aliarum circumſtantiarum, quæ prudenti Iudici ſuadeant credi poſſe talibus chronicis, & hiſtorijs, nam & ſi tempus nullius rei cauſa, vel origo ſit ex ſe, nihilominus à *Bald. in l. ſi certis annis 28. num. 6. C. de de pactis*, dicitur eſſe quædam concomitantia aliarum cauſarum.

27 Sexta eneruatur, quia ad mouendum Iudicis arbitrium in primis ſe offert, quod tali chronicæ, ſeu hiſtoriæ creditum ab antiquo fuit, ideoque illis accedit communis aſſenſus omnium, ad ei fidem præſtandam.

28 Septima prorſus euertitur, quia non ſinunt locum eſſe ſuſpicioni fraudis in futurum paratæ concurſus circumſtantiarum, quas diligens ſolertia prudentis Iudicis perpendere debet, euincent enim bona fide vſque ab initio ſcriptorem proceſſiſſe.

29 Octaua denique cautum reddet Iudicem ad diſtinguendum vera à falſis, animaduertendumque, in quo re ipſa fuerit erratum, nam & ſi ſcriptor fuerit hallucinatus in aliquo, non tamen hiſtoria ab eo ſcripta deſinit ex omni parte talis eſſe ſicut vinum non deſinit eſſe vinum, quamuis illi admixtæ fuerint aliquæ guttæ aquæ, ſicut in prohemio, ſeu admonitione ſuæ hiſtoriæ Galliæ ad rem arguit *Petrus Matthæus*.

30 Quæ concluſio affirmatiua pro fide Iudicis arbitrio præſtanda chronicis, & hiſtorijs à contrarijs vindicata, vt ſupra omnino videtur amplectenda in antiquis, dum agitur de probando ſanctitatem vitæ, virtutes, & miracula Serui, vel Seruæ

Dei,

Dei, qui, vel quæ ſupra viuentium me-
moriam ab humanis ad cæleſtia migra-
uerit, cum nequeant per teſtes probari
ex certa ſcientia, ſicut de centenaria in-
quit *gloſ. communiter recepta in cap. cum
vobis 14. V. centum annorum verſ. ſed vi-
detur de præſcrip.* cum homines non præ-
ſumantur viuere vltra centum annos *l. an
vſuſfructus 63. in fin. verſic. placuit ff. de vſu-
fruct. & l. final. §. 1. C. de Sacroſ. Eccl.* quare
*Marquardus de fama cap 8. n. 12. verſ. poſt
tale.* vti certiſſimũ aſſeruit, quod impoſſi-
bile ſit poſt ſpatium dicti temporis inue-
nire teſtes, qui recordẽtur de geſtis antea.

31 Nimirũ ſi penitus ceſſante poſſibilitate
probationis directè per teſtes, qui valeant
deponere de certa ſcientia, confugiendum
per neceſſe eſt ad indirectam præſumpti-
uam per publicam vocem, & famam, quę
in hiſce antiquiſſimis plenæ probationis
vices obtinet, notorium facit, ac pro veri-
tate habetur, etiam ſi agatur de re graui,
maximique momenti, & præiudicij, con-
currentibus præſertim adminiculis iuxta
theoricam *Bald. in auth. quas actiones nu.
17. & 18. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. conuenti-
culam 5. num. 8. §. verſ. eſt tamen C. de Epiſ-
cop. & Cler. & l. proprietatis 4. num. 2. verſ.
item dicit cum ſeqq. C. de probat. Qui propte-
reà in l. cum ſuper 10 num. 2. C. de rei ven-
dicat.* dixit facta antiqua probari per indi-
tia, & famam, ac *conſ. 89. nu. 5. verſic. ta-
men fama volum. 1.* quod fama antiqua
tranſcendens ſenſum hominum facit no-
torium, & probat in vim notorij. Idem-
que firmarunt *Angel. in l. atqui natura 19.
§. cum me abſente num. 2. ff. de negat. geſt. et
in l. quidam in ſuo 27. n. 1. ff. de condit. inſti-
tut. Iaſon. in 2. lect. l. admonendi 3 num. 24.
verſ. limita tamen & 246. ff. de iureiur.
Marſil. in rubr. ff. de probat. num. 194. &
ſing. 505. Zaſius in l. Prator ait num. 25. ff.
de edendo Abb. in cap. licet ex quadam 47.
num. 2. ibique Imol. num. 1. de teſtibus Butr.
in cap. veniens ad nos 10. num. 10. verſ. ſed
quando vbi etiam Abb. num. 8. Felin. num.
16. in quarta Concluſione, cæterique Cano-
niſtæ eodem tit. Bellam dicto cap. cum ver-
bis num. 11. cum ſeq. & Felin. num. 8. verſ.
vlterius de præſcrip. Dec. in cap. 1. num. 44.
de appellat. conſ. 321. num. 6. & conſ. 428. nu.
3. verſ. ſed tamen Franc. Aretin. conſ. 37. nu.
2 Barbat. conſ. 41. num. 4. vol. 1. conſ. 8. nu.
3. & infra, ac conſ. 18. num. 75. vol. 2. &
conſ. 57. num. 18. volum. 4. Maſcard. de
probat. part. 1. concluſ. 103. num. 11. cum
ſeqq. Palaez. de maior. part. 4. qu. 20. num.
339. Marquardus de fama lib. 1. dicto cap.
8. num. 3. in fine verſ. in rebus cum pluribus
ſeqq. alios congerens, communemque dicens
Rota coram Seraphin. deciſ. 330. num. 9. &
deciſ. 449. num. 4. Pan. deciſ. 1659. num. 3.
& alias paſſim.*

32 Nec ambigi poteſt quin fama in anti-
quis probetur per ſcripturas, cum illæ
probent communem opinionem haben-
dam pro veritate, ſicut ex *l. cum aliquis 21.
C. de iur. delibet.* notant *Bald. num. 4. verſ.
item, quod dicit Salicet. num. 3. verſ. ſi ta-
men Caſtr. num. 5. poſt medium verſ. Bald.
tamen Alex. num. 5. verſ. etiam hic, & Iaſon.
num. 4. verſ. limitat ſingulariter Alex. conſ.
50. num. 12. verſ. quia verum volum. 6. Fr.
Aret. conſ. 42. col. 1. verſ. 3. per rationem,
Dec. dicto conſ. 428. num. 3. Soccin. Sen. conſ.
86. num. 2. verſ. ergo multo fortius, & conſ.
89. num. 5. volum. 1. Aym. de antiq. temp.
par. 1. §. ampliatur num. 8. 14. & 22. ac
Marquard. de fama lib. 1. cap. 5. nu. 2. & 3.*

33 Idemque propterea in factis antiquiſ-
ſimis aſſerendum eſt de Chroniſtis, hiſto-
ricis, & alijs ſcriptoribus; nam ſi plures
idem conteſtentur, faciunt communem
opinionem, ac notorium inducunt, adeout
plenum probationis gradum conſtituant
ex late ſuperius deductis, vt merito con-
cludendum ſit 1. In antiquis ſufficere ad
probandam ſanctitatem vitæ, virtutes, &
miracula ſeruorum Dei in ordine ad Bea-
tificationem, & Canonizationem, ſi om-
nibus diligenter perpenſis, ac libratis pru-
dentis Iudicis arbitrio habeantur pro aſ-
ſerentibus vera. *Hucuſque de Rubeis.*

34 Quibus poſitis, vt ſecundum noſtram
methodum procedamus, quod attinet ad
cultum immemorabilem, inconcuſſe te-
nendum eſt, ad hunc probandum, hiſto-
rias admittendas eſſe, itaut probent ſe-
cundum tempus, quo ſcriptæ fuerunt, non
ſolum ob rationes ſupra adductas *à nu. 10.
& pluribus ſeqq.* Verum etiam quia in
35 probatione cultus immemorabilis, non
agitur de probando aliquo ſupernaturali,
vel de probandis virtutibus, & meritis
ſerui Dei, de cuius Beatificatione, & Ca-
nonizatione tractatur, ſed agitur tantum
de probandis publicis aliorum actibus, &
36 factis, eſt autem indubitati iuris, quod
publica facta probentur hiſtoriis, vt ex ſu-
pra deductis *nu. 15. & ſeqq.* & vidimus *ca-
pite ſupra proximo num. 10.* quod non vide-
tur habere difficultatem;

Quod

Digitized by Google

37 Quod autem cultus extrinſecus populorum non dicat, nec probet ſanctitatem intrinſecam ſeruorum Dei, qui venerantur, patet ex ipſa inductione, neque enim probatur ſanctitas Baal ob cultum Regis Acaz cum ſuo Populo *3. Reg.* 18. quinimò damnatur aſtus Dæmonis in eo, ſicuti non probatur Sanctitas Dianæ ob cultum Epheſiorum *Actor.* 19. & clare conſtat *ex cap. audiuimus de reliq. & vener. ſanct.* vbi damnatur cultus cuiuſdam in ebrietate mortui. Ac proindè mirum non eſt, ſi in probando facto extrinſeco, & publico, admittatur fides hiſtoriarum, ſicuti in aliis publicis factis.

38 Difficultas eſt, ſi in hiſtoriis aliquis Dei ſeruus nuncupetur Sanctus, vel Beatus, vtrum probato cultu immemorabili, continuari poſſit huiuſmodi appellatio Sancti, vel Beati. In qua re, ſi agatur de hiſtoriis chronicis, & ſcripturis ante tempora *Alexandri Tertij*, crederem dicendum affirmatiue, ſicuti obtentum fuit in Sacra Rituum Congregatione pro Beato Ollegario Antiſtite Tarraconenſi. Si vero agatur de hiſtoriis, chronicis, & ſcripturis poſt tempora *Alexandri Tertij*, Certum eſt à ſacra eadem Congregatione, licet approbetur cultus immemorabilis, non appellari tamen niſi ſimpliciter Dei ſeruos. Populi tamen, qui obtinuerunt declarari cultum immemorabilem, continuare poterunt titulum Beati, vel Sancti ad formam immemorabilis probatæ iuxta vulgata iura, cum *Rota coram Ludouis deciſ. 557. num. 1. & 5.* vbi alia citantur.

39 Aduertendum tamen, vnicam Hiſtoriam non ſufficere, ſi enim vnus teſtis de viſu, deponens cum iuramento, non probat plene, minus probabit vnica hiſtoria, iuxta notata ſupra *num.* 3. Ac proinde ſal-
40 tem duæ hiſtoriæ haberi debebunt, quæ ſi concordes fuerint de tempore, & aliis circumſtantiis, nulli dubium, quin vnum plenum indicium conficiant, cum habeat vim famæ, plenè probatæ, ſupra *num.* 31: quæ in antiquis plene probat ad tradita per *Farinac. qu. 47. n. 106. & pluribus ſeqq.* præſertim quando agitur de re, quæ hominum memoriam, & tanto magis ſi ſpatium centum annorum, excedat *d. qu. 47. num. 117. & ſeq.*

41 Quod attinet ad virtutes, vtrum probentur hiſtoriis? videtur dicendum affirmatiue, ob rationes adductas à *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. qu. 7. principal. in fin.* vbi ſi à noſtris antiquis creditum eſt, & nos credere debemus, ſicut aliis libris antiquis *cap. cum cauſam de probat. cum gloſſ. et l. cenſus ff. de probat. de quo ibi per Alex. et alios, et per Abbat. in dicto cap. cum cauſam.*

Ex qua Caſtellani ſententia ad hoc vt credatur hiſtoriis, & Chronicis, duo requiri videntur, quod videlicet ſint antiquæ, & quod tanquam veræ ab aliis obſeruatæ fuerint, quod nempè longis temporibus vt authenticę receptæ, & ſeruatæ fuerint, ad quod facit quod ponit *Ioann. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de Inſtrum. edi. §. nunc dicendum verſ. priuatorum.*

42 Requiritur etiam vt diximus ſupra, quod ſint omnino concordes in facto; quia ſi diſcordant, nulli credendum erit; habebit enim locum axioma, teſtimoniis teſtimonia conquaſſantur, quia vna contradicendo alteri, ſe inuicem collidunt, nec conſtat, quænam ex ipſis verum dicat. Quam regulam non habere contradictorem, notat *Farin. de teſtib. qu. 65. num. 2.*

43 Cui non obſtat, quod ſancta Romana Eccleſia in aliquibus lectionibus Breuiarii nonnullas hiſtorias ſecuta ſit, quæ non carent contradictoribus. Exempli gratia in lectionibus Sancti Silueſtri Papæ narratur, Conſtantino Imperatori Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum in quiete apparuiſſe, præcipientes ei, vt ſi à lepra mundari vellet, Silueſtrum in Soracte monte latitantem accerſeret, à quo ſalutari lauacro recreatus, in omni ditione Romani Imperii templa Chriſtiano more ædificare imperaret. Ac Conſtantinum cæleſtibus monitis obtemperantem à Sancto Silueſtro Apoſtolorum Imaginibus recognitis baptizatum fuiſſe, & in ipſo baptiſmo à lepra ſanatum. Quod fuſius repetitur in lectionibus ſecundi nocturni officii dedicationis Baſilicæ Saluatoris. Cui Hiſtoriæ contradicunt nonnulli, ſcribentes Conſtantinum Nicomediæ ab Euſebio eius Vrbis Epiſcopo iam moriturum, baptiſmum ſuſcepiſſe, eumque propterea ſacrum lauacrum diſtuliſſe dicentes, quod id in Iordane flumine perficere voluerit. Quod tamen ab Arianis, male ſentientibus, animoque, ac conſilio diabolico confictum vult *Niceph. Hiſt. Eccl. lib. 7. cap.* 25. adducens pro ratione, quod ſi nondum ſacri lauacri particeps fuiſſet, conſequenter eum, neque in Nicena Synodo cum patribus congreſſum eſſe, & cum eis di-

diuina

uina miſteria non participaſſe. Pro teſtimonio vero ipſum Baptiſterium, quod ad hoc vſque tempus *ſunt eius verba*, Romæ aſſeruatur. Addens item publicam famam per hæc ſequentia verba, Sicuti hoc de viris natu grandioribus, qui veritatem maximi faciunt, auditur. Quæ quidem Nicephori rationes, & argumenta non parum ſtringere videntur, licet Euſebium Cæſarienſem aduerſę ſententię anteſignanum totaliter non damnet Eccleſia, 15. *di. ſancta*, ibi, Chronicam Euſebii Cæſarienſis, atque eiuſdem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & in laudibus, atque excuſatione Origenis ſciſmatici vnum ſcripſerit librum, propter tamen ſingularem notitiam, quæ ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos.

44 Quia vtcumque ſit, certum eſt, quod Sancta Romana Eccleſia huiuſmodi hiſtorias, licet ex his lectiones Breuiarii antiquitus deſumptæ fuerint, non tanquam inconcuſſe veras, & quaſi de fide credendas canonizat, vt patet ex reformatione Breuiarii ſub Clemente Octauo, in qua ſecundæ lectiones, quas nunc habemus, ex hiſtoriis Sanctorum, recognitæ fuerunt à Doctiſſimis, & omni virtute præditis Cardinalibus Bellarminio, & Baronio, qui reiecerunt ea omnia, quæ iure merito reuocari poterant in dubium, licet nonnulla, quæ controuerſa erant alienius tamen grauis Auctoris teſtimonio ſuffulta aliquã habebant probabilitatem, retenta fuerint eo modo, quo erant, cum falſitatis argui non poſſent, quamuis fortaſſe altera ſententia ſit a pluribus recepta, *Gauant. in rubr. Breu Rom lect. 5. cap. 12. nu. 16.* Ac proinde lectiones ſecundi nocturni leguntur cum titulo, quando deſumptæ ſunt ex aliquo ſermone, vel tractatu tantum, alias ſecus, vt notatur *in rubr Breu. tit. de lection. verſ. 10.*

45 Non ſolum autem hiſtoriis authenticis probantur virtutes in genere, ſed etiam virtutes in ſpecie, ſcilicet ipſi virtutum actus ex. gr. charitatis, fortitudinis, magnificentiæ, & ſimiles, qui cadunt ſub humanis ſenſibus, & cum ſuis qualitatibus, & circumſtantiis notari poſſunt, vt potè in externam materiam tranſeuntes. Neque enim videtur vlla ratio diſparitatis, cur danda ſit fides hiſtoriis tradentibus actus fortitudinis militum, & bellorum Ducum, & non ſit credendum hiſtoriis continentibus actus pietatis ſeruorum Dei, ſaltem quæ exaratæ fuerunt ante tempora Honorii Tertii, qui nouam formam probandi virtutes, & miracula per teſtes indixit *in cap. venerabili de teſtibus.*

46 Quod demum attinet ad miracula antiqua, certum eſt illa etiam antiquis hiſtoriis probari; ſi enim hiſtoriis, & chronicis non eſſet in hoc credendum, eliminanda eſſent ea omnia, quæ de antiquioribus Sanctis, antequam noua Canonizationis forma per teſtes induceretur, approbauit Eccleſia. Quod non eſt dicendum:

47 Non ſic virtutes, & miracula, quæ dici poſſunt cadere ſub tempus contentum in diſpoſitione nouæ formæ probandi virtutes, & miracula per teſtes, examinatos cum ea diligentia, quæ ſolet, & debet, in receptione teſtium adhiberi dicto *cap. venerabili de teſtib.* Non ex eo quia hiſtoriæ, & chronicæ poſtea conſcriptæ, veritatem continere non poſſint, neque illis credendum ſit, quia hoc aſſerere ridiculum eſſet. Quis enim audeat dicere; tot illuſtribus viris, qui de geſtis in Italia, Germania, Galia, & Hiſpanijs; ac fere de totis Europę, Aſiæ, Aphricæ, & Americæ partibus poſt Tertij Honorij tempora ſcripſerunt, non eſſe credendum?

48 Sed quia forma à lege inducta eſt omninò ſeruanda, per textum *in capit. prudentiam de offic. Delegat. l. proſpexit. ff. qui & à quib. cum concordant.* Cum enim lex pręcipiat, vt in probatione vitæ virtutum, ac miraculorum ſeruorum Dei, de quorum Beatificatione, & Canonizatione tractatatur, examinentur teſtes cum eadem diligentia, quæ ſolet, & debet in recognitione teſtium adhiberi, dicto *cap. venerabili de teſtibus*, dicendum eſt, virtutes, & miracula non poſſe amplius probari per hiſtorias, & tanto minus ſi agatur de ſeruis Dei, vita functis poſt annum 1525. quibus ex diſpoſitione nouiſſimorum Decretorum. cultus non poteſt competere; & de proceſſibus conficiendis, iuxta diſpoſitionem eorumdem decretorum; in quibus ſtatuitur modus, & forma examinandi teſtes cum Interrogatorijs Promotoris fidei, tam ſuper fama ſanctitatis, virtutibus. & miraculis in genere, quam ſuper iiſdem omnibus, & ſingulis in ſpecie. Accedant, quæ toties ſupra tetigimus, canonizationum cauſas æqui-

æquiparari cauſis criminalibus, in quibus delicta nunquam probarentur hiſtorijs.

SVMMARIVM.

Charitatis actus, num 4. & 5.
Fidei actus, num. 1.
Fortitudinis actus, num. 18.
Humilitatis actus, num. 20.
Iuſtitiæ actus, num. 17.
Prudentiæ actus, num. 6.
In Præſulibus, num. 7.
In Regibus, & Principibus, nu. 8.
In Religioſis, num. 9.
In Haremitis num. 10.
In Viris coniugatis num. 11.
In Mulieribus coniugatis, num. 12.
In Virginibus ſæcularibus, num. 13.
In Monialibus, num. 14.
In Viduis, num. 15.
In Peregrinis, num. 16.
Sanctitatis indicia deſumenda ex actibus fidei num. 22.
Ex actibus ſpei, num. 23.
Ex actibus charitatis in Deum, num. 24.
Ex actibus charitatis in proximum, n. 25.
Ex actibus prudentiæ, num. 26.
Ex actibus Iuſtitiæ, num. 27.
Ex actibus fortitudinis, num. 28.
Ex actibus temperantiæ, num. 29.
Simplicitatis actus, num. 21.
Spei actus, num. 2.
Temperantiæ actus, num. 19.
Timoris actus, num. 3.
Virtutis vnius actus etiam excellens non eſt ſufficiens ſanctitatis indicium, num. 30.

CAPVT XXV.

De indicijs Sanctitatis ex actibus virtutum deſumendis.

EX deductis ſupra, *par.* 2. *per tot.* atque item hac eadem *par.* 4. *cap.* 5. & ex his, quæ tradunt Doctores de materia, ſcribentes, præſertim *Scacch. de not. & Sign. ſanct. ſect.* 5. 6. & 7. *per tot.* actus ſirtutum ſunt

1 Fidei, exacta cuſtodia mandatorum Dei, zelus, & ſollicitudo conuerſionis Infidelium ad fidem, Hæreticorum ad catholicam religionem, & Sciſmaticorum ad Romani Pontificis obedientiam; atque item conuerſionis peccatorum; Prædicatio Euangelij; Peregrinatio ad loca infidelium propagandæ fidei cauſa; Publica fidei confeſſio, etiam cum vitæ diſcrimine; Alta de Deo loqui, & frequens ſimboli fidei recitatio; Terrenorum deſpectus; In aduerſitatibus, tribulationibus, perſecutionibus, & periculis, firma in Deo confidentia; firmitas in bonis operibus, ac continua vſque in finem perſeuerantia.

2 Spei, pariter vigilantiſſima cuſtodia mandatorum Dei, & Eccleſiæ; ſenſuum mortificatio, carnis caſtigatio ieiunijs, flagris, flagellis; Gaudium, & hilaritas in tribulationibus, perſecutionibus, & anguſtijs; atque illi ferè omnes, qui ſupra de fide recenſiti ſunt.

3 Timoris filialis, fuga à peccatis non ſolum mortalibus, ſed etiam vel minimis venialibus; maxima cura, & diligentia in ſe expurgando à defectibus, & imperfectionibus, & metus culpæ, etiam vbi culpa non eſſet.

4 Charitatis in Deum, zelus diuini cultus, & honoris, præſertim in Eccleſia, & locis Deo dicatis; maxima cura, & ſollicitudo in obuiando Dei offenſæ; Gaudium, & exultatio in Dei gloria, Extaſes, & raptus, flere indeſinenter peccata, præſertim leuia, non turbari in aduerſis, & in ſecundis non exaltari, omnia à Deo recognoſcendo. Et pariter omnes illi actus, qui fidei, ſpei, & timori adſcribuntur, cum à dictis virtutibus charitate formatis tantum producantur.

5 Charitatis in proximum, viſitare infirmos, & in carcere detentos; Eleemoſynæ, Peregrinorum hoſpitatio. Mortuos ſepelire; meſtos, & tribulationibus oppreſſos conſolari; Iniurias illatas patienter tollerari; Bonum pro malo reddere, & vniuerſaliter omnia charitatis opera, tam ſpiritualia, quam corporalia.

6 Prudentiæ, cautio, circumſpectio, & ſollicitudo eorum, quæ ad proprium ſtatum pertinent; Recta diſpoſitio mediorum ad finem; Præuidere futura contingentia, eiſque prouidere.

Cum autem hæc virtus bifariam diuidatur, ſcilicet in gubernatiuam, & particularem, ſeù melius quadrifariam, in Regnatiuam, Politicam, Aeconomicam, & Militarem, actus prudentiæ colligendi ſunt ex illis, quæ conueniunt perſonis ſecundum diuerſitatem, ſexus, ſtatus, gradus officij, & dignitatis, videlicet

7 In Præſulibus ex eo, quod non adſpirauerint ad dignitatem, ſed inuiti, nolentes, ac reluctantes munus ſuſceperint. Ex cura paſtorali populi, & zelo ſalutis animarum. Ex reſidentia actuali, & continua in propria Eccleſia. Ex diligenti cura familiæ; Ex accurata Diœceſis viſitatione, & ſuaui correctione culparum gregis; Ex ſollicitudine in audiendis ad ſe recurrentes, & in neceſſitatibus ſubditorum, præſertim pauperum ſubleuandis; Ex hoſpitalitate; Ex prædicatione Euangelij, præſertim vbi hæreticalis infectionis periculum fuit. Ex accurato ſtudio, & vigilantia ſuper oues ſibi creditas, ne in aliquem elaberentur errorem, & à ſana euangelica doctrina auerterentur. Ex recta diſtributione beneficiorum Eccleſiaſticorum; rectaque adminiſtratione bonorum Eccleſiæ *Scacch. ſect. 6 cap.* 1.

8 In Regibus & Pricipibus ex zelo propagationis fidei, eiuſque conſeruationis, Ex deuotione erga Sedem Apoſtolicam, Ex conſtructione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, aliorumque piorum locorum. Ex veneratione Sacerdotum, & Religioſum. Ex munificentia in Chriſti Pauperes. Ex appetentia, & conſeruatione pacis cum finitimis populis, Ex indictione bellorum pro gloria Dei, fidei defenſione, & propagatione; ſubditorum ſuorum, & propriæ dignitatis neceſſaria defenſione. Ex recta ſubditorum gubernatione, ac ſubuentione, *Scacch. d. ſect. 6. cap.* 11.

9 In Regularibus, & Religioſis, ex progreſſu de virtute in virtutem; Ab exacta obſeruantia, & cuſtodia votorum, quæ in ſolemni profeſſione emiſſa fuerunt; Ex vigilantiſſima obſeruatia, & cuſtodia illorum omnium, quæ tam in Regula, quam in Conſtitutione ordinis continentur, præſertim ex cæca obidientia, *Fortunat. Scacch. ſect. 6. cap.* 4.

10 In Heremitis, Ex cauſis receſſus in heremum, videlicet Deo inſeruiendi, & mundana pericula, & oblectamenta vitandi. Ex loci intemperie, ſolitudine, aſperitate &c. Item ex aſperitate victus, & amictus. Ex ieiunijs, penitentijs, & ſimilibus *Scacch. d. ſect. 6. cap.* 5.

11 In viris coniugatis, ex motiuo coniugij, ſi propter prolem, vel propter obedientiã parentum. Ex bona tractatione vxoris; Ex bona cura familiæ, & rei familiaris; Ex liberorum educationem; Ex continentia coniugali, & interpolato vſu matrimonij temporibus, Sacroſanctæ Euchariſtiæ ſumendæ, Ieiuniorum, & orationis; præcipue verò ex virginitate, vel continua continentia poſt ſuſceptos liberos *Scacch. dicta ſect. 6. cap.* 6.

12 In mulieribus coniugatis; Ex motiuo coniugij, ſi ad obediendum parentibus; Ex obſeruantia, obedientia, & reuerentia erga virum; Ex manſuetudine cum ſingulis præſertim domeſticis, & ſollicitudine circa familiam, & filiorum educationem &c. Ex honeſtate circa veſtitum, & ornatum; Ex contemptu mundi muliebris; *Scacch. ſect. 7. cap.* 4.

13 In virginibus ſæcularibus, ex receſſu ab hominum conſortio, tam virorum, quàm mulierum; Ex renitentia ad nuptias, etiam contra minas, terrores, & vexationes parentum; Ex carnis mortificatione, & corporis caſtigatione; Ex oratione, meditatione, piorum librorum lectione; ex amictu modeſto, ſine cultu, & curioſitate, *Scacch. dicta ſect. 7. cap.* 1.

14 In Monialibus; ex motiuo ſuſcipiendi habitum religioſum; ex obſeruantia illorum omnium, ad quæ ratione Inſtituti obligantur; ab exacta cuſtodia votorum ſolemnium paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis; ex ſui abiectione, & humilitate, *Scacch. d. ſect. 7. cap.* 2.

15 In Viduis, ex diuturno tempore viduitatis; ex cura, & bona filiorum educatione; Ex bona diſpoſitione rei familiaris; Ex ſpeciali mortificatione, & caſtigatione proprij corporis. Ex neglectu ſecundarum nuptiarum, licet pluries inuitatæ, etiam per minas & terrores; Ex reſignatione in Deum, ob viri mortem, atque in omnibus paſſionibus, & tribulationibus *Scacch. dicta ſect. 7. cap.* 3.

16 In peregrinis, Ex Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Sacrorum Canonum obedientia, atque exactiſſima obſeruantia, in peregrinatione ſuſcepta; ſcilicet obtenta licentia, & facultate ſui Epiſcopi, vel alterius Superioris; & de licentia Papæ ad peregrinationem in Hieruſalem. Ex modo ſeruato in peregrinatione, circa victum, veſtitum, & hoſpitationem in hoſpitalibus, noſocomijs, & ſimilibus locis humilibus; ex deuotione, religione, humilitate: ex viſitatione ſacrorum locorum: ex frequentia ſacramentorum, ex afflictionibus corporis, laboribus, & periculis in peregrinatione ſuſceptis; ex emendicato

victu,

victu, cum aliàs diues eſſet, *Scacch. ſect. 6. cap. 7.*

17 Iuſtitiæ actus ſunt, exercitium religionis erga Deum, cum frequentia Sacramenti Pænitentiæ, & Sacroſanctæ Euchariſtiæ, celebrando Miſſam quotidie, Diuinum Officium, cum maxima deuotione, atque attentione recitando, continueque orando, & pſallendo; pietatis erga parentes, omnem cultum, officium, & exequium præſtando; obſeruantiæ erga Magiſtratus, & perſonas in dignitate conſtitutas, & obedientiæ erga Superiores.

18 Fortitudinis actus ſunt, magnanimitas, & conſtantia in inceptis, non extolli in proſperis, non triſtari in aduerſis, bona fortunæ deſpicere, eorumque amiſſionem cum hilaritate tolerare. Ardua, & difficillima cum maxima promptitudine congredi; & ob quæcumque imminentia pericula non deſiſtere, ſed vſque ad finem proſequi. Contra iniurias inferentes, nullo doloris, triſtitiæ, vel odij ſigno commoueri.

19 Temperantiæ effectus ſunt, liberalitas in diuitiarum diſpenſatione, atque earum erogatione in bonos vſus, adhibendo modum, tam rerum, quam perſonarum, quibus elargiri contingit. Grauitas in inceſſu, habitu, & ſermone, amicitia, affabilitas, & beneuolentia cum omnibus, concordiæ, & pacis, inter omnes, & cum omnibus conſeruatio. Diſcretio erga ſubditos, & familiares; modus tam in ſermonibus, quam in ſilentio, ſecretorum cuſtodia, verecundia, & honeſtas; abſtinentia, clementia, manſuetudo, modeſtia, moderatio, & tranquillitas cum faciei ſerenitate.

20 Humilitatis actus ſunt, defixis in terram aſpectibus deambulare, pauca loqui, & dimiſſa voce, nunquam, vel rarò ridere. Communem aliorum regulam, & mores inconcuſse obſeruare. Se omnibus viliorem pronunciare; ad omnia ſe indignum, & inutilem proferre. In duris, & aſperis pænitentiam amplecti. Se contemptibilem confiteri, gaudereque vti talis ab omnibus haberi, & tractari. Viliſſima officia amplecti, & vbiq; infimum locum eligere; honores, gradus, & dignitates effugere; diſplicentia de bono ſecum tractaru.

21 Simplicitatis demum effectus ſunt; ſe eundem ſemper in omnibus, & coram omnibus, cum eadem ſecuritate, & conſtantia præbere, & in conſpectu cuiuſcumq; perſonę virtutes laudare, & abiecto quolibet humano timore, ac reſpectu, vitia deteſtari; & quoſcumque vitijs deditos increpare. Cum eadem promptitudine ſemper tam pauperibus perſonis, quam diuitibus, & nobilibus inſeruire, perſonarum acceptionem odiſſe, debitum tamen honore, & reuerentiam, ac venerationem Superioribus, & perſonis in dignitate conſtitutis tribuendo.

Ex huiuſmodi virtutum actibus quærit *Scacch. in tract. de not. & ſignis Sanctitat.* quodnam Sanctitatis indicium, vel argumentum, ad effectum Beatificationis, vel Canonizationis deſumi poſſit.

22 Et quidem quod attinet ad actus fidei, ex nudis, & ſolis fidei actibus nullum vult ſumi efficax argumentum Sanctitatis, niſi ex confeſſione fidei cum diſcrimine capitis; quia ſolus iſte fidei actus tenet gradum heroicum, nec poteſt elici ſine charitate, *ſect. 3. cap. 1. prope finem*, addens pro ratione, quia huiuſmodi actus ſtare poſſunt cum peccato mortali.

Vbi inter actus fidei enumerat, prædicationem fidei Chriſtianæ, peregrinationem ad Infideles, ad procurandam illorum conuerſionem, diſputationes cum Hæreticis, vt ab erroribus reſipiſcant, zelum conuerſionis eorumdem, & zelum propagationis fidei. Qui tamen non videntur pertinere ad fidem, quæ eſt virtus Theologica, ſed ad aliam fidem, quæ collocatur inter gratias gratis datas, vt vidimus ſupra *par. 2. cap. 2. num. 12.*

23 Idem ſentit de actibus ſpei, *dicta ſect. 3. cap. 2. in fine*, ſcilicet, à deſiderio mortis, à ſpe remiſſionis peccatorum, & ab alijs ſimilibus actibus, etiam verbis expreſſis, nullum poſſe Sanctitatis efficax argumentum ſumi. Quia nulla poteſt dari Sanctitatis nota ſine chatitate, prædicti autem actus ſpei, & quotquot alij ad eam virtutem ſpectant, ſine charitate poſſunt elici, cum pauciſſimi ſint peccatores fideles, qui remiſſionem peccatorum aliquando non ſperent à Deo, ac etiam vitam æternam:

24 De actibus charitatis in Deum ita diſcurrit *dicta ſect. 3. cap. 3. verſus finem*, Diuinæ charitatis actus ſecundum quantitatem (vt ſic loquamur) non erunt prætereundi, ſed ſigillatim enumerandi in actis Seruorum Dei, de quorum Beati-

ficatione agitur. Quamobrem obſeruare oportet, voluntatem, Diuino amore inflammatam, actus amoris dupliciter elicere poſſe; nimirum, vel interruptè, vel abſque aliqua interruptione alterius actus, in aliquo alio virtutum genere. Hi namque, qui tali amore Deum proſequuntur, quamuis propter huius vitæ neceſſitates interdum in Dei amore remittere cogantur, & vacare his rebus inferioribus, frequentiſſime tamen, quod fieri poteſt, poſthabitis curis ſæcularibus, Diuino amori vacare actualiter ſtudent. Quia tamen actus iſti charitatis frequentiores in aliquibus, minus frequentes in alijs eſſe poſſunt, propterea neceſſe erit, attendere in his Dei Seruis, an actus charitatis, & Diuini amoris frequentes fuerint, an de rarò producti. Ex frequentatione namq; actuum habitus charitatis magis, vel minus intenſus haurietur, & ex actibus aliqui erunt intenſiores, minus intenſi, & remiſſiores alij. Cum igitur tota ratio charitatis Diuinæ in actibus interioribus animæ ſit poſita, de quibus Eccleſia non iudicat, propterea licet ab his aliquod Sanctitatis argumentum hauriri poſſit, non tamen omninò efficax, quia charitatis actus, licet tam ab his, qui in numero ſunt incipientium, eliciantur, quam ab alijs, qui in numero proficientium conſtituuntur, quorum animas cælo frui poſt præſentis vitæ curſum certiſſimum eſt; Beatitatis tamen, ac Sanctitatis titulus, neque his, neq; prioribus dari conſueuit, ſed tantum perfectis, & verè dari debet in Eccleſia. Et ratio ſumitur ex illis Chriſti Domini verbis. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

25 Ex actibus verò charitatis in proximum efficaciſſimum, & præſtantiſſimum Sanctitatis argumentum hauriri, notat dicta *ſect.3.cap* 4 quia charitas erga proximos eſt lapis lidius, in quo vera alicuius famuli Dei Sanctitas comprobatur. Cum ex dilectione proximi inferatur dilectio Dei. Sicut è contrario ex odio erga proximum colligitur odium Dei.

26 Ex actibus externis prudentiæ, cum non tam ad rationem Sanctitatis faciant, quam ad moralem virtutem prudentiæ, vt virtus moralis eſt, propterea nullum efficax Sanctitatis argumentum deſumi poſſe contendit *ſect.* 4. *cap.* 1. niſi hi ipſi prudentiæ actus innitantur fidei Chriſtianæ, & doctrinæ Euangelicæ, reliquiſque virtutibus; propterea in actis Seruorum Dei, licet actus prudentiæ ſint inquirendi, vt prudentiam eos habuiſſe conſtet, & habuiſſe quidem perfectè probetur, non propterea de illorum Sanctitate ex ſolis prudentiæ actibus efficax haurietur argumentum, cum omnes actus prudentiæ ſaltim materialiter cum peccato mortali ſtare valeant.

27 E contra de actibus Iuſtitiæ hæc habet *dicta ſect.* 4. *cap.*2. Maxima virtus exiſtit iuſtitia, & qui verſabitur circa illius actus per partes ſubiectiuas, poteſtatiuas, ac potentiales, adeò eminentem Sanctitatis gradum haurient, vt meritò Sanctiſſimi cenſeantur. Nam Sanctitas ipſa in Sacris Scripturis appellatur iuſtitia. Et quidem exercitio actuum gratitudinis, obedientiæ, pietatis, religionis, obſeruantiæ, aliiſque partibus iuſtitiæ, maximum Sanctitatis alicuius colligitur argumentum, ſi actus prædicti, illorumque exercitium cadat in fidelem aliquem, Chriſtianis inſtituris imbutum. Sanctitatis autem, quod dicimus, argumentum, non quidem ex vno, vel altero illorum actuum, aut ex omnibus, ſeorſim conſideratis, & vti ſingulis colligitur, ſed collectiuè ex omnibus.

28 De actibus fortitudinis diſtinguit idem *Scacch. ſect.*4. *cap.*3. quod ſi in ipſis appareat promptitudo, & delectabilitas, magnum tribuant Sanctitatis indicium, ſi verò promptitudo, & delectabilitas non appareat, ſiue illi actus ad partes potentiales, ſiue ad partes ſubiectiuas, vel integrales reducantur, debile argumentum hauriri poterit, quod nos in cognitionem Sanctitatis alicuius manuducat ad effectum Canonizationis. Cum enim huiuſmodi actus vna cum mortali peccato, vel cum aliquo vitio, ſeu inani gloria reperiri poſſint, & fortitudinem a vera, & recta virtutis ratione remouere valeant, hinc fit, vt ad Sanctitatis rationem, ad effectum Canonizationis debile à prædictis actibus ſumatur argumentum.

29 De actibus demùm temperantiæ hæc tradit idem *Scacch. dicta ſect.* 4. *cap.* 4. *in fine*. Illud omittendum nulla ratione puto, quod ad noſtrum inſtitutum de Sanctitatis nota concludit, conſiderando nimirum, quale argumentum Sanctitatis, ex prædictis actibus, & exercitio illorum ſumatur. Cum enim non ſolum Infideles,

& Ethnici

& Ethnici plurimi modeſtiſſimi, aliquando continentiſſimi, ac temperantiſſimi circa delectabilia tam potus, quam cibi, & rerum venerearum, habiti fuerint; ſicut etiam Hæreticos, & Turcas habere ſuos Sanctones conſtat, qui ieiunijs, & abſtinentijs, quantum humana patitur natura, interdum operam dant, atque etiam à venereis ita ſe temperant, vt ferro, ac igne propria edoment membra; propterea dicimus, ex actibus temperantiæ, ac partium huius virtutis, ſi agatur de viro fideli in communione Sanctæ Romanę Eccleſię conſtituto, maximum quidem hauriri argumentum, non tamen integrum, atque perfectum, tum quia cauendum eſt à fermento Phariſeorum, quod eſt hypocriſis, tum quia multoties Angelus Sathanæ transfigurat ſe in Angelum lucis.

30 Ex qua doctrina *Scacchi* colligitur, non ſufficere actus quantumcumque excellentes, vnius, vel alterius virtutis, ad firmandum ſolidum, & inconcuſſum argumẽtum Sanctitatis alicuius Serui Dei, quia dempto martyrio ex nullis alijs quantumcumque excellentiſſimis cuiuſlibet virtutis actibus, affirmari poteſt ſine hæſitatione, quempiam toto corde, tota anima, totaque mente Deum dilexiſſe.

Vtrum autem ad conſtituendum huiuſmodi ſolidum Sanctitatis argumentum conſtare debeat de actibus omnium, & ſingularum virtutum, diximus plene ſupra, *hac eadem par. 4. cap. 5.*

SVMMARIVM.

Canonizandus an omnibus virtutibus debeat reſplenduiſſe, num. 9. & 10.

Carnis ex maceratione quodnam Sanctitatis argumentum deſumatur, num. 2.

Contemplationis ex ſtudio quodnam Sanctitatis indicium deſumatur, num. 4. & 5.

Diuitiarum ex contemptu quodnam Sanctitatis indicium deſumatur, num. 1.

Extaſis quodnam Sanctitatis argumentum operetur, num. 8.

Gratia gratis datæ quodnam Sanctitatis argumentum efficiant, num. 11.

Humilitatis ex actibus quodnam Sanctitatis argumentum oriatur, num. 6.

Meditationis ex ſtudio quodnam Sanctitatis indicium oriatur, num. 4. & 5.

Orationis ex ſtudio quodnam Sanctitatis argumentum oriatur, num. 4. & 5.

Perſeuerantia finalis quodnam Sanctitatis argumentum efficiat, numer. 7.

Raptus cum eleuatione quodnam indicium Sanctitatis efficiat, num. 8.

Sacramentorum ex frequentia quodnam indicium Sanctitatis oriatur, num. 3. & 4.

Terrenorum ex contemptu quodnam Sanctitatis indicium oriatur, num. 1.

Virtutibus omnibus an debeat Canonizandus reſplenduiſſe, num. 9. & 10.

CAPVT XXVI.

De indicijs Sanctitatis ex aliquibus actibus virtutum deſumendis.

POſtquam tractauit *Scacch.* locis ſupra citatis, de indicijs, & argumentis Sanctitatis ex actibus virtutum deſumendis; ſequitur deinde diſcurrere de ſignis Sanctitatis ex aliquibus actibus virtutum in ſpecie. Et primò quidem de nota Sanctitatis ex terrenorum contemptu. Ex
1 quo ſolo non admodum efficax Sanctitatis argumentum ſumi poſſe, contendit *ſect. 5. cap. 1. fol. 191. verſ. Hæreticos quoque*, niſi Euangelicis præſcriptis rectæ, & orthodoxæ fidei innitatur, directuſque fuerit fine debito; quod nimirum fiat propter Chriſtum, & Dei amorem. Qui quidem finis vbi fuerit, & doctrinæ integræ certum eſt, talem diuitiarum deſpectum, maximum, & efficaciſſimum Sanctitatis argumentum miniſtrare, quod concordat cum his, quæ ſcripſimus ſupra *par. 2. cap. 18.* vbi de contemptu diuitiarum, & terrenorum tractauimus.

2 Secundo de ſignis Sanctitatis ex maceratione carnis, *ſect. 5. cap. 2.* quam ſi cum humilitate erga proximum coniunctam fuerit, maximum dicit præſtare Sanctitatis argumentum. Sicuti nos etiam diximus ſupra *par. 2. cap. 15. num. 73.* vbi ex auctoritate Sanctorum Patrum probauimus martyrio comparari.

3 Tertio de ſignis Sanctitatis ex frequentia Sacramentorum eadem *ſect. 5. cap. 3.* vbi maximum Sanctitatis argumentum deſumi vult à frequenti Sacramenti Pænitentiæ vſu, dummodò non ex ceremonia tantum, aut ex quadam conſuetudine, ad aliorum imitationem, id aliquis feciſſe videatur. Subdens, ſe vidiſſe quoſdam non ſemel, ſed bis, ac ter ad

Confeſ-

Confeſſarium accedere conſueuiſſe ſingulo quoque mane, cum eſſent celebraturi, ſed tamen antequam ad Confeſſarium Sacramenti cauſa accederent, vanis verbis collocutionibus ridiculis, murmurationibus etiam, ac iurgijs operam dabant, & ſtatim atque à Confeſſario conſurgebant, vix recitato Pſalmo, ſibi ex pænitentia iniuncto, ad eaſdem collocutiones reuertebantur, poſt quas iterum renouatas collocutiones, denuò Confeſſarium repetebant. Cum qua *Scacchi* doctrina concordant, quæ diximus *dicto cap. 15. num. 70.*

4 Maximum item Sanctitatis argumentum deſumi ex frequenti Sacræ Eucharistiæ vſu. Cum hoc Sacro Altaris Sacrificio debitus Deo cultus, quantum homini licet, perſoluatur, & pro fidelibus, tam viuis, quam defunctis preces offerantur; propterea cum in eo offerendo, & ſuſcipiendo, virtutum omnium nitor, & Dei, ac proximi amor corruſcat, neceſſe per conſequens eſt, vt Sacratiſsimũ hoc Euchariſtiæ Sacramẽtum, cum ſit Sacramentorũ omnium ex Chriſti corporali præſentia Sanctiſsimum, Sanctitatemquoque impartiatur ei, qui deuote illud tractat, ac proinde Sanctitas in ſumente augeatur. Prout diximus *dicto cap. 15. num. 72.*

5 Quarto de ſignis Sanctitatis ex orationis, meditationis, ac contemplationis ſtudio, *dicta ſect. 5. cap. 4* Et quantum ad orationem attinet; Ex oratione præcisè vocali nullum efficax Sanctitatis argumentum ſumi poſſe contendit. Non ſolum quia vnaquæque Religio, quantumuis falſa, ſuos habuit hymnos, inter ipſa prophana ſacra canendos; ſed etiam quia in Eccleſia nulla fuit vnquam Hæreticorum ſecta, ex antiquis, aut recentioribus, apud quos Pſalmodia ſuo loco, & tempore in vſu non extiterit. Vt propterea ex frequentia Pſalmodiæ, & orationis vocalis, ſi deſint reliquæ virtutes in actis alicuius Dei famuli, vel nullius roboris argumenta in cauſa Sanctitatis, vel admodum debilia hauriantur in Chriſtiano, etiam Regulari, & Clerico, qui ex proprijs inſtitutis, vel Sacris Ordinibus, aut ratione beneficij Eccleſiaſtici, nocturnas, atque diurnas horas Canonicas recitare tenentur.

6 E contra verò de oratione mentali, quæ in meditatione, & contemplatione collocatur, & vbi plurium virtutum actus, quæ faciant ad notam Sanctitatis, apparebunt, argumentum ab ardenti meditatione, ab aſsidua, & deuota pſalmodia ſumptum, in cauſa Canonizationis alicuius Dei Serui non eſſe omninò contemnendum. Feruorem autem orationis eliciendum eſſe ex aſsiduo, & quotidiano orationis ſtudio, ex tempore ad orationem deſtinato, præſertim nocturno; ex locis ad hæc exercitia à Seruis Dei ſelectis; & demum ex orandi modo. Videatur idem *Scacch. d. cap. 4.* vbi rem diffuſe enucleat.

7 Quinto de nota Sanctitatis ex humilitatis actibus, *dicta ſect. 5. cap. item 5.* Ex quibus maximum, velit deſumi Sanctitatis argumentum, dummodò hi duo eluceant, nempe ſui contemptus, & deſpectus. Quia quoties in actis alicuius Dei Serui leuis ſuſpicio apparebit complacentiæ alicuius præeminentiæ, videlicet doctrinæ, dignitatis, ſanguinis, aut nobilitatis; & honores, ac dignitates appetiuiſſe, parum, *inquit*, fidendum eſſe, licet reliquæ virtutes adeſſe videantur, de qua humilitate diximus ſupra *par. 2. cap. 13.*

8 Sextò de nota Sanctitatis ex finali perſeuerantia in bono, eadem *ſect. 5. cap. 6.* diſtinguendo perſeuerantiam, in eam, quæ ex frequentatis actibus, vti habitus quidam in voluntate gignitur, quæ perſeuerantia appellatur, & in eam, quæ eſt quædam continuatio iuſtitiæ in omnibus virtutibus vſque ad vltimum vitæ terminum; quæ non eſt peculiaris virtus, ſed circumſtantia quædam, virtutes omnes concomitans, quam circumſtantiam in actu ſecundo nemo habet, niſi in vltimo vitæ termino. Circa quam perſeuerantiam vult *ibid. Scacch.* conſideranda omnia acta in agone poſitorum, verba videlicet, corporis motus, item motus oculorum, ſuſpiria, ſi quæ ediderint, & reliqua ſigillatim, tam quæ contra hoſtem proferunt, quam etiam hortatoria ad aſtantes, ac denique illa ipſa, quibus ſe Deo morituri commendant. Ex quibus ſignis habitus virtutum Euangelicarum, Euangelicæ perfectionis, & Sanctitatis argumenta poſſunt haberi.

9 Septimo, de ſanctitatis argumento ab extaſi, & mentis exceſſu *ſect. 8. cap. 3.* dicens ſi mentis exceſſus, extaſis, & raptus ſeruorum Dei, ſint à Deo, licet non directè, indirectè tamen aliquod ſanctitatis argu-

Digitized by Google

argumentum, ſi virtutes in gradu heroico adfuerint, educi poſſe. Ex his vero nude conſideratis, nullum omnino validum ſanctitatis argumentum hauriri; videantur quæ diximus ſupra *par. 3. cap. 4.*

Hucuſque recenſita dogmata *Fortunati Scacchi*, ex quibus habetur ex actibus cuiuſcumque virtutis, de ſe, & ſingulariter ſumptis, deſumi non poſſe ſufficiens ſanctitatis argumentum, vera ſunt, quia, vt vidimus ſupra *p. 2. cap 15. à num. 34* nõ pauci Gentiles actus morales ſtrenuos operati fuerunt notabiliores his, quia à multis charitatem habentibus in eodem genere, & in ijſdem generibus, patrati fuerint.

9 Sicuti è contra non eſt neceſſe, vt canonizandus debeat reſplenduiſſe in actibus cuiuslibet virtutis, ſed ſufficit ſi reſplenduerit in actibus illius virtutis, ſeu illarum virtutum, in quibus maiorem gratiam à Deo obtinuerit, vt ex *D. Thom. 2. 2. qu. 66. ar. 1. c. & 2. c.* probauimus hac eadem *par. 4. cap. 5. num. 64.*

10 Ac proinde, vt firmam regulam tradamus, quibus ex actibus virtutum deſumenda ſint firma, & ſolida ſanctitatis indicia, dicimus ex ijſdem deducenda eſſe, ex quibus firmauimus conſtare de vera virtutum heroicitate, ſupra *p. 2. d. cap. 15. num. 66. & ſeqq.* itaut ſi de omnibus, & ſingulis *ibi* recenſitis virtutum actibus conſtet, indubitanter tenendum ſit conſtare de vera ſanctitate; Altero vero ex his deficiente, excludatur perfecta ſanctitas, vt probauimus hac eadem *part. 4. cap. 5. à num. 66.*

11 Quod attinet ad ſigna ſanctitatis ex gratijs, gratis datis, hoc eſt ex virtute ſeu potius fide miraculorum, prædictione futurorum, reuelationibus, ſcientiarum infuſione, & linguarum peritia; de quibus *Fortunatus Scacch. ſect. 8 per tot.* certum eſt huiuſmodi gratias non importare ſanctitatem, cum neque probent iuſtificationem, *D. Thom. 1. 2. qu. 3. ar. 1.* quia alicui conceduntur adhoc, vt Deo cooperetur ad proximi vtilitatem. Quatenus verò cõſtaret, illum Dei ſeruum, cui huiuſmodi gratiæ gratis datæ fuerunt conceſſæ, reſplenduiſſe virtutibus ad canonizationem neceſſarijs, magni faciendæ eſſent, vt conſtat ex litteris Apoſtolicis editis in Sanctorum Canonizationibus.

S V M M A R I V M.

Armonia caleſtis in loco, vbi eſt corpus demortui, eſt ſignum ſanctitatis, n. 8.
Corpus ab anima eleuari non poteſt in totum, num. 10.
Corpus poſt mortem corruptioni ſuppoſitum nu. 2. & 3.
Conuerſatio cum Angelis eſt indicium ſanctitatis num. 6.
Flexibilitas corporis demortui eſt indicium ſanctitatis, num. 15.
Fragrantia è cadauere eſt indicium ſanctitatis, num. 4.
Fulgor in facie eſt indicium ſanctitatis, nu. 7.
Eleuatio à terra eſt indicium ſanctitatis n 9.
Incorruptio eſt indicium ſanctitatis, num. 1.
Liquor odoriferus manans è corpore defuncti eſt indicium ſanctitatis, num. 12.
Obedientia brutorum, & corporum inſenſibilium eſt ſignum ſanctitatis, num. 14.
Odor manans è corpore demortui eſt ſignum ſanctitatis, num. 4. Repreſentat effectum gratiæ, num. 5.
Sanguis è corpore mortui fluens eſt indicium ſanctitatis, num. 11.
Splendor in facie eſt indicium ſanctitatis, nu 7.
Sudores, liquores &c. è cadaueribus non poſſunt eſſe naturales, num. 13.

C A P V T XXVII.

De Indicijs Sanctitatis ex nonnullis ſpecialitatibus deſumendis.

1 MAgnum indicium ſanctitatis deſumit ex incorruptione corporis vult *Castellin. de certitud. glor. ſanct. cap. 6. nu. 3.* citans pro ſe D. Auguſtinum *confeſſio lib. 9. cap. 2. Rota in relat. Beati Paſchalis Baylon. in 3. mirac. in Relat. Sancti Iſidori in 1. mirac. poſt mortem in Relat. Sanctæ Thereſiæ, in tit. de exhumat. corp. propè finem, in Relat. Sancti* Franciſci Xauerij *in 1. mirac. poſt mortem, & alibi.* Et adducens pro ra-
2 tione, quia corpus poſt mortem eſt corruptioni, ac putrefactioni ſuppoſitum. *D. Thom. 3. p. qu. 51. ar. 3. & 4. c. & in 3 ſent. diſt. 21 qu. 1. ar. 1. & 4 & opuſc. 2. cap. 134.* ſtatimque poſt mortem, cum ſit compoſitum ex contrarijs, incipit reſolui, atque corrumpi, *D. Thom. opuſc. 3. cap. 152.* & ad putredinem facillime diſponitur, quia exhalante calido naturali, ſuperue-
3 nit calor extraneus, à quo putredo repente cau-

Digitized by Google

te cauſatur, *D.Thom.3.p. qu 51. ar. 3. ad*
2. de qua incorruptione videantur, quæ
diximus ſupra *part.3 cap.14.*
4 Secundo ex ſuaui odore, pariter è cor-
pori defuncti manante, *dicto cap 6.num.5.*
quia ipſa corporis fragrantia, & odoris
ſuauitas oſtendit, in illo corpore autho-
rem ſuauitatis exiſtere, *D. Gregor. homil.*
38. D. Thom. 3. p. qu. 83. ar. 5. ad 2. vbi
bonus, *inquit*, odor pertinet ad repreſen-
5 randum effectum gratiæ, qua, ſicut bono
odore, plenus fuit. *Rot. in relat. Beati Paſcha-*
lis Baylon. in 3. mirac. in fine, & in relat. S Iſi-
dori in 1. mirac. poſt mortem. De qua re
diximus pariter nonnulla *d.p.3.cap.15.nu.*
item 15.
6 Tertio, ex conuerſatione cum Angelis
dicto cap. 6. num. 7. Rota in relat. Sanctæ
Franciſca par. 2. ar. 14. Sancti Raimundi
p.2.art.2. & Sancti Iſidori. Quæ ſi conclu-
denter probetur, erit concludens indiciũ
ſanctitatis in vita.
7 Quarto ex ſplendore, ſeu fulgore in
facie relucente, *dicto cap. 6. dicto num. 7.*
Prout de Sancto Dominico Prædicato-
rum Ordinis fundatore tradunt Theodo-
ricus, & Sanctus Antoninus, quod adhuc
puer micantem ſtellam gerebat in fronte,
omnibus conſpicuam. *Rota in relat. San-*
cti Bertradi in 3. & 4. miracul. de quo ſplẽ-
dore plura notauimus ſupra *p.3. cap.13.*
8 Quinto ex armonia cæleſti audita in lo-
co, vbi defuncti corpus aſſeruatur, *Rota*
in relat. B. Bertrandi, mirac.5. Caſtellin. d.
cap.6. num. 11.
9 Sextò ex eleuatione à terra, quia talis
eleuatio non poteſt fieri ab ipſo corpore,
quod cum ſit graue, tendit deorſum, &
eſt contra inclinationem naturæ, *D.Tho.*
3.p.qu.57.ar.3.ad 2. neque ab anima, quia
10 hæc mouet vnam partem per aliam, itaut
pars immota innitatur alicui ſolido, in
quo ſuſtentetur, *D.Thom. ibid. & 2.2. qu.*
175.ar.5. & tanto magis, ſi eleuatio acci-
deret in celebratione Miſſæ, *Caſtell. dicto*
cap.6.num 12. de qua eleuatione diximus
pariter nonnulla *p.3.cap.4. & cap.20.n.19.*
11 Septimo ex ſanguine à defuncti corpo-
re fluente, *Rota in Relat. Sancti Franciſci*
Xauerij, in 4. miraculo poſt mortem. Vide
quæ de ſanguine, è corpore manante di-
ximus *d.p. 3. cap.15.* & tanto magis ſi ſan-
guis ebulliret, *Caſtellin.d. cap.6. n.17.*
12 Octauò ex liquore odorifero ex corpo-
re manante, maximè ſi per longioris tem-
poris ſpatium fluat, ex eoque curentur in-
firmi, *Rota in relat. Beati Paſchalis Baylon*
in 2. miracul. & in relat. Sanctæ Tereſiæ in
3. miracul. poſt mortem, vbi ſimilia exem-
pla referuntur. Vide quæ diximus ſupra
13 *p.3.ar. 15. num idem 15.* vbi quod huiuſ-
modi liquores, ſudores, & humiditates è
corporibus mortuorum emanantes, nul-
latenus poſſunt eſſe naturales, ſed vel mi-
raculoſæ à Deo, vel præſtigioſæ à Dæ-
mone.
14 Nonò ex obedientia brutorum, vel
etiam corporum inſenſibilium, ex.gr. quod
aues cantantes ad imperium hominis ſi-
leant, vel quod congregentur, & canant,
vel quod piſces extra fluuium, vel mare,
caput erigant, vel quod figuræ, factæ ex
ligno, lapide, auro, vel argento, aliaque
materia moueantur, vel ambulent, ſicut
legitur de duobus Angelis ligneis, qui iu-
bente Beato Iacobo de Marchia, incen-
ſum Domino offerebant, vel quod lapi-
des moueantur de vno in alium locum,
ſicut legitur eueniſſe ad preces D. Bene-
dicti, & alia ſimilia, *Caſtelin. dicto cap. 6.*
num. 15. Pauuin. in relat. S. Bonauent. par.2.
qu.7. in fine. Quod tamen eſt ſatis leue ſi-
gnum, niſi alia extarent indicia, quia hæc
naturaliter aſtu Dæmonum accidere poſ-
ſunt.
15 Decimo ex flexibilitate corporis præ-
ſertim diù mortui, *Caſtellin. dicto cap. 6.*
n. 17. & diximus *p. 3. cap. 14. n. item 14.*

SVMMARIVM.

Apoſtolorum ad ordinem nemo canonizandus, num. 11.
Barnabas cur inter Apoſtolos numeretur, n. 12
Canonizationis effectus nu. 1. & ſeqq. ex Contelore, num. 3.
Claſſes ſanctorum, num. 5. & ſeqq. ex Contelore, num.8.
Dignitatis, & meritorum ratio habenda, numer. 10.
Eccleſia militans exemplatur à triumphante, num. 9.
Imagines ſanctorum quali adoratione colenda, num. 2.
Meritorum eſt habenda ratio in Eccleſia triumphante, num. 10.
Ordines Sanctorum ex Roccha, num.5. & ſeqq. ex Contelore, num.8.
Pictura ſanctorum pingenda cum corona, Beatorum cum radio, num. 4.
Sanctorum ordines, & claſſes num. 5. & ſeqq. & num. 8.

San-

Sanctorum merita conſideranda in Canonizatione, num. 10.

CAPVT XXVIII.

De *Canonizationis effectibus*, & *Sanctorum gradibus, ſiuè ordinibus*.

CAnonizationis effectus notantur à *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt. 9. princ.* & antè eum *ab Innoc. in cap. 1. de re-*
1 *liq. & vener. ſanct. num.* 3. Primò ſcilicet, quod canonizatus per eam conſequitur, vt Eccleſia dicat ſolemniter officium pro eo, ſicut pro ſancto; Item in Letanijs inter alios ſanctos inuocatur; vnde legitur *Eccleſ.* 44. ſapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunc et Eccleſia. Secundò quod eius imago, pingi, & ſculpi poſſit cum diademate, ſeu corona, & eadem à fidelibus dulia, non latria coli, & honorari *de conſecr. di. 3. prælatum. & cap. venerabiles. facit gloſſ. notab. in cap. ſi Canonici in fin. de off. ordin.*
2 *in 6.* quæ dicit eleganter, quod ita imagines, & picturas Sanctorum adorare debemus, vt duliam in latriam non conuertamus. Tertiò quia in eius honorem, & ſub eius nomine poſſunt erigi altaria, & Eccleſiæ *cap. placuit. & cap. de fabrica de conſecr. di.* 1.

3 Vltra tres prædictos effectus, alios quatuor addit *Rocch. de Canon. Sanct. cap. 38 verſ. de ſeptem honoribus*. Quod nempè in cathalogo ſanctorum adſcribuntur, ſacrificia, tam Sacroſanctæ Euchariſtiæ, quam laudum, & precum Deo in eorumdem honorem publicè offeruntur. Dies feſti in honorem eorundem celebrantur. Et eorum reliquiæ publicè in Eccleſia honorantur.

4 Inter Sanctos, & Beatos, quoad picturas, hanc notat differentiam *Malnet. de Canon. Sanct. dub. 1. num.* 19. quod Sancti dipinguntur cum diademate, Beati verò cum radio, vt inter eos appareat differentia. Diadema enim eſt corona imperialis, ſeu Regia, quæ fit ſolum de auro, & lapidibus pretioſis; quod verbum Diadema componitur ex Dia, quod eſt duo, & demo, demis, quia ex ſui rotunditate principium demit, & finem, ſecundum *gloſſ. in clem. 1. in verbo, Diadema, de iure iur.* vbi facit differentiam inter Diadema, coronam, & ſertum; quam ibi ſequitur *Paul. de Leaza* dicens, quod Diadema datur in ſignum victoriæ, non ſolum temporalis, ſed etiam ſpiritualis.

5 Quod attinet ad ordines Sanctorum, tres ordines, ſeu claſſes, *ex Driedo in lib. de dogmatib. var. tom. 1. cap. 1. pagin.* 207. ponit *Rocch. in comment. de Canon. Sanct. cap. 39. verſ. Sanctorum ordo*. In quarum prima recenſentur Sancti, tam veteris, quam noui teſtamenti videlicet, Abel, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, & cæteri Patriarchæ, & Prophetæ, Ioannes Baptiſta, Stephanus, Apoſtoli duodecim, Latro in cruce moriens, Paulus, & multi alij in cælo viuentes, de quibus in Sacra ſcriptura fit mentio. Cuius claſſis Sanctos, ex Driedo inquit *ibid. Rocch* in Cælo viuere, ac regnare credendum eſt ea fide, qua credimus cæteris fidei articulis in Scriptura Sacra expreſſis.

6 In ſecunda claſſe enumerantur Sancti, quorum laudabilis vita, & glorioſus exitus vniuerſam, in toto terrarum orbe, Eccleſiam illuſtrauit; E quorum numero illi poſſunt haberi, quorum memoria fit in Sacro miſſæ Canone, & alii, quos eſſe Sanctos nemo rationabiliter, vel ſine temeritatis, & impietatis labe, negare, aut dubitare poſſet, *Rocch. loc. cit. verſ. ſanctorum ordo 2.*

7 In tertia Sanctorum Claſſe ſint illi, qui in diuerſis regnis, & prouincijs mirabili vitæ ſanctitate claruerunt, quorum item vita laudabilis, & exitus glorioſus, aut in toto regno, aut in tota prouincia emicuit. De quibus ad veram ſanctitatem dignoſcendam, ex fidelium hominum teſtimoniis, aliiſue indiciis Eccleſia Catholica Canonizationis cenſuram adhibuit *Rocch. loc. cit. verſ. Sanctorum ordo 3.*

8 At Felix Contelorus *de Canon. Sanct. cap.* 12. diſtinguit ordines Sanctorum iuxta rubricas Breuiarii Romani: & ſecundum *Innoc. Hoſtien. & alios in cap. 1. de reliq. & vener. ſanct.* docet quod ſi Canonizandus eſt Martyr, Canonizari debet ad ordinem Martyrum; ſi Confeſſor, ad ordinem Confeſſorum, Pontificum, vel non Pontificum; ſi Virgo, ad ordinem Virginum; non virgo ad ordinem non virginum; Apoſtolus, ad ordinem Apoſtolorum; Doctor, ad ordinem Doctorum; quia vnuſquiſque Canonizari debet ad
9 ordinem ſibi competentem. Cum enim

Digitized by Google

Eccleſia militans ſit diuinitus exemplata
à triumphante, *gloſſ. in Clem. ad noſtram, verbo, Eccleſia, de haret.* Et in Eccleſia
triumphante habeatur ratio dignitatis,
& meritorum, *cap. glorioſus de reliq. &*
10 *vener. ſanct. in 6.* Hæc eadem ratio dignitatis, & meritorum habenda eſt etiam in Eccleſia militanti, facit *textus in cap. de multa in fine, de prab n. cap. ſtatuimus, vbi gloſſa. de maioris. & obed. & cap. ins militare 1 diſt. in fine.*

11 Quam ob cauſam ſubdit *ibidem contelor.* non Apoſtolũ non debere Canonizari ad dignitatem, & ad ordinem Apoſtolorum. Quia ipſi fuerunt in doctrina à Chriſto illuſtrati; ab eodem vocati, & Apoſtoli ordinari, ab ipſo per totum orbem Iudices, & Principes miſſi. Et ab eodem Chriſto Domino duodecim tantum fuerunt electi, & nominati Apoſtoli.

12 Cui non obſtat, quod Barnabas, qui non fuit Apoſtolus, ab Eccleſia in Apoſtolorum collocetur ordine, & officium Apoſtoli pro ipſo recitetur. Quia ſecundum *Auguſt. de Ancona de poteſt. Eccleſ q. 26. cap. 4. in reſponſione ad primum*, Barnabas fuit ſocius Apoſtolorum in Pauli prædicatione, & vocatione *Act. 13. & ad Gal. 2.*

SVMMARIVM.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis, numer. 12.

Aliquid eſt dictio vniuerſalis, num. 11.

Decreta ſac. Cong. Concilij non probant, niſi fuerint publicata &c. num. 4.

Epiſcopi poſſunt approbare miracula Canonizatorum num. 5. & non Canonizatorum, numer. 1.

Epiſcopi non poſſunt approbant miracula Canonizatorum, num 2 & 3.

Epiſcopi non poſſunt approbare miracula ſeruorum Dei, qui immemorabili nõ gaudent, n. 6.

Epiſcopi non poſſunt ſe intromittere, quando ſedes Apoſtolica manus appoſuit, nu. 7. & 8.

Epiſcopi poſſunt approbare miracula ſeruorum Dei, qui gaudent cultu immemorabili, & qualiter, num. 9. & ſeqq.

Epiſcopi in approbandis miraculis ſeruorum Dei qui gaudent immemorabili, quomodo ſe gerere debeant, num. 13.

Reliquia quomodo approbari poſſint ab Epiſcopo, num. 14.

Reliquiarum identitas ex difficillimæ probationis, & qualiter probari debeat, nu. 15.

CAPVT XXIX.

Vtrum Epiſcopi poſſint approbare Miracula?

CVm in Concilio Tridentino, *ſeſſ. 25. de inuocat. & veneratione Sanctor.* diſponatur; Nulla admittenda eſſe noua Miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, niſi eadem cognoſcente, & approbante Epiſcopo, qui ſimul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilio Theologis, & alijs pijs viris, ea faciet, quæ veritati, & pietati conſentanea iudicauerit. Ideo tali diſpoſitioni innitentes pro affirmatiua tenue-
1 runt, *Marc. Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu 42. Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. num 18. verſ. miracula. Franc. Leo in theſ. fir. Eccleſ. par. 2. cap. 1. num. 21. Homob. de bon. de exam. Eccleſ. tract. 12. cap. 3. quaſt. 16. ſupp. 2. Laur. de Franch. in contr. inter Epiſcop. & Regal. pag. 252. verſ. ad 11.* Quibus citatis adhæret *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 97. num. 2.* nullam poſitiuam reddendo rationem, ſed reſpondendo ſolum obiectionibus, quæ à contrarium ſentientibus adducuntur; nempè.

Non obſtare primò, verba illa Concilij Tridentini eſſe intelligenda de miraculis canonizatorum, quia illa verba, nulla etiam admittenda noua miracula, ſunt vniuerſalia, & compræhendunt omnia miracula, facta per ſanctos antè, & poſt canonizationem, iuxta regulam *l. generaliter ff. de legat. praſtan. & l. pretio ff. de public. in rem action. cum ſimilibus*, Adducens pro ſe decretum ſacræ Congregationis Concilij de menſe Ianuarij 1626. emanatum ad eius inſtantiam. Cum ſcilicet dubium dediſſet, An diſpoſitio Concilij Tridentini loco citato intelligenda eſſet de miraculis perſonæ non canonizatæ, an verò de miraculis ſanctorum canonizatorum: ſacra Congregatio reſpondit, de omnibus eſſe intelligendum, prout contineri dicit in originali reſponſione apud ſe reſeruata.

Non obſtare ſecundo diſpoſitionem textus *in cap. audiatmus 1. de reliq. & vener. ſanct.* vbi reprobat ſummus Pontifex quoſdam venerantes hominem in ebrietate occiſum, concludens his verbis,

cum

Digitized by Google

cum etiam ſi per eum miracula fierent,
non liceret vobis, ipſum pro ſancto abſ-
que auctoritate Romanæ Eccleſiæ vene-
rari. Quia hoc textu non probatur, Epiſ-
copo adimi facultatem faciendi informa-
tiones miraculorum.

Non obſtare tertiò *textum in cap. vene-
rabili de teſtib.* Quia ibi ſummus Pontifex
commiſit ſolùm Coriſopiteñ, & Trecor.
Epiſcopis, vt ſigillarim examinarent te-
ſtes producendos ſuper vita, & miracu-
lis Abbatis Ciſterciẽñ, quos Abbas, &
Monachi eiuſdem ordinis iam examina-
uerant, quia eos ſine debita diligentia,
& minus iudicialiter, prout oportebat,
examini ſuppoſuerant.

Nihil tamen reſpondet Barboſa ad
Bullam, quam ibi citat, Leonis Decimi,
lectam, & publicatam in Concilio Late-
ranenſi, eiuſdem Pontificis tempore con-
gregato, vbi inhibentur ſacri verbi con-
cionatores, noua, & conficta miracula
prædicare, & reuelationes, niſi à Roma-
no Pontifice fuerint approbata.

2 Contrarium tenuit *Felix Contelor. de
Canon. Sanctor. cap. 5. verſ. 13. & ſeqq.*
volens, Concil. Trid. in ea parte, in qua
dat facultatem Epiſcopis, iudicandi, &
approbandi vna cum Theologis, & pijs
viris, miracula, & reliquias, loqui de
miraculis, reliquijs, & imaginibus ſan-
ctorum beatificatorum, vel canonizato-
rum, aut approbatorum tacitè, vel ex-
preſsè; quia Concilium non derogat, nec
aduerſatur Concilio Lateranenſi, relato
in cap. 2. de reliq. & vener. ſanct. In quo
decernitur, vt reliquias de nouo inuen-
tas nemo publicè venerari præſumat ſine
auctoritate Sedis Apoſtolicæ, loquendo
de Sanctis non canonizatis, aut beatifi-
catis, vt notant *ibidem* communiter Do-
ctores. Ac proinde Concilium loquitur
per conſequens de ſanctis beatificatis,
aut canonizatis, quia ſi loqueretur de
non canonizatis, eſſet contrarium Conci-
lio Lateranenſi.

Ad doctrinam Barboſę loco citato re-
ſpondet; quod licet verum ſit, Conci-
lium Tridentinum generaliter loqui in
ſupracitato decreto, ſcilicet, de reli-
quijs, & miraculis hominis defuncti, non
canonizati, & Sancti canonizati, tamen
ſingula ſingulis congruè ſunt referenda,
& ſecundum diſpoſitionem iuris ſunt in-
telligenda; videlicet, vt miracula, &
reliquias hominis non approbati ab Ec-
cleſia poſſit Epiſcopus examinare, & ſu-
per ijs capere informationes, & cogno-
ſcere, cuius defuncti ſint reliquiæ, ſed
ſed non poſſit iudicare ſuper illis incon-
ſulto Romano Pontifice, & directe, vel
indirecte declarare talem defunctum eſſe
ſanctum, vel feciſſe vera miracula, vel
permittere, vt eius reliquijs cultus pu-
blicus exhibeatur. Quia hoc eſt contra
textum *in cap. 1. de reliq. & venerat. San-
ctor.* De miraculis verò, & reliquiis San-
cti canonizati poſſit non ſolum capere in-
formationes, ſed etiam approbare, & fa-
cta recognitione, quod reliquiæ ſint ta-
lis Sancti canonizati, poſſit adhibitis
Theologis, & pijs viris, permittere pu-
blicum cultum, & venerationem, abſque
alia Sedis Apoſtolicæ facultate. Vt etiam
aduertit, loquens ante Concilium, *Ia-
cob. Caſtellan. de canon. quæſt. 3.* Vbi quod
ad ſolum Pontificem ſpectat, approba-
re reliquias, de nouo inuentas, quando
dubitatur, an ſint alicuius Sancti canoni-
zati, ad finem, vt fideles eas venerari pu-
blice poſſint, iuxta diſpoſitionem *cap. 2.
de reliq. & vener. Sanct.*

Cum Felice Conteloro conuenit *For-
tunat. Scacch. de not. & ſign. ſanctitat. ſect. 8.
3 cap. 1. verſus finem:* Vbi veriorem dicit ſen-
tentiam, & tanquam tutiorem tenendam;
non licere Epiſcopis noua miracula ali-
cuius vita functi, nondum canonizati,
approbare: fretus diſpoſitioni *dicti cap.
audiuimus de reliqu. & venerat. ſanct. & di-
cta Bulla Leonis Decimi in Concilio Latera-
nenſi 14. Kalen. Ianuarij 1516.*

Subdens, totam Barboſæ doctrinam
fundari in nullitate à ſe aſſerti decreti Sa-
cræ Congregationis Concilij, cui ex alio
Decreto edito, & publicato eiuſdem Sa-
4 cræ Congregationis nulla fides adhi-
benda eſt, ſicut nec vllis decretis, niſi fue-
rint ab eadem Sacra Congregatione for-
maliter publicata, & de mandato eiuſdem
Sacræ Congregationis impreſſa.

Ruere etiam Barboſa doctrinam ex eius
lapſu in voce *Sanctos*. Nam ſicuti ante
Canonizationem nemo, quantumuis Dei
ſeruus, ſancti dici poteſt; ita pariter mi-
racula ab Epiſcopis probari nequeunt,
niſi ſeruatis ſeruandis, quæ ab aliquo ca-
nonizato facta traduntur.

Quæ tamen vltima verba *Scacchi* nihil
facere videntur contra *Barboſam*, quia
eius opinio non fundatur in verbo *San-
ctos*, ſed in verbis Concilij, in quibus nõ

habetur hoc verbum *Sanctos*, ſed dicitur ſimpliciter, nulla eſſe noua admittenda miracula, niſi eadem recognoſcente, & approbante Epiſcopo, adhibitis in conſilium Theologis, & alijs pijs viris.

5 Quare vt poſt tantorum virorum opinionem, noſtram proferamus ſententiam, cum nulla ſit difficultas, quin Epiſcopus approbare poſſit miracula, & reliquias Sanctorum Canonizatorum, ſeruata forma à Tridentino præſcripta, ſed tota difficultas reducatur ad miracula,& reliquias ſeruorum Dei non canonizatorum.

6 Dicimus primo,ſi agatur de ſeruis Dei, qui cultu immemorabili non gaudent, nulla eſt difficultas, ab Epiſcopis miracula, quæ eorum interceſſione patrata dicuntur, approbari non poſſe, quia hoc eſſet approbare diuina teſtimonia de eorum ſanctitate, & qualiter Deus innuat, ijſdem in Eccleſia militanti cultum, & venerationem deberi,quod idem in ſubſtantia eſt, ac canonizare, cum autem Epiſcopi Canonizare non poſſint, vt concordant omnes de materia ſcribentes, indubitati iuris eſt, quod neque miracula non Canonizatorum approbare valeant.

Ac proinde circa huiuſmodi Dei ſeruos poſſunt tantum conficere proceſſus ſuper eorum vita, ſanctitate, & miraculis, ad effectum illos tranſmittendi ad Sedem Apoſtolicam,& ipſius iudicium expectandi, vt monet praxis.

7 Quos quidem proceſſus conficere ſolummodo poterit antequam Sedes Apoſtolica manus apponat. Etenim poſtquam ipſa Sedes Apoſtolica manum appoſuerit, non poterit Ordinarius amplius quoquomodo ſe intromittere, nec etiam ad effectum conficiendi particularem proceſſum ſuper cultu non adhibito,quia formandus erit per eum, cui per ſummum Pontificem, vel per Sacram Rituum Congregationem huiuſmodi facultas fuerit delegata; vt diſponitur ad litteram in Decretis Generalibus, infra *part.5.cap.2.num....*

8 Dicimus ſecundo. Si agatur de Seruis Dei, qui, gaudent cultu immemorabili, diſtinguendum eſſe. Si enim in cauſis eorumdem Seruorum Dei, qui gaudent cultu immemorabili, Sedes Apoſtolica manus appoſuerit, indubitatis iuris eſt,Epiſcopos in approbandis eorum miraculis ſe intromittere non poſſe, obſtantibus Decretis Generalibus *lo.ſupra cit.*dictio enim, *quoquomodo*, ijſdem decretis appoſita, eſt vniuerſalis, comprehendens omnem modum,qui excogitari poteſt.*Gratian.Marchi deciſ.51.num.25.Rota deciſ.505.num.19. p.1.diuerſ. Flamin. Pariſ. de confiden. beneſ. qu. 34. num.* 48. comprehendatque omnes caſus,etiam requirentes ſpecialem expreſſionem. *cap qui ad agendum de procur. in 6. Rota deciſ.106.num.1.p.1.diu.*

9 Si vero Sedes Apoſtolica manus non appoſuit, nec præceſſit ipſius Ordinarij ſententia ſuper cultu immemorabili, & caſu excepto a Decretis,non poterit pariter Ordinarius approbare miracula, quia vt diximus ſupra, approbatio miraculorum eſt comprobatio diuini teſtimonii de ſanctitate Serui Dei, & qualiter velit, vt eidem Dei ſeruo in Eccleſia militãte cultus, & veneratio debeatur. Propterea eſſet contra diſpoſitionem textus *in cap. audiuimus de reliq. & venerat. ſanct.* & Decretorum Generalium prohibentiũ quemcumque publicum cultus, & venerationis ſignum Seruis Dei, à Sede Apoſtolica non canonizatis, vel Beatificatis, vt ex eorumdem Decretorum, & Breuis Apoſtolici lectura.

10 Quatenus verò,ſeruatis ſeruandis,præceſſerit ſententia eiuſdem Ordinarij ſuper cultu immemorabili,& caſu excepto à ſupradictis decretis, nulla videtur adduci poſſe difficultas, cur non poſſit idem Ordinarius approbare miracula Serui Dei, de cuius immemorabili cultu, & veneratione iam conſtat; Primo quidem quia in iiſdem Decretis Generalibus declarat Summus Pontifex, ſe in aliquo præiudicare nolle, neque intendere iis, qui per immemorabilem temporis curſum celebrantur, ac proinde neque præiudicare intendit ſupra recenſitæ diſpoſitioni Sacri Concilii Tridentini, de facultate Epiſcoporum approbandi miracula; Dictio enim
11 *aliquid* eſt vniuerſalis, & omnem caſum comprehendit, *Barboſ. in tract. var. dict.* 22.*num.*1. Prætereà ceſſat ratio, de non exhibendo cultum non canonizatis, vel non beatificatis inconſulta Sede Apoſtolica; cum enim ab Ipſa Sede Apoſtolica excipiantur huiuſmodi caſus cultus immemorabilis, neceſſario excipitur etiam approbatio miraculorum ſeruorum Dei,
12 qui cultu immemorabili gaudent *cap.prudentiam §. ſi vero,de offic. deleg.* vbi notant Doctores, quod delegata cauſa principali, cenſentur etiam delegata acceſſoria,quem textum ad id notauit *Alberic. in leg. cum*

prin-

principali ff. de regul. iur. Decian. de ſen. conſ. 186. *in princip.* vbi conceſſa ſepultura cenſetur conceſſa celebratio pro defunctis, & delatio mortui proceſſionaliter. *Roman. conſ.* 330. *num.* 13. *in fin.* vbi quod hoc habet locum, etiamſi acceſſorium ſit dignius, quam principale.

13 Notandum vero, ex verbis Concilii Tridentini loco ſupra citato, *nulla admittenda noua miracula, niſi eadem cognoſcente, & approbante Epiſcopo*; debere Epiſcopum, in huiuſmodi miraculorum approbatione, non ſolum ſeruare diſpoſitionem *cap. venerabili de teſtib.* ſed omnino ſeruare diſpoſitionem Decretorum Generaliũ deputando Promotorem fidei, ſeu Eccleſiæ, qui citetur in omnibus actibus, & det interrogatoria, ſuper quibus de more examinentur teſtes pro miraculis inducti; audiatur in Congregatione Theologorum, & aliorum piorum virorum, quos ad hoc Epiſcopus congregauerit, & data illi copia proceſſus, ſeu communicato originali, faciat ſuas oppoſitiones. Alias approbatio huiuſmodi miraculorum erit informis, & fortaſſe apud ſedem Apoſtolicam, quatenus exhiberentur huiuſmodi miracula pro obtinanda Canonizatione, in nulla conſideratione haberentur, niſi prius per eamdem Sedem Apoſtolicam ſanato proceſſu.

14 Quod attinet ad Reliquias, eodem modo diſcurrendum videtur, ſicuti de miraculis; diſtinguendo reliquias Sanctorum Canonizatorum, vel beatificatorum, a reliquiis Seruorum Dei, qui non ſunt canonizati, vel beatificati; & ſubdiſtinguendo reliquias eorum, qui gaudent cultu immemorabili, ab his, qui huiuſmodi cultu non gaudent.

15 Aduertendo tamen, difficillimum eſſe, vel potius impoſſibile, iudicare ſuper identitate Reliquiarum, quia ad habendam phyſicam identitatem, duo teſtes deponere deberent, tale os, ex. gr. deſumptum fuiſſe ex corpore talis Serui Dei, ab ipſis cogniti, ipſis præſentibus, & videntibus, & ipſis pariter præſentibus, & videntibus fuiſſe repoſitum in tali loco, à quo nunquam fuit remotum, quod ipſi ſciunt, nec potuiſſe vllo vnquam tempore, vel temporis momento remoueri, quin ipſi ſciuiſſent, concludentiſſimas rationes reddendo. Quod in cauſa recognitionis reliquiarum an vnquam obtineri poſſit, me remitto practicorum iudicio. Ac proinde cum de identitate reliquiarum haberi non poſſit niſi certitudo moralis, in decreto approbationis reliquiæ addendum eſſet verbum, *habitæ* vel aliud ſimile, per quod excluderetur approbatio phyſicæ identitatis.

SVMMARIVM.

Argumentum quod fieri ſolet contra Canonizationem num. 20. *ſolutio num.* 22. *& ſeqq.*

Canonizatio ſpectare videtur ad ea, quæ ſunt fidei num. 17.

Canonizatio in quo genere actionum Papæ ponatur num. 18.

Canonizationum cauſæ partim contentioſæ, partim non, num. 21.

Canonizationi Sanctorum in parte definitiua non poteſt ſubeſſe falſitas, num. 22. *vtrum in parte contentioſa, num.* 23.

Eccleſia in Canonizationibus vtrũ errare poſſit? opinio Auguſtini de Ancona, n. 1. *Sancti Antonini num.* 6. *Maluetij, n.* 8. *Caſtellini n.* 13.

Eccleſia vniuerſalis, vel particularis an errare poſſint, num. 2.

Eccleſia in canonizando vtitur humanis teſtimonijs, num. 15.

Eccleſia in his, quæ ſunt fidei errare non poteſt, num. 16.

Errare quid ſit, num. 11.

Falſitas in quo conſiſtat, num. 5.

Falſitas duplex, num. 25.

Iudicium Eccleſiæ debet conformari iudicio Dei, num. 10.

Iudicium Eccleſiæ in quibus fallat, & fallatur, num. 7.

Iudicium duplex in hominibus, & in Papa, & in Cardinalibus dari poteſt, num. 4. 6. *&* 7.

Multa corpora Sanctorum honorantur in terris &c. declaratur, num. 19.

Nemo poteſt eſſe certus de ſua, vel alterius ſalute, num. 4.

Opera communia bonis, & malis non indicant ſanctitatem, num. 2.

Opera ſua, vel alterius, an ſint Deo accepta, nemo ſcire poteſt, num. 3.

Sciri quæ dicantur, num. 12.

Teſtimonijs humanis poteſt ſubeſſe falſitas, quomodo intelligatur, num. 24.

CAPVT XXX.

Vtrum Canonizationi Sanctorum poſſit ſubeſſe falſitas?

PRimus omnium, quem de hac materia tractaſſe viderim, fuit *Auguſtinus de Ancona*

cona

tona, qui natus ſub Pontificatu Innocen-
tii Quarti, obiit Neapoli, octogenario
maior anno 1328. *Hic in tractat. de poteſt.*
Eccleſ. quæſt. 14. *art.* 4. proponit dubium.
1 Vtrum Papa canonizando aliquem ſan-
ctum errare poſſit? Et adductis tribus ar-
gumentis pro affirmatiua. Primò videli-
cet, quia ſola charitas diuidit inter filios
Regni æterni, & filios perditionis æternę.
D. Auguſt. 15. *de Trin. cap.* 18. ſe autem, vel
alium habere charitatem, nemo certitu-
dinaliter ſcire poteſt, iuxta illud, Neſcit
homo vtrum amore, vel odio dignus ſit,
Eccleſ. 9. Secundo quia opera quæ ſunt cō-
2 munia bonis, & malis, ſicuti ieiunia, ora-
tiones, eleemoſynæ, & huius generis alia,
non poſſunt infallibile teſtimonium per-
hibere de ſanctitate alicuius. Et tertio,
quia nullus ſcire poteſt, an ſui ipſius, vel
alterius opera ſint Deo grata, & accepta;
3 Pro negatiua adducens illud *Luc.* 22. Ego
rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides
tua, & tu aliquando conuerſus confirma
fratres tuos; concludit, Papam ſecundum
præſentem iuſtitiam canonizando, haben-
tem pro teſte exteriorem euidentiam, er-
4 rare non poſſe. Quod probat dicendo, du-
plex iudicium in homine dati poſſe; Pri-
mum ſecundum præſentem iuſtitiam; &
aliud ſecundum æternam ſententiam. Dif-
ferentia eſt autem inter iſta duo iudicia,
quia primo iudicio iudicat homo, habens
pro teſte exteriorem euidentiam, ſecun-
dum illud, *Ioann.* 7. nunquid lex noſtra
iudicat hominem, niſi ab ipſo audierit
prius, & cognouerit quid faciat. Alio
iudicio iudicat Deus, habens pro teſte
interiorem conſcientiam, quia homo vi-
det, quæ foris apparent, Deus autem in-
tuetur cor, 1. *Reg.* 16. Alia differentia eſt,
quia in primo iudicio, dato, quod non
inueniatur, quid reprehendat homo, &
quid culpabile ſit per hominem iudican-
tem, poteſt tamen inueniri, quid repre-
hendat Deus, & quid culpabile ſit in con-
ſpectu Dei. In ſecundo vero iudicio nihil
inuenitur reprehenſibile, nec culpabile,
neque per Deum, neque per hominem.
Quam differentiam ponit *D. Auguſt. in*
Pſalm. 42. vbi ait, quod difficile eſt, pur-
gatam vitam alicuius inueniri, quia ſi iam
probata eſt eius vita inter homines, vt
non habeat, quid iam reprehendant homi-
nes iuſte, inuenit tamen in homine, quid
reprehendat Deus, qui nouit ad liquidū,
& purum iudicare. Papa ergo canonizan-
do aliquem ſecundum præſentem iuſtitiā,
non errat, quia ſic credit eum ſanctum
eſſe, vt informationem recipit ſecundum
allegata, & probata ſibi. Dicit autem
Diuus Auguſtin. in Epiſtola ad Seuerum
5 Abbatem, *Epiſt.* 35. *tom.* 2. qui ſic credit,
vt loquitur, etiam ſi falſa loquatur, fide-
liter loquitur; qui autem non credit, quæ
loquitur, etiamſi vera loquatur, infideli-
ter loquitur, quantumcumque igitur Pa-
pa non vera approbet canonizando, vel
approbando aliquem ſanctum, ex quo fi-
deliter, & vere approbat ſecundum infor-
mationem ſibi factam, non errat. Hæc
Auguſtinus de Ancona, cuius ſicuti pla-
cet ſententia negatiua, quod Papa in Ca-
nonizatione Sanctorum errare non poſſit;
eius tamen probatio non videtur conclu-
dens.
6 Idem dubium proponit *D. Antonin. in*
ſumm. par. 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 2. ſed ſub di-
uerſis verbis, ſcilicet, vtrum Eccleſia
poſſit errare, Canonizando eum, qui non
eſt Sanctus. Et reſpondet cum *Ioann. de*
7 *Neapoli, in quodlib.* 11. Quod ea, quæ
facit Papa cum Cardinalibus, ſunt du-
plicis generis; quædam enim ſunt, &
pertinent ad particularia facta particula-
rium hominum, vt ſunt collationes bene-
ficiorum Eccleſiaſticorum, & promotio-
nes ad gradus, & dignitates, & ſententiæ
iudicialiter latæ pro aliquibus, vel con-
tra aliquos, & in talibus Papa poteſt er-
rare. Et ratio eſt, quia cum ſit purus
homo, & viator, & non confirmatus in
gratia, inordinatè poteſt affici ad aliquos,
vel contra aliquos. Et poteſt decipi per
falſas probationes, & atteſtationes, ex
quibus procedit in huiuſmodi, & ſic po-
teſt errare *D. Thom. quodlib.* 9. *quæſt.*, *vlt.*
artic. vlt. Et ad hoc facit *cap. à nobis de*
ſent. excomm. quod iudicium Eccleſiæ,
& fallit, & fallitur. Quædam alia ſunt,
quæ facit Papa, pertinentia ad ſtatum
vniuerſalem totius Eccleſiæ, vel quantum
ad fidem, vt ſunt determinationes, & de-
clarationes, quæ ſpectant ad fidem, &
articulos, & Eccleſiæ Sacramenta, &
omnia alia contenta in Sacra Scriptura;
ſiue quantum ad bonos mores, vt ſunt
ſtatuta, decreta, & decretales; & in ta-
libus dicendum eſt, quod licet abſolute,
penſatis ſolis perſonis Papæ, & Cardina-
lium, Papa cum ipſis poſſit errare; ſup-
poſita tamen Diuina prouidentia, creden-
dum eſt, Papam errare non poſſe; quia
Chriſtus

Chriſtus orauit pro Eccleſia, *Luc. 22.* Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et dicere, quod in huiuſmodi Papa errare poſſet, eſſet Hæreticum *D. Thom. loc. cit.* & facit, quod dicitur *in cap. A recta fide 24. quæſt. 1.* Et ad iſtud ſecundum genus dicit pertinere Canonizationem Sancti, vt exemplar, & fidei, vt Sanctæ vitæ, & ab omnibus adorandi, & in neceſſitatibus ſuis inuocandi.

8 Eamdem ſententiam tenuerunt omnes de materia ſcribentes. Etenim *Troil. Maluet.* poſita concluſione; quod in Canonizatione Sanctorum Eccleſia errare non poſſit, confutando contrarium te-
9 nentes, concedit quidem de Eccleſia particulari, quod aliquando poſſit errare, *vt in cap. à nobis, il primo de ſent. excommunicat.* Secus autem de Eccleſia vniuerſali, quæ errare non poteſt, ſecundum *Scriben. in cap. 1. de ſumm. Trinit.* voluit *Do. de Sanct. Gemin. in cap. Anaſtaſius 19. diſtinct.* facit *cap loquitur, & cap. Recta vbi gloſſ. not. 24. quæſt. 1.* quamuis *Abb. in dicto cap. à nobis in 2. notab.* dicat, idem eſſe in vniuerſali Eccleſia; per illum *text.* indiſtinctè loquentem, & quia eadem ſit ratio in Eccleſia vniuerſali, quæ eſt in particulari, ac proinde idem *Ius, l. illud ff. ad leg. Aquilian, & in cap. translato de conſt.* Nam, & Concilium generale, per quod repræſentatur Eccleſia vniuerſalis, bene poſſet errare, excommunicando forte Prælatum, qui non erat excommunicandus ex latente cauſa: Ad iura autem in contrarium adducta reſpondet Abbas verum eſſe, quod pro hoc tantum orauit Chriſtus ad Patrem, vt in Eccleſia vniuerſali non poſſit errare in fide, nec in articulis fidei: iuxta Euangelium *Matth.* Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, *vt in cap maiores*, cum ibi notatis de *Baptiſm.* & *Luca 22 cap. & eſt text. in cap. 1. in fine 21. diſt. & idem Abb. in dicto cap. maiores in ſecunda column.*}

10 Et ex prædictis ſecundum eumdem Abbat. poteſt ſolui contrarium, quod formari poſſet, ſcilicet iudicium Eccleſiæ debere conformari Iudicio Dei, *cap. vt noſtrum, vt Eccleſiaſtica beneficia*, ac propterea ſicut Deus non iudicat aliquem iniuſte, ita nec Eccleſia, quia Eccleſia in quantum poteſt debet ſe Deo conformare. Attamen aliquando non poteſt, vt in occultis, quia Deus ſequitur veritatem, quæ non latet eum, ſed aliquando latet Eccleſiam.

. Verum quidquid ſit, ſiue ſimus in Eccleſia particulari, ſiue in vniuerſali, quæ repræſentatur à Papa, & Collegio Cardinalium, *vt in cap. Eccleſia habet Senatum 16. quæſt. 1.* ſiue ſimus in Papa ſolum Canonizante, ſeu Canonizantibus Sanctum, probata vitæ integritate Canonizandi, eiuſque miraculis, cum qualitatibus re-
11 quiſitis, non poterit dici, in tali Canonizatione fuiſſe erratum, nam errare nihil aliud eſt, quam aliud pro alio putare, *cap. 12. cap. quibus 12. qu. 2 & eſt gloſſ. relata ad textum in cap. quamuis 38. diſt.* ſed præcedente probatione Sanctitatis vitæ, & miraculorum, Eccleſia non poteſt putare vnum pro alio, quia hoc eſſet craſſum, & ſupinum nimis, cum ipſa probatio miraculorum concludat violentam præſumptionem Sanctitatis, & ſic non ſolum excludat errorem; imò includat
12 ſcientiam, ſcire enim dicimus, non ſolum quæ videmus, ſed etiam, quæ ab alijs audimus *cap hoc videtur 22. quæſt. 5.* item ea, quæ non ambigimus, ſed vehementer opinamur *l. 2. §. idem labeo ff. de aqu. pluu. arc.* & ideo dixit *Bartolus in l. qui bona §. ſi alieno de damn. infect. circa fin.* quod qui iurat dicere veritatem, non intelligitur de veritate, quæ ſenſu percipitur, licet ſecus ſit in teſte. Ex quo ſequitur, quod Eccleſia, cui fuerit facta talis probatio Sanctitatis vitæ, & miraculorum, non poterit putare vnum pro alio, & per conſequens errare non poterit. Hęc ſecundum *Maluetium*.

Latius verò materiam tractat *Iacob. Caſtellan. de Canon. Sanctor. quæſt. vlt. princip.* in hunc qui ſequitur modum. Quæritur
13 vltimò, an Eccleſia Romana in Canonizatione poſſit errare? *gloſſa in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor. lib. 6.* ſentit, quod ſic, licet credendum non ſit: dicit enim, ſi Eccleſia in Canonizatione erraret, quod non eſt credendum: licet accidere poſſet *cap. à nobis 2. de ſent. excommunic.* nihilominus preces in honorem talis gratæ, & acceptæ forent. nam per fidem Chriſti omnia purgantur, *de cohabit. Cler. & mulier cap. veſtra:* & eſto quod veritas Canonizationis deficiat, non deficit fides, *de Baptiſm. cap. debitum, de presbyter. non Baptizato cap. 2. & 3. & Innoc. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctor.* dicit etiamſi Eccleſia erraret: quod non eſt credendum: tamen preces bona fide porrectas Deus acceptaret *arg. 32. diſtinct. §. verum,*

rum, & 15. quaſt. vlt. cap. fin.

Pro hac opinione videtur textus expreſſus in dicto *cap. à nobis 2. de ſent. excommunicat.* vbi iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur: iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur: quam & fallere ſæpè contingit, & falli.

14 Secundo facit: quia ſi homo non poteſt eſſe certus de ſe ipſo, vtrum ſit in ſtatu ſalutis, dicente *Eccleſ. 9. cap.* neſcit homo an odio, an amore dignus ſit: & Beatus Iob dixit: etiamſi ſimplex fuero: hoc ipſum ignorat anima mea: vt legitur in *cap. fin. de purg. Canon.* multo minus Papa poſſe hoc ſcire videtur. Nemo enim poteſt eſſe ita certus de ſtatu alicuius: ſicut ipſemet de ſe: quia quæ ſunt hominis nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt, vt dicitur *1. ad Corinth. 2.* & refert *Sanctus Thom. in quodlib. 9. art. 1.*

Tertiò facit illa auctoritas Gregorij, quæ vulgo allegatur: multorum corpora veneramur in terris, quorum animæ cruciantur in tormentis: vt colligitur in Dialogo ex *cap. 42.*

15 Quartò: quia Eccleſia in Canonizatione nititur teſtimonio humano, cum per teſtes inquirat de vita, & miraculis Canonizandi *cap. venerabili de teſtib.* quod teſtimonium eſt fallibile: vndè illud ſæpè manus fallitur, & oculus obſtetricum, *de prob. cap. cum cauſam 27. quaſt. 1. cap. nec aliqua.*

16 In contrarium facit, quia Eccleſia Romana, & Papa in iudicio, & determinatione eorum, quæ ſunt fidei, errare non poteſt; dicitur enim *Luca 22.* ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & legitur *in cap. maiores in princip. de Baptiſmo.* Ad hoc facit *24. quaſt. 1. cap. hæc eſt fides, & cap. memor. & cap. in Sede Apoſtolica. & cap. à Recta*, eſt enim prima Apoſtoli Petri Sedes Romana Eccleſia non habens maculam, neque rugam, neq; aliquid huiuſmodi dicitur, *21. diſt. in cap. quamuis*, quæ omnia latiſsimè, & eleganter deducit *Ioann. de Turrecremata Cardinalis Sancti Sixti in ſumma de Eccleſia in 2. libro cap. 109. & 110. & in cap.*

17 *hæc eſt fides* præallegato, ſed Canonizatio videtur ad fidem pertinere; quia honor, quem Sanctis exhibemus; quædam profeſsio fidei eſt: qua Sanctorum gloriam credimus, ſecundum *Sanctum Thom. quodlib. 9. art. vlt.* & Sancti proponuntur ab omnibus adorandi, & in neceſſitatibus inuocandi, & in exemplar fidei, ſecundum *Ioann. de Neapoli in quodlib.* 1. & quia miracula, de quibus inquiritur in Canonizatione, debent eſſe ad fidei corroborationem ſecundum *gloſſ. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctor. lib. 6.* ergo Eccleſia in Canonizatione Sanctorum non poteſt errare.

Ideo *Sanctus Thomas in quodlib. 9. art. vlt.* dicit quod aliquid poteſt iudicari poſſibile ſecundum ſe conſideratum, quod relatum ad aliquod extrinſecum, impoſſibile inuenitur. Igitur iudicium eorum, qui præſunt Eccleſiæ, poteſt errare in quibuslibet, ſi perſonæ eorum tantum reſpiciantur, ſi verò conſideretur Diuina prouidentia, quæ Eccleſiam ſuam Spiritu Sancto dirigit, vt non erret, ſicut promiſit, *Ioann. 14.* quod ſpiritus adueniens doceret omnem veritatem, de neceſſarijs, ſcilicet ad ſalutem, certum eſt, quod iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent impoſſibile eſt, vnde magis eſt ſtandum ſententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam quorumlibet ſapientū hominum in ſcripturis opinioni, cum Cayphas quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam inſcius propheta ſſe.

In alijs verò ſententijs, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de poſſeſſionibus, vel de criminibus, vel de huiuſmodi, poſſibile eſt, iudicium Eccleſiæ errare propter falſos teſtes.

Canonizatio verò Sanctorum medium eſt inter hæc duo. Quia tamen honor, qui Sanctis exhibetur, quædam profeſſio fidei eſt, qua Sanctorum gloriam credimus, pie credendum eſt, quod nec etiam in his iudicium Eccleſiæ poſſit errare.

Concludit igitur Sanctus Thomas, pie credendum eſſe, Eccleſiam in Canonizatione Sanctorum errare non poſſe, licet accidere poſſit propter medium fallibile teſtimonij humani, & ſic concordat cum *gloſ. & Innocent.* in locis præmiſſis. Vnde *Dominus Felin. in cap. venerabili de teſtib.* malè allegat Sanctum Thomam, dum allegat eum contra *gloſ. & Innocent.* licet ipſe ſequatur etiam hanc opinionem, & in eamdem videtur inclinare Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florent. de quo Canonizando nunc agitur per Sanctiſſimum Leonem Decimum,

in 3.

in 3. par. in tit. de reliquijs, & Auguſt. de Ancona in lib. de Eccleſiaſtic. poteſtat. in quaeſt. 14. artic. 4. & in 17. quaeſt. artic. 4. & moderni Summiſtæ Ordinis Prædicatorum;

18 Sed Ioannes de Neapoli *in quodlib.* 11. ponit Canonizationem in ſecundo genere eorum, quæ fiunt per Papam, ideſt in pertinentibus ad fidem, & vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum, atque ita diſtinguit.

Ea quæ facit Papa cum Cardinalibus ſunt duplicis generis, quædam pertinent ad particularia facta particularium hominum, vt ſunt collationes beneficiorum, & promotiones ad gradus, & dignitates, & ſententiæ iudicialiter latæ pro aliquibus, vel contra aliquos, & in talibus Papa poteſt errare. Ratio eſt, quia cum ſit purus homo, & viator, & non confirmatus in gratia, poteſt inordinatè affici ad aliquos, vel contra aliquos, & poteſt decipi per falſas probationes, & atteſtationes, ex quibus in huiuſmodi procedit, ſecundum Sanctum Thomam *dicto quodlib. 9. artic. vlt.* & facit *cap. à nobis 2. de ſentent. excomm.* vbi iudicium Eccleſiæ & fallit, & fallitur.

Quædam alia ſunt, quæ facit Papa pertinentia ad ſtatum vniuerſalem totius Eccleſiæ, vel quantum ad fidem: vt ſunt determinationes, & declarationes, quæ ſpectant ad fidem, & articulos, & Eccleſiæ Sacramenta, & omnia alia contenta in Sacra Scriptura.

Vel quantum ad mores bonos, vt ſunt ſtatuta, decreta, & decretales, & in talibus dicendum eſt, quod licet abſolutè penſatis ſolis perſonis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipſis poſſit errare. Suppoſita tamen Diuina prouidentia, & Spiritum Sanctum loqui per Eccleſiam, credendum eſt, Papam non poſſe errare, quia Chriſtus orauit pro Eccleſia, *Lucæ* 22. ego pro te rogaui Petre, ne deficiat fides tua: & dicere quod in huiuſmodi erraret, eſſet Hæreticum: Ad hoc facit 24. *quaeſt.* 1. *à recta*, & ad hoc ſecundum genus dicit præfatus *Ioann. de Neapoli* pertinere Sanctorum Canonizationem, quia per Canonizationem proponuntur Sancti, vt exemplar fidei, & ſanctæ vitæ, ab omnibus adorandi, & in neceſſitatibus inuocandi.

Et hanc opinionem, quod Eccleſia Romana in Canonizatione Sanctorum errare non poſſit, ſicut nec in determinatione eorum, quæ ſunt fidei, aut ad Sacramenta Eccleſiæ pertinent, tenet *Ioann. de Turrecremata Cardinalis Sancti Sixti in cap. hæc eſt fides 24. quaeſt.* 1. *& in ſumma de Eccleſ. in 2. lib. in cap.* 110. *&* 111. *&* 109. vbi hoc late deducit per excellentes rationes, & auctoritates, pro qua faciunt ea, quæ ſunt adducta ſupra contra *gloſ. & Innocent.*

Et tenendo hanc opinionem, vt magis piam, & magis pro religione facientem, *arg. l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Ad *cap. à nobis 2. de ſentent. excommun.* ex ſuperioribus reſponſum eſt.

Ad ſecundum, ſecundum Sanctum Thomam *in dicto quodlib. 9. art. vlt.* dicitur, quod Romanus Pontifex, cuius eſt Canonizare Sanctos, poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum, & præcipuè per inſtinctum Spiritus Sancti, qui omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

19 Ad tertium dicitur, quod illa auctoritas, multorum corpora veneramur in terris, quorum animæ cruciantur in tormentis, debet intelligi de priuata veneratione, non publica: ideſt non præcedente Canonizatione, & approbatione Romanæ Eccleſiæ, alias per ſupradicta nõ procederet, & quod ſic intelligi debeat, tenet *Franc. de Pauuin. in relat. S. Bonauenturæ in 2. par. in penult. quaeſtione.*

Ad quartum dicitur ſecundum Sanctum Thomam *in dicto quodlib. 9. art. vlt.* quod Diuina prouidentia præſeruat Eccleſiam, ne in Canonizatione per fallibile teſtimonium hominum fallatur, facit quia promiſit *Ioann.* 14. quod ſpiritus adueniens docebit omnem veritatem, facit etiam *Lucæ dicto cap.* 22. ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: opinio tamen *Sancti Thomæ, & gloſ. & Innocent.* communior eſt, ſed aliorum magis pia. Huc uſque Iacobus Caſtellanus.

Horum quatuor antiquiorum ſententias, concluſiones, & auctoritates ſecuti ſunt, *Contelor. de Canon. Sanctor. cap.* 10. *per tot. Lucas Caſtellin. de certitud. glor. Sanctor. cap. 7. punct 9. & ſeqq. & in tract. de dilat. fol. 89. & ſeqq. Angel. Rocch. in comment. de Canon. Sanctor. cap.* 40. & alij quotquot huiuſmodi quæſtionem principaliter, vel incidenter tractarunt, concludendo quod in Canonizatione Sanctorum Eccleſia non poſſit errare, ſicuti Nos etiam tenemus, credimus, & indubitanter affirmamus.

Kkk Verum

Verum licet abſque hęſitatione tenendum ſit, in Canonizatione Sanctorum Eccleſiam errare non poſſe, à nullo tamen ex ſupracitatis Doctoribus vidi ſolutum argumentum, quod contra hanc certitudinem non ſolum ab Hæreticis, ſed etiam à bene ſentientibus fieri ſolet, nempè.

20 *Canonizatio Sanctorum innititur humanis teſtimonijs*

Humanis teſtimonijs poteſt ſubeſſe falſitas.

Ergo Sanctorum canonizationi poteſt ſubeſſe falſitas.

21 Cui argumento, vt adæquate reſpondeamus, rememoranda ſunt, quæ diximus ſupra hac eadem *par. 4. cap 1. in princip* Videlicet Canonizationum cauſas eſſe pro parte contentioſas, & pro parte non contentioſas, itaut pars contentioſa ſit ab introductione cauſæ, vſque ad vltimum decretum, quo ſacrorũ Rituum Cõgregatio declarat; cauſam eſſe in terminis, vt quandocumque Sanctiſſimo placuerit ad ſolemnem Canonizationem deueniri poſſit; diciturque, & eſt vere contentioſa, quia ſuper omnibus dubijs, articulis, emergentibus, & dependentibus, proceditur in forma iudicij contentioſi, ſeruatis, ſeruandis, citato, & audito in omnibus Domino fidei Promotore.

Pars verò non contentioſa, & quam diximus appellari definitiuam, ex ſola illuminatione Spiritus Sancti procedentem, eſt totum reliquum, quod agitur poſt ſupradictum vltimum Decretum Sacræ Rituum Congregationis, ſcilicet imploratio Diuinæ Clementiæ, & illuminationis Spiritus Sancti, in publicis Conſiſtorijs, quatenus, in Summi Pontificis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum conſilio Sanctitas ſua in tanto negocio ſit vſura, mentibus inſpirare dignetur ea, quæ Diuinæ Maieſtati ſuæ ſunt placitura, neque Eccleſiam ſuam in re tanti ponderis errare permittat, Ac cæteri actus, qui ſequuntur vſque ad ipſum vltimum definitiuum Canonizationis decretum, ore proprio Summi Pontificis Chriſti Vicarij prolatum.

22 Hac poſita incontrouertibili diſtinctione, vt ſupra extenſo argumento reſpondeamus, quod attinet ad vltimam partem, quam definitiuam appellamus, negatur abſolute maior propoſitio, quod *Canonizatio Sanctorum innitatur humanis teſtimonijs*. Quinimò ipſamet Eccleſia, nullatenus dubitans, per humana media non poſſe infallibiliter deueniri in cognitionem, quæ ſit voluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta, ipſum Deum inſtanter, & inſtantiſſime rogat, vt ſi in eius conſpectu talia ſint, quæ ſecundum diuini, ac humani iuris regulas, & ſecundum quod humana fragilitas noſce ſinit, vera eſſe cognouit, nempe vt pro ſancto colatur in Eccleſia militanti, quem humana argumenta colendum eſſe demonſtraut, ad maiorem S. D. M. Gloriam, Eccleſiæ ſuæ incrementum, & populi Chriſtiani vtilitatem, perficere dignetur, ſin minus mentem Summi Pontificis, Petri ſucceſſoris, ac Chriſti Vicarij ab huiuſmodi inceptis dignetur auertere.

Quis autem ex ipſiſmet Hæreticis auderet aſſerere, vt dum Eccleſia Deum rogat pro veritate, ipsã in tenebris ignorantiæ, & falſitatis relinquere velit? Eccleſia enim eſt ipſius Chriſti Sponſa, non habens maculam, neque rugam, eique Chriſtus Dominus, qui eſt ipſa veritas promiſit, Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi *Matth. vlt.* Pater veſter de Cęlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe *Luc.* 11. 13. Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem, *Ioann.* 16. 13. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis *dicto cap.* 16. 23. Et vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum *Matth.* 18. 20

23 Quod autem attinet ad partem contentioſam, conceſſa maiori propoſitione, quod Canonizationum cauſæ nitantur humanis teſtimoniis, pro explicatione huius minoris, *Humanis teſtimonijs poteſt ſu-*
24 *beſſe falſitas*, notanda eſt differentia ſenſus huius propoſitionis, phyloſophice, vel legaliter acceptæ, nam ſecundum phyloſophos indefinita de materia contingenti æquiualet ſingulari. At ſecundum Iuriſtas quælibet indefinita ęquiualet vniuerſali, ſiue ſit de materia neceſſaria, ſiue de materia contingenti. *l. ſi ſeruitus* 24 *ff. de ſeruit. Vrban. præd. l. ſi ita relictum, l. pluribus* 44. *ff. de legat, cap. ſolita de maior. & obed. cap. vt circa, de priuil. Maſcard. de probat. concluſ.* 1181. *cum alijs cumulat. à Barboſ. in tractat. var. axiom.* 123. Ac proinde hæc propoſitio, *Humanis teſtimonijs poteſt ſubeſſe falſitas*, cum ſit de materia contingenti, ſi ſumatur phyloſophice, idem importat, ac aliquibus humanis teſtimonijs poteſt ſubeſſe falſitas, ſi vero ſumatur iuridice, etiamſi ſit de materia con-

tin-

tingenti, valet idem, ac omnibus humanis teſtimoniis poteſt ſubeſſe falſitas.

His ita poſitis, ſi prædicta propoſitio, *Humanis teſtimonijs poteſt ſubeſſe falſitas*, ſumatur phyloſophice, prout æquiualet particulari, & importat idem, ac aliquibus humanis teſtimoniis poteſt ſubeſſe falſitas, nullatenus concludit, Canonizationi ſanctorum ſubeſſe poſſe falſitatem vt de ſe patet, quia ex præmiſſis particularibus non poteſt ſequi concluſio vniuerſalis. Quod ſufficit ad elidendum ſuprapoſitum argumentum phyloſophice ſumptum.

Si vero dicta propoſitio ſumatur ſecundum principia legalia, itaut reſoluatur in vniuerſalem, & idem valeat, ac dicere, omnibus humanis teſtimoniis poteſt ſubeſſe falſitas, eſt ſimpliciter, & abſolute falſa, tam loquendo de falſitate phyſica, quam de falſitate morali.

Etenim quantum attinet ad phyſicam falſitatem, quæ conſiſtit in ſenſuum deceptione, licet plurium hominum poſſit eodem tempore idem ſenſus decipi, ſicuti patet in refractione, quando corpus aliquod continuum & integrum partim ambitur à medio rariori, & partim à medio denſiori, quod omnibus apparet fractum, vel curuum, cum reuera ſit integrum, & rectum, nullius tamen aſpicientis decipitur intellectus, cum omnes ſciant, huiuſmodi effectum naſci ex refractione; & nemo vnquam dicet, tale corpus eſſe fractũ, vel curuum, ſed omnes dicent, fractum, vel tortuum apparere.

25 Ac propterea cum in cauſis Canonizationum non approbetur aliquod factum, niſi ſuper eo deponant plures teſtes conteſtes cum cauſa ſcientiæ, & redditione rationis, & quidem concludentis de eorum dicto, in huiuſmodi cauſis dubitari non poteſt de phyſica falſitate, & ſenſuũ deceptione.

Quod vero attinet ad moralem falſitatem, quæ conſiſtit in mendacio, & poſitiua intentione fallendi, dicta propoſitio eſt etiam ſimpliciter, & abſolute falſa, quia eſt moraliter impoſſibile, non dico plures teſtes, ſed ne vnum quidem velle falſum cum iuramento deponere abſque vlla temporali neceſſitate, vel magna vtilitate, vt placet D. Auguſtino.

Quæ dicta ſint pro reſponſione ſuprapoſito argumento ſpeculatiue, & in abſtracto tantum; quia cæteroqui practice loquendo, & in concreto, impoſſibile eſt, cauſis Canonizationum ſubeſſe poſſe falſitatem, cũ hæ non innitãtur dicto duorũ, vel decem, aut viginti tertium, ſed centum, ducentum, tercentum, & plurium etiam, vt conſtat huiuſmodi cauſas pertractantibus.

Et certe pro Canonizatione Sancti Nicolai de Tolentino examinati fuerunt tercenti ſeptuaginta & vnus teſtis, vt legitur in litteris eiuſdem Canonizationis apud Cherubinum *Bullar. nouo tom. 1. fol. 31*.

Pro Canonizatione Sancti Vincentii Valentini, profeſſoris ordinis fratrum Prædicatorum Sancti Dominici, in ciuitate Neapoli examinati fuerunt viginti octo teſtes; in ciuitate Auenionenſi decem, & octo; in Ciuitate Tolorana quadraginta octo, & in Britannia trecenti, & decem, inter quos nonnulli S. R. E. Cardinales, multi Epiſcopi, & Eccleſiarum Prælati, Rex Aragonum, Plurimi viri nobiles, legum, artium, & Sacræ Theologiæ Baccalaurei, licentiati, doctores, & Magiſtri, vt legitur pariter in Bulla eiuſdem Canonizationis, *Bullar. d. tom. 1. fol. 313. & ſeq.*

Pro Canonizatione Sancti Antonini Archiepiſcopi Florentini fuerunt primo examinati per Rotæ Auditores ſexaginta duo teſtes, deinde per Iudices Commiſſarios alii quadraginta octo, & iterum alii centum quinquaginta & vnus, vt item ex litteris eiuſdem Canonizationis, *Bullar. dicto tom. 1. fol. 553. & ſeq.*

Idem obſeruatum legitur in omnibus, & ſingulis proceſſibus exinde confectis ſuper fama ſanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum Seruorum Dei, de quorum Canonizatione, ac Beatificatione tractatum fuerit, tam in genere, quam in ſpecie; itaut ſemper agatur de effrenato numero teſtium, omni exceptione maiorum, Religioſorum, Sacerdotum, Principum, Magnatum, & ſimilium perſonarum, quarum talis eſt exiſtimatio, vt potius vitam perderent, quam falſum non dico cum iuramento, ſed neque ſine iuramento deponerent.

Ac proinde ſupradicta propoſitio, *Humanis teſtimonijs poteſt ſubeſſe falſitas*, loquendo practice, & in concreto, in cauſis Canonizationum eſt ſimpliciter, & abſolute falſa, quia impoſſibile eſt, plures teſtes, omni exceptione maiores, prout examinantur in huiuſmodi cauſis, cum iura-

mento, & inuocatione diuini teſtimonii, falſa, vel ignota deponere velle contra propriam conſcientiam, & in ipſorum animæ detrimentum, præſertim ſine vlla temporali neceſſitate, vel vtilitate.

Contra quod non vrget dictum Regii Prophetæ, omnis homo mendax, *Pſalm.* 115.2. quia ſic explicatur à gloſſa ordinaria, vt homo ex ſe loquens, nullo habito reſpectu ad Deum, ſit mendax, loquens autem cum Deo, quilibet ſit verax. Cum vero teſtes in cauſis Canonizationum non ex ſe, ſed cum diuini teſtimonii inuocatione, citra vllum humanum finem deponant, ceſſat applicatio ſermnois Prophetæ.

. Si vero attendatur explicatio Nicolai de Lira, Dauid non fuit locutus vt propheta, ſed ſe ipſum arguens, quod nimis præcipitanter credendo Sibæ contra Miphyboſeth, conceſſerat eidem Sibę omnia, quæ fuerunt Miphybocenth, vt habetur 2. *Reg.* 16.

DE

DE CANONIZATIONE SANCTORVM PARS QVINTA.

EXPLICATIS omnibus, quorum cognitio in diſcutiendis Canonizationum cauſis prærequiri videtur, ne quid huic noſtro labori, quod ad materiam attinet, deſideraretur, ſextum caput libri primi cæremonialis Leonis Decimi, Decreta generalia Sanctiſsimæ Inquiſitionis, atque item Decreta Congregationis Sacrorũ Rituũ, quæ poſtea emanarunt, cum quadam inſtructione pro Patrocinãtibus huiuſmodi cauſas in Curia, & pro formandis proceſſibus in Partibus adnectere, non incongruum exiſtimauimus.

SVMMARIVM.

Canonizationis in die, & in ipſa Canonizatione, quæ fiant, num. 16. quæ pro ea præparari debeant, num. 14.

Cera, quæ præparanda, num. 15.

Commiſſio prima extraiudicialis, num. 2. Iudicialis, num. 4.

Interrogatoria tranſmitti debent ad Iudices Delegatos, num. 5.

Miſſa cantatur à Papa, num 19.

Offertorium quomodo fiat, num. 20.

Papæ reſponſio in conſiſtorio, num. 10.

Papæ pronunciatio in canonizatione, num. 17.

Proceſſus committuntur examinandi, primò Rotæ Auditoribus num. 6. poſtea tribus Cardinalibus, num. 7. à quibus referuntur in Conſiſtorio Secreto num. 8. deinde in publico, num. 9. Demum in alio ſecreto, n. 12.

Prothonotarÿ petunt Inſtrumentum ſententiæ, num. 18.

Quæ fiunt in Conſiſtorio publico, num. 11.

Quinam interueniant in Conſiſtorio publico, num. 13.

Relatio Delegatorum proponitur in Conſiſtorio num. 3.

Requiſita pro Canonizatione, num. 1.

CAPVT I.

Refertur Cæremoniale Leonis Decimi Lib. 1. Cap. 6.

1 POſtquam increbeſcente fama de excellentia vitæ, opinione Sanctitatis,
& miraculorum corruſcatione, Summus
Pontifex ſæpe fuerit per Reges Principes, ſeu Populos interpellatus, rogatuſque, vt aliquem in Sanctorum Cathalogo, & venerandum vt Sanctum decernat, re cum fratribus mature tractata, ſi
procedendum ad inquiſitionem cenſue-
2 rit, committat aliquibus Prælatis in illis
partibus, vbi vitam duxit, et mortuus
iacet ille de quo agitur, vt ſe diligenter informent, et ſoleriter inquirant, de
fama, opinione, et deuotione populorum circa illum talem, quam inquiſitionem in genere, et ſine teſtium iuridica
examinatione facere debent, et quæ inuenerunt ſuis litteris ad Summum Ponti-
3 ficem fideliter referre. Pontifex intellecta
commiſſariorum relatione, proponit omnia ſacro Collegio, et cum eis deliberat,
an ſatis digna videantur, quæ relata ſunt,
4 ad vlterius inquirendum. Quod ſi placuerit, committat iiſdem, vel alijs Prælatis, vt diligentiſſimè inquirant de rei
veritate, teſtes examinent, et omnia per-
5 ſcrutentur, quæ ad veritatem eliciendam
ſunt opportuna. Et debent his Commiſſariis articuli, et interrogatoria mitti ſub
Bulla Apoſtolica, cum quibus examinari debent Teſtes de excellentia, et ſanctimonia vitę, de puritate fidei, de patratione miraculorum, et illis mandare, vt
depoſitiones teſtium, et omnia fideliter
per litteras ſuis ſigillis ſignatas ad Curiam tranſmittant. Quibus receptis,
Pontifex committat illa examinanda aliquibus Auditoribus Sacri Palatij, qui videant, et ordinent proceſſum, et videant

an in-

Digitized by Google

an inquiſitio, et probatio eſt legitima, et ſufficienter facta.

7 Deindè ſi retulerunt, rem bene eſſe paratam, iterum de conſilio fratrum committat tribus Cardinalibus Epiſcopo, Presbytero, & Diacono, qui diligenter examinent inquſitionem, probationes, & depoſitiones teſtium, & conſiderent ſolertiſſimè omnia conſideranda, & cum placuerit Sãctiſſimo Domino Noſtro referant in ſecreto Conſiſtorio. Et

8 primò de excellentia vitæ, & fidei puritate, quæ ſi iudicabuntur à Collegio bene probata, & digna ſanctificatione, tunc procedent ad narrationem, & probationem miraculorum, & de conſenſu Cardinalium definiet ſummus Pontifex vitam, & miracula, quæ ita erunt ſufficienter probata. Deinde deliberabunt, an quæ probata ſunt, videantur talia, propter quæ

9 meritò ſit decernẽda Canonizatio. Tunc ex conſilio fratrum diffinit Pontifex, Canonizationem eſſe faciendam. Fit poſt hæc publicum Conſiſtorium, in quo Pontifex cum pluuiali rubeo, & mitra, pretioſis reſidet; & Aduocatus cauſæ longa oratione proponit vitam, geſta, & miracula Canonizandi, & demum ſupplicat nomine Principum, & Populorum, qui de ea re ſcripſerunt; bon. mem. N. adſcribendum eſſe à ſua ſanctitate in Cathalogum Sanctorum Chriſti, vtque à cunctis fidelibus pro Sancto veneretur, decernen-

10 dum. Pontifex, audito Aduocato, laudat eius facundiam, dicit, libenter ſe audiuiſſe tam miranda illius viri præconia, velle tantùm ſuper hac re maturius cum fratribus ſuis deliberare, hortari, atque monere omnes, vt Diuinam Clementiam implorent, quatenus dignetur inſpirare in mente ſua, & fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, atque omnium Prælatorum, quorum conſilio in tanto negotio ſit vſurus, ea, quæ ſuæ placitura ſunt diuinitati, neque permittat errare Eccleſiam ſuam Sanctam, Prælatos vero monet; vt ſuper is cogitare debeant, vt eum requiſiti fuerint, maturè poſſint reſpondere, & his dictis finitur Conſiſtorium.

11 In huiuſmodi Conſiſtorio, vt apud antiquos Codices legimus ſolebant lex, aut octo Prælati ſucceſſiue orare, narrantes merita Canonizandi, & ſupplicantes pro Canonizatione. Aduocatus autem in principio tantummodò petebat à Pontifice, vt Prælati audirentur, & ſupplicabat, vt Canonizatio decerneretur.

12 Poſt hæc cum placuerit Sanctiſſimo Domino Noſtro, vocentur omnes Prælati Curiæ in ſecreto Conſiſtorio cum Pontifice, & Sacro Collegio, & ibi proponat breuiter Sanctitas ſua, ad quid vocati ſint, deinde, ſi placet, per Aduocatum faciat ſummatim repeti vitam, & miracula Canonizandi, & quæ ſunt probationes in genere tantum. Poſt hæc, narret, quanta cum diligentia, & fide, inquiſitio, & proceſſus ſuper hac re factus ſit, de multiplici, & canonica atteſtatione, de inſtanti Principum, & Populorum poſtulatione; Et demum conſcientiam illorum onerando, exquirat ſigillatim à quolibet ſuam in hac re ſententiam; Et cum omnes finierint, agit gratias de bono conſilio, & hortatur eos, orare Deum, ne ſinat ſe errare in tanto negotio, & ſic

13 omnes recedunt. In hoc Conſiſtorio debent intereſſe Patriarchæ, Archiepiſcopi Epiſcopi, Abbates, ad quos tantum pertinet dicere ſententiam ſuam, poterunt intereſſe aliqui Prothonotarij ordinarii, vt ſint rogati de his, quę geruntur. Aderunt etiam Auditores Rotæ, & maxime Commiſſarii Cauſæ vt, ſi quid eſſet declarandum, poſſint, vt bene informati mentes aliorum declarare; Summus Pontifex erit cum mitra, & pluuiali; Procurator fiſcalis aderit, & faciet rogatos Prothonotarios de conſilio, & conſenſu Prælatorum.

14 Deliberatur deindè dies Canonizationis, & interim in Eccleſia conſtruitur ſuggeſtus ligneus tantæ amplitudinis, vt ſuper illum inſtituatur, apteturque Capella cum Altari, credentijs, Throno Pontificali, ſedibus Cardinalium, aſſiſtentium Papæ, Oratorum, Prælatorum, choro pro Cantoribus, & locis omnium ordinum Romanæ Curiæ, ad inſtar Capellæ Palatii Apoſtolici à cancellis, & ſupra quoad formam ſedilium, & capacitatem. In eo ſuggeſtu erunt duæ Sedes Papales, vna eminens ad ſiniſtram partem, & alia erit amouibilis. Aſcendetur ad ſuggeſtum per Pontem cum duplici oſtiolo, à capite, & in imo. Ornabitur ſuggeſtus in extremitatibus circumcirca cum herbis, & floribus, & intus cum pannis, & tapetis opportunis, ornabitur Eccleſia, & ſuſpendentur per totum annum arma Pontificis, Eccleſiæ, & Imago Canonizandi, atque etiam arma procurantium Canonizatio-

nem

nem; fiet Baldachinum nouum cum inſi-
gnibus Pontificis, Procuratorum Cano-
nizationis, & Imagine Sancti, quod por-
tabitur ante Religioſos, ſiue illos, qui
procurant Canonizationem, & ponitur
ante oſtium ſuperius ſuggeſti. Cum Pon-
tifex venit ad Eccleſiam ponãtur circum-
circa ſuper deambulatoriũ intorticia, nu-
mero octuaginta, vel circa, ſex librarũ pro
quolibet, quæ ardeant, dum fit officium.

15 Paratur cera diſtribuenda, in primis
pro Pontifice duo cerei albi duodecim
librarum pro quolibet, pro Cardinalibus
quatuor librarum; Item pro eleuatione
Sacramenti duodecim intorticia libra-
rum ſex pro quolibet, pro altari ſeptem
cerei, & duo pro credentia duarum libra-
rum. Item pro offertorio duo magni ce-
rei duodecim librarum pro quolibet,
quos offert primus Cardinalis. Item tres
cerei, ſex librarum, quos offerunt tres
Oratores, ſeu deputati cum tribus Cardi-
nalibus, Et omnes cerei ſupradicti erunt
albi, præter octuaginta intortitia Eccleſię.
Item ordinentur cerei de cera communi
pro Prælatis, oratoribus, & magnis no-
bilibus duarum librarum, pro officialibus,
& Cantoribus vnius libræ, pro Clero, &
alijs, vt placuerit. Intimetur etiã Clero vr-
bis, vt ſũmo mane conueniant omnes pro-
ceſſionaliter in Porticu Eccleſiæ S. Petri.

16 Statuta igitur die Canonizationis, Pon-
tifex paratus plouiali rubeo, & mitra
prætioſis, cum Cardinalibus, Prælatis,
& officialibus paratis, proceſſionaliter
deſcendit ad Eccleſiam ſub Baldachino.
In Camera paramenti diſtribuuntur cerei,
& ab omnibus portantur accenſi. Cum
vero Pontifex peruenerit ad Porticum
Sancti Petri, excipitur ibi à Clero vrbis
proceſſionaliter parato, intrat in Eccle-
ſiam Pontifex, & aſcendit ad ſuggeſtum
cum Prælatis, & alijs officialibus. Cle-
rus vero ſuggeſtum circumſtat. Pontifex
oratione facta ante Altare, aſcendit emi-
nentem ſedem, & accipit Cardinales, &
Prælatos ad reuerentiam qua facta de-
ſcendit, & ſuper aliam ſedem, ſibi ante
Altare paratam ſedet, verſus renes ad
Altare, vbi facit ſermonem referens, quæ
geſta ſunt, & vitam, & miracula Sancti,
ſummarie, & in genere. Demum horta-
tur omnes, vt ſecum pariter Domino pias
præces fundant, orantes, ne permittat
errare Eccleſiam ſuam in hoc negotio.
Surgit deinde Pontifex, remouetur ſe-
des, & procumbit ſuper faldiſtorium cum
mitra, cantatur Litania à Cantoribus, &
nulla fit mentio de Canonizando, omni-
bus in terram genuflexis, orantibus. Fi-
nita Litania Diaconus à dextris ſurgit, &
verſus populum alta voce dicit, orate.
Iterum genuflectit, & omnes prolixius
orant. Tum Diaconus à ſiniſtris ſurgens
eodem modo dicit, leuate; Et omnes ſur-
gunt. Tunc Pontifex ſtans ſine mitra,
incipit in voce, Veni Creator ſpiritus,
& tam ipſe, quam omnes alii genufle-
ctunt ad primum verſum, Cantores pro-
ſequuntur hymnum, & Pontifex cum
mitra aſcendit ad ſedem eminentem, &
mitra depoſita expectat finem himni, quo
completo, duo Cantores dicunt verſum,
Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur,
& alii reſpondent, Et renouabis faciem
terræ, Et Pontifex, Oremus, Deus qui
cordia fidelium &c. Quo finito Procura-
tor cauſæ inſtanter petit à Pontifice nomi-
ne procuratorio, & nomine Principum &c.
pronunciari, & declarari, Beatum, N. in
Sanctorum Cathalogum adſcribendum,
& vt ſanctum venerandum a fidelibus.

17 Pontifex alta voce, ſedens tamen cum
mitra, pronunciat in hunc modum. Ad
honorem Sanctæ, & Indiuiduæ Trini-
tatis, & exaltationem fidei Catholicæ,
ac Chriſtianæ Religionis augmentum,
auctoritate eiuſdem Dei Omnipotentis,
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Bea-
torum Apoſtolorum Petri, & Pauli, &
noſtra, de fratrum noſtrorum Conſilio
decernimus, & definimus, bon. mem. N.
Sanctũ eſſe, & Sanctorum Cathalogo ad-
ſcribendum ipſumque Cathalogo huiuſ-
modi adſcribimus; ſtatuentes vt ab vni-
uerſali Eccleſia; anno quolibet, die . . .
menſis . . . . feſtum ipſius, & officium, *ſiuè
pro Confeſſore, ſi ſit Confeſſor, vel pro Mar-*
18 *tyre, ſi ſit Martyr*, deuotè, & ſolemniter
celebretur. Quibus finitis Procurator
cauſæ rogat Prothonotarios de ſolemni
pronunciatione Canonizationis, & petit
Inſtrumentum, & à Papa decerni Bullas
ſuper his opportunas, & mox ſurgit Pon-
tifex cum mitra, & incipit, Te Deum
laudamus, & chorus proſequitur. Dia-
conus à dextris in fine dicit, ora pro no-
bis Beate, N. Reſpondet Chorus, vt di-
gni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Et
Pontifex deinde dicit orationem de com-
muni, Sancto Canonizato conuenientem,
vel propriam, Finita oratione Diaconus
à dex-

à dextris ſtans ante Pontificem, dicit alte, Confiteor Deo omnipotenti &c. & poſt Apoſtolos nominat ſanctum N, & Papa ſine mitra, cruce ſua præſente, dicit Precibus, & meritis &c. Et in fine dat Indulgentias, quas ſibi placet.

19 His finitis, Pontifex incipit Tertiam, & accipit Sandalia, vel ſi magis placet dimiſſa Tertia, accipit paramenta omnia Pontificalia, & cantat miſſam ſolitis ſuis ceremoniis, vel de Sancto, vel ſi aliqua ſolemnitas eſſet, cantat de die, cum commemoratione de Sancto, & ſi non poſſit, aliquis Cardinalis celebret pro eo. Dum cantatur Credo, tres Cardinales Commiſſarii deſcendunt ad portam inferiorem ſuggeſtus, & ordinant offertorium,

20 & debito tempore, antequam Papa lauet manus in ſede eminenti, veniunt ordinatè, & primus, ideſt Epiſcopus Cardinalis offert duos magnos cereos, & cum eo primus orator offert cereũ ſuum, & caniſtrellum deauratum cum duabus turturibus. Tum Presbyter Cardinalis offert duos magnos panes cum mappulis, & ſecundus orator cereum ſuum, & caniſtrellum argentatum cum duabus Columbis albis. Vltimo loco Diaconus Cardinalis offert duo vaſa vini, & tertius orator ſuum cereum, & caniſtrellum diuerſorum colorum cum variis auiculis. Cardinales oſculantur genu, & alii pedem Summi Pontificis. Deinde proceditur in Miſſa, vt alias.

Quia vero ſupradicta diſpoſitio ceremonialis Leonis Decimi in pluribus quoad ordinatoria per nouiſſima decreta immutata fuit, placet eadẽ Decreta pariter ad litteram in ſequenti capite referre.

Ex quibus conſtabit quantũ forma Canonizationis aucta ſit, & perfecta, multiſque abuſibus circa cultum, & venerationem non Canonizatorum, vel Beatificatorum prouiſum fuerit.

Decreta Sanctiſſimæ Inquiſitionis, edita ſub diebus 13. Martij, & 2. Octobris 1625. cum Inſtructionibus, Declarationibus, formulis, & alijs ſeruandis in Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum.

SVMMARIVM.

Cardinalis quilibet in vna Congregatione tres tantum, vel quatuor cauſas proponere poteſt, num. 36.

Cardinalis Præfectus ſupplet pro Cardinalibus abſentibus, num. 76.

Cauſa motiua Decretorum, num. 1.

Commiſſaria informatio dirigenda Epiſcopis vicinioribus, primo in genere, & deinde in ſpecie, num. 50. & non minus quam tribus, num. 51.

Commiſſionum requiſita, & clauſula, nu. 60. & ſeqq.

Congregationes pro cauſis Canonizationum quando habendæ, nu. 34. quomodo cauſa in eis tractanda, nu. 37. & ſeqq.

Conſultores quando interuenire debent, n. 35.

Declarationes decretorum, & Inſtructiones, num. 27. & ſeqq.

Decretorum confirmatio, num. 25. Executio quibus commiſſa, num. 26.

Decreta Sacræ Congregationis quomodo per ſecretarium extendenda, num. 75.

Fama Sanctitatis examinanda, & vnde habuerit originem, num. 65.

Forma commiſſionis generalis, num. 47.

Forma litterarum Remiſſorialium in genere, num. 52. in ſpecie num. 58.

Forma articulorum, num. 53.

Forma interrogatoriorum, num. 54.

Ignorantia contra Decreta non admittitur, numer. 10.

Immemorabili per Decreta non præiudicatur, num. 6. & 16.

Informationes de miraculis, reuelationibus &c. quomodo recipiendæ, num. 19. & 20.

Inquirendum de quibus primo, num. 57.

Inquiſitores ſunt Decretorum Executores, numer. 7.

Inquiſitio generalis eſt maximum fundamentum num. 55.

Inquiſitio ſpecialis non conceditur, niſi completa generali, num. 56.

Iuramentum ſecreti à quibus præſtandum, n. 41. eius forma, num. 42.

Iuramentum à Teſtibus quomodo præſtandum, num. 59.

Libri de miraculis, reuelationibus &c. prohibiti, & quomodo, num. 3. 4. 13. & 14.

Libri ſcripti à ſeruis Dei ante omnia examinandi, num. 66.

Littera pro nuntijs, num. 69.

Littera pro Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis num. 71. Quarum vigore noua facultas non intelligitur conceſſa, num. 72.

Ordinarij ſunt Executores Decretorum, num. 7. Quæ tamen non poſſunt interpretari, n. 24.

Ordinarij non ſe poſſunt ingerere in cauſis Canonizationum, poſt appoſitionem manus Papæ, num. 73.

Proba-

Probationes recipi poſſunt, etiam non elapſis quinquaginta annis, num. 45.

Proceſſus ſuper paritione Decretorum ante omnia ſunt conficiendi, & diſcutiendi, num. 20. & 31.

Procedi non poteſt ad Canonizationem, niſi elapſis quinquaginta annis à die obitus, nu. 43. & ſeqq.

Proceſſus confici debent ad formam cæremonialis Leonis X. num. 46.

Proceſſus quomodo aperiendi, num. 68. quomodo diſcutiendi, num. 62.

Proceſſus fabricati ante Decreta ſunt examinandi, num. 67.

Promotor fidei ſemper citari debet, num 48. proponit difficultates in ſcriptis, nu. 77. eius facultates, num. 49. eius interrogatoria numer. 54.

Proteſtatio Authoris librorum de vita, & miraculis ſeruorum Dei, nu. 29. & 30.

Prothonotariorum ſubſcriptio, num. 79.

Relationes Auditorum Rotæ quomodo facienda, num. 74.

Rotæ Auditoribus quid incumbat, num. 63.

Sepulchris appendi non poſſunt tabellæ votiuæ, lumina &c. nu. 5. & 15.

Subpromotoris fidei ſalarium, num. 78.

Tabellæ votiuæ quomodo recipiendæ, & cuſtodiendæ, num. 11. 17. 18. 96. & ſeqq.

Tempus immemorabile quale ſit, nu. 23.

Tranſgreſſores decretorum quibus pœnis afficiantur, num. 8. & 9.

Veneratio ſeruorum Dei ſine Indulto Apoſtolico prohibita, num. 2. & 12.

Vitæ finis antè omnia inſpiciendus eſt, n. 64.

CAPVT II.

1 SAnctiſſimus Dominus Noſter ſollici-
te animaduertens abuſus, qui irrep-
ſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant,
in colendis quibuſdam cum Sanctitatis,
aut Martyrij fama, vel opinione defun-
ctis, qui & ſi Canonizationis, & Beatifi-
cationis honore inſigniti nõ ſint ab Apo-
ſtolica Sede, eorum tamen Imagines in
oratorijs, atque Eccleſijs, alijſque locis
publicis, ac etiam priuatis cum laureolis,
aut radijs, ſeu ſplendoribus proponuntur,
miracula, reuelationes, aliaque benefi-
cia à Deo, per eorum interceſſionem ac-
cepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum
enarrantur, & ad illorum ſepulchra ta-
tabellæ, imagines, & res aliæ ad benefi-
cia accepta teſtificanda, & lampades, &
alia lumina apponuntur. Volenſque pro-
inde huiuſmodi abuſibus pro debito offi-
cij paſtoralis occurrere, re etiam cum Il-
luſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis
Cardinalibus contra hæreticam prauita-
tem in vniuerſa Republica Chriſtiana Ge-
neralibus Inquiſitoribus communicata,
& mature conſiderata, ac diſcuſſa, de-
clarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quo-
2 rumuis hominum cum Sanctitatis, ſeu
Martyrij fama, quantacumque illa ſit,
defunctorum imagines, aliaque prædicta,
& quodcumque aliud, venerationem, &
cultum præſeferens, & indicans, in ora-
toriis, aut locis publicis, ſeu priuatis,
vel Eccleſiis, tam ſæcularibus, quam
Regularibus, cuiuſcumque Religionis,
Ordinis, & Inſtituti, Congregationis, aut
Societatis, apponantur, antequam ab
Apoſtolica Sede Canonizentur, aut Bea-
ti declarentur, & ſi quæ appoſitæ ſunt,
amoueantur, prout eas ſtatim amoueri
mandauit.
3 Ac pariter inprimi de cætero inhibuit
libros eorumdem hominum, qui Sancti-
tatis, ſiue Martyrii fama, vel opinione,
vt præfertur celebres e vita migrarunt,
geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu
quæcumque beneficia, tanquam eorum
interceſſionibus à Deo accepta continen-
tes, ſine recognitione, atque approba-
tione Ordinarii, qui in ijs recognoſcen-
dis, Theologos, alioſque pios, ac doctos
viros in conſilium adhibeat, & ne dein-
de fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac
inordinatum in re tam graui committa-
tur, negocium inſtructum ad Sedem Apo-
ſtolicam tranſmittat, eiuſque reſpon-
4 ſum expectet. Reuelationes vero, &
miracula, aliaque beneficia ſupradicta,
quæ in libris, horum hominum vitam,
& geſta continentibus hactenus ſine re-
cognitione, atque approbatione huiuſ-
modi impreſſa ſunt, nullo modo appro-
bata cenſeri vult, mandatque ſua San-
ctitas.
5 Ad horum hominum ſepulchra vetuit
etiam, ac inhibuit tabellas, atque ima-
gines ex cera, aut argento, ſeu ex alia
quacumque materia, tam pictas, quam
fictas, atque exculptas, appendi, ſeu af-
figi, & lampades, ſiue alia quæcumque
lumina accendi, ſine recognitione ab
Ordinario omnino, prout ſupra facienda
Sedique Apoſtolicæ referenda, ac pro-
banda.
6 Declarans, quod per ſupradicta præ-

iudicare in aliquo non vult, neque inten-
dit iis, qui aut per communem Eccleſiæ
conſenſum, vel immemorabilem tempo-
ris curſum, aut per Patrum, virorumque
Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi tempo-
ris, ſcientia, ac tollerantia Sedis Apoſto-
licæ, vel Ordinarii, coluntur:
7 Vt autem præmiſſa diligentius obſer-
uentur, vniuerſis, & ſingulis, tam Ordi-
nariis, quam hæreticæ prauitatis Inqui-
ſitoribus, diſtricte præcipit, vt in ſua quiſ-
que Diœceſi, vel Prouincia, ſedulò per-
uigilet, ne ſine approbationibus prædi-
ctis, imagines cum memoratis ſignis ex-
ponantur, aut miracula, reuelationes, ac
beneficia prædicta publicentur, aliaue
8 contra ſuperius diſpoſita fiant. Tranſ-
greſſores verò, ſi Regulares fuerint, pri-
uationis ſuorum officiorum, ac vocis acti-
uæ, & paſſiuæ, nec non & ſuſpenſionis à
Diuinis; Si vero Clerici ſæculares, pri-
uationis pariter ſuorum officiorum, ſuſ-
penſionis à Diuinis, & ab adminiſtratio-
ne Sacramentorum, executioneque ſuo-
rum ordinum reſpectiue, aliiſque prædi-
ctorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum
pro modo culpæ infligendis pœnis ple-
9 ctendo. Qui autem libros impreſſerint,
aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu
quoquomodo effinxerint, vel formauerint,
cæterique artifices circa præmiſſa
qualitercumque delinquentes, prædicta
omnia amittant, & inſuper pecuniariis,
aliiſque etiam corporalibus pœnis, iuxta
criminis grauitatem, eorumdem Ordina-
riorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio affi-
ciantur, contrariis quibuſcumque non
obſtantibus.
10 Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit
ab aliquo prætendi, voluit, vt decretum
huiuſmodi, ſeu illius exemplum ad val-
uas Principis Apoſtolorum Vrbis, ac in
acie Campi floræ affixum, omnes proin-
de arctet, atque afficiat, ac ſi vnicuique
perſonaliter intimatum fuiſſet, quodque
præſentium tranſumptis, etiam impreſſis,
manu notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo
alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica digni-
tate conſtitutæ munitis, eadem prorſus
fides habeatur, quæ præſentibus haberetur,
ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.
11 Poſtmodum vero idem Sanctiſſimus
Dominus Noſter à quibuſdam reuocari
in dubium accepit, an Tabellas, & Ima-
gines, quas in poſterum offerri contige-
rit, recipere, & antea oblatas conſeruare
liceret, Sanctitas ſua, quæ tantummodo
voluit, occurrendo abuſibus, qui irrepe-
re videbantur, certiorem parare viam ad
eorum in terris gloriam, quorum ſancti-
moniam diuinæ clementiæ placuerit ad-
mirandis operibus illuſtrare, re prius cum
Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Domi-
nis Cardinalibus contra hæreticam pra-
uitatem Generalibus Inquiſitoribus com-
municata, præſenti Decreto declarauit,
quod ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ
intentionis fuit prohibere oblationem,
receptionemque Tabellarum, & Imagi-
num huiuſmodi, ita, vt nulli deinceps
hæſitationi locus relinquatur, ſtatuit in
præſentiarum, & decernit, vt quoties ad
aliquam Eccleſiam, aut oratorium, lo-
cumque alium publicum ſæcularem, ſeu
Regularem, Tabellas & Imagines, aliudue
ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſio-
ne hominum inter Sanctos, vel Beatos
non adſcriptorum, quamuis cum Marty-
rij, vel Sanctitatis fama demortuorum,
optata, ſe impetraſſe dixerit, liceat Ec-
cleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, loco-
rumque prædictorum curæ præpoſitis,
Tabellas, & Imagines, ſiue pictas, ſiue
ea quauis materia fictas, atque alia quæ-
cumque, collatæ gratiæ fidem facientia,
ſimul cum deferentis, aliorumque, qui
conſcii fuerint, atteſtationibus recipere,
atque approbantibus Ordinariis, ad quos
referre ſtatim omnia teneantur, in ſecre-
to aliquo loco ſeorſim ab Eccleſia cuſto-
dire, ibidemq; iã amota collocare, & aſſer-
uare vt ſi quando Dominus talium virorũ
merita Beatificationis, ſeu Canonizatio-
nis honore in terris decorare voluerit, ex-
tent huiuſmodi Sanctitatis qualeſcum-
que probationes Apoſtolicæ Sedis iudi-
cio tunc examinandæ, contrariis quibuſ-
cumque non obſtantibus.

VRBANVS PAPA OCTAVVS. Ad
perpetuam rei memoriam. Cæleſtis Hie-
ruſalem Ciues, quorum glorioſis natali-
tijs Sancta lætatur Mater Eccleſia, ſicut
huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ miniſte-
rio à pijs vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus
veneratur in terris, ita Romanum decet
Pontificem militantis Eccleſiæ regimini,
Diuina prouidentia præpoſitum pro ſuo
præcipuo honoris domus Dei zelo inuigi-
lare, ne quid in perſonarum cum Sancti-
tatis, aut martyrij fama, vel opinione de-
functarum memoriam, ſiue cultum, in-
conſulta ſancta Sede prædicta inuocetur.

Alias

Alias ſiquidem nos ſollicite animaduer-
tentes abuſus, qui irrepſerant, & irrepe-
re non ceſſabant in colendis qnibuſdam
eum ſanctitatis, aut martytij fama, vel
opinione deſunctis, qui etſi neque Cano-
nizationis, neque Beatifieationis honore
inſigniti eſſent ab eadem Sede, eorum
tamen imagines in Oratorij, atque in Ec-
cleſijs, alijſque locis publicis, atque etiam
priuatis, cum laureolis, aut radiis, ſeu
ſplendoribus proponebantur, miracula,
& reuelationes, aliaque beneficia à Deo
per eorum intercesſionem accepta, in li-
bris rerum ab ipſis geſtarum enarraban-
tur, & ad illorum ſepulachra Tabellæ,
imagines, & res aliæ, ad beneficia acce-
pta teſtificanda, & lampades, & alia lu-
mina apponebantur, volenteſque proin-
dè huiuſmodi abuſibus pro debito officii
paſtoralis occurrere, re etiam cum vene-
rabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardi-
nalibus contra hæreticam prauitatem in
vniuerſa Republica Chriſtiana generali-
bus Inquiſitoribus ab eadem ſede ſpecia-
liter deputatis communicata, & mature
eonſiderata, & diſcuſſa, de eorumdem
Cardinaliũ cõſilio ſub die 13. Martii 1625.
declarauimus, ſtatuimus, & decreuimus,
12 ne quorumuis hominũ cũ ſanctitatis, ſeu
Martyrii fama, quantacumque illa ſit,
deſunctorum, imagines, aliaque præfata,
& quodcumque alind, venerationem, &
cultum præſeferens, & indicans in Ora-
toriis, aut locis publieis, ſeu priuatis, vel
Eccleſiis, tam ſæcularibus, quam regula-
ribus, cuiuſcumque Religionis, Ordinis
inſtituti, Congregationis, aut ſocietatis
apponerentur, antequam ab Apoſtolica
Sede canonizarentur, aut Beati declara-
rentur, &, ſi quæ appoſitæ eſſent, amo-
uerentur, prout eas ſtatim amoueri man-
13 dauimus. Ac pariter imprimi de cæte-
ro inhibuimus libros eorumdem hominũ,
qui ſanctitatis, ſeu Martyrii fama, vel opi-
nione, vt præfertur, celebres è vita mi-
grauiſſent, geſta, miracnla, vel reuela-
tiones, ſeu quæcumque beneficia, tan-
quam eorum intercesſionibus à Deo ac-
cepta continentes, ſine recognitione, at-
que approbatione Ordinari, qui in ijs re-
cognoſcendis Theologos, alioſque pios,
ac doctos viros in conſilium adhiberet, &
ne deinde fraus, aut error, aut aliquid
noui, & inordinati in re tam graui com-
mitteretur; negocium inſtructum ad Se-
dem Apoſtolicam tranſmitteret, eiuſque
14 reſponſum expectaret. Reuelationes ve-
ro, & miracula, aliaque beneficia ſupra-
dicta, quæ in libris horum hominum vi-
tam, geſtaque contiment, eatenus ſine re-
cognitione, atque approbatione huiuſ-
modi impreſſa erant, nullo modo appro-
bata cenſeri voluimus, mandauimuſque.
Ad horum hominum ſepulchra vetuimus
etiam, & inhibuimus, tabellas, atque
imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia
quacumque materia, tam pictas, quam
fictas, atque exculptas appendi, ſeu affigi,
& lampades, ſiuè alia quæcumque lumi-
na accendi, ſine recognitione ab Ordina-
rio omnino prout ſupra facienda, ſedique
16 Apoſtolicæ referenda, ac probanda. De-
clarantes, quod per ſupraſcripta præiudi-
care in aliquo noluimus, neque intendi-
mus iis, qui aut per communem Eccleſiæ
conſenſum, vel immemorabilem tempo-
ris curſum, aut per Patrum, virorumque
Sanctorum ſcripta, vel longisſimi tempo-
ris ſcientia, ac tollerantia præfatæ Sedis
Apoſtolicæ, vel Ordinarj celebrantur. Cũ-
que poſteà die 2. Octobris eiuſdem anni
1625. à quibuſdam reuocari in dubium
accepiſſemus, an tabellas, & Imagnies,
quas in poſterum offerri contingeret, re-
17 cipere, & antea oblatas conſeruare lice-
ret. Nos qui tantummodo voluimus, oc-
currendo abuſibus, qui irrepere videban-
tur, certiorem parare viam ad eorum in
terris gloriam, quorum ſanctimoniam di-
uinæ clementiæ placuerit admirandis ope-
ribus illuſtrare, re prius cum ijſdem Car-
dinalibus communicata, de ſimili eorum
conſilio declarauimus, quod ſicut nunquã
prohibuimus, nec intentionis noſtræ fuit
prohibere oblationem, receptionemque
tabellarum, & imaginum huiuſmodi, ita
deinceps nulli dubitationi locus relinque-
retur ſtatuimus, & decreuimus, vt quo-
ties ad aliquam Eccleſiam, aut oratorium,
locumque alium publicum ſæcularem, ſeu
regularem, tabellas, & imagines, aliud-
que ſimile quidpiam deferret, ac intercesſ-
ſione hominum, inter Sanctos, vel Bea-
tos, non adſcriptorum, quamuis cum mar-
18 tyrij, aut Sanctitatis fama demortuorum,
optata ſe impetraſſe diceret, liceret Ec-
cleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, loco-
rumque prædictorum curæ præpoſitis ta-
bellas, & imagines, ſiue pictas, ſiue ex
quauis materia fictas, atque alia quæcum-
que collatæ gratiæ fidem facientia, ſimul
cum deferentis, aliorumque, qui conſcij

fuiſſent, atteſtationibus recipere, atque
approban. Ordinariis, ad quos referre ſta-
tim omnia tenerentur, in ſecreto aliquo
ſeorſum ab Eccleſia loco cuſtodire, ibi-
demque iam amota collocare, & aſſerua-
re, vt ſi quando Dominus talium virorum
merita Beatificationis, ſeu Canonizatio-
nis honore in terris decorare voluiſſet, ex-
tarent huiuſmodi Sanctitatis qualecumq;
probationes, Apoſtolicæ Sedis Iudicio
tunc examinandæ Demum vero, vt eiuſ-
modi decreta obſeruarentur indubie, ac
omnimodam ſortirentur exequutionem,
19 cum eiſdem Cardinalibus re pariter cō-
municata, deque eorumdem conſilio præ-
miſſis addidimus, ſtatuimus, & decreui-
mus, atque declarauimus, ne ex tunc de-
inceps quiſpiam Ordinariorum, aut ab
Apoſtolica Sede ad hoc ſpecialiter dele-
gatorum ſuper alicuius vtriuſque ſexus,
cum ſanctitatis, aut martyrii fama, vel
opinione defuncti, miraculis, reuelatio-
nibus, aliiſque eiuſmodi Sanctitatem re-
dolēti, ex integro informationes quoquo-
modo reciperet, inſtructumque proceſ-
ſum vlterius proſequeretur, niſi Poſtula-
tor prius per iuridice ſuſceptas probatio-
20 nes circa perſonam eius, de cuius mira-
culis, reuelationibus, aliiſque rebus ge-
ſtis, ſanctitatem præſeferentibus ageretur
præſcriptam in præfato noſtro Decreto
formam omnino ſeruatam extitiſſe docue-
rit, & niſi poſtea ſucceſſiue idem Ordina-
rius, aut ab Apoſtolica Sede ad hoc ſpe-
cialiter Delegatus diligenti præhabita
diſquiſitione circa eandem perſonam ſu-
pracitato Decreto nullatenus contra-
uentum eſſe, rite pronunciauerit, vtque id
21 inuiolabiliter obſeruetur, ſtatuimus inſu-
per, ac decreuimus, ne tranſmitti ad Vr-
bem vndecumque huiuſmodi proceſſus
à Congregationis Sacrorum Rituum Se-
cretario, minuſque à Sanctæ fidei Promo-
tore quomodolibet aperiantur, niſi prius
in ipſa Sacrorum Rituum Congregatione
alio ſeiunctim oblato authentico proceſſu
ex eo Ordinarium, aut ab Apoſtolica Sede
ſpecialiter Delegatum, rite, ac recte præ-
22 mittitur, cognouiſſe, ac pronunciaſſe,
prælibato Decreto nequaquam contra-
uentum eſſe, plene conſtiterit, ac dein-
de à nobis iudicialiter aperiendi eos pro-
ceſſus facultas indulta fuiſſet. Inſuper lon-
23 giſſimum tempus, illiuſque immemora-
bilem curſum, de quo in prædicto Decre-
to: intelligi declarauimus eſſe tempus cē-
tum annorum metam excedens, deque
his, atque infraſcriptis omnibus, quæ in
his Decretis diſpoſita, & ordinata ſunt
aliqua ſuborìente difficultate Ordinarijs
24 locorū, & Delegatis Apoſtolicis, quibuſ-
libet omnem omnino interpretandi facul-
tatem ademimus, vtque Sedem Apoſto-
licam deſuper conſulerent, ab eaque re-
ſponſum expectarent, mandauimus eiſdem
& alias prout in Decretis deſuper editis
plenius continetur. Quare inuiolabili De-
cretorum prædictorum obſeruationi quā-
tum cū Domino poſſumus conſulere vo-
lentes, motu proprio, & ex certa ſcientia,
25 ac mera deliberatione noſtris, deque
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Decreta
prædicta cum omnibus, & ſingulis in eis
contentis tenore præſentium perpetuo ap-
probamus, & confirmamus, illiſque in-
uiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur
adiicimus, omnìaque, & ſingula decreta
huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat,
& in futurum quomodolibet ſpectabit, ob-
ſeruari omninò præcipimus, ſub pæna
nullitatis quarumcumque informationum
proceſſuum, ac interpretationis aliter,
quam præuia ſupraſcripta præcognitione
inſtructorum, eorumque admiſſionis, pu-
blicationis, ac interpretationis, itant ea-
rumdem informationum receptiones pro-
ceſſuumque inſtructiones, nec non eorum
admiſſiones, ac publicationes, & inter-
pretationes habeantur pro non receptis,
non inſtructis, non admiſſis non publica-
tis, non interpretatis, eorumque amplius
ratio aliqua nullatenus alicubi vnquam
haberi debeat. Decernentes præſentes lit-
teras, & in eis contenta quæcumque, etiā
ex eo quod quicumque in præmiſſis, ſeu
eorum aliquo intereſſe habentes, ſeù quo-
modolibet habere prætendentes ad præ-
miſſa vocati, & auditi, minuſque cauſæ,
propter quas eædem præſentes ema-
nauerint adductæ, verificatæ, ſeu alias ſuf-
ficienter, aut etiam nullatenus iuſtificatæ
fuerint, nullo vnquam tempore de ſub-
reptionis, obreptionis, nullitatis, & in-
ualiditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ,
aut alio quouis defectu, etiam quantum-
uis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali,
ſiue etiam ex eo quod in præmiſſis, ſeu eo-
rum aliquo ſolemnitates, & quæuis alia
ſeruaū, & adimplenda, ſeruata, & adim-
pleta non fuerint, aut ex quouis alio capi-
te, à iure, vel facto, aut ſtatuto, vel con-
ſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam
enor-

enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore, etiam quantumuis iuſta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra huiuſmodi, & alijs ſuperius expreſſis, ſeu relatis nihil vllibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, inualidari retractari, in ius, vel controuerſiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduerſus illas reſtitutionis in integrum aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, facti, gratiæ, vel iuſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo quempiam vti, ſeu ſe iuuare in iudicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarũ reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inuiolabiliter obſeruari, ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, & alios quauis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinariis, nec non dilectis filiis, noſtris Apoſtolicæ Sedis Nunciis, ac hæ-
26 reticæ prauitatis Inquiſitoribus, vbilibet exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ſtatim atque præſentes litteræ noſtræ ad eorum, & cuiuslibet eorum notitiam peruenerint, in ſua quiſque reſpectiue Diœceſi, vel Prouincia, ſedulo peruigilet, ne ſine approbationibus prædictis imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aut miracula reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaue contra ſuperius diſpoſita fiant; Tranſgreſſores vero, ſi regulares fuerint priuationis ſuorum officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon ſuſpenſionis à diuinis, ſi vero clerici ſæculares, priuationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à Diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneque ſuorum ordinum reſpectiue, aliiſque arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectẽdo. Qui autem libros impreſſerint, aut imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu quoquo modo effinxerint, vel formauerint, cæterique artifices circa præmiſſa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniariis, aliiſque etiam corporalibus pœnis iuxta criminis grauitatem, eorumdem Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio efficiantur, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, omni, quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione remotis, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus, quatenus opus ſit rec. mem. Bonifacii Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & Cõcilio generali edita de duabus dietis, cæteriſque in contrarium faciẽ quibuſcumque, vt autem præſentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiã prætendere poſſit volumus pariter, & mãdamus quod eædem præſentes per aliquem, ſeu aliquos ex Curſoribus noſtris ad Eccleſiæ Lateranẽ, & Baſilicæ Principis Apoſtolorũm de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Valuas, ac in acie Campi floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amouebuntur, earumdem exempla in iiſdem locis affixa dimittantur, quæ ſic publicatæ, & affixæ poſt duos menſes à die publicationis computandos omnes, & ſingulos, quos concernunt perinde afficiant, & arctent, ac ſi vnicuique illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent, quodque illarum tranſumptis, impreſſis ſigillo alicuius perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſenti-

ſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 5. Iulii 1634. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Verum quia aliqui adhuc ſuper illis heſitare non ceſſabant, idem Sanctiſſimus Dominus noſter infraſcriptas declarationes, ac inſuper alia Decreta inferius adnotata per nonnullos Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & RR. PP. DD. Romanæ Curiæ Prælatos diligenter examinata fieri mandauit.

27 *Imagines eorum, qui cum Sanctitatis, ſeu Martyrij fama obierunt, non apponantur in Altari publico, vel priuato, & multò minus cum diademate, laureolis, aut radijs, ſeu ſplendoribus, vel alio quocumque modo venerationem, & cultum præſeferente, & indicante. Hæ enim prohibentur apponi non ſolum in Altaribus prædictis, ſed etiam in Oratorijs, vel Eccleſijs, aut locis publicis, ſeu priuatis quibuſcumque, antequam à Sede Apoſtolica Canonizentur, vel Beati declarentur.*

28 *Reſponſum quod à Sede Apoſtolica in vim prædictorum Decretorum expectare debent Ordinarij locorum, vt imprimi poſſint libri continentes geſta, miracula, ſeu reuelationes eorum, qui cum prædicta fama Sanctitatis, ſeu Martyrij deceſſerunt, non detur, niſi cum infraſcriptis proteſtationibus in dictis libris, & hiſtorijs inſerendis, declarando etiam expreſſè, quod tales libri, ſeu hiſtoria, licet ab Ordinarijs reuiſa, & poſt Sedis Apoſtolicæ reſponſum approbata, non faciant maiorem gradum probationis in ordine ad Canonizationem, ſeu Beatificationem, quam quæ alias abſque tali approbatione de iure feciſſent non obſtante quocumque longiſſimi temporis curſu.*

Proteſtatio Auctoris in principio libri imprimenda.

29 CVm Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Papa Octauus, die 13. Martij 1625. in Sacra Congregatione S. Rituum, & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrarunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata: Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio, quod in ijs nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantum ſit penes Authorem. Huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem Diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodò exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Cathalogo adſcripſit.

Sequens verò in fine libri.

30 LEctor aduerte, in elogijs Virorum illuſtrium, quos hoc in libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ Sanctitatem ipſis videantur adſcribere, perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ cum humanas vires ſuperent, miracula videri poſſunt, præſagia futurorum arcanorum, manifeſtationes, reuelationes, illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi, beneficia item in miſeros mortales eorum interceſſione diuinitus, demum nonnullis, Sanctimoniæ, vel Martyrij videor appellatione tribuere. Verum hæc omnia ita meis Lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam, quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter quam humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum Sacræ Congregationis S. R. E. vniuerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integre, atque inuiolate, iuxta declarationem eiuſdem Decreti à Sanctiſsimo Domino Noſtro Vrbano Papa Octauo anno 1631. factam ſeruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare,

Digitized by Google

gare, vel famam, & opinionem Sanctitatis, aut Martyrij inducere, ſeu agere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut Miraculi comprobationem. Sed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtanre quocumque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam Sancte profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua inſcriptione, & actione dirigi.

Ego N. N.

31 *Particularis proceſſus cum ſubſequenti pronunciatione Ordinarij, ſeu Apoſtolicæ Sedis Delegati ſicut procedere debet ex forma prædictorum Decretorum ſuper cultu non adhibito, ita etiam præcedere debet, & ab eiſdem reſpectiuè faciendus eſt, quando aliquis Poſtulator allegaret, ſe verſari in vno ex caſibus exceptuatis, nempè quod cultus fuerit adhibitus ex Indulto Summorum Pontificum, vel permiſſionem Sac. Congregationis, vel per communem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis, ſcientia, atque tollerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij, ut ſemper appareat in primis, fuiſſe ſatisfactum ſupradictis Decretis.*

32 *Votiuæ tabellæ, imagines, & res aliæ, ad beneficia teſtificanda, quæ in ſecreto retineri mandantur, etiam in Sacraria cuſtodiri permittantur, ſecretò tamen, & eo modo, quo cultum, & venerationem non præſeferant.*

33 *Sub prohibitione facta Secretario Congregationis Sacrorum Rituum, necnon Sanctæ fidei Promotori, ne aperiant proceſſus vndecumque ad Curiam tranſmiſſos, niſi ſeruata forma tradita in prædictis Decretis, comprahendi declaratur etiam Prothonotarium Apoſtolicum, ad huiuſmodi munus pro tempore deſtinatum, & alium quemcumque.*

34 *In cauſis Canonizationum, & Beatificationum, propter earum grauitatem, ſolet Sedes Apoſtolica procedere cum magna maturitate, & hac vt melius adimpleatur, pro illis referendis, & diſcutiendis mandauit Sanctiſſimus D. N. tres Congregationes de menſibus Ianuarij, Maij, & Septembris, coram Sanctitate Sua fieri debere, prohibens agi de dictis cauſis extra præfatas tres Congregationes, in quibus vltra Cardinales Congregationi Sacrorum Rituum Præpoſitos, & Prothonotarium Apoſtolicum, Sacriſtam Sanctiſſimi, Promotorem fidei, & Secretarium eidem Congregationi aſſiſtentes, intereſſe debent etiam illi Rotæ Auditores, quibus contigerit aliquam ex cauſis proponendis fuiſſe commiſſam. Et hi omnes præter Congregationis Secretarium, & fidei Promotorem, non admittantur in Congregatione, priuſquam cauſæ fuerint per Cardinales propoſitæ, & poſtea eorum votis patefactis, à Congregatione recedant, ad hoc, vt Cardinales poſſint liberius examinare merita cauſæ.*

35 *Conſultores Sac. Rituum Congregationis debeant in qualibet ex dictis Congregationibus adeſſe præ foribus Aulæ Pontificiæ, vbi Congregatio celebratur, vt ſi Sanctitati Suæ placuerit; illos audire ſuper aliquo articulo, ſeu difficultate, poſſint præſtò eſſe.*

36 *Ad hoc, vt in dictis Congregationibus coram Sanctitate Sua habendis, ordinatè, dilucidè, ac breuiter procedatur, in vnaquaque ex eis referantur per Cardinales tres, vel ad ſummum quatuor tantum cauſæ, & ſaltem per quindecim dies antecedentes dictis Congregationibus, congregari debeat altera particularis Sac. Rituum Congregatio, vel plures ſi opus fuerit, in Palatio antiquioris Cardinalis Sacræ Congregationis Præpoſiti, tunc temporis in Vrbe præſentis, in qua Cardinales ponentes cauſarum, concordato prius facto cum Promotore fidei, illoque præſentato Sanctitati Suæ, ac tranſmiſſo Cardinalibus Sacræ Congregationis, Prothonotario, Rotæ Auditoribus intereſſe habentibus, Sacriſtæ, & Conſultoribus, referant cauſas, pro faciliori reſolutione, poſtea facienda coram Sanctitate Sua.*

37 *Quando propter alias vrgentes occupationes non poterit Sanctitas Sua vacare alicui ex dictis Congregationibus vtſupra deſtinatis, mandauit, vt cauſæ huiuſmodi proponantur coram ſe in menſe ſequenti, & in die ab eo deputando, declarans ſuam voluntatem omninò eſſe, vt quolibet anno tres conuocentur Congregationes pro dictis cauſis diſcutiendis.*

38 *Si in aliqua ex dictis tribus Congregationibus poſt diſcuſſionem, quæ erit diligentiſſime facienda ſuper vnoquoque proceſſu, circa illius validitatem, virtutes, & miracula alicuius Serui Dei, non ſupererit tempus Cardinalibus referendi ſtatum, & merita alicuius cauſæ, poterit de ea agi, & ad expeditionem procedi per Cardinales in*

prima

Digitized by Google

prima eorum Congregatione ordinaria immediate ſequenti poſt quamlibet ex dictis tribus Congregationibus, facta deinde relatione per Secretarium Sanctitati Sua.

39 *Idemque ſeruari permittitur circa cognitionem, & examen miraculorum, quæ coram Sanctitate Sua erit referenda, ſi in aliqua ex dictis Congregationibus diſcuti, vel expediri non potuerit.*

40 *Permittit inſuper Sanctiſſimus, vt in qualibet ex Congregationibus ordinarijs diſcutiantur, & terminentur omnia, & ſingula concernentia declarationem paritionis ſupradictis Decretis, & de conſilio Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitionis à Sanctitate Sua editis, aperitionem omnium, & ſingulorum proceſſum, deputationem, & ſubrogationem Iudicum, & in his ſimilia, dummodò de reſolutionibus habitis ſuper prædictis fiat per dictum Secretarium relatio Sanctitati Suę.*

41 *Iuramentum præſtari ſolitum in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ Sanctiſſimo reſeruatæ, mandauit Sanctitas Sua, quod omninò præſtetur tam per Cardinales Congregationis Sac. Rituum, & per duos familiares, ab vnoquoque eorum deputan. quam per Rotæ Auditores, & vnum pro quolibet eorum arbitrio eligen. pro videndis, & tranſcribendis ſcripturis neceſſarijs, & opportunis, ac etiam per Prothonotarium, Sacriſtam, Promotorem fidei, & Conſultores de non reuelandis his, quæ in prędictis Congregationibus tractabuntur, à qua excommunicatione Sanctiſſimus declarauit, & voluit, nulli competere facultatem abſoluendi, neque etiam maiori Pænitentiario, ſed Sanctitati Suæ, & Succeſſoribus dumtaxat, ſub quo iuramento, & pęna voluit etiam comprehendi omnes ſupranominatos, qui receptis litteris commendatitijs, ſupplicibus libellis, aut alijs ſimilibus officijs oretenus ſuper dictis cauſis, ea non reuelauerint Secretario Congregationis; ad effectum deducendi ad notitiam Sanctitatis Suæ.*

Forma Iuramenti.

42 NOs infraſcripti S. R. E. Cardinales Congregationis Sacror. Rituum, tactis per nos Sacroſanctis Euangelijs coram nobis poſitis, iuramus, & promittimus fideliter exercere officium noſtrum in his, quæ proponuntur in Congregationibus Sacrorum Rituum habendis coram Sanctiſsimo, & non reuelare, nec loqui, niſi cum alijs dictæ Congregationis Cardinalibus, tribus antiquioribus Rotæ Auditoribus, Conſultoribus, & Officialibus prędictę Congregationis, ac duobus familiaribus, ab vnoquoque noſtrum deputandis, quæ fient, aut tractabuntur, non ſolum in cauſis ſpectantibus ad dictam Congregationem coram Sanctitate Sua, occaſione diſcurſus de rebus Magnatum, Religionum, vel alias grauioribus occurrentibus, ſub pæna periurij, & excommunicationis latæ ſententiæ, à qua nonniſi a Summo Pontifice dumtaxat, excluſo etiam maiori Pœnitentiario, præterquam in articulo mortis abſolui poſſimus, & ſub eadem pæna periurij, & excommunicationis, de qua ſupra, iuramus ſimiliter, & promittimus, quod ſi per litteras, aut ſupplices libellos, ſiue etiam oretenus, vel per interpoſitas perſonas, commendationes a quocumque etiam cuiuſuis dignitatis, & præeminentiæ nobis factę fuerint de cauſis pertractandis in dictis Congregationibus, præfatas litteras ſcienter non aperiemus, ſed clauſas, & ſigillatas mandabimus conſignari in manibus Secretarij dictæ Congregationis, ſi verò non informati de contentis in prædictis litteris contigerit per nos aperiri, & legi ſi eædem continebunt ſimiles commendationes tantummodò, pariter eas tranſmittemus ad eumdem Secretarium. Verum ſi de alijs negocijs in prędictis litteris pertractabitur, mandabimus tranſcribi illam tantum partem continentem commendationem, diem datæ, & locum, necnon etiam ſubſcriptionem illius, qui negocium commendauit, quam peruenire curabimus ad manus prædicti Secretarij, atque eiſdem litteris non reſſcribemus, niſi de mandato dictæ Congregationis, & ſaltem in ipſo actu votandi propalabimus, à quo, vel à quibus cauſa fuerit nobis commendata. Et ita nos præfati Cardinales promittimus, & iuramus, ſic nos Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Idem Iuramentum pręſtabitur ab Officialibus, Rotæ Auditoribus, Conſultoribus, & familiaribus, mutatis mutandis.

43 *Sanctitas ſua expreſſe prohibuit Sac. Rituum Congregationi, ne deinceps procedat in cauſis Seruorum Dei, ad effectum Canoniza-*

Digitized by Google

=zationis, ſeu Beationis, aut declarationis Martyrij, niſi elapſis quinquaginta annis ab obitu illius, quinimò etiam lapſis quinquaginta annis de ſimilibus proceſſibus tam factis, quam faciendis agi vetuit, niſi habita prius, & expreſſe obtenta licentia à Sanctitate ſua, vel eius ſucceſſoribus.

44 *Sub Decreto huiuſmodi vult comprehendi etiam cauſas, in quibus modo reperiuntur expeditæ litteræ remiſſoriales, & compulſoriales, ac omnes aliæ nunc pendentes, quæ adhuc expectant perfectionem ſuam, & complementum à facto futuro finalis determinationis, quod vt firmius obſeruetur, inſuper iubet, vt ſi Memoriale ſuper hoc directum Congregationi porrigatur cum reſcripto Sanctitatis ſuæ, vt aliqua ex huiuſmodi cauſis ad præfatos effectus examinetur, nullum ſortiatur effectum, niſi in eodem reſcripto ſpecialis prædictæ prohibitionis derogatio reperiatur.*

45 *Verum ne pereant huiuſmodi dilationis occaſione probationes, permittit Sanctitas ſua, non habita ratione dictorum quinquaginta annorum, vt agi poſſit de prædictis proceſſibus, ſiue de alijs auctoritate ordinaria fabricatis, vel fabricandis, ad effectum declarandi, an per Sedem Apoſtolicam debeant concedi litteræ Remiſſoriales in genere, quibus obtentis, & fabricatis ſuper eis proceſſibus, ſeruatis ſeruandis, illiſque Sac. Rituum Congregationi præſentatis, permittit pariter Sanctitas ſua, vt in Sacra Congregatione diſcutiatur de eorum validitate, ac etiam de releuantia, in ordine, & ad effectum tantum cognoſcendi, an ſit procedendum ad proceſſus in ſpecie. Et proceſſibus in ſpecie completis, & Sacræ Congregationi delatis, videatur tantum de eorum validitate, quibus definitis, iidem proceſſus per Secretarium claudantur, & obſignentur ſigillo Sacræ Congregationis, non aperiendi donec veniat plenitudo temporis dictorum quinquaginta annorum, quo completo, nullo modo de eis agi poſſit, niſi expreſſe mandetur à Summo Pontifice.*

46 *In proceſſibus faciendis ſeruari ſolent omnia diſpoſita in Ceremoniali, ſeu Rituali Romano, ſub Leone Decimo impreſſo, ac tradita per Hoſtien. & alios DD. in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctorum. Nec prius Sedes Apoſtolica moueri ſolet, quam Reges, Principes, & aliæ honeſtæ, & authenticæ perſonæ inſtanter ſupplicauerint Summo Pontifici, & tunc etiam non ſtatim, ſed expectare, quod diu pulſetur, nam ſi perdurabunt miracula, & ſupplicantium inſtantia, præſertim ſpontanea, tunc Summus Pontifex, ſi ei videbitur, per Commiſſionem manu Sanctitatis ſuæ ſignatam, citato Promotore fidei, committit cauſam Congregationi Sacrorum Rituum, in qua in primis, & antè omnia cognoſci debet de adimplemento dictorum Decretorum, de conſilio Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitionis à Sanctiſſimo D. N. emanatorum.*

Forma Commiſſionis Generalis:

47 BEatiſſime Pater. Adeo hactenus aucta, in dieſque magis augetur fama Sanctitatis Serui Dei N. de N. vna cum miraculis, quæ Omnipotens Deus eius meritis, & interceſſione concedere dignatur, vt concepta in diuerſis Mundi partibus, maximè verò N. N. erga eum deuotione, à pleriſque in eorum neceſſitatibus inuocetur, & plurimorum etiam grauium Virorum exiſtimatione Beatificationis, & Canonizationis honore dignus, intercedente infallibili S. V. iudicio reputetur. Ex quibus motus, piaque intentione, ac particulari erga dictum Seruum Dei N. deuotione ductus Sereniſsimus Rex N. (*aut alius magnus Princeps N. qui pro tali Beatificatione, vel Canonizatione inſtens,*) per ſuas litteras inſtanter petijt S. V. vt ad eiuſdem N. Beatificationem, & Canonizationem procedere dignaretur. Propterea cum iam ſint confecti proceſſus auctoritate ordinaria ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis dicti Serui Dei N. illique iam ad Vrbem tranſmiſsi, ad effectum, eoſdem proceſſus præſentandi in Sacra Rituum Congregatione. Pro parte deuoti S. V. Oratoris N. de N. Procuratoris ſpecialiter in hac cauſa à præfato Sereniſsimo Rege N. ac etiam ab N. & N. *quæ debent eſſe perſonæ authenticæ, & honeſtæ, nempè Vniuerſitates, Capitula, Religiones, & ſimiles,* qui pariter eidem S. V. pro Beatificatione, & Canonizatione dicti Serui Dei N. inſtantiam faciunt, conſtituti, humiliter eidem S. V. ſupplicatur, quatènus dignetur, cauſam, & cauſas Beatificationis, & Canonizationis, necnon cognitionem virtutum, morumq; & miraculorum, ac publicæ famæ Sanctitatis dicti Serui Dei N. populorumque erga ipſum deuotionis, cum ſuis, & illarum inciden. dependen. emergen. anne-

 xis,

xis, & connexis, eidem Sacr. Rituum Congregationi committere, & mandare, cum facultate in primis, & ante omnia, aliquem ex Eminentiſsimis DD. Cardinalibus eiuſdem Sacræ Congregationis in cauſæ Relatorem deputandi, & proceſſum ad partes factum ſuper obſeruantia Decretorum à Sanctitate Veſtra in Congregatione Sanctiſsimæ Inquiſitionis ſuper non cultu editorum, (*quatenus facta ſit*) recipien. aperien. & citato, & audito fidei Promotore, diſcutien. ex eodemque declarandi, dictis Decretis ſufficienter paritum fuiſſe (*quatenus verò dictus Proceſſus ſuper obſeruantia dictorum Decretorum ad partes factus non ſit*) illius confectionem ſi in Curia adeiunt probationes committen. Eminentiſs. Domino Cardinali S. V. Vicario, ſi vero extra Curiam, alicui Epiſcopo, vt ad eiuſdem proceſſus ad partes confectionem iuxta tenorem eorumdem Decretorum deueniat, ad effectum illum poſtea in eadem Congregatione præſentandi, & audito R.P.D. fidei Promotore diſcutien. & ex eo vt ſupra declarandi, factaque per eamdem Sacram Congregatione declaratione, ſupradictis Decretis ſufficienter paritum eſſe, eaque poſt relationem S. V. per R. P. D. Secretarium Congregationis facienda, ab eadem S. V. approbata, ad Proceſſuum auctoritate ordinaria confectorum, & coram ea legitime præſentandorum aperitionem, diſcuſsionem, ac diligentem examinationem, ad relationem Eminentiſsimi Cardinalis in ea deputati, audito pariter, & citato D. Promotore fidei deueniendi, & ſi ex illis eidem Sacræ Congregationi viſum fuerit, & S. V. placuerit, poſſe ad generalem inquiſitionem ſuper eadem ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, Apoſtolica auctoritate deueniri, eidem Sacræ Congregationi pariter indulgere, & liberam facultatem concedere, vt aliquibus Epiſcopis Prouinciæ N. committere valeat, vt per ſe ipſos inquirant de fama, & deuotione populi, de miraculis, & alijs denunciandis dicti Serui Dei N. in genere tantum, & non in ſpecie, & quo ad famam ſi vigeat de præſenti, & ad hunc effectum aliquot articulos ad eoſdem Epiſcopos tranſmittat, ſuper quibus, & ſuper interrogatorijs per Promotorem fidei conficien. debeant per ipſoſmet, & non alios, teſtes examinare cum interuentu Subpromotoris fidei per eumdem Promotorem in Curia nominandi, & cum poteſtate citandi, & inhibendi, etiam ſub cenſuris, &c. etiam per edictum, &c. contradictores, &c. inuocato, &c. & alijs facultatibus opportunis. Quibus peractis, ea, quæ inuenerint, fideliter reſcribant, & proceſſum huiuſmodi ad eamdem Sacram Congregationem ſub ſigillo clauſum per fidelem nuncium tranſmittant cum ipſorum litteris, in quibus ſignificent, an eis videatur, quod prædictis teſtibus, & eorum depoſitionibus ſit danda fides, & quod ſuper veritate eorumdem ſit in ſpecie committenda inquiſitio. Quo proceſſu recepto, & per Sacram Congregationem diſcuſſo, eadem Sacra Congregatio S. V. referat, quid de eius releuantia ſentiat, ad effectum; vt S. V. ſtatuere poſsit, an ſit deueniendum ad inquiſitionem ſpecialem, quod ſi S. V. ei locum eſſe iudicauerit, eidem Congregationi mandare, & iniungere, quatenus eiſdem Epiſcopis N.N.N. vel alijs Epiſcopis committere valeat, vt veritatem ſuper dicti Serui Dei N. fama, deuotione populi, vitæ ſanctitate, puritate fidei, miraculis, & alijs à Sacris Canonibus requiſitis exacte, fideliter, & prudenter ſecundum articulos, & interrogatoria in Curia per Promotorem fidei danda, & illis tranſmittenda, in ſpecie inquirant, & iura, & monumenta exhibenda coram ipſis recipiant, cum interuentu Subpromotoris per eumdem fidei Promotorem in Curia nominandi, & quidquid per inquiſitionem ſpecialem huiuſmodi inuenerint, ſuis ſigillis incluſum caute ad eamdem Sacram Congregationem tranſmittant, vt deinde omnibus mature examinatis decernat, an proceſſus huiuſmodi ad Rotæ Auditores ſint tranſmittendi, vt forment rubricas, ſuamque faciant relationem de his, quæ in dictis proceſſibus continentur abſque tamen prolatione voti conſultiui alibi, quam in Sacra Congregatione coram S. V. haben. vt eadem poſtea S. V. referatur, an talia ſint, propter quæ ad Canonizationem dicti Serui Dei N. iuxta Sacrorum Canonum Decreta, & S.R.E. Ritum deueniri poſsit, cum facultate, litteras remiſſoriales, & compulſoriales ſuper præmiſsis, citato D. fidei Promotore, ad quaſcumque Mundi partes decernen. & relaxan. etiam in Curia, iura, & monumenta recipien. & ſi opus fuerit, teſtes

per

per Eminentiſsimum D. Cardinalem Vicarium, ſeu Epiſcopos, & in loco ab eo deputan. iuxta decreta S. V. examinari facien. præuia citatione, & cum interuentu dicti Promotoris, vel eius Subpromotoris ſuper ijſdem articulis, & interrogatorijs ſub cenſuris, pænis, & alijs facultatibus antedictis, aliaque omnia, & ſingula in præmiſsis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna facien. geren. & exequen. non obſtantibus Conſtitutionibus etiam in vniuerſalibus, & Synodalibus Conciliis, & aliis Ordinationibus Apoſtolicis, Regulis Cancellariæ, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ſtatum, &c. tenores, &c. pro plene, & ſufficienter expreſsis haben. &c.

Addendum, vel minuendum prædicta Commiſſioni iuxta ſtatum cauſæ, & contingentiam facti, vel formandæ Commiſſiones particulares in vnoquoque articulo, prout Sanctiſſimo videbitur.

48 *Aduertendum eſt, quod in omnibus actis citari debet in Vrbe Promotor fidei, iuxta formam Breuis à Sanctiſſimo Domino Noſtro eidem conceſſi, & extra Vrbem Subpromotor ab eodem Promotore deputandus.*

Breue Promotoris Fidei.

49 VRBANVS PAPA OCTAVVS, Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes cauſas Beatificationum, & Canonizationem Sanctorum, ea, qua par eſt, circumſpectione tractari, ac de tua ſingulari pietate, doctrina, & Catholicæ Religionis zelo plurimum in Domino confiſi, te, qui noſtræ Conſiſtorialis Aulæ, & Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus exiſtis, & quem à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendi, harum ſerie abſoluimus, & abſolutum fore cenſemus, in Promotorem fidei, cum facultate quibuſcumque Congregationibus, quæ ſuper Canonizationibus, & Beatificationibus huiuſmodi, tam coram Vener. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quam etiam nobis fient, interueniendi, & in eis votum conſultiuum ferendi, ac obiectiones ſuper materiis pro tempore occurrentibus faciendi, & ſuper eis tam in facto, quam in iure ſcribendi, & quando opus fuerit tam nos, quam dictos Cardinales oretenus informandi, & cum hoc, vt tu deinceps in omnibus proceſſibus ſuper dictis Canonizationibus, & Beatificationibus conficiendis, & in ſingulis actis faciendis, tanquam pars formalis, & ad inſtar Commiſſarii Cameræ, & Fiſci Procuratoris citari debeas, quodque tu interrogatoria cum proteſtationibus, quæ tibi videbuntur neceſſariæ, dare, & examinibus teſtium, & compulſationibus iurium, & ſcripturarum quarumcumque confectionibus planctarum, viſitationibus ſepulchrorum, & aliis quibuſcumque tam in Romana Curia, quam in qualibet alia parte orbis terrarum coram quibuſcumque Iudicibus etiam Delegatis per te, ſeu per alium Subpromotorem, cum facultatibus, quæ tibi opportunæ videbuntur, à te deputandū interuenire valeas. Qnduè Subpromotorem vnum eligere poſſis, & deputare ad tuum beneplacitum in Romana Curia, qui proceſſus huc vſque factus, vel alios in futurum faciendos tam auctoritate ordinaria, quam Apoſtolica videre, ac in facto ſcribere, & comparere poſſit in actis coram Notario, & Secretario dictæ Congregationis, & etiam coram DD. Cardinalibus ad concordandum factum ſuper dubiis in Congregationibus proponendis, & alia faciendi nomine, & arbitrio tuo, quæ tibi videbuntur opportuna, & neceſſaria, & cum quo etiam conferre poſſis difficultates, & alia omnia, quæ in dictis Congregationibus tractabuntur, recepto tamen prius à te, & ab eo ſolito iuramento de ſeruando ſecretum factorum, ac omnium ſcripturarum producendarum, ac informationum faciendarum ſuper dubiis tempore opportuno diſputandis, ad effectum ea videndi, & conſiderandi, eiſque obiectiones, & reſponſiones opportunas faciendi detur. Alioquin tu propoſitiones impedire valeas, ac demum cum omnibus, & ſingulis aliis facultatibus, Promotoribus huiuſmodi de iure, vſu, conſuetudine, competentibus Apoſtolica auctoritate tenore præſentium deputamus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, vt te in Promotorem prędictum iuxta tenorem pręſentium

recognoſcat, ac decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac omnibus, ad quos ſpectat pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, ſicq; per quoſcumque Iudices ordinarios, et Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, et Congregationes prædictas iudicari, et definiri debere, et irritum, et inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis quibuſuis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegiis quoque, et indultis, ac litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innouatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, etc.

50 *Poſtquam verò fuerit declaratum, eſſe ſatisfactum Decretis, ſi Sacra Congregatio coram Sanctitate ſua habenda cenſuerit, eſſe locum probationibus recipiendis, committit aliquibus Epiſcopis Patriæ vicinæ, ſeu Prouinciæ illius, qui petitur Canonizari, vt inquirant de fama, de deuotione populi, de miraculis, & alijs denunciandis in genere tantum, & non in ſpecie.*

51 *Huiuſmodi litteræ Remiſſoriales, ſi fieri poteſt, dirigi omnino debent Epiſcopis, & non minus quam tribus, itaut duo ſaltem ex illis interuenire debeant in proceſſu conficiendo, & pro bona forma tradi debet, vt teſtes primo examinentur iuxta interrogatoria per Promotorem fidei ex officio danda, & in litteris inſerenda, deinde ſuper articulis in eiſdem litteris includendis.*

Forma litterarum Remiſſorialium, & Compulſorialium in genere.

52 VLDERICVS S. R. E. Cardinalis Carpineus Sacr. Rituum Congregationis Præfectus, vobis Illuſtr. et Admod. RR. DD. Epiſcopis N. N. N. Iudicibus per Nos ad infraſcripta ſpecialiter deputatis, ſalutem in Domino, et in commiſſis obedientiam, ac noſtris huiuſmodi, imo verius Sedis Apoſtolicę firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod alias S. D. N. per ſpecialem commiſſionem huic Sacræ Congregationi directam cauſam Beatificationis, et Canonizationis Serui Dei N. de N. commiſit tenoris infraſcripti videlicet (*hic ponatur tenor commiſſionis*) et coram eadem Sacra Congregatione exhibitis proceſſibus auctoritate ordinaria, ſeu ad perpetuam, vt dicitur, rei memoriam pluribus in locis confectis ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis Serui Dei N. de N. vna cum ſupplicibus libellis Sanctiſs. D. N. nomine N. N. N. porrectis, et ad eamdem Sacram Congregationem ab eodem *Sanctiſsimo* tranſmiſsis, viſis, et diligenter diſcuſsis, et examinatis huiuſmodi proceſsibus, ad relationem Eminentiſſimi, et Reuerendiſſimi D. Cardinalis N. coram Sanctitate ſua in Congregatione ad id ſpecialiter deſtinata communi omnium voto, et conſenſu prædictorum Eminentiſsimorum, et Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium cenſuit eadem Congregatio, et decreuit, poſſe, ſi eidem Sanctiſsimo D. N. videatur, ad generalem inquiſitionem quoad famam tantum per probationes deueniri, cui Decreto Sanctiſsimus D. N. annuit, ideoque in exequutionem eiuſdem Decreti, ac vigore facultatis in præinſerta commiſsione eidem Congregationi conceſſæ requiſiti pro parte DD. Oratorum, quatenus pro examinandis teſtibus tam in Curia, quam extra degentibus, aliiſq; in præinſerta commiſsione narratis, probandum, et verificandum opportune prouidere dignaremur ad Dei gloriam, et S. Romanæ Eccleſiæ exaltationem. Volentes igitur ea, quæ à Sanctiſsimo Domino Noſtro committuntur, et quæ in ipſa Sacra Congregatione ſtatuta ſunt, debitæ exequutioni, vt par eſt demandare, Expoſito nobis in dicta Sac. Congregatione nonnullos teſtes in Ciuitate, et Diœceſi N. necnon in locis adiacentibus adeſſe, et reperiri, de vita, ſanctitate, et miraculis eiuſdem Serui Dei N. notitiam habentes. Conſiderantes etiam, æquum, et iuſtum eſſe, Dei gloriam, quæ in ſuis Seruis reſplendet, manifeſtam fieri præſentes litteras ad vos dirigendas ſub hac forma cenſuimus. Quamobrem pro parte N. de N. Procuratoris in huiuſmodi cauſa deputatis, prout de eius legitimo mandato docuit, exhibitis nonnullis poſitionibus, et articulis continentibus vitam, mores, virtutes, et miracula prædicti Serui Dei N. illiſque per nos admiſsis, remiſſoriales, et compulſoriales pręſentes in genere

dumta-

Digitized by Google

dumtaxat, et non in ſpecie, et quo ad famam tantum ſuper præmiſſis conceſſimus, voſque in Iudices exequutores illarum, tam pro examinandis teſtibus, quam pro extrahendis ſcripturis neceſſarijs ad præfatum effectum ſolummodò nominauimus, & conſtituimus. Idcircò vobis omnibus ſupradictis, de quorum fide, integritate, ac religionis zelo, & perpetua, ac debita erga hanc Sanctam Sedem Apoſtolicam obedientia plurimum in Domino confidimus, auctoritate ordinaria huius Sacræ Congregationis, & reſpectiue Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, per præſentes committimus, & mandamus, vt vos, vel duo ad minus ex vobis coniunctim, & ſimul, & non alias aliter, vel alio modo, vice noſtra in ſingulis actibus procedentes, omnes, & ſingulos teſtes, litteras, ſcripturas, inſtrumenta, monumenta, & alia quæuis probationum genera, qui, ſeu quæ coram vobis, ſeu duobus ſaltem ex vobis ſimul, & coniunctim, vtſupra, produci, & compulſari contigerit à perſonis legitima mandata procuræ habentibus, recipiatis, & iuxta interrogatoria à Promotore fidei hic in Curia data, ac ſuper poſitionibus, & articulis in præſentibus noſtris contentis, quæ, & quos ſub ſigillo noſtro incluſos, & incluſa tranſmittimus in calce præſentium regiſtrandum in locis ſupra nominatis, in Eccleſijs, aut Oratorijs, pijſq; locis, exprimendo ſemper locum loci, reſpectu verò infirmorum alijs locis per vos eligendis, ſeu deputandis, pro Tribunali ſedentes admittatis, receptoque prius in manibus veſtris ab ipſis teſtibus cuiuſcumque gradus, ſtatus, ſexus, & conditionis, etiam Sacerdotibus, exceptis Epiſcopis, exiſtant, iuramento tactis Sacroſanctis Euangelijs coram vobis ipſis poſitis, & non alias aliter, nec alio modo, de veritate dicenda ſuper iis, ſuper quibus examinabuntur, primò iuxta dicta interrogatoria, & deinde ſuper poſitionibus, & articulis prædictis per extenſum coram vobis, ſiue duobus ſaltem coniunctim, ac coram fide digno Notario publico, Apoſtolico, ſiue Eccleſiaſtico, à vobis ſimiliter deputando, qui coram vobis, ſeu duobus veſtrum, & in manibus veſtris ſolitum præſtet iuramentum, tactis Sacroſanctis Euangeliis de fideliter exercendo officium ſuum, diligenter iuxta formam ſuperius expreſſam examinetis, hoc expreſsè ſeruato, quod teſtes in Eccleſiis, Oratoriis, piiſque locis, & in loco loci in iiſdem deputato omninò interrogentur, eorumque dicta excipiantur, animaduertendo, vt iidem teſtes quæcumq; habent explanatè, & per extenſum deponant, nec ſe referant ad atteſtationes alias redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipſi depoſuerunt, cætera verò proceſſus acta in loco ſolito audientiæ conficiantur, ipſorumque teſtium atteſtationes, dicta, depoſitiones, necnon acta, citationes, & actitata quæcumque tranſcribi fideliter faciatis, necnon collationem, ſeu auſcultationem ſupradictorum omnium per vos ipſos Iudices, vel ſaltem duos ex vobis coniunctim, adhibito alio Notario, qui etiam iuramentum præſtet, vtſupra, faciatis, omniaque clauſa, veſtrique ſigilli, aut duorum veſtrum munita, præuio prius iuramento per fidelem nuncium, ſeu Portitorem præſtito, ad nos tranſmitti curetis. Significantes nobis non ſolum generaliter, quæ fides teſtibus deſuper examinatis ſit adhibenda, ſed etiam particulariter ſuper his, quæ per eoſdem teſtes depoſita fuerunt, & an in deponendo aliquid viderint, per quod reddatur ſuſpecta eorum depoſitio, & an vobis videatur, quod ex prædictis poſſit deueniri ad ſpecialem inquiſitionem. Decernentes irritum, & inane quidquid contra formam præſentis Remiſſoriæ ſcienter, vel ignoranter fuerit executum. Vt autem prædicta omnia, & ſingula liberius exequi valeatis, eadem auctoritate, qua ſupra, vobis committimus, & mandamus, vt nuncium, ſeu nuncios pro citationibus faciendis, & aliis mandatis, & decretis veſtris exequendis, præuio prius iuramento ab eis recepto de fideliter exercendo officium ſuum deputare valeatis auctoritate noſtra, eumdemque, & teſtes præfatos, vt ſe examini ſubiiciant, ſub cenſuris, & pœnis Canonicis, omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, omnibus iuris, & facti remediis opportunis cogere, & compellere valeatis, & eodem modo recuſantes exhibere ſcripturas ad cauſam facientes compellere valeatis, citato in omnibus actis D. N. Subpromotore fidei per Promotorem in Curia nominato, & non aliter, alias, nec alio modo. Pro quibus omnibus exequendis vt ſupra veſtram diligentiam, & curam qualemq; de vobis ſperamus fidem adhibere, atq;

in præ-

in præmiſſis ita vos gerere ſtudeatis, vt & gratiam ab hac Sacra Congregatione inire, & retributionem laboris veſtri ab Altiſſimo pro Seruis ſuis conſequi poſſitis, In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium præſentes manu noſtra, necnon infraſcripti Prothonotarii Apoſtolici de numero participantium ad acta Congregationis pro tempore deputati, & eiuſdem Sacræ Congregationis Rituum Secretarii, noſtroque ſigillo munitas, fieri, expediri, & relaxari mandauimus per acta infraſcripti Notarii eiuſdem Sacræ Congregationis. Datum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentię, Anno, &c, indictione, &c. die, &c. Pontificatus, &c. præſentibus, &c.

53 Poſitiones, & articulos infraſcriptos dat, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine N. Regis N. & N. ad docendum de fama, & deuotione populi, & miraculis,& aliis denunciandum,& ſuper his in genere, & non in ſpecie, & quo ad famam tantum Serui Dei N.& ad omnem alium bonum finem, & effectum, petens illos ad probandum admitti, litteraſque deſuper opportunas pro examinan. teſtibus ad Ciuitates, ſeu loca N.& N.& vbi opus fuerit concedi, non ſe adſtringens, etc.ad onus ſuperfluæ probationis,de quo expreſſe proteſtatur, non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c. ſaluo iure &c.

In primis igitur repetit omnes, & ſingulos proceſſus, inſtrumenta, iura &c. in quantum tamen, & non aliter &c. de quo &c. ex quibus credit, ſatis abunde conſtare non ſolum de fama, deuotione populi, & miraculis, & aliis denunciandis in genere, & quoad famam tantum, ſed etiam in ſpecie, prædicti Serui Dei N. et his ſaluis poſſit, et quatenus opus ſit probare vult, et intendit.

Hic inferendi ſunt articuli concernentes locum, vbi natus ſit Dei Seruus, tempus, & parentes, vitam, & mortem illius.

Item quod dictus Seruus Dei ſemper vixit cum fama ſanctitatis, quæ continuauit etiam poſt mortem, et nunquam diminuta fuit, ſed potius aucta non ſolum in locis vbi vixit, et mortuus eſt, ſed etiam in aliis vicinis, et remotis, et quod iſtud fuit, et eſt publicum, et notorium, et fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item quod eius corpus ſepultum fuit in loco N, et in Eccleſia N, et ſemper, ac continuò fuit ad illud venerandum magnus concurſus populi, et aliorum exterorum ad illud confluentium propter famam, et opinionem ſanctitatis illius, et quod hoc fuit, et eſt publicum, et notorium, ac fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item quod in locis, vbi vixit, et mortuus fuit, ac etiam in aliis, ſemper dictus Seruus Dei habitus fuit in magna veneratione, et erga illum fuit maxima deuotio, non ſolum illorum, qui in dictis locis habitabant, ſed etiam aliorum exterorum, et quod hoc fuit, et eſt publicum, et notoriũ, et fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item quod fecit multa, et magna miracula non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem, ſanando infirmos ex omni genere infirmitatis, prædicendo futura, & alia operando, quæ naturaliter fieri minime poterant, et quod iſtud fuit, et eſt publicum, et notorium, et fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item quod de prædictis omnibus non ſolum in dictis locis vbi vixit, et mortuus fuit, ſed etiam in aliis propinquis, et remotis, ac vbique locorum fuit ſemper, et nunc etiam eſt publica vox, et fama, et communis reputatio, quæ ſemper inconcuſſa, et conſtans fuit, itaut nunquam aliquid fuerit dictum, vel auditum, aut factum in contrarium.

54 Proſper Bottinius Archiepiſc.Mirhę S. ConſiſtorialisAulę,ac Fiſci,& Cam.Apoſtol.Aduocatus in omnibus cauſis Beatificationũ, et Canonizationum Sanctorum à S.D.N. pro eius B. eue dat. etc. ſpecialiter deputatus petit, et inſtat, teſtes inducendos, et examinandos in cauſa Beatificationis, et Canonizationis Serui Dei N. tam in Vrbe, quam extra, et vbique locorum pro parte, et ad inſtantiam Admodum R. D. N. N. huius cauſæ Procuratoris, vel eius ſubſtitutorum ſuper fama, et deuotione populi, et ſuper miraculis, et aliis denunciandis, et ſuper his in genere, et non in ſpecie, et quo ad famam tantum Serui Dei N. ac denique ſuper articulis in hac cauſa datis, antequam ſuper huiuſmodi articulis examinentur, præmiſſo iuramento tactis etc. et cum interuentu Subpromotoris fidei per eum nominati, ſuper infraſcriptis interrogatoriis fideliter, et ſeparatim interrogati.

Primo. In primis ſerio moneatur quilibet

Digitized by Google

libet teſtis, quantumuis nobilis, et quacumque dignitate præditus, de vi, et importantia iuramenti, et grauitate periurii, præſertim in cauſis grauiſſimis, prout ſunt iſtæ Canonizationum Sanctorum.

Secundo. Deinde interrogetur quilibet teſtis vtſupra, de nomine, cognomine, patria, ætate, parentibus, exercitio, ſeu profeſsione, diuitiis, vel paupertate, et aliis circumſtantiis ad eius perſonam, et conditionem ſpectan.

Tertio. Item an ſit confeſſus peccata ſua, & ſacræ Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerit, in qua Eccleſia, à quo Sacerdote, quibus præſentibus, de quo menſe, & anno vltima vice id fecerit.

Quartò. Vlterius an fuerit vnquam inquiſitus, accuſatus, vel proceſſatus de aliquo crimine, & quo coram quo Iudice, de quo anno, & an ſemel, vel pluries, & an ſequuta ſit abſolutio.

Quintò. Similiter an ob aliquam cauſam fuerit vnquam excommunicatus, & quoties, & ex qua cauſa, & an fuerit abſolutus, vel adhuc in eadem excommunicatione permaneat.

Sextò. Rurſus an fuerit ab aliquo inſtructus, quomodo deponere debeat, & à quo, & quo loco, quibus verbis, & de quo tempore.

Septimò. Amplius an ſciat, in qua Prouincia, & Diæceſi ſit Ciuitas N. & ſi dixerit, ſcire, illam exprimat; & dicat, an vnquam acceſſerit ad talem Ciuitatem, ſeu locum, & ob quam cauſam.

Octauò. Inſuper an cognoſcat, vel audierit nominare N, ſi reſponderit, illum cognouiſſe, dicat quomodò, & qua occaſione, in quo loco, & de quo tempore, & an fuerit ipſum vnquam alloquutus, & quoties, ac de quibus negociis, vel rebus; & quibus præſentibus, ſi verò dixerit, illum audiuiſſe nominare, dicat, à quo, ſeu quibus, qua occaſione, & ad quem finem, & effectum, & quoties id contigerit.

Nonò. Præterea interrogetur an ſciat in quo loco; & loco loci dictus N. vitam ſuam egerit, & quæ fama, & reputatio fuerit de eius vita, & Sanctitate in dicto loco, & an eadem fama, & reputatio fuerit etiam in aliis locis, et quibus, et an fuerit continua, vel interpolata, et per quantum tempus durauerit, et an fuerit communis reputatio omnium de illo loco tantum, et an ipſe teſtis idem reputauerit, et ipſe, quam alii vnquam ſecus ſenſerint, aut aliter alios ſentire audiuerit.

Decimò. Interrogetur quoque, an ſciat in quo loco, et loco loci, et quo tempore, et ex qua infirmitate dictus N. obierit, et an ſciat, vbi ſit ſepultum corpus eius, et an vnquam ipſe acceſſerit ad eius ſepulchrum, et audiuerit alios ad illud accedere, et an ſemel, aut aliquoties tantum, vel frequenter, et ſæpius, et an fama foret, quod talis acceſſus fieret, quia reputaretur pro Sancto, et intercedere poſſet pro ipſo, et aliis, et dicat à quibus, et quoties audierit, & an audierit, an diminutus fuerit concurſus, vel potius auctus, et quotidie augeatur ab eo tempore, quo incæpit.

Vndecimò. Interrogari debebit, an audierit, quod Populus habeat deuotionem erga dictum N. ſi dixerit, quod ſic, dicat, qui Populus fuerit, et an pars tantum, vel maior pars, aut totus populus, vnius tantum loci, vel plurium, et qui, et in quibus audierit conſiſtere eorum deuotionem, à quo tempore dicatur incæpiſſe, et an ab illo tempore audierit, quod diminuta, vel potius aucta fuerit, et quotidie augeatur.

Duodecimò. Interrogetur, an diù audierit, quod dictus N. fuerit exactus obſeruator mandatorum, Dei gloriæ zelator, amator virtutum, et laudabilis vitæ, et ſi dixerit, audiuiſſe, interrogetur, à quibus, quoties, et quibus in locis audierit.

Decimotertiò. Interrogetur, an ipſe ſciat, quid ſit miraculum, & explicet, quid ſit, et an audierit, quod dictus N. quandoque fecerit miracula in vita, vel in morte, & à quibus, in quo loco, & loco loci audierit, & an fuerit communis reputatio, & fama, quod dictus, N. miracula fecerit, vel aliquorum tantum, et an alii reportarent contrarium, quod miracula non fecerit, et illa, quæ pro miraculis reputabantur, proceſſerint ex medicamentis adhibitis, vel alia cauſa naturali.

Decimo quartò. Et vltimò interrogetur generaliter circa famam, an ſciat, quid ſit fama, et an illa viguerit in aliqua parte populi, an verò in maiori, et an orta ſit ex probabilibus cauſis, vel potius fuerit vanus rumor populi. An habuerit originem à perſonis minus affectis, vel

ſuſpe-

ſuſpectis, et intereſſatis, puta, coniunctis, vel affinibus, amicis intrinſecis, Religioſis eiuſdem Ordinis, vel aliis quibuſcumque. qui ratione Eccleſię, in qua corpus reperitur, vel ob aliquam aliam cauſam aliquod intereſſe, ſaltem affectionir habere poſſint. An perſonæ, à quibus fama orta eſt, eſſent perſonæ graues, et fide dignæ, an potius leues, et ordinariæ puta, mulieres, ruſtici, et alii idiotæ, vel ignari. An huiuſmodi fama fuerit conſtans, et perpetua, quæ ſemper durauerit, vel breui, et per modicum tempus, et cito euanuerit. An contra huiuſmodi famam fuerit vnquam aliquid dictum, factum, vel auditum in contrarium. Denique an huiuſmodi fama viguerit non ſolum in loco, vbi dictus N. vixit, vel mortuus fuit, ſed etiam in aliis locis, et in quibus, vel potius in aliis locis, non autem in eo, in quo vixit, vel mortuus fuit, vel è contra fuerit tantum in loco, in quo vixit, et mortuus fuit, non autem in aliis locis, et vnde hoc proceſſerit, quod fama non fuerit in omnibus locis, et maxime in eo, in quo vixit, vel mortuus fuit.

55 *In hac prima Remiſſoria ſuper Inquiſi-*
tione generali fieri ſolet magnum funda-
mentum, & merito, quia ſi non probetur fa-
ma Sanctitatis in loco præſertim, vbi mor-
tuus fuit ille, pro quo inſtatur, concedi non
ſolet Remiſſoria ſuper Inquiſitione in ſpecie,
& propterea nunquam debet omitti hac In-
56 *quiſitio in genere. Et eſt aduertendum,*
quod non prius conceditur commiſſio Inqui-
ſitionis ſpecialis, quam ſit abſoluta omnino
Inquiſitio generalis, ſuper qua ſi Epiſcopi
deputati vltra proceſſum, quem tranſmittere
debent, reſcripſerint Sacra Rituum Congre-
gationi talia, per quæ videatur, quod In-
quiſitio committi debeat in ſpecie ſuper ve-
ritate eorumdem, tunc proponi debet nego-
tium in Congregatione habenda coram San-
ctitate ſua, ad effectum, vt Sanctitas ſua,
ſi ei videbitur, requiſito Conſilio Cardina-
lium Congregationis, poſſit definire, vtrum
Inquiſitio ſpecialis ſit committenda, vel non,
quod ſi committenda videbitur, iterum erit
committendum eiſdem Epiſcopis, vel alijs,
prout magis expediens iudicabitur; vt veri-
57 *tatem inquirant; Primò de fama, Secundò de*
vita, Tertiò de miraculis exacte, diligenter,
fideliter, & prudenter, ſecundum articulos
tranſmittendos, & interrogatoria inſerenda
in litteris remiſſorialibus mittendis clauſis,
& obſignatis, Epiſcopis, deputandisqui Pro-
ceſſum conficere debeant, citato ſub promo-
tore fidei nominando à Promotore Generali.

Forma *litterarum Remiſſorialium, & Compulſorialium in ſpecie eſt eadem, qua ſupra poſita in genere, ſolum mutato verbo, (Genere), in (ſpecie), & vlterius in fine ante verſ.* Pro quibus omnibus exequendis, *ſuperadditur facultas viſitandi ſepulchrum per infraſcripta verba.*

58 Inſuper vobis Iudicibus prædictis, vt ſupra committimus, et mandamus, vt pro finali complemento præmiſſorum, ſepulchrum, ſeu Tumbam, in quo, ſeu in qua dicitur reconditum corpus dicti Serui Dei, et alias eius memorias adhuc exiſtentes viſiteris atque apperiatis, illudque, et illas, cum omnibus, et ſingulis ſuis circumſtantiis, et qualitatibus recognoſcatis, et deſcribatis, recognoſcique, et deſcribi faciatis, nec quiuis alius cuiuſcumque fuerit ſtatus, dignitatis, et conditionis, etiam Ducalis, Archiducalis, et Regiæ, Eccleſiaſticæ, vel Laicalis Dignitatis, aliquid in dicto ſepulchro, ſeu tumba ponere, vel ex eo, ſeu ea ſubtrahere, auferre, vel ſubijcere, etiam ex deuotione audeat, vel præſumat, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo auctoritate eiuſdem Sacræ Congregationis, de qua ſupra incurrendæ, à qua nonniſi à Romano Pontifice poſſit abſolui, ſed omnia, prout in viſitatione, et recognitione huiuſmodi fuerint inuenta, eodem in ſtatu, modo, et loco relinquantur, et in ſuo priſtino ſtatu reponantur. Actus autem viſitationis, et recognitionis huiuſmodi reſpectu ſepulchri ſecrete fiat, adhibitis tantum ijs perſonis cum dicto Subpromotore fidei, quæ vobis videbuntur pro teſtimonio ferendo de repertis, vt concurſus populi, et omnis occaſio, vel offenſionis, vel periculi euitetur.

Forma vero articulorum hic non ponitur, quia in qualibet cauſa debent exhiberi à Procuratore partis, ſuper quibus Promotor fidei debet formare interrogatoria cum iiſdem articulis in litteris Remiſſorialibus tranſmittenda, vt ſupra dictum eſt.

59 *Eſt etiam aduertendum, in exequutione vtriuſque Remiſſoria, generalis ſcilicet, & ſpecialis, quod Iuramentum præſtetur tactis Sacris Scripturis ab omnibus Teſtibus; etiam Sacerdotibus, & Prælatis, exceptis Cardinalibus, & Epiſcopis, quorum iuramen-*

Digitized by Google

mentum ſufficiat tacto pectore, & examen fiat in aliqua Eccleſia, vel loco pio, Deo dicato, niſi infirmitas Teſtis, vel alia vrgens neceſſitas aliud ſuadeat.

60 *Nec prætereundum eſt, quod in Commiſſionibus Summi Pontificis Sacræ Rituum Congregationi directis apponi debet clauſula, quod quando erunt conficiendi proceſſus, & examinandi teſtes in Curia, eadem ſacra Congregatio ſubdelegare debeat Sanctiſſimi D. N. Papæ Cardinalem Vicarium, qui per ſe, ſeu ipſo impedito, per alios tantum*
61 *Epiſcopos ab eo deputandos capiat informationes neceſſarias cum interuentu Prothonotarij pro tempore Sacræ Rituum Congregationi deſtinati.*

62 *Poſtquam vero per Epiſcopos Commiſſarios fuerit remiſſum ad Sacram Congregationem Rituum & Secretario eiuſdem conſignatum ſub ſigillis clauſum quidquid ipſi inuenerint in Inquiſitione ſpeciali ſi proceſſus Proceſſus fuerit Serui Dei, qui infra quinquaginta annos obierit, videndum erit tantum de illorum validitate, prout ſupra diſponitur; ſi vero dicti proceſſus fuerint alicuius Serui Dei, qui ſupra quinquaginta annos deceſſerit, cognito prius in Congregatione, vt ſupra habenda coram Sanctiſſimo, an ſint in ſtatu, quo poſſint ad Rotam tranſmitti, tunc ad eamdem Rotam tranſmittantur, ad effectum cognoſcendi de validitate, de virtutibus, & de miraculis, atque de eiſdem Rotæ Auditores facere debent relationem Summo Pontifici niſi Sacra Congregatio ſuper præmiſſis pronunciauerit.*

63 *Rotæ Auditores, quibus cauſæ fuerint commiſſæ, formare debent rubricas de ijs, quæ in proceſſibus continentur, non tamen in relationibus proferre eorum vota conſultiua, quæ ſeruari debent aperienda in Congregationibus vt ſupra faciendis.*

64 *In proceſſibus faciendis illud maximè, & præcipue obſeruandum, vt videatur exitus vitæ illius, qui petitur Canonizare, quoniam cum vt dici ſolet, exitus acta probet, ſi finis vitæ Illuſtris, & ſanctimonia plenus, & publica præſertim teſtificatione notatus, argumentum erit, quod actiones anteactæ poterunt eſſe ſanctæ, & ideo informandis articulis videndum eſt, qualis fuerit vitæ exitus, & qualibus circumſtantijs Sanctitatis ſit munitus, nam in hoc articulo magnum cauſæ pondus conſiſtit.*

65 *Magnopere etiam conſiderari debet, antequam ad aliquos actus deueniatur, vt exploretur in loco, vbi mortuus fuerit, vel requieſcit ille, pro quo petitur Canonizatio, ſi ad præſens fuerit, & vigeat communis reputatio, & fama ſanctitatis, & vnde ortum habuerit, an ſponte homines ad venerationem, an vero arte, & diligentia humana procuretur id exhiberi, quod non procuratum non exhiberetur.*

66 *Præterea illud etiam diligentiſſime indagandum eſt, an ille, vel illa, pro cuius Canonizatione inſtatur, ſcripſerit aliquos libros, tractatus, opuſcula, meditationes, vel quid ſimile, nam ſi ſcripſiſſe conſtiterit, non prius eſt ad aliquem actum inquiſitionis deueniendum, quam tales libri diligenter in Sacra Congregatione examinentur, vtrum contineant errores contra fidem, vel bonos mores, vel doctrinam aliquam nouam, & peregrinam, atque à communi Senſu Eccleſiæ, & conſuetudine alienam.*

67 *Pro habenda certiori veritate virtutum, ſanctitatis vitæ, & miraculorum Seruorum Dei, pro quorum Canonizatione inſtatur, mandauit Sanctiſſimus non deberi in futurum procedi ad Canonizationem alicuius, qui aliqua veneratione, vel titulo Beati ſit decoratus, niſi prius in eadem Sacra Congregatione coram Sanctitate Sua fuerit iterum per Cardinalem in ordine ponentem facta plena, & diſtincta relatio non modo eorũ, quæ in proceſſibus, & alijs ſcripturis continentur, & illi per Summos Pontifices intuitu ipſius venerationis elargita fuerunt, verum etiam eorum, quæ superuenerunt poſt conceſſam eidem venerationem, de quibus conſtare poſſit ad hoc, vt ex prædictis omnibus valeat Summus Pontifex deliberare, an ſit procedendum ad Canonizationem.*

67 *Obſeruandum item circa proceſſus fabricatos ante publicationem præſentium Decretorum, quia ante quam ad vlteriora procedatur docendum erit de paritione prædictorum Decretorum Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & videndum, an proceſſus fuerint per æquipollens ſufficienter inſtructi, & ideo formandum erit dubium. An ſit procedendum ad vlteriora?*

68 *Proceſſus omnes in eadem Sacra Congregatione præſentati, & ſigillati, & clauſi per Secretarium, conſignari debent Notario eiuſdem Congregationis deferendi ad Prothonotarium deputatum ad acta Canonizationum, per quem præcedente decreto Sacræ Congregationis, & citato prius Promotore fidei, ſeruatiſque ſeruandis aperiri debent.*

Vt obuiaretur multis alijs abuſibus, fuit conſcripta Epiſtola particularis pro Nuncijs

Apoſtolicis vbique degentibus, & alia circularis cum inſertione infraſcripti Decreti, mittenda Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vltra, & citra montes.

Littera pro Nuncijs.

69 ADmodum Illuſtriſs., & Reuerendiſſime Domine, cum Sacra Rituum Congregatio matura habita conſideratione iudicauerit, ſi Pontificij per Europam Nuncij ſeſe ingerant in excipiendis Inquiſitionibus de integritate vitæ, & virtutibus, atque miraculis viri cuiuſpiam cum aliqua Sanctitatis nota defuncti, facile futurum, vt progreſſione temporis præſumpta palam opinione, videantur huiuſmodi acta tanquam habere pondus Apoſtolicæ auctoritatis, Ideo Sacra Congregatio re prius ad Sanctiſſimum relata cenſuit, Dominationi tuæ in memoriam reuocandum, ne vllius omninò hominum rogatu impulſiue ducatur in poſterum, vt apud tuum Tribunal, & ab alijs tua auctoritate ſuffultis de huius generis rebus agi, atque inquiri permittat, niſi eadem Congregatio per litteras remiſſoriales, & compulſoriales, aut quauis alia ratione per te ipſum fieri debere ſpecialiter ſignificet. Et ne aliquis in tam graui negotio ſubrepat abuſus, iuſſit eadem Congregatio, Amplitudinem tuam hac Epiſtola fieri certiorem de ijs, quæ continentur in adiuncto decreto, vt curet ab omnibus omnino ſeruari. Sacræ igitur Congregationis ſenſum libenter ſequatur Dominatio tua, quam interim Deus incolumem, proſperamque conſeruet. Datum Romæ die 12. Martij 1631.

Decretum.

CVm in tota Eccleſiæ gubernatione nihil maius, nihil ſit anguſtius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, vtpote homines iam demortuos etiam cum fama ſanctitatis, ac miraculorum declarare pro ſanctis, eoſque vti tales colendos, & venerandos decernere,

70 Sacra Rituum Congregatio, vt res hæc plane ampliſſima, atque grauiſſima, rite Sancteque conficiatur prohibet omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quam Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Societatis Ieſu, vel aliorum, quantumuis ſpeciali nota dignorum, ne audeant ipſi per ſe, vel per alios capere informationes ſuper Sanctitate, aut miraculis alicuius defuncti, neque vllo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extraiudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones ſub pænis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis. Quod ſi ſuperiori, ſacriſtæ, ſeù alteri officiali illius Eccleſiæ, in qua requieſcit corpus ipſiuſmet defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, ſeu prophetiæ dona, poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantum relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur; teneantur tamen, quamprimum commode poterunt eadem deferre, vel obſignata tranſmittere Epiſcopo loci, cum expreſſa declaratione, quod reuelationes ſic vt ſupra receptæ, non faciant aliquem probationis gradum etiã cuiuſuis longiſſimi temporis curſu. Quod Decretum cum fuerit ad notitiam Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Papæ Octaui deductum, Sanctitas ſua illud approbauit, ac imprimi & vbique publicari mandauit Die.

Littera pro Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.

71 ADmodum Illuſtris, & Reuerendiſſime Domine. Cum quotidie magis notum fiat, quanta ſinceritate mentis, & maturitate cognitionis incipere, & proſequi deceat eorum cauſas, qui diem vltimum obiere, non ſine aliqua populi relicta opinione Sanctitatis, & quam accurate, fideliterque in re tanti momenti adhiberi teſtes, & in examen vocari conueniat, Sacra Rituum Congregatio, facto prius verbo cum Sanctiſſimo, ne aliquis ſubrepat abuſus, iuſſit Amplitudinem tuam hac peculiari, epiſtola fieri certiorem de ijs, quæ in adiuncto decreto continentur, nempe vt curet, ne in poſterum vlla ex parte aduerſus illud à quopiam in tua Diæceſi aliquid committatur, ſed ab omnibus omnino inuiolabiliter obſeruetur, & quando apud Amplitudinem tuam ab aliquo petitum fuerit, vt velit inquirere in Sanctitatem vitæ, & miracula alicuius, qui cum prædicta fama obiiſſe dicatur; quoniam nimia plerumque proclinitas, atque celeritas occaſionem errori præbet, non prius generaliter ſuper vitæ Sanctitate inquiri permittat, quam particulariter de

Digitized by Google

de alicuius virtutis eminenti gradu, aut peculiari miraculo, procedat famæ comprobatio, prout prudentiæ tuæ magis expedire videbitur. Quod per te ipſum exequi Sacra Congregatio ſummopere exoptat, ſed ſi ob inualitudinem, ſiue ob legitimum aliud, & graue impedimentum, id conficere non valebis, ſuper quo conſcientiam tuam onerat eadem Congregatio, poterit Amplitudo tua delegare Vicarium tuum generalem, vel alium in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, qui Delegatus, ſiue ille ſit Vicarius, ſiue cuiuſcumque Dignitatis, cum alijs, ad minus duobus doctis viris, altero ſcilicet Magiſtro in Theologia, & altero graduato, vel licentiato in iure Canonico, rem totam peragere ſic debeant, vt omnes ſua nomina ſubnotent poſt ſubſcriptionem cuiuſcumque Teſtis, antequam diſcedant à loco ipſius examinis. Curabit inſuper Amplitudo tua, vt teſtes omnes quæcumque habent, explanate, & per extenſum deponant, nec ſe referant ad atteſtationes redditas, neque eis recitentur, quæ alias ipſi depoſuerunt. Poſtquam verò fuerint per Amplitudinem tuam, vel per alios à te ex cauſis supranarratis ſubrogatos acta completa, ſecreto remittantur, præſtito etiam iuramento à Notarijs, & teſtibus, ſe nemini promulgaturos quidquid ipſi ſcripſerint, vel reſpectiue depoſuerint, vel de quibus interrogati fuerint. De his autem actis per te, aut iuſſu tuo confectis certiorem ſtatim reddere debebit Amplitudo tua Summum Pontificem, eaque quanto citius poterit authentice tranſcripta, & ſigillo obſignata ad Sacram Rituum Congregationem tranſmittere. Originalia vero eodem modo obſignata, & in capſa clauſa pluribus clauibus, quæ diuerſis ad arbitrium tuum cuſtodiendæ tradantur, in Archiuio Patriarchali conſeruentur. Notum tamen ſit Amplitudini tuæ, neque per hanc Epiſtolam, neque per aliquid in ea propoſitum, voluiſſe Summum Pontificem, neque Sacram Rituum Congregationem tribuere, aut augere iuriſdictionem, ſeu facultatem, quæ alias Epiſcopis competere poſſet. Atque vt hæ litteræ nulla in poſterum obliuione deleantur, ſed ſemper in ſua recordatione vigeant, & tua, & tuorum deinceps ſucceſſorum, dabit operam Amplitudo tua, vt illæ quanto citius tam in Curia Patriarchali, quam in Archiuio Capitulari, ad perpetuam rei memoriam aſſeruentur. Datum Romæ die 22. Martij 1631.

72 *Declarando per huiuſmodi decreta, & ordinationes non cenſeri, Ordinarijs aliquam nouam facultatem conceſſam, vltra eam, quæ de iure eis competit.*

73 *Poſtquam vero Apoſtolica Sedes appoſuerit manum in aliqua ex prædictis cauſis, non poterit Ordinarius amplius in ea quoquo modo ſe ingerere, vel intromittere, nec etiam ad effectum conficiendi particularem proceſſum ſuper cultu non adhibito, qui formandus erit per eum, cui per Summum Pontificem, vel per Sacram Rituum Congregationem huiuſmodi facultas fuerit delegata.*

74 *Relationes Auditorum Rotæ, Informationes in facto, & in iure, & alia quæcumque ſcriptura tractantes de Cauſis Beatificationum, & Canonizationum imprimi omnino prohibentur ante earumdem cauſarum terminationem.*

75 *Decreta ſuper hac materia extendenda per Secretarium Sacræ Congregationis, concipiantur ſemper nomine Congregationis per verbum, Videtur, vel ſimile, ſeruata in vnoquoque negotio ſuprema determinatione Summo Pontificis, poſt factam relationem Sanctitati Suæ.*

76 *Quando Cardinales Ponentes cauſarum erunt abſentes à Curia, pro interponendis decretis neceſſarijs in cauſis huiuſmodi poterit adiri Cardinalis Præfectus pro tempore Sacræ Congregationis, vt ille interponat pro Cardinali abſente.*

77 *Promotor fidei, vt melius huiuſmodi cauſæ in poſterū diſcutiantur, teneatur in ſcriptis proponere difficultates eorum, quæ continentur in quolibet proceſſu.*

78 *Subſtituto Promotoris fidei pro quolibet proceſſu ab eodem ſubſtituto examinando, per Procuratorem cauſarum perſoluatur ſtipendium decem ducatorum.* *Circa huiuſmo di ſtipendium videantur noua decreta.*

79 *Sanctiſſimo Domino noſtro ſic annuente indultum eſſe Prothonotarijs de numero participantium, Primo quod in proceſſibus fabricandis, & præcipue in examinandis teſtibus ſuper martyrio alicuius Serui Dei hic in Curia omnino interuenire debeat R.P.D. Prothonotarius pro tempore Sacræ Congregationis.*

Secundo, quod examen prædictum debeat eſſe ſubſcriptum ab ipſo D. Prothonotario, alias examen nullam faciat fidem.

Tertio, quod Notarius, qui examen prædictum recipiet, in hoc actu ipſi D. Prothonotario ſubordinatus cenſeatur, & reputetur.

Item mandatum eſt, vt declamationes de

vobac prophanis, & plerumque de atrocioribus criminibus confectis, & imaginarÿs, quæ fieri ſolebant in Conſiſtorio publico ab Aula Conſiſtorialis Aduocatis, quando Legati Sedis Apoſtolicæ in eorum reditu ad Vrbem excipiuntur in eodem Conſiſtorio, vel quando per Summum Pontificem traduntur Pilei Cardinalitÿ nouis Cardinalibus creatis, vel admittuntur legati Principum ad præſtandã obedientiam Sedi Apoſtolicæ abrogentur omnino, & earum loco ſubrogentur propoſitiones cauſarum Seruorum Dei, qui fama ſanctitatis conſpicui mereantur adſcribi in numero Sanctorum, ſiue Beatorum, pro quibus poterunt inſtare apud Summum Pontificem Aduocati, petendo committi, proſequi, vel expediri reſpectiue cauſas arbitrio Sanctitatis Suæ.

Et facta relatione de omnibus Sanctiſſimo per Secretariũ Sacræ Rituum Congregationis, cum interuentu R.P.D. fidei Promotoris, Sanctitas Sua approbauit, abrogando ea, quæ ſupradictis contraria exiſtunt.

S V M M A R I V M.

Approbatio librorum de vita, & geſtis Seruorum Dei, non ſe extendit ad miracula, numer. 20.

Beatificationis indultum quæ præceſſerunt, ſunt tantum referenda, num. 21.

Breuia particularia ante Canonizationem pro Martyribus qualiter concedenda, num. 19.

Breuium limites verbales non ſunt excedendi, num. 7.

Centenaria cultus in probatione non ſunt attendenda geſta poſt nouiſſima decreta, num. 6.

Compulſoriales cum Remiſſorialibus extendenda, num. 15.

Cultus argumentum non deſumendum ex ſignatura commiſſionis, num. 9.

Decreta Sacræ Congregationis partibus tradi non debent, num. 17.

Informationes in cauſis Canonizationum imprimi debent, num. 13. non poſſunt imprimi niſi à Tipographo Camerali, & quæ forma ſit ſeruanda, etiam pro ſolutione, num. 22. pariter imprimi non poſſunt extra Vrbem, numer. 23.

Inſtantia quomodo producenda, num. 2.

Miracula requiruntur pro definiendo Martyrio, num. 1.

Miſſa, & officia Beatificatis, vel Beatis nuncupatis quando concedantur, num. 10.

Operum ſeruorum Dei approbationes quomodo fieri debeant, num. 14.

Probationes in cauſis Canonizationum cogdiuuari non poſſunt, num. 11.

Proceſſus an ſit repetendus in Beatificatis, n. 1.

Proceſſus auctoritate ordinaria confectis quomodo aperiendi, num. 3. & 4.

Promotor fidei citari debet ad videndum ſignari commiſſionem, num. 2.

Relatio facienda tantum de his, quæ Beatificationem præceſſerunt, num. 21.

Remiſſoriales quibus dirigenda, n. 15.

Reſcriptum per verbum Placet in Commiſſionibus obtinendum à Sanctiſſimo, nu. 2.

Sacriſtia Baſilicæ Sancti Petri debentur ſacra indumenta, quibus vtitur Summus Pontifex in ipſa die Canonizationis, num. 12.

Subpromotor fidei qualiter proceſſus ſubſcribere debeat, num. 18.

Surrogatio Cardinalium fit à Papa mox, n. 16.

Terminus in litteris remiſſorialibus euacuadus num. 8.

Teſtium depoſitiones ſcribendæ ſunt idiomate, quo proferuntur, num. 5. & 18.

CAPVT III.

Referuntur nonnulla decreta Congregationis Sacrorum Rituum, quæ licet non habuerimus autentica, & in forma probante, plures tamen audiuimus in eadem Sacra Congregatione citari.

De Miraculis requiſitis pro definiendo Martyrio in concreto.

1 DIſputatum fuit in genere pro cauſis Martyrum, quæ ſolent in Sacra Congregatione examinari. Vtrum pro declarando Martyre à Sede Apoſtolica, requirenda ſint Miracula. Et Aliqui, ſcilicet P. Lucas, P. Alciatus, licet hic ambigue, Reuerendiſſimi Albicius, Ghiſilerius, Dunozet, & Homodeus, fuerunt in voto, quod non ſint requirenda, ex eo quod Martyrium ad inſtar Baptiſmi operatur in inſtanti remiſſionem peccatorum, & conferat gratiam, & ex eo quod innumerabiles Martyres colantur in Eccleſia, de quorum miraculis non conſtat, nec Eccleſia de illis mentionem facit. Alÿ vero fuerunt in voto, quod requirantur, ſcilicet Reuerendiſſimus Oregius, Sacriſta, Magiſter Sacri Palatij, Epiſcopus Ciuitatis Plebis, Promotor fidei, ſi non conſtet de actu interno. Et ego, ex eo quod ad conſumandum Martyrium requiratur volun-

tas

tas probata patiendi pro fide, vel iuſtitia, & permanſio in charitate vſque in finem, quæ veritas cum reſideat in corde, cuius tamen Deus ſcrutator eſt, & pendeat ab actu interno finali, non poteſt probari, niſi per ſignum à Deo, quod eſt miraculum, ſiue mirabile; ſed videbantur concordari iſtæ opiniones ex ſuppoſitione, quod nimirum dato vero martyrio, miracula non ſint neceſſaria, ad hoc vero, vt in indiuiduo hoc, & hoc Martyrium probetur verum, miracula requirenda eſſe. Die 13. Septembris 1642. *fol.* 143.

Declarantur nonnulla dubia.

2 CVm non reperiatur ſpecialiter diſpoſitum circa obſeruantiam infraſcriptorum dubiorum, Eminentiſſimi Patres Sacræ Congregationi Rituum Præpoſiti, cupientes cauſas Beatificationum, & Canonizationum Sanctorum, ea qua par eſt circumſpectione coram Sanctiſſimo tractari, ideo in Congregatione habita die 27. Maij 1645. quæ fuit præparatoria alterius Congregationis, habendæ coram Sanctiſſimo, vt maturius procedatur, infraſcripta dubia propoſuerunt diſcutiẽda.

Primo an Promotor fidei ſit citandus ad dicendum cauſam quare commiſſio generalis ſignari non debeat.

Secundo, quo tempore inſtantiæ ſint producendæ in actis, an ante ſignatam commiſſionem generalem, vel poſtea.

Tertio, per quem ſit ſcribendum reſcriptum à Sanctiſſimo ſic ſignan. per verbum *Placet* in calce commiſſionis.

Quarto, an in iam Beatificatis à Sancta Sede requiratur Proceſſus ſuper non cultu vel ſuper caſu excepto, vel potius ſatis ſit producere Breue Beatificationis.

Et quoad primum fuerunt in voto amplectendam eſſe affirmatiuam ſententiam.

Ad ſecundum, inſtantias dandas eſſe in manibus Domini Secretarij ante Commiſſionem, & poſteà in actis.

Ad tertium, reſponderunt eſſe ſcribendum per Sanctiſſimũ reſcriptum per verbum *Placet* in medio commiſſionis.

Ad vltimum in iam Beatificatis à Sancta Sede non requiri proceſſum ſuper caſu excepto, ſed ſignata commiſſione, & productis inſtantijs, ſatis eſſet producere Breue Beatificationis, & poſtea Decreta Sacræ Congregationis extendere.

Quæ omnia ſupradicta decreta Sacra Rituum Congregatio ſeruari mandauit, ſi Sanctiſſimo placuerit. Die 27. Maij 1645. fol. 19

De Apertitione Proceſſuum ab Ordinarijs confectorum.

3 SAnctiſſimus Dominus Noſter In Cõgregatione coram ſanctitate ſua habita die 13. Iulij 1649. decreuit per Congregationem ordinariam Sacr. Rituum propoſitam poſſe aperiri proceſſus Seruorum Dei, cum aliqua Sanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione defunctorum, auctoritate ordinaria confectos, eidemque Sacræ Congregationi exhibitos ad effectum videndi contenta in illis, & poſtea referendi Sanctitati ſuæ, vtrum locus ſit interpoſitioni auctoritatis Sedis Apoſtolicæ ſignando commiſſiones *fol.* 33.

De eadem materia aperiendi proceſſus.

4 CVm Sanctiſſimus Dominus Noſter in Congregatione habita die 13. Iulij 1649 decreuerit per Congregationem Sacr. Rituum præpoſitam poſſe aperiri proceſſus Seruorum Dei, cum aliqua Sanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione defunctorum auctoritate ordinaria confectos, eidemque Sacræ Congregationi exhibitos, ad effectum videndi contenta in illis, & referendi Sanctitati Suæ, vtrum locus ſit interpoſitioni auctoritatis Sedis Apoſtolicæ ſignando commiſſiones requiſitas, Eminentiſſimi Patres cenſuerunt huiuſmodi aperitiones eſſe faciendas coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Præfecto citato R. P. D. Promotore, & ſeruata forma in decretis ſuper hoc emanatis, ac deinde aliquis ex Eminentiſſimis Patribus à Sacra Congregatione deputandus, qui viſis Proceſſibus illius Serui Dei, quos aperiri contigerit, referat in eadem Sacra Congregatione omnia, & ſingula contenta in illis, vt inde ſtatui valeat, quid Sanctitati Suæ referendum ſit, vt ſupra, die 3. Decembris 1650. *fol.* 117.

De ſcribendis Teſtium depoſitionibus idiomate quo proferuntur.

5 AVdito per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, quod in Proceſſu Beati Felicis à Cantalicio Capuccini peracto

coram

coram Vicario Vrbis, & relato in Congregatione Sacr. Rituum, habita eadem die coram Sanctitate Sua, depoſitiones teſtium etiam illiteratorum fuerunt exceptæ, ac ſcriptæ ad dictamen ſubpromotoris fidei latino ſermone, quodue ita etiam in alijs Proceſſibus factis in Curia dicebatur obſeruatum fuiſſe, improbando abuſum de Conſilio Eminentiſſimorum Patrum Sacræ Congregationi Præpoſit. decreuit, ac iuſſit, quod deinceps depoſitiones Teſtium examinandorum in cauſis Beatificationum, & Canonizationum recipiantur, & ſcribantur eodemmet ſermone, ac idiomate, quibus proferuntur ab ipſis Teſtibus vt ex verbis ab eiſdem prolatis ſincere, ac integre haberi, ac ponderari poſſit verus, & germanus ſenſus vniuſcuiuſque ipſorum Deponentium, eorumque dicta non amplius à Subpromotore fidei, ſed ab ipſis iudicibus, pro tali examine à Sacra Congregatione deputatis, ſeu deputandis fore, & eſſe dictanda. Die 6. Februarij 1652. fol. 180.

De non attendendis geſtis poſt nouiſſima decreta, in probanda centenaria cultus.

6 CVm in decretis Sanctiſſimæ inquiſitionis, ſuper non cultu editis fel. record. Vrb. VIII. prohibuerit, ſeruis Dei cum aliqua Sanctitatis, aut Martyrij fama defunctis, quidquam cultum, aut quamcumque venerationem præferen. & iudican. in oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis in quibuſcumque Eccleſijs apponi, antequam ab Apoſtolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, & appoſitio amoueri mandauerit, exceptis ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, aut tollerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur, & longiſſimum tempus, illiuſque immemorabilem curſum, de quo in prædictis Decretis, intelligendum eſſe declarauerit tempus centum annorũ metam excedens, & multoties dubitari contingat, an pro complenda huiuſmodi centenaria, ſint attendenda geſta poſt eadem Decreta. Hoc articulo in Congregatione Sacrorum Rituum examinato, Eminentiſſimi Patres cenſuerunt, non eſſe attendenda. Die 23. Martij 1652. 194.

De non excedendis limitibus ver libus Breuium Beatificationum

7 COngregatio hac die 5. Octobr. 16 cenſuit, & declarauit, ſi Sanctiſſi Domino Noſtro placuerit, non potuiſ neque poſſe tam Sæculares, quam Re lares, cuiuſcumque Ordinis, & Inſtitu etiam Societatis Ieſu excedere limi verbales indultorum Sedis Apoſtolicę per Beatificationibus, præſertim in ce bratione miſſarum, & officij cum octa niſi hoc expreſſe Sedes Apoſtolica eis dulſerit. Et facta relatione per Emin tiſſimum Dominum Cardinalem Cor lium Epiſcopum Albanen. die 16. I cembris 1652. Sanctitas Sua approbau & ſic vt præmittitur, obſeruari manda fol. 65.

De ſtatuendo termino in litteris R miſſorialibus.

8 CVm in litteris Remiſſorialibus ctenus expeditis per Sacr. Rituu Congregationem ad conficiendos p ceſſus in Cauſis Beatificationum, & C nonizationum, non conſueuerit præ certos terminos, & in diſcutiendo val tatis articulo, ſæpius dubitatum fue num terminus legalis præſcriptus de i *in l. 1. col. final. C. de dilation. & c. Indum. §. ſpatium 3. qu. 3.* attendendus ſit in huiuſmodi cauſis: Sanctiſſimus Domi Noſter Alexander Diuin. diſp. Papa primus ad tollendas huiuſmodi hæſitat nes, conſulendumque abuſibus, qui cauſis tam arduis quomodolibet irrep poſſint ex dilatione, & procraſtinati executionis dictarum Remiſſorialium Congregatione habita die 2. Octob 1655. re etiam cum Eminentiſſimis C dinalibus eiuſdem Congregationis co municata, & mature perpenſa ſtatuit decreuit in litteris Remiſſorialibus, im ſterum expediendis, certum terminu die conceſſionis earumdem litterarum omnino computan. aſſignari, ac expr debere, quo elapſo, & non obtenta il prorogatione, ſeu conceſſione noui ter ni, Proceſſus tam inchoati, quam incho di ex defectu iuriſdictionis nullius ro ris, ac momenti exiſtant, nec vllum batio

Digitized by Google

bationis gradum conſtituant, ſed pœnitus irriti, & inanes ſint, vtque deinceps nullus dubitationi locus relinquatur, dictumque decretum inuiolabiliter obſeruetur, illud nouiſſimis decretis iuſſu fel. record. Vrb. VIII. editis adijci mandauit fol. 118.

De non deſumendo cultus argumento ex ſignatura commiſſionis.

9 SAnctiſſimus Dominus Noſter in Congregatione Sacr. Rituum, habita die 19. Februarij 1658. nouiſſimis Decretis editis iuſſu fel. record. Vrbani Octaui ſuper Cauſis Beatificationum, & Canonizationum ſequentem declarationem addi mandauit.

Ne per Commiſſiones introductionis, vel reaſſumptionis, ſeu vlterius progreſſus cauſarum, tum ſignatas, tum ſignandas, vllam Beatitatis, vel Sanctitatis, aut indultæ venerationis, & cultus argumentum, vel minimum deſumi, nec aliud quocumque ius quantomuis *modici*, aut fere vllius momenti, in eiuſdem cauſis quæſitum dici, vel prætendi poſſit, ſed ipſæ commiſſiones præter finem, & effectum obtinen. Remiſſoriales, & Compulſoriales, tam in genere, quam in ſpecie gratia probandi articulata, & alia in eiſdem decretis contenta, & expreſſa, ſeu alioquin neceſſaria de iure ad præſcriptum tamen eorumdem Decretorum peragendi dumtaxat. In reliquis effectu, & viribus quibuſuis careant, ac deſtitutæ penitus cenſeantur, nullamque propterea in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem probationis vim, & gradum conſtituant. Inſuper ſanctiſſimus idem decreuit, & mãdauit, quod niſi poſt ſex menſes à die habitæ notitiæ præſentis decreti quoad cõmiſsiones huculque ſignatas: quo vero ad ſignandas impoſterum à die habitæ notitiæ ſignaturæ earumdem commiſsionum à ſepulchro, Reliquijs, Simulacris, & Imaginibus ſeruorum Dei, Beatificationis tamen, vel Canonizationis honore adhuc à Sede Apoſtolica non inſignitorum, aut in aliquo ex cauſis exceptis ab eiſdem Decretis minime verſantium, Tabellæ votiuæ, Lampades, & alia lumina, cæteraque omnia, & ſingula publicam venerationem, & cultum quomodolibet, & qualite. cumque directe, vel indirecte præſeferentia, & indicantia ad præſcriptum Decretorum Sanctiſsimæ Inquiſitionis illico de facto amoueantur, vel amoueri, ac tolli procurentur, ac niſi de prædictorum adimplemento doctum fuerit per proceſſum particularem legitime conficiendum ſtatim lapſo dicto ſemeſtri, ſeu alias intra terminum à Sacr. Rituum Congregatione præfigendum huiuſmodi commiſsiones perinde ac ſi eædem non emanaſſent omnimodis viribus, & effectu ſimiliter careant. Die 19. Februarij 1658. fol. 324.

De non concedendis officio, & Miſſa non Canonizatis, vel non Beatificatis, niſi gaudeant cultu immemorabili cum Miſſa, & Officio.

10 SAcra Rituum Congregatio annuente Sanctiſſimo Domino Noſtro decreuit, immemorabilem probatam ſuper cultu, & veneratione alicuius Sancti non Canonizati, nec Beatificati non ſuffragari ad effectum, quod de illo poſſit concedi Miſſa, vel Officium, ſed in ſpecie, & in illo loco eſſe probandam immemorabilem quo ad cultum cum Miſſa, & Officio, & ita impoſterum ſeruari mandauit. Die 20. Nouembris 1628. fol. 209.

De non coadiuuandis Probationibus.

11 CVm hactenus in cauſis Beatificationum, & Canonizationum ſemel articulata nouis probationibus coadiuuari poſſe Sacr. Rituum Congregatio indulgere quandocumq. conſueuerit, verum in re tam graui indulgentiæ quælibet effugiendæ videantur, vtque in humanis eſt ſinceram veritatem indagandi, ac prælibandi facultas, Sacra mer Congregatio vt eam facilius, ac pro viribus aſſequatur, Sanctiſſimus Dominus Noſter vetuit poſt hæc quibuſuis ſub prætextu, vel vrgenti, ac rationabili cauſa remiſſoriales quaſcumque, vel compulſoriales litteras ad coadiuuandas probationes decerni, & relaxari, vel ſumendi in Vrbe ſimiles probationes Eminentiſs. Domino Cardinali pro tempore Vicario facultatem attribui: Itaut ſi primo articulata concludenter

denter nunc non probari contigerit, iam nulla ſit ſpes, & omnis ſit præcluſus aditus, tamen nouis probationibus coadiuuandi. Huiuſmodi autem Decretum inter nouiſſima Decreta referri, & inconcuſſe ſeruari mandauit die 29. Nouembris 1658. fol. 445.

Sacriſtiæ Baſilicæ S. Petri conceduntur Sacra Indumenta, quibus vtitur Summus Pontifex in die Canonizationis.

12 SAnctiſſimus Dominus Noſter Alexander Diuina prouidentia Papa Septimus prout ſummum tum dignitate, tum pietate Pontificem decet, ob ſingularem ſuam decoris Domus Dei dilectionem præ cæteris ſollicitus, vt Baſilica Vaticana quo par eſt tantæ molis Sacræ etiam ſuppellectilis nitore reſplendeat, Sacriſtiæ eiuſdem Baſilicæ Sacras veſtes, & ſanè ornatiſſimas in Canonizatione S. Thomæ de Villanoua adhibitas præcipua ſua munificentia, & in Baſilicam ipſam Vaticanam religione elargitus fuit, voleníque præterea in futurum Sacriſtiæ eiuſdem indigentijs identidem religiose conſulere, mandauit, ne in poſterum Secretarius pro tempore Congregationis Sacr. Rituum Decreta Beatificationum, & Canonizationum, quæ ab ipſa Congregatione in fine cauſarum eduntur, in acta Sacræ Congregationis referat, neq; eadem, aut ſub quouis prætextu Procuratoribus, & Poſtulatoribus cauſarum, vel alijs quibuſcumque conſignet, niſi docto, ſe Sacriſtis maioribus præfatæ Baſilicæ conſignaſſe Sacram ſuppellectilem veri valoris aureorum mille pro Canonizando, quingentorum verò ſimilium pro Beatificando, nempe in tot planetis, ſtolis, manipulis, ac burſis, corporalium, vel albis, & amictibus ad vſum Miſſarum priuatarum, quæ dietim in dicta Baſilica celebrantur, aut in tot palijs, & Altarium linteaminibus pariter ad ſimilem vſum adhibendis. Et prædictis quidem arbitrio Sacriſtarum maiorum præſtandis, quorum proinde curæ Sanctitas Sua demandauit, quæ magis pro tempore Eccleſiæ ſeruitium exiget Procuratoribus cauſarum indicare, Secretariũ vero Sacræ Congregationis, & Sacriſtas prædictos admonere, & quod eadem feſtinè impleantur inuigilare, ne autem huiuſmodi Decreti ignorantia præſumi poſſit, idem in Acta Sacræ Congregationis referri iuſſit, prout chirographum, ſeu verius ſupplicem libellum manu Sanctitatis Suæ firmatum ibidem inſeri voluit. Die 27. Septembris 1659. fol. 47.

De imprimendis informationibus facti, & iuris cum ſummarijs.

13 CVm cautum reperiatur nouiſſimis Decretis ſeruandis in cauſis Beatificationum, & Canonizationum, ne quæuis ſcripturæ ad eos ſpectantes antè earumdem cauſarum terminationẽ imprimi poſſint, experientia autem compertum ſit, vltra graue diſpendium, ſcripturas prædictas mendis innumeris conſperſas reſcribi in graue incommodum legentium, præterea ad notitiam plurimorum, nempe Amanuenſium eas adduci, Eminentiſſimi Patres, cui huiuſmodi negotium perpendendum à Sanctiſſimo demandatum fuerat, decreuerunt, ſi Sanctitati Suæ placuerit, poſthac ſcripturas prædictas typis imprimi debere pro ea quantitate, quæ ſatis ſit numero Cardinalium, & Conſultorum Sacræ Congregationis, & impreſſas ab ipſo Bibliopola ad Secretarium Sacræmet Congregationis afferri ſubſcribendas, & ſigillo Cardinalis Præfecti obſignandas, ſi quæ verò impreſſæ præter ſubſcriptas, & ſigillatas aliquando reperiantur, Bibliopola pœnam exoluat quingentorum aureorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum. Die 9. Aprilis 1661.

Approbationes operum Seruorum Dei qualiter facienda.

14 SAcra; Rituum Congregatio mandauit, vt in poſterum in decretis approbationis operum, à Dei Seruis, dum viuerent, editorum, exprimantur tituli ſingulorum, & nequaquam verba generalia adhiberi, itaut ſi quæ alia opera ad notitiam, vel ad manus Sacræ Congregationis delata fuerint, decretum iam editum declaratione non egeat, vel idem in aliqua parte nullatenus abrogandum ſit. Die prima Octobris 1661. facto autem verbo cum Sanctiſſimo Sanctitas Sua annuit,

annuit, ac prætereà ſi quæ fuerint impreſſa huiuſmodi opera addi mandauit, & Impreſſoris nomen, locum, ac tempus impreſſionis, alias quot capitula contineant, & quot foliis conſtent. Die 10. eiuſdem menſis Octobris, eodemque anno 1661. fol. 333.

De extendenda facultate compulſandi in Remiſſorialibus.

15 NE poſthac in fabricatione proceſſuum compulſorialium ex eo nullitates contingant, quod in Decreto conceſſionis Remiſſorialium, & Compulſorialium plerumque conſueuerit exprimi ſolummodo remiſſoria: eam tamen in ipſis remiſſorialibus Secretarii pro tempore interdum ad compulſorialium litterarum conceſsionem extenderint, vel, ac ſi facultas conficiendi proceſſus remiſſoriales comptæhenderet etiam facultatem compulſandi, Iudices ipſi remiſſoriales deputati ad vtrinſque proceſſus confectionem deuenerint, Sacra Congregatio cenſuit, vt in poſterum Secretarius pro tempore in Decretis huiuſmodi conceſſionum debeat vtramque facultatem exprimere, idque poſsit, quamnis reſcriptum Sacræ Congregationis remiſſoriam tantum contineat. Hoc pariter quo ad Decreta iam edita, ſed nondum exequutioni demandata intelligendum eſſe: quo verò ad proceſſus iam fabricatos, ſingulis vicibus Sanctiſſimo ſupplicandum fore pro ſanatione defectuum, & nullitatis huiuſmodi.

Præterea cum vbi numerus Epiſcoporum ſufficiens ad confectionem eorumdem proceſſuum haberi nequit Sacra Congregatio vni tantum Epiſcopo cum tribus, vel quatuor Dignitatibus eam tamen tunc temporis poſsidentium nomine nullatenus, imo nec ipſarum Dignitatum notas exprimendo, remiſſorias interdum dirigere conſueuerit, præſertim ſi litteræ ſint exequutioni demandandæ in remotioribus Mundi partibus, ne ſi alias expreſſe diem claudant extremum, antequam illuc perueniant litteræ, eędem executioni demandentur, atque in graue partium, & cauſarum diſcrimen anni labantur, antequam preces ad Vrbem adueniant, aut reſponſiones redeant ſuper deputatione, ſeu ſubrogatione aliorum Iudicum obtinenda, vel obtenta, proinde dubitari contingat, quænam dignitates in huiuſmodi caſibus cenſeantur deputatæ; Sacra Congregatio cenſuit eo caſu per Epiſcopum Iudicem deputatum deſignandos eſſe ex numero dignitatum, quos in Sacra Theologia, & Sacris Canonibus peritiores in Domino iudicauerit, alterum nempe in Sacra Theologia licentiatum, alios in Iure Canonico graduatos. Si tandem in reſcripto, ſeu decreto earumdem remiſſorialium, vel compulſorialium, aut in ipſis iiſdem litteris facultas eas exequendi pro Ciuitate tantum tradita reenſeatur nulla facta mentione de Diœceſi huiuſmodi tamen facultas etiam in Diœceſim extenſa cenſeatur. Die quinta Auguſti 1662.

De ſubrogandis Cardinalibus à Papamet.

16 SAnctiſſimus Dominus Noſter Dominus Alexander Papa Septimus in benigna audientia à Sanctitate ſua habita mihi Secretario ſignificauit mentem Sanctitatis ſuæ eſſe, deinceps in vnaquaque cauſa Beatificationis, & Canonizationis Beatorum, & Seruorum Dei, velle Sanctitatem ſuammet deputare, ac ſubrogare in Relatorem Cardinalem ſibi bene viſum, Ideoque in poſterum ita fieri, & ſeruari mandauit. Hac die 25. Februarij 1665. fol. 11.

De non tradendo Partibus Decreta Sacræ Congregationis.

17 SAnctiſſimus mandauit, ne in poſterum decreta edita, & edenda in Congregationibus habitis, & habendis coram Sanctitate Sua in cauſis Beatificationum, & Canonizationum tradantur partibus, nempe Decreta, Conſtare de virtutibus tam Theologalibus, quam Cardinalibus. Die 3. Martij 1665. fol. 13.

De forma tenenda à Subpromotore fidei in ſubſcribendis ſummarijs, & de ſcribendis teſtium depoſitionibus idiomate, quo proferuntur.

18 SAcra Rituum Congregatio in Cauſis Beatificationis, & Canonizationis

Beatorum, & Seruorum Dei ad relationem Eminentiſſimi Domini Cardinalis Brancatij Præfecti decreuit, quod Subpromotor fidei non ſubſcribat, niſi viderit Proceſſus Et inſuper iuſſit per eumdẽ Subpromotorem fidei ſeruandum eſſe Decretum Sanctiſſimi facti die 6. Februarij 1652. in quo decreuit, & iuſſit, quod deinceps depoſitiones teſtium examinandorum in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum recipiantur, ac ſcribantur eodem met ſermone, ac idiomate, quibus proferunrur ab ipſis teſtibus, eorumque dicta non amplius à Subpromotore fidei, ſed ab ipſis Iudicibus pro tali examine à Sacra Congregatione deputatis, ſeu deputandis fore, & eſſe dictanda. Hac die 3. Decembris 1672. fol. 86,

De forma ſeruanda in concedendis Indutlis particularibus pro Martyr bus.

19 DE Martyribus, donec ad actum ſolemnis Canonizationis deueniatur Sanctiſſimus litteras in forma Breuis ſuper cultu Beati cum officio, &. Miſſa è communi deſumendis in aliqua Eccleſia particulari eis præſtando annuit concedendas, Poſtquam tamen iuxta decretum nuper à Sanctitate Sua editum in Baſilica Vaticana huiuſmodi litteræ Congregationi Sacr Rituum exhibitæ fuerint, & exequutioni debitæ demandatæ, vt in Cæſarauguſtana Beati Petri Arbues Mart. die 25. Septembris 1663. fol. 74. & 19. Martii 1664. fol. 24. & 25. & Harlemen Martyrum Gorgomienſiũ die 25. Septembris, 6. & 9. Octobris 1674. fol. 94., & die 24. Nouembris 1675. fol. 157. & 158.

Quod approbatio librorum de vita, & geſtis Seruorum Dei, non ſe extendat ad approbationem Miraculorum.

20 IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Conuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam coram Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Fer. 4. die 23. Maij 1668.

Cum dubitatum fuiſſet, vtrum Decretum Sanctæ Inquiſitionis editum die 2. Octobris 1625. & confirmatum per Breue Apoſtolicum à Sanctæ Memoriæ Vrbano Octauo die 5. Iulij 1634. vna cum declarationibus inde emanatis, exigeret, an ante impreſſionem librorum continentium geſta, miracula, ſeu reuelationes eorum, qui cum fama Sanctitatis deceſſerunt approbationẽ Ordinarii quoad veritatem prædictorum miraculorum &c. fuit reſolutum decretum ſupradictum cum Breue, & explicationibus inde emanatis reſpicere approbationem tantum libri, non autem miraculorum, reuelationum, aliarumque rerum geſtarum vt ſupra, & ideo ſufficere proteſtationes, & quod libri prædicti approbentur ab Ordinariis cum participatione Theologorum expectato reſponſo à Sancta Sede Apoſtolica fol. 52. & 53.

Franciſcus Riccardus Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Notarius. loco † ſigilli.

De facienda relatione tantum de ijs, quæ præceſſerunt Indultum Beatificationis, & quorum intuitu indulta fuit Beatificatio.

21 SAnctiſſimus Dominus Noſter Clemens Nonus ad omnem hæſitationem deſuper penitus tollendam die 10 Septembris 1668. in Congregatione habita coram Sanctitate Sua declarauit, a reſpectiue decreuit, quod in poſterum i Cauſis Seruorum Dei, qui aliqua vene ratione, & titulo Beati à Romanis Po tificibus decorari ſunt, Cardinalis in o dine Ponens in Congregatione coran Summo Pontifice habenda plenam, diſtinctam relationem facere tantumm do debeat eorum, quæ cultus conceſſ nem præceſſerunt, & quæ intuitu ipſ venerationis quomodolibet elargita f runt. Ea vero, quæ poſt indultam ve rationem, ſeu cultum quomodolibet

per

tractantes de cauſis Beatificationum, & peruenerunt, debeant per iuridicas probationes diſcuti, ac præuia matura diſcuſſione ad Iuris trutinam redigi, prout hactenus inconcuſſe ſeruatum fuit, vt ex ijs conſtare poſſit num Sedes Apoſtolica tuto valeat ad ſolemnem illius Canonizationem iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum & Canonicas Sanctiones deuenire. fol. 73.

De non imprimendis informationibus in Cauſis Canonizationum, niſi à Typographo Camerali, & de forma ſeruanda.

22 QVamuis felic. record. Vrbanus Octauus Decreto edito die 31. Ianuarij 1631. moxq; relato, & impreſſo inter nouiſſima decreta die 12. Martij 1642. pag. 61. in Cauſis Beatificationum, & Canonizationem expreſſe prohibuerit, relationes Auditorum Rotæ, Informationes in facto, & in Iure, & alias quaſcumque ſcripturas tractantes de Cauſis Beatificationum, & Canonizationum imprimi ante earumdem cauſarum terminationem. Cum tamen experienti fuerit deinceps compertum in illis exemplandis per Amanuenſes ob eorum imperitiam, vel incuriam, vt plurimum multaerrata irripere, quæ verum illarum ſenſum immutant, & Poſtulatores cogi graues impenſas ſubire, quæ maxima ex parte minuerentur, ſi eiſdem liceret, illas Typis mandare, Ideo Sanctiſſimus Dominus noſter Alexander diuina prouidentia Papa Septimus vtrique malo prouida ſollicitudine conſulere volens, de Conſilio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacr. Rituum Congregationi Præpoſitorum, in qua huiuſmodi negotium diſcuti mandauerat, habito die 9. Aprilis præſentis anni 1661. motu proprio, & ex certa ſcientia ſuo ſpeciali decreto indulſit, & mandauit, vt in poſterum informationes tam in facto, quam in Iure; Summaria, memorialia, oppoſitiones R. P. D. fidei Promotoris, Reſponſiones, Replicationes, ac omnes, & quæcumque aliæ ſcripturæ, quomodolibet pertinentes ad cauſas Beatificationum, & Canonizationum imprimi, & Typis mandari poſſint, & valeant, non obſtantibus præfatis decretis, quibus in hac parte dumtaxat Sanctitas Sua ſpecialiter, & expreſſe derogauit, & derogatum eſſe voluit.

Vt verò præſens decretum ſuum integrum, ac plenum effectum ſortiatur, eadem Sanctitas Sua licentiam, & facultatem huiuſmodi impreſſionis conceſſit impreſſori, ſeu Typographo Camerali pro tempore. Cumque in litteris fel. record. Sixti Papæ Quinti datis Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Februarij anno 1589. Pontificatus 4. ſuper erectione officij Impreſſoriæ Cameralis in Vrbe, eidem inter alia concedentis priuatiue quoad omnes alios facultatem imprimendi litium Informationes, non fuerit ſtatutum iuſtum pretium, quod dictus Impreſſor legitime petere, ac exigere valeat à partibus imprimere volentibus dictas Informationes, ac præterea ſcripturæ huiuſmodi ad cauſas Beatificationum, & Canonizationum pertinentes non potuerint comprehendi in Inſtrumento affictus noniſſime facto cum Typographo moderno, ex quo tunc, & hucuſque vetitum eſſet, illas Typis mandari; ideo Sanctiſſimus pro minori partium diſpendio, ac ſumptus æquitate conſtituendo, congruam taxationem in certa ſumma, cuius limites nullatenus tranſgredi poſſint, pro dictis informationibus, aliiſque ſcripturis, ad Cauſas Beatificationum, & Canonizationum pertinentibus dumtaxat ſtatuere, ac præſcribere volens, expreſſe declarauit, & mandauit, vt ad ſummum ſoluantur Iulij quindecim obulorum decem in ſingulos, pro quolibet folio cum Apoſtillis, & Iuliorum quatuordecim ſine Apoſtillis, omnibus, & ſingulis ipſius Impreſſoris ſumptibus, & impenſis, etiam quoad correctionem papyrum, & alia quæcumque, imprimendo tamen, vt infra videlicet.

Vt folium contineat quatuor paginas, quælibet autem pagina, ſeu facies dicti folij debeat continere lineas quinquaginta quatuor, & quælibet linea litteras ſexaginta quinque circiter, additis prætererea Apoſtillis opportunis in margine: Carta vero ſit alba, & quæ vulgo dicitur Franceſe da ſcriuere, melioris conditionis, quæ poſſit inueniri, & character Sylnius cum ſuo Cuſcino ſimili in Apoſtillis tamen longe minor.

Inſuper ſexaginta tantummodo exem-

plaria imprimantur niſi plura deſiderentur à Secretario dictæ Congregationis Sacr. Rituum, quo caſu pro exemplaribus, quæ ſupra prædictum numerum imprimentur ſoluantur Iulii tres dumtaxat pro vnoquoque folio aliorum quinquaginta exemplarium, integro pariter Impreſſoris ſumptu vt ſupra, & ſic reſpectiue ad maiorem, ſeu minorem quantitatem.

Omnia vero, & ſingula exemplaria impreſſa conſignentur eidem Secretario, ab eoque ſubſcribantur, & ſigillo eiuſdem Sacræ Congregationis muniantur præſente Impreſſore; ſi vero penes impreſſorem, vel alios quaſcumque quauis dignitate, præeminentia, vel authoritate etiam ſpeciali, ac indiuidua expreſſione dignos, præter ſubſcripta, & ſigillata, vt ſupra aliquod aliud exemplar reperiri contigerit, talis Impreſſor, et alius quicumque luat pœnam aureorum quingentorum pro quolibet exemplari ex nunc ipſo Iure Cameræ Apoſtolicæ applicandorum.

Neque prędicta quoquomodo imprimantur, niſi prius reuiſa, et ſubſcripta fuerint per fidei Subpromotorem, cui Poſtulatores, ſeu Agentes cauſarum, pro honorario reuiſionis huiuſmodi ſoluere teneantur carolenum vnum ad rationem cuiuſlibet folii impreſſi, abſque eo quod opus ſit alia reuiſione, licentia, aut approbatione, etiam Vicesgerentis, Cardinalis Vicarii in Vrbe ac Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici, exceptis tamen oppoſitionibus, Reſponſionibus, et Replicationibus, aliiſque ſcripturis ipſiuſmet Promotoris fidei, quibus ſola eius ſubſcriptio ſufficiat.

Pro correctione vero impreſſionis, ab iiſdem cauſarum Poſtulatoribus, ſeu earum Agentibus duo Caroleni pro quolibet folio perſoluantur Correctoribus ab iiſdem deputandis, qui deducendi erunt à ſumma prædicta Iuliorum quindecim, vel quatuordecim, niſi correctio ipſimet Impreſſori demandetur ab eiſdem Poſtulatoribus, ſeu cauſarum Agentibus.

Quod ſi impreſſor, ſeu Typographus Cameralis pro tempore onus imprimendi informationes, ac ſcripturas prædictas pertinentes ad Cauſas Beatificationum, et Canonizationum ſubire noluerit pro pretio, vt ſupra per Sanctitatem ſuam ſtatuto, & taxato, aliiſque conditionibus, modis, limitationibus, ac declarationibus ſuperius expreſſis tunc Sanctitas Sua ſimili motu proprio, & ex certa ſcientia, ſpecialiter, & expreſſe quatenus opus ſit derogando præfatis litteris Sixti Papæ Quinti ſuper erectione dicti officii Impreſſorię Cameralis in Vrbe, aliiſque forſan Conſtitutionibus, Ordinationibus, ſeu litteris Apoſtolicis, aut alias quomodocumque, & qualitercumque in fauorem dicti officii impreſſoriæ Cameralis emanatis, quarum tenores pro plene, ac ſufficienter expreſſis haberi voluit perinde ac ſi litteraliter, ac de verbo ad verbum in præſenti Decreto eſſent inſertæ facultatem, & licentiam huiuſmodi imprimendi dictas Informationes, cæteraſque omnes, & ſingulas ſcripturas ad Cauſas Beatificationum, & Canonizationum quomodolibet pertinentes, conceſſit omnibus, & ſingulis Impreſſoribus, ſeu Typographis Vrbis pro eodem pretio taxato vt ſupra, minorique etiam, ſi reperiatur, aliiſque conditionibus, modis, limitationibus, ac declarationibus ſuperius expreſſis.

Ne autem in exequutione præſentis Decreti aliqua mora, dilatio, aut impedimentum ſuboriri queat, Sanctitas Sua mandauit Typographo Camerali, vt poſt triduum à notificatione præſentis Decreti per Secretarium Sacræ Congregationis facienda, declarare teneatur, ac debeat eidem Secretario, an ſupradictum onus impreſſionis modo quo ſupra ſubire velit, alioquin ipſo Impreſſore Camerali intra dictum terminum non acceptante, vel eidem Secretario non declarante voluntatem ſuam, ex tunc libera, licitaque ſit huiuſmodi impreſſio omnibus, & ſingulis Impreſſoribus, ac Typographis Vrbis vt ſupra cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, & non obſtantibus ſupradicta Conſtitutione Sixti Quinti, nec non altera Pii Quarti de regiſtrañ, & cunctis quomodolibet concernentibus intereſſe Cameræ, & quibuſcumque aliis Conſtitutionibus, ac litteris Apoſtolicis, nec non Regulis Cancellariæ a Sanctitate ſua editis etiam de Iure quæſito non tollendo, cæteriſque omnibus in contrarium quomodolibet facientibus.

Expreſsè quoque declarauit Sanctitas ſua, quod tales informationes, ſummaria, & aliæ quæcumque ſcripturæ

Canc

Canonizationum, quantumuis impreſſæ, reuiſæ, ſobſcriptæ, & ſigillatæ vt ſupra, nullum prorſus probationis gradum faciant in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem, ſed eam tantummodò fidem mereantur, quam alias haberent, vt ſimplices copiæ, abſque tali impreſſione, reuiſione, ſubſcriptione, & obligatione prædictia.

Ac ita Sanctitas Sua decreuit, declarauit, iuſſit, voluit, derogauit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit reſpectiue, addito, quod pręſens Decretum ad perpetuam rei memoriam in Codices Congregationis Sacr. Rituum referatur, ac de more ſubſcriptum, & obſignatum in authentica forma tradatur, & exhibeatur in actia eiuſdem Sacræ Congregationis, vtque illud, ac omnia, & ſingula in eo contenta, ad omnium etiam, quorum ſpecialiter intereſſet, intererit, ſeu intereſſe poterit, notitiam, & certam ſcientiam deducantur, & ne aliquis de illius ignorantia excipere poſſit, voluit pariter, ac iuſſit illud imprimi, ac typis mandari. Die 19. Iulij 1661. fol. 299.

Prohibitio imprimendi extra Vrbem informationes in cauſis Canonizationum.

23 CVm Sanctiſſimus Dominus Noſter ſpeciali Decreto die 19. præſentis menſis Iulij, pro minori diſpendio expenſarum, quæ fiunt in tranſcribendis, & exemplandis informationibus, alijſque ſcripturis ad cauſas Beatificationum, & Canonizationum pertinentibus, aliiſque de cauſis animum Sanctitatis Suę mouentibus, Typographo Camerali, ſeu aliis Impreſſoribus Vrbis dumtaxat facultatem, ac licentiam conceſſerit imprimendi, ac typis mandandi, informationes, ſummaria, ac omnes, ac quaſcumque alias ſcripturas pertinentes ad dictas cauſas Beatificationum, & Canonizationum. non obſtantibus Decretis iuſſu felicis recordationis Vrbani Octaui anno 1642. ſuper modo procedendi in eiſdem cauſis, editis pag. 61. ſub §. relationes, quibus in hac parte dumtaxat Sanctitas Sua derogauit, ac derogatum eſſe voluit. Nihilominus eadem Sanctitas Sua extra Vrbem expreſse inhibuit omnibus, & ſingulis Impreſſoribus, ſeu Typographis vbiuis locorum prædictas informationes, omneſque alias ſcripturas pertinentes ad cauſas Beatificationum, & Canonizationum imprimi ſub quouis prætextu, cauſa, & quæſito colore, & cum quauis auctoritate, licentia, & approbatione. Et ſi quæ auſu temerario contra præſentis Decreti tenorem extra Vrbem impreſſa fuerint, omni prorſus fide carere voluit, & declarauit; Mandans propterea, ac diſtincte præcipiens vniuerſis, & ſingulis Hereticæ prauitatis Inquiſitoribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, vt in ſua quiſque Diœceſi, vel Prouincia, ſedulò peruigilent, ne quicquam contra ſuperius diſpoſita fiat, ſeu attentetur, & pro omnimodo præſentis Decreti implemento illud in locis conſuetis de more publicari curent ſub eiſdem cenſuris, & pœnis contra tranſgreſſores infligendis, quæ tam in Decretis anno 1625. iuſſu felic. recordat. Vrbani Octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis editis ſuper non cultu, quam in ſubſequentibus eiuſdem litteris in forma Breuis, ſub datum 5. Iulii 1634. confirmatoriis, & declaratoriis præcedentium Decretorum Sanctiſſimæ Inquiſitionis contra imprimentes libros continentes, geſta, reuelationes, & miracula defunctorum cum fama, ſeu opinione Sanctitatis, ſine recognitione, & approbatione Ordinariorum, iuxta formam ibi expreſſam continentur, quorum tenores Sanctitas Sua ad huiuſmodi effectum in præſenti Decreto pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi voluit.

Ac ita Sanctitas Sua decreuit, declarauit, iuſsit, voluit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit, reſpectiue addito, quod præſens Decretum ad perpetuam rei memoriam in Codicem Congregationis *Sac.* Rituum referatur, ac de more ſubſcriptum, & obſignatum in authentica forma tradatur, & exhibeatur in actis eiuſdem Sacræ Congregationis, vtque illud, ac omnia, & ſingula in eo contenta ad omnium etiam, quorum ſpecialiter intereſſet, intererit, ſeu intereſſe poterit, notitiam, ac certam ſcientiam deducantur, et ne aliquis de illius ignorantia excipere poſsit, voluit pariter, ac iuſsit illud imprimi, ac typis mandari, & per aliquem ex Curſoribus Sanctitatis Suæ ad Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancella-

riæ Apoſtolicæ Valuas, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari, quodq; huiuſmodi Decretum ſic publicatum, & affixum, ſtatim à die publicationis illius omnes, & ſingulos, quos concernit afficiat, & arctet in Vrbe, extra Vrbem infra duos menſes à dicta publicatione perinde, ac ſi vnicuique ſigillatim perſonaliter intimatum, & notificatum fuiſſet contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Die 23. Iulii 1661. fol. 302.

SVMMARIVM.

Ante propoſitionem cuiuslibet dubij concordandum eſt factum cum Promotore fidei, & ſubſcribendum à Cardinali Relatore, num. 9.

Apertis proceſſibus fit relatio à Cardinali deputato, num. 6.

Beatificatio qualiter indulgeatur, num. 22.

Conceſſiones nouorum terminorum regiſtrandæ in Summario, num. 30.

Congregationes preparatoriæ quæ ſint, numer. 21.

Commiſſiones ſignatæ manu Papæ reproducuntur in actis, num. 8.

Confirmata ſententia ſuper non cultu inſtatur pro remiſſorialibus in genere, num. 12.

Conſultores Sacrorum Rituum quæ ſint, numer. 19.

Dubia omnia, quæ proponuntur in Congregatione Sacrorum Rituum, num. 26.

Dubium ſuper validitate proceſſus datur ante diſputationem relevantia, num. 15.

Dubium nullum dari debet non concordato facto cum Promotore fidei, num. 15.

Factum concordatum continere debet omnia præcedentia, num. 13.

Forma procedendi in Curia dependet à Iuribus tranſmiſſis de partibus, num. 1.

Forma memorialis pro aperitione proceſſuum, num. 4.

Forma facti concordandi cum Promotore fidei, num. 9.

Forma poſitionis ſuper dubio confirmationis ſententiæ ſuper non cultu, num. 10.

Forma tabellæ teſtium, num. 11.

Forma poſitionis pro remiſſorialibus in genere, num. 14.

Forma poſitionis ſuper dubio validitatis proceſſus remiſſorialis in genere, num. 16.

Forma poſitionis pro validitate, & relevantia proceſſus remiſſorialis in genere, num. 17.

Forma poſitionis pro relevantia proceſſus de iis, quæ ſuperuenerunt, num. 25.

Forma poſitionis ſuper validitate proceſſus remiſſorialis in ſpecie, num. 18.

Forma poſitionis ſuper virtutibus, num. 19.

Forma poſitionis ſuper miraculis, num. 20.

Forma relationis pro introductione cauſæ, num. 6.

Forma relationis pro reaſſumptione cauſæ, num. 23.

Forma memorialis pro reaſſumptione cauſæ, num. 24.

Gratiæ, & indulta derogatoria regiſtranda in ſummario, num. 30.

Inſtantia pro Seruis Dei gaudentibus cultu immemorabili quomodò facienda, numer. 27.

Proceſſus ſi nulli confecti fuerint auctoritate ordinaria, quid agendum, num. 29.

Proceſſu ſuper paritione decretis non confecto, quid agendum, num. 28.

Proceſſus quando interpretandi, num. 5.

Proceſſuum exhibitio in Sacr. Rituum Congregatione eſt primus actus, num. 2.

Proceſſibus præſentatis, inſtandum pro illorum aperitione, num. 3.

Relevantia proceſſus remiſſorialis in genere diſcutitur aliquando ſimul cum validitate, num. 17.

CAPVT IV.

Inſtructio pro patrocinantibus Beatificationum, & Canonizationum cauſas in Vrbe.

LIcet antiqua norma procedendi in Congregatione Sacrorum Rituum ſuper cauſis Canonizationum ſeruetur adhuc in ſubſtantia, quod tamen attinet ad modum, & formam, ex diſpoſitione nouiſſimorum Decretorum, iuſſu Vrban Octaui in Sacra Congregatione Genera lis Inquiſitionis editorum, eorumque de clarationem, plura ſunt adiecta, ac non nulla immutata; propterea ne quid hoc opere noſtro deſideretur, ea, quæ patrocinantibus huiuſmodi cauſas, & eadem Sacra Congregatione vidi ſerua placet in gratiam huiuſmodi cauſas p trocinantium hic adnotare.

1 Cum verò quæ gerenda ſunt in Ro Curia, dependeant à Iuribus, quæ tra mittuntur de partibus, hanc materiam duo capita diuidemus; In præſenti ſci cet, ob Curiæ dignitatem agentes de uandis

Digitized by Google

uandis in Vrbe ab huiuſmodi cauſas patrocinantibus; & in ſequenti de obſeruandis in partibus in proceſsibus tam ordinaria, quam delegata facultate conſtruendis.

Quod igitur attinet ad inſtructionem eorum, quæ ſeruanda ſunt in Alma Vrbe, ſeu in Sacrorum Rituum Congregatione.

2 Primus actus eſt, exhibere in eadem Sac. Congregatione proceſſus, inſtructos auctoritate ordinaria, ſcilicet particularem ſuper non cultu, & paritione decretis, & alterum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis Serui Dei, de cuius Beatificatione, & Canonizatione tractandum eſt, vna cum litteris Regum, Principum, Epiſcoporum, Vniuerſitatum, &c. ſuppoſito quod huiuſmodi proceſſus confecti fuerint, quia ſi non fuerint inſtructi, vel ſolum conſtructi ſuper ſanctitate vitæ, & miraculis, non autem particularis ſuper non cultu, quid agendum ſit, ſuo loco dicemus.

Aduertendum tamen, quod de huiuſmodi Canonizationum cauſis agi non poteſt in omnibus Congregationibus, ſed in tribus tantum, iuxta Decreta generalia ſupra *cap.* 2. *num.* 34. niſi per ſpecialem gratiam Sanctiſsimi obtineatur facultas, de illis tractandi in Congregationibus ordinarijs.

3 Pręſentatis in Sacrorum Rituum Congregatione dictis proceſsibus, auctoritate ordinaria confectis ſuper non cultu, & paritione Decretis, ac ſuper ſanctitate vitæ; virtutibus, & miraculis alicuius Serui Dei, ad formam nouiſsimorum Decretorum, ſeu declarationum, ſupra *cap.*2. *nu.*68. vna cum mandato procuræ, porrigendum eſt eidem Sacræ Congregationi Memoriale pro eorumdem proceſſuum aperitione, tenoris qui ſequitur.

N.

Nomen Ciuitatis, vel Diœceſis.

Beatificationis, & Canonizationis Vener. Serui Dei N.

4 EMinentiſsime Domine. Fuerunt fabricati proceſſus auctoritate ordinaria in Ciuitate N. ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis eiuſdem Vener. Serui Dei, necnon etiam alter particularis proceſſus ſuper non cultu, iuxta formam Decretorom, ijdemque ad Sacror; Rituum Congregationem tranſmiſsi. Supplicatur igitur humiliter eidem Sacræ Congregationi, vt dignetur mandare illos aperiri, necnon deputari aliquem ex Eminentiſsimis Dominis Cardinalibus in Relatorem.

5 Poſtquam proceſſus aperti fuerint, & deputatus vnus ex Eminentiſsimis in Relatorem, ſi ijdem proceſſus conſcripti non ſint Latinè, vel Italicè, ſed alio idiomate, non ab omnibus intelligibili, ſupplicatur eidem Sacrę Congregationi, ſeu Eminentiſsimo Domino Cardinali Relatori, pro deputatione Interpretis, qui iurare debet de fideliter interpretando.

6 Deinde per Eminentiſsimum Dominum Cardinalem deputatum fit ſummaria relatio eorum omnium, quæ continentur in proceſsibus, iuxta ſequentem methodum, mutatis mutandis ſecundum facti contingentiam.

Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N.

IN Ciuitate N. ex N. & N. pijs, Catholicis, ac legitimo matrimonio coniunctis parentibus, anno Domini ... natus eſt prædictus Dei Seruus N. Baptizatus, ac debito tempore confirmatus.

In fide Catholica à parentibus bonis moribus, ac pietate diligenter inſtructus, à teneris annis orationi deditus fuit, pænitentiæ, mortificationi, ieiunio, ac miſericordiæ in pauperes addictus.

Modeſtia fuit admirabili, à conuerſatione mulierum totaliter alienus, & ſi ex neceſsitate eas alloqui contingeret, oculis ſemper in terram defixis.

In Collegio N. ſtudiis operam dedit, vbi ſe morum, & integritatis vitæ ſpecimen oſtendit.

Adoleſcens Religionem N. ingreſſus ob morum nitorem, vitæ auſteritatem, meditationes, orationes, aliaque opera pia, apud omnes ſanctitatis opinionem adeptus eſt, ita ut aliis in exemplum proponeretur.

Eius fides deſumitur ex conſtantia in laboribus, & neceſsitatibus, quibus plerumque præmebatur, ſemper ad Deum recur-

recurrendo; ſuiſque concionibus alios ad obſeruantiam mandatorum excitabat, præmebatque, vt pueri, & alii Doctrina Chriſtiana, bonis, & Catholicis moribus imbuerentur.

Magna eius fiducia in Deum efficiebat, vt nihil arduum vnquam timeret, ſed in Domino ſemper confidens eius voluntati ſe perpetuo reſignaret.

Charitas in Deum emicuit ex operibus ſpiritualibus, in procuranda conuerſione peccatorum, & Sacramentorum frequentia, præſertim Auguſtiſsimi Sacramenti Euchariſtiæ, cuius fuit deuotiſſimus.

Charitatem in proximum pariter mirificè excreuit, nam ex eleëmoſynis, ſibi ipſi elargitis, quotidie detrahebat vſibus propriis, vt pauperibus, & indigentibus ſubueniret.

Prudentia fulget in eo, quod in negotiis peragendis magna ſe fiducia in Deum præcinxit; Iuſtitia ab exactiſsima mandatorum cuſtodia; fortitudo ex glorioſa victoria, quam de ſe ipſo reportauit, & ex multis laboribus, & periculis, quæ conſtanter ſubiuit; temperantia ex ieiuniis; obedientia, caſtitate, paupertate, humilitate, ac patientia.

Demum poſt multos exantlantos labores, eum in morbum incidiſſet, admonitus de morte proximè ſubſequutura, magna ſpe fretus exclamauit, Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in Domum Domini ibimus; magnaque fide, humilitate, ac deuotione, omnibus Sacramentis munitus, migrauit ad Dominum anno .... pluribuſque miraculis tam in vita, quam poſt mortem claruit.

Peractis in dicta Ciuitate N. proceſſibus auctoritate ordinaria, præuio examine ..... teſtium ſuper fama ſanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum, huic Sacræ Congregationi exhibitis, & ſeruatis ſeruandis apertis, & interprætatis, (*quatenus interpratati fuerint*) hodie inſtatur pro commiſsione ſignanda, ad præſcriptum nouiſsimorum Decretorum fel. record. Vrbani Octaui.

Pro qua obtinenda vltra prædictos proceſſus dantur plurimæ Antiſtitum, Principum, Ciuitatum, Vniuerſitatum, ac populorum inſtantiæ, enixè ſupplicantium pro ſolemni Beatificatione, & Canonizatione prædicti N.

Signanter verò.

Notentur litteræ ſingillatim, dicen-
cuinam Pontifici ſint directa, & cum dat
diei, menſis, & anni.

Inſuper exhibitum fuit ſpeciale man-
datum procuræ N. in perſonam N. ſu
datum N. die....

Ideò cum ex prædictis conſtet de r
quiſitis videtur locus eſſe propoſitio
commiſsionis ſuper introductione cauſ
iuxta formam nouiſsimorum Decret
rum.

N. Cardinalis N.

Deinde in alia Congregatione dat
plenum Memoriale cum ſummario p
admiſsione commiſsionis, iuxta ſeque
tem formam, mutatis mutandis, ſecu
dum facti contingentiam.

7 Congregatione Sacrorum Rituum
ſiue
Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo Dom
Cardinali N.
N.
Beatificationis, & Canonizationis
Ven: Serui Dei N.
Memoriale facti.
Pro Commiſsione Introductionis
Cauſæ.

Inſeritur prius ad verbum Relatio f
ab Eminentiſſimo Cardinali Ponente, v
quitur.

Relatio
Eminentiſsimi, & Reuerendiſsimi Do
Cardinalis N.
Facta in Congregatione ſacrorum
tuum habita die....
In Cauſa N.
Beatificationis, & Canonizationis
Ven: Serui Dei N.

Extenditur tota Relatio ad verbum
ſubſcriptione Cardinalis Relatoris, & p

N.
Beatificationis, & Canonizationis
Ven. Serui Dei N.

Beatiſſime Pater.

IN Ciuitate N. ex N. & N. pijs, Catho
legitimoque matrimonio coniuncti
tus eſt prædictus Dei ſeruus, & in E
ſia Parocchiali N. baptizatus die...
ſis.... Anni.... temporeque co
confirmatus, in fide Catholica, pi
boniſque moribus diligenter, & ac
fuit inſtructus *Summario num.*

Etenim ipſe Dei ſeruus, præuenti
be

Digitized by Google

benedictionibus à teneris annis orationi deditus, pænitentiæ, & mortificationi addictus, corpuſculum ſuum cilicio domabat, bis in hebdomada, ſæpiſſime pane, & aqua contentus, ieiunabat, à carnibus totaliter abſtinebat, pauperes ad propriã domum conducens, refici curabat *Summario num.*

Modeſtia illius erat admirabilis in tam eminenti gradu, vt videretur potius vir perfectus, quam puer, à conuerſatione mulierum omnino alienus, ſi aliquando ex neceſſitate contingeret eas alloqui, oculis demiſſis in terram, cum illis ſermonem habebat, quem morem ſemper tenuit. *Summario num.*

Apud Patres Societatis Ieſu in Collegio N. ſtudijs operam dedit, vbi ſe morum, & vitæ integritatis inſigne ſpecimen oſtendit, *Summario num.*

Adoleſcente ætate, ſolitudini inhians, Religionem N. ingreſſus eſt, in qua ob morum candorem, vitæ auſteritatem, frequentes meditationes, & orationes, aliaque pia opera, adeò magnam de ſe apud omnes ſanctitatis opinionem adeptus eſt, vt cunctis in exemplum proponeretur, & ſi aliquando in ſcholis aliquæ controuerſiæ oriebantur, Præceptores ſcholaribus virtutes prædicti Serui Dei probonebant, tanquam viri ſummæ ædificationis, magnæ perfectionis, & Apoſtolici, *dicto Summario num.*

Ex vnanimi enim plurimorum conteſtium, auctoritate ordinaria examinatorum, aſſertione apparet, prædictum Seruum Dei fidem in gradu heroico habuiſſe, ex ipſius conſtantia in laboribus, & neceſſitatibus, quibus plerumque premebatur, dum in ijs ſemper viua fide indutus ad Deum recurrebat, exhortationibus ſuis omnes Religioſos, alioſque fideles in exercitium virtutum, conuerſationem cum Deo, & ad perfectam obſeruantiam illius mandatorum excitabat, & in Conuentibus ſuæ Religionis conciones publicas fieri curauit, ad hoc, vt pueros, cæteroſque in Doctrina Chriſtiana imbuerent, eamque docerent etiam in vijs, & plateis, vbi omnes ipſe Seruus Dei præcæteris animabat *Summ. num.*

Magna etiam in Deum fuit eius fiducia, quæ tanquam in altiſſima fide fundata, efficiebat, vt in diuina bonitate confiſus nihil vnquam difficile timeret licet arduũ atque in Domino fiamus eius voluntati ſe perpetuo reſignarit, cum pro illius gloria, & animarum ſalute humiliter, & patienter multos labores pertulerit, multas difficultates ſuperauerit; & cuncta, quæ illi acciderunt, in exequutionem eorum, quæ pro Dei gloria, & animarum ſalute aggreſſus eſt, tanta pectoris conſtantia, & animi hilaritate perpeſſus eſt, vt nihil prorſus eis moueretur, vt patet *Summario num.*

Charitatem in Deum in gradu eminenti habuit cum ſpiritualia charitatis opera indeſinenter exercuerit, & ex eo quod omnes ſaluos fieri toto corde ſuo optaret, totiſque viribus procuraret per frequentiam Sacramentorum, per extirpationem peccatorum, & vitiorum, amorem erga virtutem verbo, & opere infundebat, itaut ex ore ipſius videretur loqui Spiritus Sanctus *Summ. num.*

Deuotiſſimus fuit Sacroſancti Euchariſtiæ Sacramenti, itaut Miſſæ ſacrificium ſumma cum deuotione, & affectu celebraret, omnibuſque illam audientibus magnam deuotionem incitabat, ſollicitus etiam erat, vt officium Diuinum deuote recitaretur, quam deuotionem latis manifeſtauit in ſuis concionibus, quibus ſublimitatem prædicti miſterij cunctis inculcabat, *Summ. num.*

Charitatem in proximum in ſummo gradu habuit, & mirifice exercuit, quia pauper ipſe, & inops, vt haberet vnde pauperibus, & egentibus ſubueniret, ex eleëmoſynis ſibi ipſi elargitis, quotidie detrahebat, vſibus proprijs, quas liberaliter, & prodige diſtribuebat. *Summ. nu.*

Omnes Religioſos conſolabatur, & ſuauibus colloquijs ipſorũ infirmitatibus, & indigentijs ſuccurrebat, erga ſe tamen erat rigidus, & ſeuerus carnifex *dicto Summario num.*

Iuſtitiam pariter oſtendit, cum Deum ſummopere dilexerit, & mandata eius cuſtodiuerit, *dicto Summ. num.*

Virtute fortitudinis etiam dotatus fuit, non ſolum quia glorioſam de ſe ipſo victoriam inuictus eius animus reportauit, verum etiam pro Dei gloria intrepide ardua, & difficultatibus plena ſuæ Religionis negotia aggreſſus, pro illorum exequutione multos labores, multa pericula conſtanter ſubiuit, multas perſecutiones, & aduerſitates magna cum patientia tulit, & in bono vſque in finem perſeuerauit.

In negotijs etim peragendis præcinxit ſe fiduciæ, & magnanimitate, tum in iuuentute, in tuendo ſe ab omni vitiorum labe, tum in matura ætate, in ſua nempe Religione, adeout nec contumelijs, nec perturbationibus concuti potuerit, ſed ſe immobiliter, & immutabiliter ſiſteret, quaſi eſſet homo à corpore, & humanis paſſionibus liber, *dicto Summ. num.*

Inſignem quoque in virtute Temperantiæ fuiſſe patet ex victu, & veſtitu; nam ieiunijs non contentus, cibis etiam ordinarijs parciſſime vtebatur, in infirmitatibus eadem moderatione veſcebatur, à carnibus abſtinendo etiam diebus Dominicis, quibus vti poterat; Veſtes verò ſemper deteriores eligens *Summ. num.*

In obedientia fuit exactiſſimus, itaut ipſius exemplo moti cæteri Religioſi perfectiſſime Regulam ſuæ Religionis obſeruarent, ad quam obſeruantiam illos frequentiſſimis Concionibus excitabat *Summario num.*

In caſtitate puriſſimus, adeout florem virginalem vſque ad extremum cõſeruaſſe teſtentur Teſtes *dicto Summ. num.* Nam mulieres ſumma cum modeſtia loquebatur demiſſis in terram oculis, & præſente ipſius ſocio, quem à latere ſuo remoueri non permittebat, itaut in puritate Angelica viuere notum erat *Summ. num.*

Paupertas eius eximia manifeſtatur ex eo quia in propria Cella culcitris magis conſumptis, duabus tabulis ligneis ſuper impoſitis vtebatur, veſtibus vilioribus induebatur *dicto Summ. num.*

Humilitatem pro fundamento virtutum profundiſſimam ſemper retinuit, nam licet Prælatus in ſua Religione; nihilominus vilioribus officijs primus ſemper intentus erat, itaut potius videretur Nouitius, quam Religioſus profeſſus, ſæpius ingrediendo Refectorium, peccata ſua palam referebat, & pluries à Religioſis quærebat, vt defectus, quos in ſe agnoſcebant, ſibi ipſi manifeſtarent, *dicto Summ. num.*

Pænitentijs, vigilijs, & rigoroſis diſciplinis corpus ſuum continuò affligebat, etiamſi continuis infirmitatibus laboraret. *Summ. num.*

Patientia admirabilis, & manſuetudo Serui Dei humilitatem comitabantur, benefaciendo inimicis, & calumniatoribus, cum nunquam ex ore illius verbum reprehenſibile exciderit. *Summ. num.*

Ex quibus omnibus dictus Seruus Dei tam in vita, quam poſt ipſius obitum fui habitus, & tentus pro Religioſo, virtutibus omnibus ornato, & Dei amico. *Summario num.*

Magna ſpe fretus, & fiducia in Deum accepto nuncio à Medico de proxima eiu morte ſubſecutura, ſummo gaudio repletus, exclamauit. Lætatus ſum in his, qu dicta ſunt mihi in domum Domini ibimu *Summ. num.*

Quam Serui Dei Sanctitatem Altiſſimus manifeſtare voluit plurimorum miraculorum ſignis poſt fælicem eius obdormitionem, & præcæteris.

Recenſenda ſunt miracula, & eorum probationes, ex proceſſibus, regiſtranda in Summario ſuis numeris.

Ex quibus omnibus videtur ſatisfac denunciationi facti, primo loco requiſi *ab Hoſt.* vt Sanctitas Veſtra moueri p ſit ad committendam cauſam inter Fr tres.

Quo vero ad ſecundum requiſitum adſunt enixæ, & iteratæ inſtantiæ, videlicet.

Citantur per ordinem omnes epiſtolæ gum, Principium, Epiſcoporum, Ciuitat vniuerſitatum, Academiarum, Capitulor & quæcumque alia, cum Data diei menſ & anni, prout exhibita fuerunt origi liter.

Denique adeſt mandatum procura ctum ab N. in perſonam N. in actis S. Rituum Congregationis producti die.

Ex quibus videtur, eſſe locum ad ſioni commiſsionis.

N. de N. *nomen, & cognomen C Patroni.*

8 Si fiat reſcriptum. *Videtur ſi Sanctiſ placoerit commiſſionem admitti, vel ſig poſſe*, porrigitur Papæ commiſsio, formam traditam in Decretis Gene bus ſupra *hac eadem p. 5. cap. 2. num. 4*

Quæ quidem Commiſsio, poſtqu Sanctiſsimo ſignata fuerit, reprodu in actis eiuſdem ſacrorum Rituum gregationis. Deindè ſi ab Ordinario fectus fuerit proceſſus, & lata ſente ſuper paritione decretorum, propo in eadem Sacra Congregatione Dul *An ſententia Ordinary ſit confirmanda infirmanda*, concordato tamen facto R.P.D. Promotore fidei, & ſubſcripe bio ab Eminentiſsimo Domino Car Relatore, iuxta ſequentem method

N. B

N.

Beatificationis, & Canonizationis. Ven: Serui Dei N.

Beatiſſime Pater.

9 PRæſentatis in Congregatione Sacrorum Rituum proceſsibus auctoritate ordinaria fabricatis ſuper Sanctitate vitę, virtutibus, & miraculis Ven. Serui Dei N. iiſque apertis, & in Congregatione habita die.... facta relatione per me, ſiue per Eminentiſsimum Dominum Cardinalem N. de contentis in iiſdem proceſſibus, in ſequenti Congregatione habita die.... reſcriptum fuit, pro admiſsione Commiſsionis, qua ſignata manu S V. eaque in actis eiuſdem Sacræ Congregationis reproducta, cum in primis, & ante omnia, docendum ſit de paritione Decretis à fel. mem. Vrbano Octauo editis in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis, ideo concepi, ac ſubſcripſi dubium infraſcriptum cum R.P. D. Promotore fidei concordatum.

An ſententia Ordinarij N. de non cultu confirmanda ſit, vel infirmanda.

N. Card. N. cauſæ Relator.

Quod generaliter obſeruandum eſt in omnibus dubijs, itaut non proponatur dubium, niſi ſubſcriptum ab Eminentiſſimo D. Cardinale Relatore, concordato facto cum R.P. D. Promotore fidei, qui nunc eſt Illuſtriſsimus Dominus Proſper Bottinius Archiepiſcopus Mirhæ, in ſuo munere diligentiſsimus.

Deinde tranſmittitur per manus omnium Eminentiſsimorum Dominorum Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum informatio ſuper eodem dubio cum Summario, *vt ſequitur*.

10 Congregatione Sacrorum Rituum. Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo Domino Cardinali N. Ponente.

N.

Beatificationis, & Canonizationis Ven: Serui Dei N.

INFORMATIO SVPER DVBIO.

An ſententia Ordinarij N. de non cultu ſit confirmanda, vel infirmanda?

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Domine.

DEfuncto prædicto Seruo Dei in Ciuitate N. anno.... illius corpus traditum fuit ſepulturæ in Eccleſia N. *Summ. num.* confectiſque auctoritate ordinaria proceſſibus ſuper non cultu, & ſuper illius Sanctitate vitæ virtutibus, & miraculis, iiſque delatis ad hanc Sacram Congregationem in eaque apertis.

Ac ſucceſſiue pro eiuſdem Serui Dei Beatificatione, & Canonizatione inſtantibus, Rege Catholico, Archiepiſcopo N. pluribuſque Magnatibus, &c. in Congregatione habita die.... ſignata fuit Commiſſio manu Sanctiſſimi ad limites nouiſſimorum Decretorum, pro introductione Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis eiuſdem Serui Dei, & in eiuſdem Relatorem, & Ponentem deputatus Eminentiſſimus N.

Cumque ante progreſſum ad vlteriora ex forma nouiſſimorum Decretorum iuſſu fel. record. Vrbani Octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis editorũ pag. 20. §. Particularis, in primis, & ante omnia docendum ſit de paritione iiſdem Decretis, ideo datur præinſertum dubium, cum R. P. D. Promotore fidei concordatum, affirmatiue quoad primam illius partem reſoluendum.

Siquidem patet quod inſtante N. Procuratore ſpecialiter conſtituto ab N. fol. ...., die ... coram Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo pro confectione dicti proceſſus particularis ſua auctoritate ordinaria ſuper non cultu, idem Epiſcopus decreuit citationem contra Promotorem Fiſcalem, & præuia executione illius fol...., die ... nominauit in Notarium Actuarium Cauſę huiuſmodi N. Notarium Apoſtolicum, recepto ab eodem iuramento, de fideliter exercendo ſuum officium, quod tactis ſacroſanctis Scripturis præſtitit, de qua quidem Notarij deputatione, & iuramento fidem fecit N. Notarius publicus fol....

Deinde deputauit in Promotorem N. qui acceptauit officium ſibi iniunctum, & die.... in vim citationis executæ contra dictum Promotorem fol.... elegit in Curſorem N. recepto ab eodem iuramento, quod præſtitit tactis &c. fol.... & pro loco audientiarum, & actuum publicorum Eccleſiam N. & pro loco loci Cappellam N. in ea ſitam, omneſque dies in hono-

rem Dei, & Sanctorum non feriatos, de mane hora .... de ſeto hora ... fol. . . .

Die .... idem Procurator, præmiſſa Citatione contra Promotorem Fiſcalem, produxit articulos cum liſta Teſtium examinandorum, quos admitti inſtetit, & contra eoſdem citationem decerni, tam pro eorum iuramento, quam examine recipiendo fol. . . . .

Quibus inductis, & iuratis fol. . . . à die . . . . vſque ad diem . . . . ab eodem Epiſcopo examinati fuerunt . . . teſtes inducti, citati, & iurati, vt patet ex Tabella *Summ. num.*

Quorum examine mature perpenſo, & facta viſitatione ſepulchri prædicti Serui Dei, in Eccleſia N. in qua iacet, *Summ. num.* prædictus Epiſcopus ſua definitiua ſententia pronunciauit, ſupradictis decretis nullatenus eſſe contrauentum, ſed iiſdē paritum, *dicto Summ. num.*

Quo proceſſu abſoluto, clauſo, & obſignato, & deinde Sacræ Congregationi præſentato, ac ſeruatis ſeruandis aperto, & recognito, cum deueniendum ſit ad illius diſcuſſionem, ſupplicantur EE. VV. pro confirmatione prædictæ ſententiæ tāquam validæ, & iuſtæ.

Validitas ſiquidem patet ex ſuperius narratis, & Summario reſtrictiuo dato Illuſtriſſimo Promotori.

Conſtat etiam Teſtes ab eodem Epiſcopo fuiſſe rite, & recte examinatos, præuijs eorum inductione, citatione, & iuramento, iterato in actu examinis, ſeparatim, ſecreto, & per extenſum, prius iuxta interrogatoria Promotoris Fiſcalis proceſſu fol. . . . Deinde ſuper articulis, per Procuratorem cauſæ exhibitis vt ex dicta Tabella *Summ. num.*

Releuantia pariter eſt incontrouertiblis ex deductis in dicto proceſſu, dum ex ijſdem liquido conſtat de omnimoda carentia publicæ venerationis, & cultus, ne dum circa Sepulchrum dicti Serui Dei, verum etiam extra illud, circa Imagines, & Reliquias, per negatiuam plene probatam, & coarctatam ex infradicendis.

Primo ſcilicet, quia ſtatim ſequuto illius obitu corpus prædicti Serui Dei delatum fuit ad Eccleſiam N. ibique ſepultū ſolo æquali, abſque vllo ſigno cultus, & venerationis, vt ex ipſa viſitatione, *Summario num.*

Secundo ex prædicta viſitatione liquet, nihil in tota prædicta Eccleſia N. reperiri quod denotet cultum, & venerationem, neque in ea reperiri aliquas Imagines, nec quicquam aliud, ex quo poſſit argui cultus, & veneratio.

Tertio, quod in prædicto ſepulchro, ſeu in aliqua alia parte prædictæ Eccleſiæ nulla Epitaphia inciſa leguntur, quæ redoleant cultum, & venerationem prædicto Seruo Dei exhibitum, vt ex dicta viſitatione. *Summ. num.*

Quarto, quia nec ante, circa prædictum ſepulchrum, nec alibi in Eccleſia vlla vnquam accenſæ fuerunt lampades candelæ, aut luminaria quæcumque, nec appenſæ, ſeu retentæ Tabellæ votiuæ, donaria, & his ſimilia, nec Imagines illius alicubi depictæ conſpiciuntur cum radijs, ſeu ſplendoribus, neque cum alijs ſignis ſanctitatem præſeferentibus; ſed in omnibus paritum decretis fel. record. Vrbani VIII. *Summ. num.*

Quinto, quod tam in prædicta Eccleſia circa illius ſepulchrum, quam in alijs Eccleſijs, aut locis alterius etiam Diæceſis, ad eius Imagines, & Reliquias nulla vnquam accenſa fuerunt lumina, nec appenſæ Tabellæ Votiuæ, aut Imagines pictæ cum radijs, aut ſplendoribus, nihilque circa eius perſonam geſtum, factum, aut viſum, quod publicæ venerationis, & cultus ſignum præſeferat, *Summ. num.*

Sexto, nullam Eccleſiam, aut Altare erectum conſpici in honorem prædicti Serui Dei, nec vllibi illius Imagines reperiri cum cultu, & veneratione, ſed prædicta decreta in omnibus ſtricte obſeruata fuiſſe, cum negatiua coarctata, quod ſi ſecus eſſet, ipſi Teſtes ſciuiſſent, vel audiuiſſent, & aliter eſſe non poſſet quin ipſi ſcirent *dicto Summ. num.*

Septimo, demum negatiua cultus omnimode, & vniuerſaliter coarctatur, tam ex deductis in ſingulis numeris ſummarij, in quibus agitur de depoſitione Teſtium, quam *num.* addito in omnibus, nullibi vnquam aliter vidiſſe, ſciuiſſe, vel dici audiuiſſe, hoc non ſolum atteſtando de prædicta Eccleſia N. ſed amplius vbique locorum, remouendo actum à ſenſu, aſſerendo non poſſe aliter eſſe, quia ſi ſecus foret, ipſi tanquam bene informati, & practici, ſciuiſſent, vel audiuiſſēt iuxta praxim probandi negatiuam vniuerſalem.

Quibus ſic ſtantibus, vtpote conſtito de omnimoda carentia cultus, & venerationis circa ſepulchrum, Imagines, &

per-

perſonam dicti Serui Dei, prædicta ſen-tentiam confirmanda videtur.

Quare &c.

Quia vero mentionem fecimus de Tabella Teſtium, cum hæc ſæpius dari debeat in ſummarijs, placet hic eius formam delineare.

11 *Forma Tabellæ Teſtium.*

Numerus.	Nomen, & ætas.	Inductio.	Citatio.	Iuramentum.	Examen.
1	Petrus N. annorum	Die fol.	Die fol.	Die fol.	Die fol.
2	Paulus N. annorum	Die fol.	Die fol.	Die fol.	Die fol.
3	Frãciſcus N. annorum	Die fol.	Die fol.	Die fol.	Die fol.
4	Antonius N annorum	Die fol.	Die fol.	Die fol.	Die fol.
5	Didacus N. annorum	Die fol.	Die fol.	Die fol.	Die fol.

12 Si Sacra Congregatio perpenſis deductis per Poſtulatores, & oppoſitis, ſeu animaduerſis per Illuſtriſſimum Dominum fidei Promotorem, cui omnium contentorum in proceſſibus ſemper eſt danda copia, reſeribat, *Sententiam ſuper non cultu, & paritione Decretis eſſe confirmandam*; datur dubium ſubſcribendum ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Relatore. An ſint concedendę litteræ remiſſoriales in genere, concordato prius fac-

13 to cum R. P. D. fidei Promotore iuxta formam traditam ſupra *num.* 4. adiectis addendis, quia in facto concordato cum Domino fidei Promotore ſemper narrantur breuiter omnia, & ſingula, quæ præceſſerunt.

N.

Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei N.

DVBIVM.

14 An ſint concedendæ litteræ Remiſſoriales, & Compulſoriales, ad effectum conficiendi proceſſum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis dicti Serui Dei in genere.

Beatiſſime Pater!

Signata commiſſione à S. V. (*ſiue à ſanct. mem. N. S. V. Prædeceſſore*) introductionis cauſæ in Sacrorũ Rituum Congre-

Congregatione Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N. fuit in eadem Sacra Congregatione examinata, & confirmata ſententia Ordinarij, lata ſuper non cultu præſtito eidem Seruo Dei, & paritione Decretis; Cumque ad præſens ſit examinandus alter proceſſus fabricatus auctoritate ordinaria ſuper illius ſanctitate vitæ, hæroicis virtutibus, & miraculis, & videndum, an ſit concedendæ litteræ remiſſoriales, & compulſoriales ad effectum fabricandi proceſſus auctoritate Apoſtolica in genere, ideò fuit concordatum cum Illuſtriſſimo fidei Promotore ſupradictum Dubium, affirmatiuè, vt ſupplicatur, reſoluendum.

Nam quoad validitatem conſtat, ſeruata fuiſſe omnia ea, quæ de iure, & conſuetudine præſcribuntur; Etenim die . . . . . comparuit coram Epiſcopo N. Procurator in hac cauſa ſpecialiter conſtitutus à N. vt ex Inſtrumento ſuæ deputationis *ſum. num.* eidemque ſupplicauit, vt dignaretur mandare confici proceſſum ſuper illius ſanctitate vitæ, & virtutibus, cum quibus vixit, & miraculis, quæ Deus illius interceſſione dignatus eſt operari tam in vita, quam poſt mortem. Qui Epiſcopus deputauit in Promotorem N. in Notarium N. Notarium Apoſtolicum, in Curſorem N. & pro loco examinis, & confectionis proceſſus Eccleſiam N. & pro loco loci Capellam N. in eadem Eccleſia ſitam, ac dies, & horas examinis cum facultate variandi, ac ab omnibus præſtitum fuit iuramentum de fideliter exercendo eorum officia *ſum. num.*

Die . . . . Procurator cauſæ, præuia citatione, contra Promotorem, præſtitit iuramentum calumniæ proceſs. fol. . . . necnon produxit articulos, in quorum calce fuerunt deſcripta nomina nonnullorum teſtium examinandorum proceſs. fol. . . . Et quia nonnulli ex ipſis erant Religioſi, exhibuit etiam licentiam Superioris pro eis examinandis proceſs. fol. . . .

Fuerunt poſtea examinati : . . teſtes, primo iuxta interrogatoria, & deinde ſuper articulis præuia eorum inductione, citatione, & iuramento, & citato ſemper, & præſente Promotore, vt in tabella teſtium *ſum. num.*

Si compulſata fuerunt aliqua ſcriptura adnotetur fuiſſe legitime compulſatas.

Et demum ad inſtantiam Procuratoris cauſę auſcultata fuit, & collationata copia proceſſus cum originali proceſs. fol. . . . quæ clauſa, & ſignata fuit ad Sac. Congregat. delata, & de illius ordine ſer. ſer. aperta.

Ex quibus dubitari nequit, quod teſtes non fuerint rite, & recte examinati, & alia ſeruata, quæ ad validitatem erant neceſſaria.

Quo verò ad releuantiam, patet de Serui Dei N. vita ſanctiſſime tranſacta, de illius heroicis virtutibus, ac de miraculis tam in vita, quam poſt mortem à Deo eius interceſſione patratis.

Deindè regiſtranda ſunt omnia, quæ continentur in proceſſu, ſeu proceſſibus, vt in Memoriali pro introductione cauſæ ſupra num. 7. ſcilicet natiuitas, Baptiſmus, Confirmatio, & omnia geſta à natiuitate vſque ad obitum, omnes virtutes ſingillatim, & omnia miracula tam in vita, quam poſt mortem, per plenam informationem, ſeu plenum memoriale.

Si à Sacra Congregatione, audito Illuſtriſſimo Domino fidei Promotore reſcribatur, *Dandas eſſe remiſſoriales in genere*, expediendæ erunt iuxta formam traditam in Decretis regiſtratis ſupra *hac eadem par. 5. cap. 2. num. 48.*

Poſtquam à Iudicibus Remiſſorialibus fuerint auctoritate Apoſtolica confecti proceſſus ſuper fama ſanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum in genere, tranſmiſſi ad Sacr. Rituum Congregationem,
15 & in ea de more aperti, datur dubium ſuper validitate proceſſus, ſeu proceſſuum iuxta ſequentem methodum, concordato facto cum Domino fidei Promotore. Hoc eſt enim vniuerſale, quod nullum dandum ſit dubium, ſubſcribendum ab Eminentiſſimo Relatore, niſi factum concordatum fuerit cum Domino Promotore fidei, præmiſſa breuiſſima narratiua omnium, quæ iam præceſſerunt, vt diximus ſupra.

N.

Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei N.

INFORMATIO SVPER DVBIO.

16 An conſtet de validitate proceſſus remiſſorialis, & compulſorialis in genere, num teſtes in eo ſint rite, & recte examinati, & an iura in eo producta ſint rite compulſata, in caſu, & ad effectum de quo agitur.

BEA-

BEATISSIME PATER.

Signata manu S. V. (ſiue fel. record. N.S. V. Prædeceſſoris) commiſſione introductionis cauſæ dicti Serui Dei, præuia diſcuſſione proceſſus particularis auctoritate ordinaria ſuper paritione Decretis in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis editis ſuper non cultu ad relationem Eminentiſſimi Domini Cardinalis N. ſub die . . . . Sac. Rituum Congregatio cenſuit, ſufficienter ſatisfactum fuiſſe prædictis Decretis, ideoque poſſe ad vlteriora procedi, cui decreto S. V. annuit die . . . .

Ac ſucceſſiue diſcuſſo in eadem Sacra Congregatione proceſſu auctoritate ordinaria confecto ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis dicti Serui Dei, tam quoad validitatem, quam quoad releuantiam contentorum in eodem, in Congregatione habita die . . . . reſcriptum fuit pro conceſſione remiſſorialium, & compulſorialium, ad effectum conficiendi proceſſus ſuper fama ſanctitatis, virtutum, & miraculorum præfati Serui Dei in genere auctoritate Apoſtolica.

Cuius decreti vigore ab eadem Sacra Congregatione die . . . . conceſſæ, & expeditæ fuerunt litteræ remiſſoriales, & compulſoriales directæ Epiſcopo N. & N. N. N. ita tamen vt prædictus Epiſcopus cum duobus ad minus ex prædictis N. N. N. coniunctim procederet, & cum termino, &c.

In quarum litterarum exequutionem Apoſtolica auctoritate inchoatus fuit proceſſus remiſſorialis coram dictis Iudicibus delegatis die . . . .

Si ſubrogati fuerint Iudices delegati ob mortem, vel impedimentum priorum, vel conceſſi noui termini ad complendos proceſſus, de omnibus eſt facienda mentio.

Cum igitur dictus proceſſus perfectus fuerit, ad Sacrorum Rituum Congregationem tranſmiſſus, ac de more apertus, & procedendum ſit ad vlteriora in diſcuſſione validitatis dicti proceſſus, ab Eminentiſsimo ponente ſubſcriptum fuit præinſertum dubium concordatum cum R. P. D. fidei Promotore, pro cuius affirmatiua reſolutione, & deciſione ſupplicatur, tanquam ex omni parte iuſtificatum ex reuolutione actorum.

Etenim quoad primam partem dubii validitas proceſſus tam remiſſorialis, quam compulſorialis eſt patens.

Tum ſcilicet ex fundamento iuriſdictionis in prædictis litteris remiſſorialibus ſuper inquiſitione generali inſertis in prima parte dicti proceſſus fol. . . . demandatæ prædicto Epiſcopo, qui cum duobus ex Dignitatibus, vel Canonicis ſenioribus coniunctim procederet, cum præfixione termini vnius anni *ſum. num.*

Tum ex legitimatione perſonarum, etenim conſtat tam de deputatione Subpromotorum, videlicet Promotoris menſæ Epiſcopalis, & N. ab Illuſtriſs. Domino Promotore fidei eius litteris datis die . . . in Subpromotores nominatorum.

Quam de legitimo mandato procuræ N. N. in hac cauſa ſpecialiter conſtitutorum die . . . . cum clauſulis ampliſſimis dicto proceſs. fol. . . . .

Tum quia in confectione prædicti proceſſus adamuſsim obſeruata fuit forma præſcripta tam in litteris remiſſorialibus, quam in nouiſsimis decretis, vt patet ex ſummario reſtrictiuo totius proceſſus dato Illuſtriſsimo D. Promotori.

Quo vero ad ſecundam partem dubij conſtat teſtes fuiſſe rite, & recte examinatos, ſcilicet ſeparatim, & ſecreto, ac per extenſum ab eodemmet Epiſcopo, & tribus ex Dignitatibus, ſeu Canonicis antiquioribus Iudicibus delegatis cum interuentu Subpromotorum, præuia eorum inductione, citatione, ac iuramento ab vnoquoque præſtito tactis &c. & reperito in actu examinis, & quoties examen incæptum continuari contigit, peractum in loco Sacro ad id deputato, prius iuxta omnia, & ſingula interrogatoria inſerta in dictis remiſſorialibus, deinde ſuper articulis, ſuper quibus inducti fuerunt, adhibitis in fine ſubſcriptionibus teſtis, Iudicum, Subpromotoris, & Notarij Actuarij, vt patet ex tabella eorumdem teſtium *ſum. num.*

Ac denique quoad tertiam partem dubij, iura formiter exhibita, atque producta in proceſs. à fol. . . . ad fol. . . . ſunt in forma probanti, vtpotè ſeruatis in eorum productione omnibus de iure requiſitis, citato nempe Subpromotore ad dicendum contra iura fol. . . . & præuia ſingulorum recognitione, tam quo ad iura authentica, quam ſcripturas priuatas.

Quare, &c.

Si Sacra

Si Sacra Congregatio reſcribat, *Conſtare de validitate proceſſus, & poſſe ad vlteriora procedi*, diſcutienda erit releuantia eiuſdem proceſſus, ad effectum concedendi remiſſoriales in ſpecie, iuxta diſpoſitionem nouiſsimorum Decretorum, ſupra *hac eadem par. 5. cap. 2. num. 55. & ſeqq.* & concipitur dubium, vt ſequitur, concordato facto cum Domino fidei Promotore.

N.

Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei N.

DVBIVM.

27 An conſtet de releuantia proceſſus remiſſorialis ſuper fama Sanctitatis, virtutum, & miraculorum in genere, in caſu, & ad effectum dandi Remiſſoriales in ſpecie.

Et formatur poſitio ex omnibus, quæ continentur in proceſſibus remiſſorialibus in genere, incipiendo à natiuitate, infantia, educatione, geſtis in vita, in obitu, & poſt obitum; Recenſentur item omnia peracta in Congregatione Sacrorum Rituum &c.

Sæpius tamen vidi diſcuti ſimul de validitate, & releuantia proceſſus in genere, & datur Dubium.

An conſtet de validitate, & reuelantia proceſſus ſuper Inquiſitione in genere, vt deueniendum ſit ad Inquiſitionem in ſpecie, & remiſſoria deſuper concedenda? In caſu &c.

Quo caſu in Poſitione adducuntur prius Iura, & rationes pro validitate, deinde pro releuantia, vt in ſequenti forma, mutatis mutandis ſecundum contingentiam.

N.

Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei N.

INFORMATIO SVPER DVBIO.

An conſtet de validitate, & releuantia proceſſus ſuper Inquiſitione in genere, vt deueniendum ſit ad Inquiſitionem in ſpecie, & remiſſoria deſuper concedenda? In caſu &c.

Eminentiſſime Domine.

Signata commiſſione manu Sanctiſſimi Domini Noſtri N. introductionis Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis prædicti Serui Dei, ac poſtmodum docto de paritione Decretis per fel. record. Vrbanum Octauum in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non cultu editis, ſucceſſiue iuxta tradita per *Hoſtien. in cap. 1. num. 3. cæteroſque DD. de reliq. & vener. ſanct.* & praxim nouiſſimorum Decretorum pag. 37. & ſequen. in Congregatione habita die ..... cui Sanctitas ſua annuit die .... eiuſdem menſis, & anni deputati fuerunt N N N. pro confectione proceſſus ſuper fama ſanctitatis virtutum, & miraculorum prędicti Serui Dei in genere tantum cum clauſula, quod duo ſaltem ex ipſis ſimul, & coniunctim procedant, & cum termino ſex menſium, *Sum. num.*

Coram quibus Delegatis peracto dicto proceſſu, huic Sacræ Congregationi præſentato, vna cum eorum litteris reſponſiuis, ac de more aperto, eum in proxima Congregatione ordinaria abſque interuentu Conſultorum in vim ſpecialis reſcripti Sanctiſſimi *dicto ſum. num.* examinanda ſit illius validitas, & releuantia.

Validitas patere videtur ex ipſamet reuolutione actorum, nam liquet die .... inſtante N. Procuratore ſpecialiter conſtituto ab N. dicto proceſs. fol. . Reuerendiſſimum D. Epiſcopum N. Iudicem Remiſſorialem vt ſupra ſubdelegatum, præſente Promotore Fiſcali Menſæ Epiſcopalis ad hunc effectum citato, litteras remiſſoriales, & compulſoriales, debita cum reuerentia recepiſſe, fol.... Quibus acceptis, apertis, & perlectis fol... Iuriſdictionem acceptauit, & ſeſe in Iudicem competentem declarauit fol. ... & ſucceſſiue deputauit in Notarium N. Notarium Apoſtolicum Curiæ Epiſcopalis Cancellarium, & in alterum Notarium pro rogitu deputationis N. pariter Notarium Apoſtolicum, recepto ab vtroque Iuramento tactis &c. fol... de qua quidem deputatione, & Iuramento fidem fecit idem N. fol...

Et ſubſequenter in vim litterarum Reuerendiſſimi Promotoris fidei deputauit in Subpromotorem N. & in Nuncios, & Curſores pro exequendis citationibus N. N.

Digitized by Google

N. N. recepto ab iiſdem iuramento de fideliter exercendo, fol....

Die.... fol... elegit pro loco loci Iuramentorum, & examinis Teſtium Altare maius Eccleſię N. Horas vero Audientiarum de manu hora... & de ſero hora cum facultate variandi, dies autem omnes, & ſingulos, præter in honorem Dei feriatos.

Die... eiuſdem menſis... præuia citatione contra D. Subpromotorem fidei, ac repetitione omnium Iurium, productione liſtæ Teſtium fol... idem Dominus Iudex prædicta Iura admiſit, & mandauit examinari Teſtes cum præfixione termini pro dandis interrogatoriis fol....

Die... completo examine Teſtium prædictus Dominus Iudex depntauit in Notarium adiunctum pro collationando, & aſcultando ſumpto proceſſus vna cum originali, & Notario Actuario N. Notarium publicum, delato illi Iuramento, quod præſtitit tactis &c. fol...

Die... facta fide per dictos Notarios ſuper legitima auſcultatione prædicti ſumpti, idem Dominus Iudex declarauit illius collationem, & auſcultationem rite, & recte factam, ſuumque Iudiciale decretum interpoſuit fol...

Die vero.... eiuſdem menſis, & anni idem Reuerendiſſimus Epiſcopus præuia deputatione N. in Portitorem pro deferendo ad Sacrorum Rituum Congregationē prædicto ſumpto authentico ſuum Iudiciale Decretum interpoſuit, qui proceſſus clauſus, & ſigillatus ad Sacram Congregationem per Portitorem nominatum delatus, vna cum litteris Reſponſiuis, de mandaro eiuſdem Sacræ Congregationis fer. ſer. apertus fuit.

Teſtes denique fuiſſe rite,& recte examinatos à prædicto Iudice ſubdelegato in loco Sacro ad id deputato, præuia illorum inductione, & citatione, præſtito prius ab vnoquoque Iuramento, ſaltim per diem ante, ac repetito in actu examinis ſeparatim, in ſecreto, & per extenſum, iuxta formam *cap. venerabilis* 52. *de teſtibus* ptius iuxta omnia, & ſingula Interrogatoria R. P. D. Promotoris fidei regiſtrata dicto proceſs. fol... Deindè ſuper articulis inſertis fol... cum citatione Subpromotoris, adhibitiſque in fine cuiuſlibet depoſitionis ſubſcriptionibus Teſtium, Iudicis, & Notarii actuarii, vt ex Tabella *d. ſum. num.*

Releuantia autem eſt incontrouertibilis ex pleniſſimis, luculentiſſimis, concludentiſſimiſque Teſtium grauiſſimorum, ac fide digniſſimorum depoſitionibus, eamdem Sanctitatis famam, tam in Prouincia N. quam extra eam euincentibus, nedum in genere generaliſſimo, ſed etiam ſubalterno ex ſpecialibus, & indiuiduis actibus heroicarum virtutum, ac frequenti operatione miraculorum, quibus Altiſſimus famuli ſui Sanctitatem manifeſtauit; itaut in vno loco fama huiuſmodi non ſolum viguerit, ſed ad alia loca remotiſſima peruenerit,hodieque vigeat per totum fere orbem.

Natus itaque prædictus Seruus Dei anno.... in Ciuitate N. ex N. & N. nobilibus, piis, & Catholicis parentibus, ac legitimo matrimonio coniunctis, ibique in Eccleſia Parochiali baptizatus, ac tempore debito confirmatus, à teneris annis præclara futuræ Sanctitatis argumenta edidit; nam cum enm præueniſſet Dominus præludiis benedictionum, elucebant in teneris annis qnidam igniculi, ex quibus erupturam fore ingentis virtutis flammam apparebat, munditia cordis, morum candor, pax interna, modeſtia, innocentia, ac profundiſſima humilitas, pietas, ac in rebus ſpiritualibus; & diuinis innata propenſio, & quo magis ætas procedebat,amplioribus etiam incrementis in Sanctitate proficiebat *di. ſummario num.*

Virtutibus cum ætate adoleſcentibus, Grammaticæ, & humanioribus litteris operam dedit, quibus abſolutis, in Ciuitatem N. miſſus eſt, vt in illa celeberrima Academia vtriuſque Iuris ſtudiis animum excoleret, ingenita ſubinde probitate bonarum artium, ac litterarum ſtudiis aſſiduis diligenter exculta, tantum profecit, vt ſumma cum laude omnium oculos in ſe conuerterit, pietatemque, & deuotionem adeo congrue in ſtudiis ſociauit; prauorum conſortia, cæteraſq; peccandi occaſiones penitus fugiendo, ſacramenta frequentando, aliaque exercitia ſpiritualia, nunquam intermittendo, vt notiſſima exemplaris eius vitæ puritas, & integritas à cunctis celebraretur, tantumque profecit in via rectitudinis, vt pro Sancto, & amico Dei habitus ſemper fuerit *d. ſum. num.*

Deum autem ipſum, ob bonitatem eius infinitam ſemper toto corde dilexit,

eius mandata cuſtodiuit, eius voluntati perpetuo ſe ſubmiſit, & nihil aliud quæſiuit, quam ipſius gloriam, & honorem, omnibus ſubuenit, itaut à cunctis communiter habitus, tentus, ac reputatus fuerit pro exacto obſeruatore mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ac ſalutis animarum zelatore amatore virtutum, & laudabilis vitæ *d. ſum. num.*

Virtutes omnes in gradu heroico, ac eminenti tum Theologales, tum Cardinales in prædicto Seruo Dei corruſcarunt, ornauitque etiam illum Dominus magnitudine, & excellentia fidei, firmiſſima ſpe communiuit, charitatis ardore, tam erga Deum, quam proximum continuo flagrauit, dedit ei Dominus Sapientiam, & prudentiam multam, dilexit iuſtitiam, & mandata Dei cuſtodiuit, induruſque fortitudine, temperantiam in omnibus ſeruauit, ſingulariter vero ſe exercuit in profundiſſima humilitate, intemerata, ac illibata caſtitate, & rigoroſa auſteritate vitæ, in eorumque aſſiduo cultu, & exercitio, & in bono vſque ad finem, tam exactè perſeuerauit, vt nulla vnquam ceſſatione ſe remiſerit eius virtus, ſed adoleſcens iuxta vias Domini ambulauerit, & eum ſenuit, non receſſerit ab eis, illiuſque ſemita, quaſi lux ſplendens proceſſerit, & creuerit vſque ad perfectam diem *d. ſum. num.*

Eiuſdem Serui Dei fide magnitudinem placuit Altiſſimo confirmare multiplici donorũ ſupernaturalũ poſſeſſione, nempe Extaſi in oratione, & contẽplatione, ſpiritu prophetico, ſcientia, ac ſapientia, conſilio, & ſplendore, ac penetratione cordium *d. ſum. num.*

Prædictus Seruus Dei ſemper, & continuo vixit cum fama Sanctitatis longe, lateq; diffuſa, quæ nõ modo diminuta, ſed potius aucta percrebuit, non ſolum vbi vixit, & mortuus eſt, ſed in aliis locis vicinis, & remotis, vt *d. ſum. num.*

Cum ex prædictis virtutum gradibus ad illam Seruorum Dei perfectionem deueniſſet, vt dignus eſſet in gaudium Domini introire, in diuturnum, eumque ſupremum morbum incidiſſet, nouiſſimiſque illis diebus læthalem ſuam infirmitatem ſanctè, & conſtanter toleraſſet, inter religioſas paſſionis Chriſti memorias vniuerſos ſuos annos cum manſuetudine animæ ſuæ recogitando, omnes omninò virtutes in compendium reduxiſſet, ſuſceptis magna fide, ac deuotione Sacramentis, plenus dierum, & bonorum operum, vitam, admirabili Sanctitate traductam, Sanctiſſimo pariter clauſit exitu, in Ciuitate N. die ... menſis .... cũ fama, & opinione Sanctitatis, pluribus argumentis munita, ſigniſque in exitu vitæ comprobata *d. ſum. num.*

Sequuto illius obitu in Eccleſia N. ſepulturæ traditum fuit eius corpus, & propter eamdem Sanctitatis famam, & opinionem magnus fuit concurſus Populi omnium locorum ad id confluentium, dictum Seruum Dei Beatum, ac ſanctum nuncupantium *d. Sum. num.*

Deus Optimus Maximus ad gloriam ſui nominis, & fidei Catholicæ corroborationem, Serui Dei inculpatam vitam, mores incorruptos, & excellentem Sanctitatem comprobare voluit teſtimonio plurimorum inſignium miraculorum, quæ tam in vita, quam poſt illius obitum operatus eſt, & continuo operatur, ſanando infirmos ex omni genere infirmitatum, & alia operando, quæ totius naturæ creatæ vires, & potentiam tam quoad modum, quam quoad ſubiectum, in quo facta fuerunt, exuperant, *d. Sum. num.*

Quæ quidem fama Sanctitatis, & miraculorum conſtans, perpetua, & publica, orta in vita, ac legitimis, & probabilibus de cauſis innixa, pluribuſque miraculis confirmata poſt obitum continuo aucta increbuit, ac in dies percrebeſcit, nec aliquid vnquam dictum, factum, vel auditum fuit in contrarium, veluti comprobant Teſtes etiam de publica voce, & fama in reſponſionibus particularibus, & generalibus iuxta interrogatoria, & ſuper articulis, verum etiam generaliter ſuper vltimo eiuſdem famæ omnia requiſita per *Bartol. in l. de minore ff. de quæſtionibus enucleando iuxta 16. d. Sum. num.*

Ex quibus conſtare videtur, tam de validitate prædicti proceſſus, quam de releuantia.

Quare &c.

Si Remiſſoriales in ſpecie conceſſæ fuerint, & expeditæ iuxta formam decretorum generalium *ſupra p. 4. cap. 2. num.* earumdemque vi rite completis proceſſibus auctoritate Apoſtolica ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis in ſpecie; iiſdemque ad Sacrorum Rituum Congregationem tranſmiſſis, in eaque de more apertis, primo datur dubium concordandum

dandum cum Domino Promotore fidei ſuper illorum validitate videlicet.

An conſtet de validitate proceſſus in ſpecie peracti, ac Teſtes in eo ſint rite, & recte examinati, & Iura producta legitime compulſata in caſu &c.

Beatiſſime Pater.

18 CVm hic Ven. Dei Seruus obdormiſſet in Domino die .... percrer be ſcente concurſu ad eius ſepulchrum ob miracula, quę ad eius interceſſionem dignatur Altiſſimus operari, confecti fuerunt auctoritate ordinaria proceſſus tam ſuper non cultu, ad formam nouiſſimorum decretorum quam ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis eiuſdem Serui Dei. Quibus ad Sacrorum Rituum Congregationem tranſmiſſis, iiſque de more apertis, poſt ſignatam commiſſionem manu S. V. cognito per eamdem Sacram Congregationem, fuiſſe paritum decretis iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Generalis Inquiſitionis, æditis, & de releuantia proceſſuum, die .... conceſſæ fuerunt litteræ Remiſſoriales, & compulſoriales pro Inquiſitione ſuper fama Sanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum in genere; Ec in Congregatione habita die ..... cognito de validitate, & releuantia dictorum proceſſuum rem.ſſorialium, conceſſæ fuerunt nouæ remiſſoriales, & compulſoriales pro conficiendis proceſſibus auctoritate Apoſtolica ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis in ſpecie, directæ .....

Pro quorum proceſſuum validitate, rituali examine Teſtium, & legitima Iurium Compulſatione diſcutiendis, ſubſcriptum fuit ab Eminentiſſimo Relatore præinſertum dubium, cum Reuerendiſſimo Promotore concordatum, & in omnibus affirmatiue reſpondendum, vt ſupplicatur.

Etenim circa primam partem dubii, validitas reſultat ex reuolutione actorum, cum in omnibus ſeruata fuerit ad vnguem forma litterarum Remiſſorialium.

Quandoquidē die ..... citato N. Pro motore fiſcali Curiæ Epiſcopalis fol.... deputato in litteris R. P. D. fidei Promotoris in Subpromotorem fol.... N. Procurator ſpecialiter conſtitutus præſentauit litteras Remiſſoriales huius Sacræ Congregationis DD. Iudicibus ſubdelegatis fol. . . qui poſt earumdem litterarum receptionem, aperitionem, & admiſſionem, ſe paratos exhibuerunt ad illas in omnibus exequendas fol...

Die.... Domini Iudices, citato dicto Promotore fiſcali Subpromotore fidei vt ſupra deputato, declararunt ſe competentes, mandarunt in cauſa procedi ad formam Remiſſorialium fol.... & vigore facultatis ſibi conceſſæ in litteris Reuerendiſſimi Domini Promotoris fidei fol... deputarunt in alium Subpromotorem Dominum N. fol... delato ambobus Subpromotoribus iuramento tactis &c. fol... necnon elegerunt in Notarium Actuarium N. Notarium publicum Apoſtolicum cum delatione ſimilis Iuramenti fol.... & in Curſores N. & N. recepto ab eis Iuramento tactis &c. fol. ... Pro loco Audientiarum elegerunt Eccleſiam N. & pro loco loci Iuramentorum, atque examinis, Capellam dictæ Eccleſiæ N. & pro tempore Audientiæ omnes dies Iuridicos de mane ab hora .. vſque ad ... de ſero ad ... ad .... reſeruata ſibi facultate variandi fol...

Die ... citatis Subpromotoribus, Domini Iudices detulerunt Iuramentum Calumniæ Procuratoribus fol .... & præfixerunt terminum Subpromotoribus ad dandum Interrogatoria, decreta etiam citatione ad videndum iurare, & examinare Teſtes, fol....

Die .... Procuratores induxerunt .... Teſtes fol... iiſque delatum fuit Iuramentum tactis &c. fol.... & à die ..... vſque ad diem .... examinati fuerunt dicti... Teſtes à fol... vſque ad .. prius ſuper Interrogatoriis, deinde ſuper articulis.

Die.... citatis Subpromotoribus, Domini Iudices deputarunt in Scribam pro tranſumptando Proceſſu N. qui præſtitit Iuramentum tactis &c. fol....

Die ..... reportata per præfatum ſcribam copia proceſſus inſimul cum actis originalibus fol... et citatis Subpromotoribus, Domini Iudices deputarunt in alium Notarium Adiunctum, ad auſcultandum ſumptum cum originali inſimul cum Notario Actuario, N. Notarium Apoſtolicum delato eidem Iuramento tactis etc. fol... et mandarunt dictam auſcultationem fieri, deſtinatis diebus, et horis fol...

Die .... auſcultato tranſumpto cum originali coram altero ex Subpromotoribus, Domini Iudices declararunt auſcultationem, et collationem ritè, et rectè fuiſſe factam, fol ... cum fide Notariorum ſcilicet Actuarii, et Adiuncti ſuper dicta rituali auſcultatione fol ...

Die ... Domini Iudices, citatis ſupromotoribus, deputarunt in Portitorem proceſſus N. delaro eidem Iuramento tactis etc. fol ... mandarunt dictum proceſſum ſubſcribi, obſignari, et conſignari ſupradicto Portitori fol ... adhibitis ſubſcriptionibus eorumdemmet DD. Iudicum, Subpromotorum, et Notarii Actuarii, cum legalitate appoſita in fine dicti proceſſus fol ..... qui ſic clauſus, et obſignatus, exhibitus fuit huic Sacræ Congregationi, et ſer. ſer. apertus.

Circa ſecundam partem dubij teſtes examinati fuerunt ſingillatim, & cum diligentia ad tradita in *cap. venerabili* 52. *de teſtibus*, & ad formam remiſſoriæ, ſecretò, ſeparatim, & per extenſum ab ipſiſmet Iudicibus, intereſſente altero ex Subpromotoribus, iiſdem teſtibus prius inductis, citatis, & iuratis tactis &c. in loco Sacro ad id deputato, cum ſubſcriptionibus cuiuslibet teſtis, Iudicum, Subpromotorum, & Notarij Actuarij, vt ex tabella *ſumm. num.*

Circa tertiam partem dubij, *ſi nihil ſit compulſatum, dicatur*, ceſſat inſpectio, quia nulla iura fuerunt producta, *vel adducantur rationes legitimæ compulſationis, ſi aliqua iura compulſata ſint.*

Quare, &c.

Poſtquam Sacra Congregatio reſcripſerit, *conſtare de proceſſuum validitate*; obſeruanda eſt diſpoſitio nouiſſimorum decretorum ſupra *cap. 2. num. 43. & 62.* quod videlicet ſi nondum tranſacti fuerint anni quinquaginta à die obitus Serui Dei, de cuius Canonizatione tractatur, iterum claudantur proceſſus, & reponantur in Archiuio eiuſdem Congregationis Sacrorum Rituum vſque ad præfinitum tempus, reaſſumendi cauſam, præuia noua commiſſione, vt ſuo loco dicetur.

Si verò iam tranſacti fuerint anni quinquaginta, diſcutitur primò ſuper virtutibus, & datur dubium concordandum cum R. P. D. fidei Promotore videlicet.

An conſtet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, in caſu, & ad effectum, &c.

Et concipitur plena informatio iuxta ſequentem methodum ſecundum contenta in proceſſibus.

BEATISSIME PATER.

19 CONfirmata ſententia Ordinarij N. ſuper paritione Decretorum nouiſſime per fel. record. Vrbani Papæ Octaui editorum in Sacra Congregatione generalis Inquiſitionis, & cognita validitate, & releuantia proceſſuum auctoritate Ordinaria confectorum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis prædicti Serui Dei. In vim litterarum remiſſorialium perfecti fuerunt auctoritate Apoſtolica proceſſus ſuper iiſdem ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis in genere, & in ſpecie, quorum diſcuſſa validitate in Congregatione Sacrorum Rituum; cum modò deueniendum ſit ad diſcuſſionem articuli releuantiæ contentorum in iiſdem, & in primis præinſerti dubii virtutum Theologalium, & Cardinalium.

Videtur concludenter probari, Seruum Dei habuiſſe virtutes Theologales, nempe Fidem, Spem, & Charitatem, & morales, ſeu Cardinales, ſcilicet Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiam, aliaſque virtutes illi annexas, hoc eſt, in illis virtutibus ſe exercuiſſe, taleſque actus produxiſſe, ex quibus perneceſſe concludendum, in omnibus, & ſingulis huiuſmodi virtutibus heroice præfulſiſſe.

Deſcribenda eſt eſſentia cuiuslibet virtutis tam principalis, quam integralis, potentialis, poteſtatiuæ, &c. & ſingulis applicandi ſunt actus virtutum Serui Dei, de quibus conſtat ex proceſſibus, iuxta morem, & nos fortaſſe aliquam poſitionem in exemplum regiſtrabimus in fine voluminis.

Huiuſmodi dubium diſcutitur in plena Congregatione, præſentibus, & votum dantibus, non ſolum Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus, ſed etiam Dominis Conſultoribus, qui ſunt tres RR. PP.

DD.

Digitized by Google

DD. antiquiores Rotæ Auditores, & ProtHonotarius aliquis de numero Participantium, Reuerendiſſimus Pater Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, qui nunc eſt Pater Magiſter Raymundus Capiſuccus, nobilitate, morum grauitate, doctrinaque conſpicuus, Reuerendiſs. Sacrarii Apoſtolici Præfectus, & alii Prælati, et Regulares, ætate prouecti, Magiſtri in Sacra Theologia, vel Decretorum Doctores.

Si Sacra Congregatio diligenter perpenſis contentis in proceſſibus, & oppoſitionibus R. P. D. fidei Promotoris, reſcripſerit *Conſtare de virtutibus, &c.* diſcutitur poſtremo releuantia proceſſuum quoad miracula, & datur dubium, pariter cum Illuſtriſsimo Domino Promotore fidei concordandum.

An, & de quibus miraculis conſtet in caſu, & ad effectum, &c.

BEATISSIME PATER.

20 Virtus morum, & veritas ſignorum, ſi ſimul coniungantur, ſufficere pro Canonizatione, teſtantur, Hoſtienſis, Innocentius, & alii omnes de materia ſcribentes. Poſtquam igitur hæc Sacra Congregatio die . . . . . vnanimi voto declarauit, *Conſtare in gradu heroico de virtutibus tam Theologalibus, quam Cardinalibus Vener. Serui Dei N.* merito deueniendum eſt ad examen miraculorum, ad quem eff[ect]um ab Eminentiſſimo Dom. Cardinali N. Relatore præinſertum dubium ſubſcriptum fuit cum R.P. D. Promotore fidei concordatum.

Datur plena poſitio, & plenum ſummarium, in quibus adducuntur omnia contenta in proceſſibus ſuper ſingulis miraculis.

21 Super huiuſmodi dubio fiunt duę Congregationes, quæ dicuntur præparatoriæ. In quarum prima votum præbent tantum Domini Conſultores. Et in ſecunda coram Summo Pontifice dant votum Eminentiſſimi Domini Cardinales, atq; etiam Papa. Et ſecundum quod obſeruare potui Eminentiſſimi Domini Cardinales non approbant aliquod factum pro miraculo, ſeu miraculoſo, in quo non concurrant ſaltem duæ ex tribus partibus Dominorum Conſultorum. Et Papa non approbat niſi concurrant omnes ferè Eminentiſſimi Domini Cardinales.

22 Licet autem in dicta ſecunda Congregatione Præparatoria approbentur miracula ſufficientia pro Canonizatione, quia tamen cum ſumma maturitate proceditur, reſcribi ſolet tantum, *Videtur ſi Sanctiſſimo placuerit, indulgeri poſſe publicam Venerationem, cum titulo Beati.*

Si huiuſmodi reſolutioni Sanctiſſimus annuat, Poſtulatores expediunt Indultum in Secretaria Breuium, deinde conuocant Eminentiſſimos Cardinales Sacr. Rituum Congregationis, & Conſultores ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, quibus ita coadunatis præſentatur Breue Indulti, quod aperitur, & ex Ambone clara voce perlegitur, publicaturque per Archiniſtam, & Notarium Capituli eiuſdem Baſilicæ præſente ibidem Notario Congregationis Sacrorum Rituum, & executioni demandatur, cum expoſitione ſacræ Imaginis Beati, ſeu Beatificati, canendo Hymnum Te Deum, & Miſſam de eodem Beato; publicaque deſuper conficiuntur inſtrumenta per Notarios prędictos, & in Archiuiis eiuſdem Sacræ Congregationis, & Capituli dictæ Baſilicæ reponuntur, & aſſeruantur.

Poſt indultam venerationem, non deuenitur ſtatim ad Canonizationem, ſed continuante, & pereſceſcente fama ſanctitatis, deuotione populorum, cultu, veneratione, ac nouis ſuperuenientibus miraculis, præuia relatione facienda in Congregatione Sacrorum Rituum, per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Ponentem eorum, quæ Beatificationem præceſſerunt, & quorum intuitu indulta fuit veneratio, porrigitur eidem Sacræ Congregationi Memoriale facti pro ſignanda noua Commiſſione, & nouis Remiſſorialibus, ad effectum probandi ea, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationem, iuxta ſequentia, mutatis mutandis ſecundum facti, vel factorum contingentiam.

Forma Relationis.

N.

Canonizationis Beati N.

23 IN Ciuitate N. anno . . . ex honeſtis, piis, & Catholicis, ac legitimus parentibus ortus eſt Beatus N. & in Eccle-

ſia Pa-

ſia Parochiali N. Baptizatus, & confirmatus in fide Catholica, pietate, boniſq; moribus diligenter inſtructus, plurima à teneris annis præbuit ſigna ingenitæ probitatis, & argumenta futuræ ſanctitatis, à multis periculis ope Deiparæ Virginis liberatus, &c.

Extenduntur geſta in pueritia, in adoleſcentia, & quæcumque geſſit toto tempore vitæ ſuæ omnes actus virtutum, & obitus, &c.

Percrebeſcente igitur fama ſanctitatis prædicti Beati, & peractis auctoritate Ordinaria proceſſibus, tam ſpeciali ſuper paritione decretis, quam generali ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, ac miraculis; Atque item confectis auctoritate Apoſtolica proceſſibus, tam remiſſorialibus, quam compulſorialibus ſuper ſanctitate, & excellentia vitæ, puritate fidei, religionis ſanctitate, miraculorum coruſcatione, ac populorum deuotione erga dictum Beatum N. aliiſque, primo in genere, & deinde in ſpecie, iiſque ad Vrbem delatis, cognitoque de illorum releuantia, referente Eminentiſſimo Domino Cardinali N. tandem die . . . hæc Sacra Congregatio cenſuit, tutò poſſe Sanctiſſimum quandocumque ſibi placuerit ad ſolemnem Canonizationem eiuſdem deuenire, & interim Beatum nuncupari.

Cuius Decreti relatione facta, Vrbanus Octauus, nedum præfatam dictæ Congregationis Sacrorum Rituum ſententiam approbauit, verum etiam Principum, & Vniuerſitatum, &c. ſupplicationibus, &c. per eius litteras in forma Breuis datas die . . . . perpetuò conceſſit, & indulſit, vt impoſterum dictus N. Beatus nuncuparı, deque eo Officium, & Miſſa, &c. celebrari poſſent, *& recenſeantur omnia alia Indulta, ſi quæ poſtea emanarunt.*

Aucta poſtmodum, ac percrebeſcente fama ſanctitatis prædicti Beati, vna cum populorum erga illum deuotione, concurſu veneratione, ac frequentia miraculorum, quæ etiam poſt indultam eidem venerationem Omnipotens Deus illius meritis, & interceſſione operari dignatus eſt, & continuò operatur.

Hodie petitur ſignari commiſsionem manu Sanctiſsimi ad docendum de iis, quæ ſuperuenerunt poſt illius ſolemnem Beatificationem, vt ſupra.

Pro qua obtinenda deduceuntur nouiſſimæ inſtantiæ per litteras directas Sanctiſsimo Domino Noſtro videlicet.

Notantur omnes epiſtolæ cum data diei &c.

Poſtremo continuatio, & percrebeſcentia famæ ſanctitatis, deuotionis populorum, cultus, & venerationis, ac miraculorum dicti Beati deducitur non ſolum ex prædictis inſtantiis, & Scriptoribus, qui de dicto Beato egerunt, nempe.

Regiſtrantur Authores.

Verum quoque ex pluribus miraculis nouiter patratis, de quibus, &c.

Adeſt legitimum, ac ſpeciale mandatum procuræ N. in perſonam N.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis locus eſſe videtur propoſitioni, & admiſſioni dictæ Commiſsionis, ad præſcriptum dictorum nouiſsimorum Decretorum.

N. Cardinalis N.

Poſt prædictam relationem in alia Congregatione datur plenum Memoriale continens omnia, ex quibus excerpta fuit relatio, prout ſequitur.

Congregatione Sacrorum Rituum
ſiue
Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo Domino
Cardinali N.
N.
Canonizationis Beati N.
Memoriale facti
Pro Commiſsione reaſſumptionis
Cauſæ Canonizationis.

Extenditur prius tota Relatio iam facta in alia Congregatione cum ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Relatoris, deindè.

24 N.
Canonizationis Beati N.

Beatiſſime Pater.

IN Ciuitate N. anno . . . . . . die . . . . . menſis . . . . . . ortus eſt Beatus N. ex piis, Catholicis, ac legitimis coniugibus, in Eccleſia Parochiali N. Baptizatus, & tempore debito confirmatus, in fide Catholica, pietate, boniſque moribus diligenter inſtructus, plurima à teneris annis perhibuit ſigna ingenitæ probitatis, & argumenta futuræ Sanctitatis.

Extenduntur ad longum omnia, quæ continentur in proceſſibus ſuper vita, & virtutibus, obitu, & miraculis, &c.

Increbeſcente igitur tam in ipſa Ciuitate

tate N. quam extra, eadem Sanctitatis, & miraculorum fama, perſectiſq; deſuper auctoritate Ordinaria proceſsibus tam particulari ſuper paritione decretis, quam generali ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, atq; item confectis auctoritate Apoſtolica proceſsibus tam remiſſorialibus, quam compulſorialibus ſuper ſanctitate, & excellentia vitæ, puritate fidei, Religionis ſanctimonia, miraculorum corruſcatione, ac populorum deuotione erga dictum Beatum N. primo in genere, & deinde in ſpecie, iiſque ad Vrbem delatis, & per Sacram Congregationem in pluribus ſeſsionibus referente & Cardinali N. approbatis omnibus in illa contentis, tam reſpectu validitatis proceſſuum, quam releuantiæ contentorum in illis quoad ſanctitatem, virtutes, & miracula dicti Beati, citato etiam, & audito prius Promotore fidei. Tandem die . : . . . cenſuit totò poſſe, quandocumque Sanctiſsimo placuerit, ad ſolemnem Canonizationem eiuſdem deueniri, & interim Beatum nuncupari, deque eo Officium, & Miſſam ſub ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarii Romani, anniuerſario eius obitus die in Ciuitate N. libere, & licite recitari, & celebrari poſſe.

Cuius decreti relatione facta, Vrbanus Octauus, nedum præfatam dictæ Congregationis Sacrorum Rituum ſententiam approbauit; Verum etiam Principum, & Vniuerſitatum, &c. ſupplicationibus, &c. per eius litteras in forma Breuis daras die . . . . perperuò conceſsit, & indulſit, vt inpoſterum dictus N. Beatus nuncupari, deque eo Officium, & Miſſa ab omnibus Sacerdotibus in dicta Ciuitate N. quolibet anno in die eius obitus celebrari, & recitari ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarij, & Miſſalis Romani.

Recenſeantur omnia Indulta data in ſummario.

Quamuis autem cauſæ huiuſmodi proſecutio impoſterum dilata fuerit, aucta nihilominus, ac in dies percrebeſcente fama ſanctitatis dicti Beati N. vna cum populorum erga illum deuotione, concurſu, veneratione, ac frequentia miraculorum, quæ etiam poſt indultam eidem venerationem Omnipotens Deus illius meritis, ac interceſsione operari dignatus eſt, & continuo operatur, inhærendo nouiſsimis inſtantijs, ac ſupplicationibus N. N. inſtatur pro vlteriori progreſſu in cauſa Canonizationis.

Et quia nouiſsima Decreta S. M. Vrbani Octaui in terminis cauſarum Seruorum Dei ante illa Beatificatorum *pag.* 54. *in fine, & ſeq.* pro habenda certiori veritate virtutum ſanctitatis, & miraculorum eius, pro cuius Canonizatione inſtatur, antequam in illis procedatur ad vlteriora, expreſse mandant in Congregatione habenda coram Sanctitate Sua fieri plenam, & diſtinctam relationem, non modo eorum, quæ in proceſsibus, & aliis ſcripturis continentur, ac eorum, quæ illi per Summos Pontifices intuitu ipſius Beatificationis, ſeu venerationis elargita fuerunt, verum etiam eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam huiuſmodi venerationem, ad hoc vt ex prędictis omnibus Summus Pontifex deliberare valeat, an ſit procedendum ad Canonizationem.

Idcirco cum præuia relatione ſtatus cauſæ facta per Eminentiſſimum Ponentem eadem Sacra Congregatio mandauerit proponi in generali Congregatione habenda coram S. V. commiſſionem pro reaſſumptione cauſæ in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, formandam ad præſcriptum dictorum Decretorum propterea eidem S. V. ſupplicatur illam admitti, & & ſignari.

Siquidem docetur de omnibus requiſitis tum ex forma dictorum Decretorum, tum ex praxi, & ſtylo dictæ Sacræ Congregationis.

In primis enim exhibitum fuit ſumptū authenticum ſupradicti indulti Beatificationis eidem Beato conceſſæ ab Vrbano Octauo *Summ. num.*

Secundo adſunt nouiſſimæ inſtantiæ S. V. porrectæ infraſcriptorum enixe ſupplicantium pro Canonizatione dicti Beati per litteras eidem S. V. directas, & exhibitas in Congregatione Sac: Rituum, nempè.

Regiſtrantur omnes epiſtolæ.

Exhibitum fuit ſpeciale mandatum Procuræ N. in perſonam N.

Poſtremo de continuatione, & percrebeſcentia famæ ſanctitatis, deuotionis populorum, cultus, & venerationis, & miraculorum, quæ omnipotens Deus eiuſdem Beati N. interceſſione operari dignatus eſt, etiam poſt indultam eidem venerationem, & continuo operatur, docetur

nedum

nedum generaliter ex litteris, & atteſtationibus prędictorum inſtantium pro Canonizatione, præcipue vero N. & N. qui de dicto Beato in ſuis operibus mentionē fecerunt, & ſignanter.

Notantur Authores.

Verum etiā ſpecialiter vltra continuationem, & incrementum deuotionis, venerationis, & cultus, pluribuſque gratijs, & ſignis miraculoſis mirum inmodum ampliati, ac præter multa alia miracula deſumpta ex proceſſibus antiquis, & depoſitione.... Teſtium nondum per Sacr. Rituum Congregationem diſcuſſa ſpecifice etiam recenſentur plurima miracula eius interceſſione patrata poſt indultam Beatificationem.

Regiſtrantur Miracula.

Quibus accedunt alia quamplura, Deo dante, & Sede Apoſtolica annuente formiter probanda in proceſſu Remiſſoriali, conficiendo de his, quæ ſuperuenerunt poſt Beatificationem, vbi ſignata fuerit commiſſio, pro qua ſupplicatur.

Quare &c.

Signata commiſſione, eaque in actis Sacræ Congregationis reproducta, expeditis Remiſſorialibus, confectis proceſſibus à iudicibus ſubdelegatis ſuper his, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationē, ijſque ad eamdem Sacram Congregationem tranſmiſſis, in ea de more apertis, & diſcuſſo de eorum validitate iuxta ſuperius ſparſim dicta, datur dubium ſuper releuantia proceſſuum concordato prius facto cum D. Fidei Promotore, vt in ſequenti exemplo.

L I M A N A.

25 Canonizationis Beatæ Roſæ de Sancta Maria Tertij Ordinis Sancti Dominici.

INFORMATIO SVPER DVBIO.

An conſtet de releuantia contentorum in proceſſibus Sueſſano, Panormitano, & Antuerpienſi de ijs, quæ ſuperuenerunt poſt indultam dictæ Beatæ venerationem in caſu &c.

Beatiſſime Pater.

CONſtito de puritate, & excellentia vitæ, ſanctitate, & virtutibus in gradu heroico, ac miraculis Beatę Roſę de Sancta Maria Tertij Ordinis Sancti Dominici Congregatio Sacrorum Rituum habita coram fel. record. Clemente IX. referente Reuerendiſſimo Cardinali Azolino, communi omnium voto cenſuit, Sanctitatem Suā quandocumque, ſibi placuerit, ad ſolemnem illius Beatificationē & Canonizationem deueniri poſſe, & interim in toto Orbe Beatam nuncupari, & de ea Miſſam, & officium iuxta Rubricas Breuiarij Romani recitari.

Propterea ad enixas, & reiteratas preces Caroli Secundi Hiſpaniarum Regis Catholici, & Mariannæ Reginæ Viduæ eius Genitricis, & vniuerſi Ordinis Prædicatorum, de prædictorum Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum Conſilio, & vnanimi aſſenſu idem Clemens IX. per ſuas litteras in forma Breuis ſub datum die 12. Februatij 1668. *Summar. num.* 1. Apoſtolica auctoritate perpetuo conceſſit, ac indulſit, vt memorata Dei Serua impoſterum Beatæ nomine nuncuparetur, eiuſque corpus, & reliquiæ venerationi fidelium exponerentur, Imagines quoque radijs, ſeu ſplendoribus exornarentur, atque de ea ſub duplici ritu recitaretur officium, & Miſſa celebraretur de Virgine non martyre ſingulis annis iuxta Rubricas Breuiarij, & Miſſalis Romani die vigeſima ſexta Auguſti, quæ prima eſt non impedita poſt vigeſimam quartam eiuſdem menſis, qua ſpiritum Creatori reddidit in Ciuitate, & Diœceſi Limana, ac vniuerſo Ordine Prædicatorum tam fratrum, quam Monialium, & quoad Miſſas attinet etiam à Sacerdotibus confluentibus, & quoad Indias à die, quo eædem litteræ illuc peruenerint inchoando in Eccleſijs Ciuitatis, ac Diœceſis, ac Ordinis præfatorum, necnon in omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis Hiſpaniarum, & Indiarū ſolemnia Beatificationis eiuſdem cum officio, & Miſſa ſub ritu duplici maiori die ab Ordinarijs conſtituta celebrari poſſet: Romæ verò in Eccleſia Sancti Iacobi Nationis Hiſpanorum intra bimeſtre, poſtquam in Baſilica Principis Apoſtolorum celebrata fuerint eadem ſolemnia pariter celebrari.

Et die 28. Aprilis eiuſdem anni idem Pontifex ſimilibus litteris in forma Breuis relatis dicto *Summ. num.* 2. ad augendum fidelium religionem, & animarum ſalutem omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pænitentibus, & confeſſis, ac Sacra

Com-

Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Ciuitatis, & Diœceſis Liman. ac vniuerſi Ordinis Sancti Dominici tam Fratrum, quam Monialium, necnon ex Cathedralibus, & Metropolitanis Hiſpaniarum, & Indiarum, ac etiam oppidi Mattiti, in quibus ſolemnitas Beatificationis dictæ Beatæ Roſæ die per ordinarios locorum ſpecificanda celebrabitur à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis diei huiuſmodi deuote viſitauerint &c. plenariam omniũ peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit, prout in ſimilibus litteris datis 19. Septembris 1669. eamdem Indulgentiam conceſſit die feſto eiuſdem Beatæ Viſitantibus Eccleſiam Metropolitanam Limanam, ac quamlibet Eccleſiam ex Monaſteriis Ordinis Sancti Dominici in Indiis Occidentalibus *d. num.* 2. & aliis expeditis die 25. Februarii 1669. viſitantibus Eccleſias Fratrum, & Monialium eiuſdem Religionis in Regnis Hiſpaniarum; & in Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitanis Indiarum Occidentalium *d. num.* 2.

Quam Indulgentiam etiam extendit ſimilibus litteris datis die 10. Septembris prædicti anni ad omnes vtriuſque ſexus Chriſtifideles, qui Metropolitanam Limanam, & quamlibet ex Eccleſiis omnium, & ſingulorum Conuentuum, Monaſteriorum tam fratrum, quam Monialium eiuſdem Ordinis Sancti Dominici in Indiis occidentalibus eadem die 26. Auguſti ſingulis annis viſitauerint *d. Summ. n.* 3.

Quod quidem Officium, & Miſſam aliis litteris datis die 14. eiuſdem menſis, & anni ad preces eiuſdem Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ Viduæ eius Genitricis extendit etiam ad vniuerſum Clerum tam ſæcularem, ac Regularem quarumcumque Prouinciarum, & Regnorum Americæ, & Indiarum prædicto Regi ſubiectorum *d. Summ. nu.* 4.

Et die 18. Octobris eiuſdem anni ad preces Magiſtri Generalis eiuſdem Ordinis Prædicatorum idem Pontifex indulſit, vt in omnibus Indiarum Regnis ab vniuerſo Clero tam ſæculari, quam Regulari vtriuſque ſexus celebrari poſſit illius feſtum cum octaua dicto *Summ. nu.* 5. & apponi in Martyrologio Romano verbis approbatis à Congregatione Sacrorum Rituum die 12. Ianuarii *dicto Summario num.* 6.

Vlterius die 13. Decembris 1668. ſimilibus litteris inſtantibus iiſdem Carolo Rege, & Marianna eius Matre, dictam Beatam declarauit in Patronam principaliorem Ciuitatis Regum, & totius Regni Peruani cum omnibus prærogatiuis principalioribus Patronis debitis eiuſque feſtũ in vniuerſo Regno de Patrona principaliori ab omnibus vtriuſque ſexus illic degentibus de præcepto ſeruari, & ſicut alia feſta de præcepto celebrari, eiuſdemque officium ab vniuerſo Clero tam ſæculari, quam Regulari de principaliori Patrona inibi recitari poſſe dicto *Summario num.* 7. & 8.

Denique extenſionem huiuſmodi Officii, & Indulgentiæ idem Pontifex ampliauit in Cappella Reginæ Magnæ Brittaniæ ſimilibus litteris datis 26. Februarii *1669. d. Summ. num.* 9.

Inſuper S. V. ad preces eiuſdem Caroli, & Mariannæ Regum Catholicorum litteris datis die 11. Auguſti 1669. indulſit, vt perpetuis futuris temporibus ab vniuerſo Clero tam ſæculari, quam Regulari vtriuſque ſexus per omnes Prouincias, Regna, ſtatus, Regiones, & Dominia vbiuis locorum dicto Carolo Regi, & Leopoldo Romanorum Regi, in Imperatorem electo, Domuique Auſtriacæ ſubiecta Officium, & Miſſa de prædicta Beata Roſa quotannis die 26. Auguſti ſub ritu duplici recitari & celebrari reſpectiuè poſſit *d. Summ. nu.* 10. & in Patronam principaliorem omnium, & ſingularum Prouinciarum, Regnorum, Inſularum, & Regionum Terræ Firmæ totius Americæ, Philippinarum, et Indiarum cum iiſdem prærogatiuis elegit, et declarauit, illiuſque feſtum de præcepto ab omnibus ſeruari præcepit dicto *Summ. n.* 11.

Creſcente interea in dies mirabili populorum deuotione erga dictam Beatam idem Sanctiſſimus die 27. Auguſti eiuſdem anni 1670. ad preces Marchionis de Aſtorga Oratoris Hiſpaniarum nomine Maieſtatis Catholicæ vniuerſo tam ſæculari, quam Regulari Clero per totum Terrarum orbem indulſit pro futuris perpetuis temporibus celebrari Miſſam per anni circulum, ſiue ex voto, ſiue ex libera deuotione dicto *Summ. num.* 12.

Cumque à Congregatione Sacrorum Rituum conceſſæ, & expeditæ fuerint litteræ Remiſſoriales pro confectione proceſſuum de ijs, quæ superuenerunt poſt indultam eidem Beatæ venerationem, di-

rectæ pro Ciuitatibus Sueſſana, & Panormitana illius Archiepiſcopo, & Epiſcopo, Vicario generali, ac duabus primis dignitatibus earumdem Cathedralium, iiſque abſolutis, & ad curiam delatis, eorum validitas approbata fuit diebus .... menſis Auguſti, & 13. Septembris currentis anni 1670.

Et deueniendum ſit ad diſcuſſionem releuantiæ eorum, quæ poſt indultam eidem Beatæ venerationem ſuperuenerunt, ipſa ſiquidem patens redditur, Primo ex eiuſmodi indultis Apoſtolicis, cum ijs mediantibus concludentiſſime probetur ſecuta Beatificatione prædictæ Beatæ, famam ſanctitatis illius auctoritate Pontificia comprobatam, longe, lateque per vniuerſum diffusã, ac propagatam perſeueraſſe, ac frequenti deuotione Populorum percrebuiſſe, venerationemque illi conceſſam, & ſolis ſanctis debitam pleniſſime probatam exiſtere.

Secundo ex Teſtimonio plurimorum Teſtium deſumptorum tam ex proceſſu Sueſſano, quam Panormitano conſtanter firmantium famam ſanctitatis prædictæ Beatæ io vita conceptam poſt illius Beatificationem continuo percrebuiſſe, & percrebeſcere non ſolum Sueſſæ, Neapoli, & Panormi, ſed vbique locorum, dicto *Summar. num.* 13. nihilque vnquam factum, vel auditum in contrarium, deponendo iuxta 20. de fama cum omnibus ſuis requiſitis dicto *Summ. num.* 14.

Tertio ex ſolemni feſtiuitate quotannis dicta die 26. Auguſti celebrari ſolita in prædictis Ciuitatibus Sueſſana, Neapolitana, & Panormitana, cum recitatione officij de Communi Virginis non Martyris, & Miſſæ ſolemnis cum interuentu vniuerſi Populi prædictarom Ciuitatum alijſque ſignis publicæ venerationis, ac lætitiæ dicto *Summ. num.* 15.

Quarto ex publico cultu, & veneratione, quæ eius Imaginibus exhibetur Sueſſę, Neapoli, & Panormi, ante quam appenſæ viſuntur lampades, cærei, tabellæ votiuæ, & alia id generis donaria, dicto *Summar. num.* 16.

Quibus ſimul iunctis ſatis, ſuperque remanet probata continuatio, & percrebeſcentia ſanctitatis, publicæ venerationis, operationis miraculorum, & exhibitionis ſolemnis cultus illius Imaginibus, vbique exiſtentibus, eaque omnia exhibentur auctoritate Apoſtolica, vt patet ex relatis indultis Sedis Apoſtolicæ, & præcipuè Indulgeotiarum conceſſarum nedum Limæ, verum etiam in omnibus Eccleſijs Metropolitanis, & Cathedralibus Indiarum Occidentalium, Regnorum Hiſpaniarum, & vniuerſi Ordinis Prædicatorum die anniuerſario eiuſdem obitua.

Indulgentias quippe in cultum, & venerationem Sanctorũ concedi declarauit Bonifacius Octaous in conceſſione Indulgeotiarum accedentibus ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Vrbe *in extrauag. antiqua de panit. & remiſſ.* ibi *vt autem Beatiſſimi Petrus, & Paulus Apoſtoli eo amplius honorentur, qua ipſorum Baſilica de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus fraquentata* quod etiam ibi notat *Gloſſ. verb. confitebuntur ante med. ſub verſ. Peregrinatio vero* inquiens, quod ex huiuſmodi conceſſione Sancti honorantur, & Deus ſe in ipſis reputat hoororari, gaudent noo ſolum Apoſtoli, ſed totua etiam cæleſtis exercitus, & confunditur Diobolus, & Angeli eius, traduntque etiam *Eminentiſſ. de Lugo de panit. diſt. 27. ſect. 8. num.* 130. *ſub verſ. circa realem Filiucc. oper. moral. tom 1. tract. 8. cap. 6. num. 132. verſ. ſi vero*. Vbi quod ſi Indulgentia concedatur viſitantibus talem locum, ſeu Eccleſiam intelligitur de religioſa viſitatione, quæ fiat ad coleodum Deum in ſe ipſo, vel in aliquo Sancto.

In ſpecie autem nouem miracula ex prædictis Proceſſibus, & altero Antuerpienſi deſumpta, formiter examinanda proponuntur.

Deinde recenſentur ſingillatim noua miracula cum citatione Summary.

Super quo quidem dubio binæ pariter fiunt Congregationes præparatoriæ, vt dictum eſt ſupra *num.* 21. In quarum vltima coram Saoctiſſimo ſi approbentur miracula ſufficientia pro canonizatione, & reſcribatur. *Cauſam eſſe in ſtatu, & terminis, vt quandocumque Sanctiſſimo placuerit ad ſolemnem Canonizationem deueniri poſſit* erit finita pars contentiola, & completa omnia, quæ in Congregatione Sacrorum Rituum proponi, ac diſcuti debent. Quod ſi Summus Pootifex ad ſolemnem Canonizationem per definitiuam ſeotentiam deuenire ſtatuerit procedendum erit in Conſiſtorijs iuxta formam traditam in cęremooiali ſupra *cap. 1. à n. 9.*

26 Verum in quadam cauſa antiqua memini

mini, me vidiſſe fieri pleniſſimam relationem per Eminentiſſimum Dominum meũ Cardinalem Vidonum, non quidem pro reaſſumptione cauſæ, ſed poſt reaſſumptionem, antequam diſcuteretur releuantia proceſſuum de his, quæ ſuperuenerant poſt indultam venerationem, attentis Animaduerſionibus bonæ memoriæ R. P. D. Petri Franciſci de Rubeis Fidei Promotoris, in hunc qui ſequitur modum.

N.

Fuit alias in hac Sacra Congregatione per me relatus ſtatus Cauſæ Beati N. qui conſiſtebat in hoc; quod ſecuto eius obitu fabricati fuerunt bini proceſſus auctoritate ordinaria ſuper illius Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, deinde compulſati, & alligati in proceſſu, auctoritate Apoſtolica perfecto de anno.... qui proceſſus declarati fuerunt à Rota eſſe in forma probante, & deinde commiſſa cauſa Cardinalibus Baronio, Belarmino, & Antoniano, qui Cardinalis Antonianus ex actibus, & ſcripturis compilauit hiſtoriam, ſeu Relationem de anno... In cuius Relationis vim ſacra hæc Congregatio iudicauit, attentis magnis virtutibus, & miraculis in vita, & poſt mortem, poſſe concedi Miſſam, & Officium Confeſſoris non Pontificis, ſicuti à fel. record. Papa Clem. VIII. conceſſum fuit Conuentui..... in cuius Eccleſia conquieſcit eius corpus; Deinde ab eodem, & à Papa N. ampliata conceſſio.

De anno.... fuerunt auctoritate Apoſtolica fabricati duo alij proceſſus poſt indultam venerationem, qui delati adhanc Sacram Congregationem iuxta formam debitam aperti fuerunt. Verum ſuperuenientibus nouiſſimis Decretis Urbani Octaui ſuper non cultu, de anno 1649. per nouam Commiſſionem reaſſumpta cauſa; hæc eadem Sacra Congregatio reſcripſit, Cultum, & venerationem exhiberi prædicto Beato in vim Breuium Apoſtolicorum, & agi de caſu excepto ab iiſdem Decretis; Deinde, de anno... reſcriptum fuit pro validitate dictorum proceſſuum.

Cum igitur inſtaretur à Poſtulatoribus examinari releuantiam dictorum proceſſuum de his, quæ ſuperuenerant poſt indultam venerationem.

Et R. P. D. Fidei Promotor animaduerteret, ab Auditoribus Rotæ fuiſſe dictum tantummodo, priores proceſſus eſſe in forma probante, & Sacram Congregationem dediſſe votum pro conceſſione Miſſæ, & Officij ſine cauſæ diſcuſſione, ad ſolam relationem Cardinalis Antoniani, prætendens hoc non ſufficere pro Canonizatione, ad quam requiritur ſpecialis omnium diſcuſſio.

Propterea reſcriptum fuit, vt conficeretur Summarium, ad effectum illud confrontandi cum prædicta Relatione Cardinalis Antoniani, prout factum eſt.

Habitis igitur proceſſibus, & omnibus à me viſis, ac ſimul collatis, & cum Summario, atque omnibus bene perſpectis, conſtat, prædictam Relationem ex proceſſibus auctoritate ordinaria confectis, & ex hiſtoria vitæ ipſius Beati ſcripta à N. ad inſtantiam Infantium filiarum Regis Catholici, compulſatis in proceſſibus Remiſſorialibus, & ab iiſdem proceſſibus remiſſorialibus fuiſſe deſumptam, quo ſequitur modo, videlicet.

Ab initio vſque ad verſiculum, qui incipit, Diuino autem conſilio [vbi dicitur dictum Beatum N. natum in oppido N. parentum precibus, & piis operibus à Deo impetratum. In puerili ætate dediſſe ſigna pietatis, prædicando paruulis coætaneis. Studuiſſe grammaticæ apud Patres N. ipſius oppidi. Renunciaſſe pingue Beneficium, quaſi dubitaſſet ab euis patre ſimoniace obtentum. Ob eius inſignes virtutes fuiſſe ipſi collatum canonicatum, & plura beneficia ab Epiſcopo N. quę poſtea renunciauit, in quandam Cappellam ſe recipiens, in qua quotidie Sacroſanctũ Miſſæ ſacrificium celebrabat, & Magno populorum fructu verbum Dei prædicabat. Inde accedens ad Ciuitatem N. factus fuit Cappellanus Collegii N. vacando ſimul ſtudiis, & concioni. Et è dicto Collegio egreſſus per decem annos prædicare continuauit; cumque in morbum incidiſſet, emiſiſſe votum ingrediendi Religionem N. prout facto compleuit] omnia, vt liquet ex *Summ. à num.* 1. vſque ad 9. deſumpta ſunt ex prædicta hiſtoria eius vitæ, & depoſitione nouem teſtium, regiſtrata *n.* 1. qui dicunt natum fuiſſe in dicto oppido N.

Verſiculi, incipientes, Mira narrantur de eius obedientia, Miraculis in vita, & poſt mortem clarüit, cum duobus verſiculis ſequentibus, in quibus recenſentur ſuſcitatio paruulæ infantis, & ſanatio lætalis vulneris in capite, pariter deſumpti ſunt à prædicta hiſtoria ipſius vitæ, & ab

vno Teſte de auditu publico de dicta ſuſcitatione, vt conſtat ex *Sum. num.* 18. *fol.* 123. *& n.* 21. *fol.* 147.

In reliquis deſumpta eſt dicta Relatio non ſolum à prædicta hiſtoria ipſius vitæ, ſed etiam ex Teſtium depoſitionibus, ex quibus duodecim examinatis de anno 1525. probatur eius Charitas, Patientia, Religio, & vita exemplaris *Summ. num.* 9. *fol.* 69.

Qui cum plutibus aliis ad numerum triginta deponunt de viſu, & de auditu proprio, de eius feruore in prædicando, exaltando virtutes, & vitia deteſtando, & reprehendendo cum zelo, fortitudine, & libertate, etiam contra perſonas potentes qui minabantur ipſi mortem, quam etiam inferre tentarunt *Summ. n.* 11. *fol.* 71.

De illius applicatione, & feruore in componendis diſcordiis, & inimicitiis, ex ſolo motiuo charitatis, deponunt plures teſtes de viſu, & certa ſcientia, *Summ. nu.* 10. *&* 12. *fol.* 64. *&* 98. qui teſtantur inſuper, in concionibus ſemper fuiſſe ſolitum perſuadere ad ceſſandum à diſcordiis, & viuere cum charitate.

Continuam aſſiſtentiam Sacramento Confeſſionis, ex qua multum trahebat fructum, probant plures Teſtes de viſu, *Summ. nu.* 13. *fol.* 100. qui deponunt inſuper de auditu à Religioſis, quod qualibet die confiteretur, *Summ. nu.* 14. *fol.* 103.

Puritas ipſius conſcientiæ liquet ex ſcrupulis alienæ rei quamuis minimæ, monendo mulieres nuptas, ne inſcijs earum viris eleëmoſynam facerent, prout deponunt plures Teſtes de certa ſcientia, *Summario num.* 15. *fol.* 109.

Anxietas in procuranda proximorum ſalute, præſertim in conuertendis meretricibus, probatur per quinque Teſtes de viſu, & quatuor de auditu publico, *Summ. num.* 16. *fol.* 115.

Exercitium in operibus pietatis, viſitatione infirmorum, & ſimilibus, probatur per ſeptem Teſtes de viſu, & alijs de auditu publico *Summario num.* 17. *fol.* 119.

Quibus attentis habebatur communiter in conceptu, & opinione ſanctitatis, itaut plures ipſum aſſociatentur tam per Ciuitatem, quam in itineribus, ex depoſitione plurium teſtium de viſu, & certa ſcientia *Summario num.* 12. *&* 19. *fol.* 98. *&* 128.

Quotidie Miſſam celebrabat, & quidem maxima cum deuotione, & contemplatione, vt deponunt teſtes, *Summ. num.* 20. *fol.* 134. ex quibus aliqui de auditu teſtantur diuinorum miſteriorum fuiſſe participem.

Vnus teſtis deponit, res occultas detegiſſe, alter habuiſſe ſpiritum prophetiæ, & tres alii habuiſſe donum reuelationum, & penetrationis cordium, *Summario num.* 21. *fol.* 152. ſicuti diem propriæ mortis prædixit, vt deponunt, vnus teſtis de auditu proprio, & duo de alieno, *Summario num.* 23.

Inſuper plures teſtes deponunt in die eius mortis pluiſſe, cum anteà per longum tempus fuiſſet magna ſiccitas, quod attributum fuit miraculo ad eius interceſſionem *Summ. num.* 24. *fol.* 157.

Pariter alii plures deponunt de concurſu ad eius ſepulchrum in die obitus, optãtibus nonnullis habere de ipſius veſtibus, & aliis ſumentibus de pului ſepulchri, qua ſanabantur infirmitates. *Summario nu.* 19. *&* 25. *fol.* 128. *&* 160.

De miraculis poſt mortem, quæ multa ſunt, deponunt item plures teſtes, *Summ. num.* 26. *fol.* 164.

In omnibus ſupradictis concordare videtur Relatio Cardinalis Antoniani cum proceſſibus, qui ante illam confecti fuerunt, quibus adduntur alii proceſſus poſt eam perfecti, atque item tres hiſtoriæ, quę licet compulſatæ ſint in nouis proceſſibus tantum, attamen conſcriptæ fuerunt ante prædictam relationem, ſcilicet vita ipſius Beati ſcripta ab N. circa annum 1550. Cronica nonnullorum Beatorum Religionis N. impreſſa de anno 1551. & annales ipſius Religionis impreſſi de anno 1569. *Hucuſque relatio facta ab Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Videno.*

27 Ex qua relatione duo videntur inferri. Primo ſcilicet pro reaſſumptione cauſarũ quando agitur de Beatis gaudentibus cultu, & veneratione ex indultis Apoſtolicis, non eſſe opus plena relatione, ſed ſufficere breuiorem cum ſola narratiua eorum, quæ præceſſerunt Beatificationem, & quorum intuitu indulta fuit veneratio.

28 Secundo huiuſmodi compendioſam relationem non ſufficere pro Canonizatione, ſed antequam diſcutiatur releuantia proceſſuum de his, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationem, faciendam eſſe plenam relationem cum Summario confrontando per Eminentiſſimum Ponẽtem

tem cum proceſſibus, aliiſque iuribus, quorum intuitu fuit indulta veneratio, vt obſeruatum fuit in caſu ſuprapoſito.

29 Ex hucuſque dictis, & quæ vidi obſeruari colligitur ceſſantibus gratiis extraordinariis Summi Pontificis, vel niſi aliud contingat, ita procedi in cauſis Beatificationum, & Canonizationum, in Congregatione Sacrorum Rituum iuxta nouiſſima decreta, eorumdemque declarationes, quod videlicet

Exhibitis in eadem Sacra Congregatione proceſſibus Ordinaria auctoritate confectis ſuper paritione decretis, & ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis Seruorum Dei, vel ſimul, vel ſeorſim, vna cum mandato Procuræ, & litteris Regum, Principum, &c. ſupplicantium pro illorum Beatificatione, & Canonizatione.

Primo fiat inſtantia pro eorumdem proceſſuum aperitione, & deputatione alicuius ex Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus in Relatorem, *iuxta notata ſupra num.* 4.

Secundo per eumdem Eminentiſſimum Cardinalem deputatum fiat compendioſa relatio de contentis in dictis proceſſibus, de mandato Procuræ, & litteris Principum, &c. ſupplicantium pro Canonizatione, *vt num.* 6.

Tertio porrigatur plenum Memoriale cum ſummario contentorum in iiſdem proceſſibus pro admiſſione commiſſionis, *vt num.* 7. & ſubſequenter commiſsio ſignanda, *vt num.* 9.

Quarto fiat inſtantia pro confirmatione ſententiæ Ordinarij ſuper non cultu, & paritione decretis, *vt num.* 10.

Quinto detur plena poſitio cum ſummario de contentis in dictis proceſsibus auctoritate ordinaria confectis pro obtinenda Remiſſoria in genere, *vt num.* 14.

Sexto diſcutiatur validitas proceſſuum Remiſſorialium in genere, *vt num.* 16. & deinde eorumdem proceſſuum releuantia, ad effectum obtinendi Remiſſoriales in ſpecie, *vt num.* 17.

Septimo diſcutiatur validitas proceſſuum Remiſſorialium in ſpecie, *vt numer.* 18.

Octauo diſputetur releuantia eorumdem proceſſuum Remiſſorialium, & Compulſorialium quo ad virtutes Theologales, & Cardinales vel ſimul, vel ſeorſim, *vt num.* 19.

Nono diſputetur releuantia eorumdem proceſſuum quo ad miracula, *vt num.* 20.

Decimo poſt indultam venerationem pro ſignanda commiſſione reaſſumptionis cauſæ, fiat relatio de illis, quæ venerationem præceſſerunt, & quorum intuitu indulta fuit eadem veneratio, *vt num.* 23.

Vndecimo detur plenum Memoriale cum ſummario, in quo regiſtrentur indulta Apoſtolica, & omnia, quorum intuitu fuit indulta veneratio, pro habendis litteris Remiſſorialibus ad probandum ea, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationem, *vt num.* 24.

Duodecimo diſcutiatur validitas proceſſuum remiſſorialium de prædictis, quæ ſuperuenerunt, *vt num.* 24. *in fine*.

Decimotertio diſputetur de eorumdem proceſſuum releuantia, *vt num.* 25. repetitis in poſitione omnibus antecedentibus, & miraculis, quorum intuitu fuit indulta veneratio.

Quæ quidem in omnibus à primo ad vltimum ſemper vidi ſeruari in faciendis inſtantijs, et proponendis dubiis in Congregatione Sacrorum Rituum, quotieſcumque habeantur requiſita de partibus, verum plures caſus accidunt, in quibus ea omnia ſeruari non poſſunt.

30 Quorum primus eſt, ſi agatur de caſu excepto à nouiſſimis Decretis, iuſſu Vrbani Octaui, in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis editis, ſcilicet de Beatificatione, & Canonizatione alicuius Serui Dei, cui ab immemorabili, hoc eſt per curſum centum annorum ante eadem Decreta, emanata de anno 1625. exhibitus fuerit cultus, & veneratio, non in vim alicuius Indulti Apoſtolici, cauſa cognita, ſed per ſimplicem tollerantiam Ordinariorum. Quo caſu licet omnia, & ſingula dirigenda ſint eodem modo, & iiſdem actis, & inſtantijs, à primo ad vltimum, prout ſupra expoſitum eſt; hoc tamen intereſt, quod ſicuti, quando agitur de Beatificatione, & Canonizatione alicuius Serui Dei, qui non gaudet cultu immemorabili, in primis, & ante omnia per particularem proceſſum docendum eſt de non cultu, & paritione Decretis; ſic quando agitur de Canonizatione alicuius Serui Dei, gaudentis huiuſmodi cultu immemorabili, in primis, & ante omnia docendum eſt de caſu excepto à Decretis, & de centenaria cultus ante prædicta Decreta,

cum

cum ſcientia, & tollerantia Ordinariorum.

31 Secundus caſus eſt, ſi auctoritate ordinaria non fuerit confectus particularis proceſſus ſuper paritione Decretis, ſed ſolum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, prout fieri conſueuerat ante eorumdem Decretorum editionem. Quo caſu poſt aperitionem proceſſuum, facta relatione per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem deputatum, porrecto Memoriale facti, vt diximus ſupra, *à principio vſque ad num.* 8. ſi reſcribatur, Pro admiſſione Commiſſionis, in eadem Commiſſione manu Papæ ſignanda, apponenda eſt clauſula, *Cum facultate in primis, & ante omnia conficiendi proceſſum particularem ſuper paritione Decretis iuſſu felic. record. Vrbani Octaui in Congregatione Generalis Inquiſitionis editis.*

Qua Commiſſione ſignata, & in actis Congregationis Sacrorum Rituum exhibita porrigitur Memoriale eidem Sacræ Congregationi pro conceſſione litterarum Remiſſorialium, & deputatione Iudicum ſubdelegatorum ad effectum conficiendi dictum particularem proceſſum ſuper non cultu, & paritione Decretis in locis N. & N.

Poſtquam dictus particularis proceſſus à ſubdelegatis Iudicibus confectus fuerit, & lata ſententia ſuper non cultu, & paritione Decretis, ad Sacram Congregationem tranſmiſſus, in eaque de more apertus, datur dubium, An ſententia Iudicis Subdelegati, ſeu Iudicum Subdelegatorum lata ſuper non cultu, & paritione Decretis, ſit confirmanda, vel infirmanda? Et proceditur iuxta notata ſupra *num.* 10. niſi quod ibi ponitur, quomodo proceſſum fuerit auctoritate Ordinaria, hic vero dicendum eſt, quomodo proceſſum fuerit auctoritate Apoſtolica in vim Remiſſorialium tali die conceſſarum, &c.

Si à Sac. Congregatione reſcribatur, Pro confirmatione ſententiæ, dandum eſt dubium, An ſint concedendæ litteræ remiſſoriales, & compulſoriales, ad effectum conficiendi proceſſum auctoritate Apoſtolica ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis in genere porrigendo plenum Memoriale cum ſummario contentorum in proceſſibus Ordinaria auctoritate confectis, & deueniendum eſt ſubſequenter ad alios actus notatos ſupra à *num.* 12. & deinceps.

32 Tertius caſus eſt, ſi auctoritate ordinaria nulli fuerint confecti proceſſus, neq; ſuper non cultu, & paritione Decretis, neque ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis; ſed adducantur hiſtoriæ, & alia ad rem facientia, & adſint litteræ, & inſtantiæ Regum, Magnatum, Principum, Epiſcoporum, Vniuerſitatum, &c. pro Beatificatione, & Canonizatione ſupplicantium.

Quo caſu ab alicuius Regis Oratore in Audientia, vel ab Eminentiſſimo Cardinale illius Regni Protectore in Conſiſtorio, porrigendus eſt Papæ ſupplex libellus, in quo narrata breuiter fama ſanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum Serui Dei, de cuius Beatificatione, & Canonizatione tractandum eſt, ſupplicetur Sanctiſſimo, vt dignetur committere informationes pro eiuſdem Serui Dei Beatificatione, & Canonizatione.

Quod ſi huiuſmodi ſupplex libellus à Papa remiſſus fuerit Illuſtriſſimo Secretario Congregationis Sacrorum Rituum, qui nunc eſt Illuſtriſſimus Dominus Bernardinus Caſalius S.D.N. Papæ Prælatus Domeſticus, generis nobilitate, ac virtutibus inſignis, eidem conſignandæ ſunt omnes litteræ Regum, Magnatum, &c. & mandatum procuræ, factaque relatione Sanctiſſimo per eumdem D. Secretarium de contentis in prædictis litteris, ſi Papa remittat inſtantiam ad Congregationem Sacror. Rituum, porrigendum eſt eidem Memoriale pro deputatione Cardinalis Relatoris, à quo facienda eſt relatio omnium, quæ in eius manibus cumulabuntur.

Qua relatione facta porrigendum eſt eidem Sacræ Congregationi plenum Memoriale cum ſummario pro introductione cauſæ, & admiſſione Commiſſionis, iuxta dicta ſuperius *num.* 7. Et quatenus Sacra Congregatio iudicet admittendam eſſe Commiſſionem, ea manu Papæ ſignata, & in actis eiuſdem Sacræ Congregationis vna cum mandato procuræ, litteris Regum, Magnatum, &c. exhibita, datur Memoriale eidem Sacræ Congregationi pro conceſſione litterarum Remiſſorialium, & deputatione Iudicum ſubdelegatorum ad effectum conficiendi particularem proceſſum ſuper non cultu, & paritione Decretis.

Confecto dicto particulari proceſſu, & lata ſententia ſuper non cultu, et pari-

tione

tione Decretis, eodemque proceſſu ad Saer. Rituum Congregationem tranſmiſſo, ac in eadem aperto, et confirmata ſententia Iudicis delegati ſuper non cultu, et paritione Decretis.

Inſtandum eſt in eadem Sacra Congregatione pro litteris Remiſſorialibus, et Compulſorialibus, ac deputatione Iudicum Subdelegatorum ad effectum conficiendi proceſſus ſuper fama ſanctitatis vitæ, virtutum, ac miraculorum in genere; dando plenum Memoriale cum ſummario omnium, quæ continentur in hiſtorijs, tam impreſsis, quam manuſcriptis, famam ſanctitatis eiuſdem Serui Dei concernentium, atque item regiſtrandæ Regum, Magnatum, et aliorum litteræ, mandatum procuræ, etc.

Poſtquam à Iudicibus Remiſſorialibus dicti proceſſus ſuper fama ſanctitatis vitę, virtutum, ac miraculorum in genere confecti fuerint, ad Vrbem tranſmiſsi, et in Sacr. Rituum Congregatione de more aperti, datur dubium ſuper eorum validitate, iuxta notata ſupra *nu.* 14. mutatis mutandis. Deinde inſtatur pro Remiſſorialibus, et deputatione Iudicum Subdelegatorum, ad effectum conficiendi proceſſus ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis in ſpecie; et deuenitur ad alios actus ſucceſsiue, iuxta notata à dicto *num.* 14. et deinceps.

33 Notandum pro complemento, quaſcumque conceſsiones nouorum terminorum gratias, et indulta Summi Pontificis, quibus derogatur Decretis generalibus, ſemper regiſtrari debere in ſummarijs, et citari in poſitionibus.

SVMMARIVM.

Citatio Promotoris Fiſcalis pro incheando proceſſu ſuper non cultu, num. 5.

Citatio ad dicendum contra articulos, num. 13.

Citatio pro aperitione termini proſeruato, numer. 18.

Citatio Teſtium ad iurandum, & Promotoris Fiſcalis ad videndum iurare Teſtes, nu. 27.

Citatio ad ſententiam, num. 38.

Citatio pro decernenda copia proceſſus, nu. 41.

Citatio pro auſcultatione, & collatione copia proceſſus, num. 42.

Citatio pro decreto interponendo collationi proceſſus, & pro eo claudendo, & tranſmittendo ad Congregationem Sacrorum Rituum, deputando Portitorem, &c. num. 43.

Decretum admiſſionis primæ inſtantia, num. 4.

Decretum admiſſionis articulorum, num. 19.

Decretum viſitationis ſepulchri, num. 32.

Decretum ſuper collatione proceſſus, eiuſdem clauſura, & deputatione Portitoris, num. 44.

Deputatio Promotoris Fiſcalis, Notary, & Curſoris, loci Audientiarum, & loci examinis Teſtium, num. 8.

Executiones citationum in cauſis Canonizationum perſonaliter facienda, num. 6.

Forma incheandi proceſſum ſuper non cultu, num. 3.

Forma iuramenti Promotoris Fiſcalis, Notarÿ, & Curſoris, num. 9.

Forma articulorum pro non cultu, num. 21.

Forma interrogatoriorum pro non cultu, numer. 24.

Forma iuramenti Teſtium, num. 28.

Forma examinis Teſtium, num. 29.

Forma concluſionis examinis Teſtium, nu. 30.

Forma viſitationis ſepulchri pro non cultu, num. 34.

Forma examinis Teſtium Inſtrumentariorum viſitationis ſepulchri ſuper non cultu, numer. 35.

Forma examinis Teſtium ſuper veritate ſepultura, &c. num. 37.

Forma claudendi proceſſum, num. 45.

Forma ſententia ſuper non cultu, & paritione Decretis, num. 40.

Inductio Teſtium, num. 25.

Inſtantia prima Procuratoris conſtituti, num. 2.

Inſtantia ſecunda Procuratoris conſtituti, numer. 7.

Inſtantia pro admiſſione articulorum, num. 14.

Inſtantia Promotoris Fiſcalis pro interrogatorÿs, num. 22.

Inſtantia pro viſitatione ſepulchri, num. 31.

Interrogatoria ſigillanda, num. 23.

Intimatio inductionis Teſtium, num. 26.

Intimatio pro viſitatione ſepulchri, num. 33.

Iuramenti calumnia forma, num. 12.

Mandatum ſpeciale procura in primis, & ante omnia fieri debet à Poſtulatoribus, num. 1.

Promotor Fiſcalis nunquam fit contumax, num. 11.

Promotore Fiſcali impedito Epiſcopus alium deputet, num. 11.

Promotoris Fiſcalis reſponſio contra admiſſionem articulorum, num. 15.

Terminus proſeruato quid ſit, num. 17.

Termini proſeruato plures habendi ante admiſſionem articulorum, num. 16.

Terminus proſeruato vbi non eſt de ſtylo, facienda eſt monitio, num. 20.

Teſtes ſuper actibus in cauſis Canonizationum

melius

melius eſt vt ſint perſonæ Eccleſiaſtica, *num.* 10.
Teſtes ex officio examinandi ſuper veritate ſepulchri in caſu non cultus, *num.* 36.
Viſitationis ſepulchri in cauſa non cultus forma, *num.* 34.

CAPVT V.

Inſtructio pro conſtruendis proceſſibus in Partibus auctoritate ornaria, vel delegata.

DIximus ſupra *p.* 4. *cap.* 1. Canonizationum Cauſas differre à cæteris, tam ciuilibus, quàm criminalibus, in multis, quæ *ibidem* notauimus, atque item in modo, & forma procedendi, ſuper quo diſcurſum remiſimus ad præſentem locum. Quapropter notandum eſt, quod licet probationes in Cauſis Canonizationum æquiparentur probationibus Cauſarum Criminalium, vt probauimus *d. cap.* 1. forma tamen procedendi imitatur iudicium Cauſarum Ciuilium; non tamen totaliter, vt patebit ex infradicendis. In qua forma procedendi teneri poterunt ſtilus, & obſeruantiæ, cuiuſque Tribunalis informandis citationibus, & extendendis inſtantiis, & decretis; ſeu iuxta praxim Ridolphini, quę ſeruatur in Romana Curia, vel iuxta Practicam Papienſem, qua diriguntur omnia ferè Italiæ Tribunalia. Hoc vnum tantum ſuadentes, vt ob grauitatem huiuſmodi cauſarum nunquã ſcribantur decreta per, *Petijt, & obtinuit* etc. ſed ſẽper extendãtur in calce Inſtantiæ, et eidẽ inſtantiæ conformia. Et licet in Citationibus cõtra Promotorẽ fiſcalẽ exprimatur Inſtantia Procuratoris Cauſæ; Executa tamen Citatione, eaq; in actis reproducta, fiat noua Inſtantia perſonaliter per Procuratorem Cauſæ, & reſponſio per Promotorem fiſcalem coram Iudice, & poſtea ſcribatur decretum Iudicis, vt notabimus infra. igitur.

1 Defuncto aliquo Seruo Dei, cum fama, & opinione Sanctitatis, in primis, & ante omnia opus eſt, vt ab illa perſona, vniuerſitate, Collegio, vel Religione, quæ inſtare, ſeu ſupplicare intendit pro eiuſdem Serui Dei Beatificatione, & Canonizatione, fiat ſpeciale mandatum in aliquam grauem perſonam, in quo, præmiſſa narratiua de publica voce, fama, atque opinione populi, Sanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum, quæ Omnipotens Deus ad inuocationem eiuſdem Serui Dei dignatus eſt operari, conſtituatur Procurator ad comparendum coram Epiſcopo, & inſtandum pro recipiendis informationibus ſuper præmiſſis, ac illorum omnibus, & ſingulis, annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus, ad effectum illas tranſmittendi ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, & Sanctam Sedem Apoſtolicam, ad Congregationem Sacrorum Rituum, & ad quoſcumque, prout opus fuerit, pro ſupplicanda Sanctitate Sua, vt ſuum infallibile Iudicium interponere dignetur in Beatificatione, & Canonizatione eiuſdem Serui Dei, & ad faciendam quamcumq; aliam inſtantiam ſuper præmiſſis, & eorum omnibus, & ſingulis, & pro executione Sacrorum Canonum, Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac Decretorum iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Generalis Inquiſitionis editorum, & cum omnibus clauſulis neceſſariis, & opportunis.

2 Qui Procurator ſic vt ſupra ſpecialiter conſtitutus comparere debet coram Epiſcopo, & exhibendo ſuum mandatum, exponere, vt infra.

Forma inchoandi proceſſus auctoritate ordinaria ſuper non cultu, & paritione. Decretis.

3 IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Anno ab eiuſdem Natiuitate, *ſeu* ab Incarnatione, vbi *talis eſt ſtylus* Milleſimo . . . . . Indictione . . . . die vero . . . . Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri N. . . . anno . . . .

Coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo Ciuitatis N. in eius Camera ſolitæ Audientiæ ſita . . . .

Comparuit N. de N. Procurator ſpecialiter conſtitutus a N. pro Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N. prout docuit ex mandato procuræ in authentica forma ſub rogitu N. Ciuis N. & Notarii Apoſtolici, die . . . . inferius regiſtrando, & expoſuit, vt infra.

Coram vobis Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine Epiſcope, Comparet N. Pro-

Procurator ſpecialiter conſtitutus à N. pro cauſa Beatificationis, & Canonizationis Ven: Serui Dei N. prout ex eius mandato procuræ in authentica forma, quod facto exhibet, petens illud recipi, & admitti, & in actis regiſtrari ad effectum &c. Et exponit qualiter Ven: Dei Seruus, *ſeu* famula N. natus, *ſeu* nata in præſenti Ciuitate, *ſeu alio loco* ex N. & N. Catholicis, piis, & legitimo matrimonio coniunctis, vixit, & obiit cum fama, et opinione Sanctitatis vitæ, virtutum, et miraculorum, quæ fama continuè magis, magiſque in dies creuit, et creſcit, ac plurimorum etiam grauiſſimorum virorum exiſtimatione Beatificationis, et Canonizationis honore, accedente infallibili Sanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio, dignus, *ſeu* digna reputatur. Propterea inſtare intendit, et vult pro capiendis informationibus ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis prædictis ejuſdem Serui Dei, ad effectum promouendi Cauſam illius Beatificationis, et Canonizationis; Et quia ex diſpoſitione Nouiſſimorum Decretorum, iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Vniuerſalis Inquiſitionis editorum, de cultu non exhibendo Seruis Dei non Canonizatis, vel Beatis declaratis, inprimis, et ante omnia docendum eſt de paritione iiſdem Decretis, Propterea petit, et inſtat per Illuſtriſſimam Dominationem veſtram met, ſeu per alias perſonas in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutas, ab eadem ſpecialiter delegandas, mandari confici particularem proceſſum ſuper cultu, prædicto Seruo Dei non exhibito, et paritione dictis Decretis, ad effectum prædictum, et omnem alium bonum finem etc. non ſolum etc. ſed et omni etc.

Si Epiſcopus per ſe ipſum procedere voluerit, decretū extendetur, vt ſequitur.

4 Qui Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Sedens etc. prædicta admiſit ſi et in quantum etc: et prædictum mandatum procuræ ad effectum illud regiſtrandi in proceſſu, mihi Notario infraſcripto tradi, et conſignari nec non N. Promotorem Curiæ, & Menſæ Epiſcopalis, cum inſertione eorumdem inſtantiæ, ac mandati Procuræ perſonaliter citari mandauit. omni etc.

N. Epiſcopus N.

N. Notarius Cancellarius Curiæ Epiſcopalis N.

Tenor verò mandati procuræ, de quo ſupra fit mentio, eſt qui ſequitur. In nomine Domini &c. *Extendatur totum de verbo ad verbum cum ſigno Notarij, & legalitate.*

Deinde ſequatur citatio contra Promotorem fiſcalem Curiæ, & Menſæ Epiſcopalis tenoris qui ſequitur.

5 N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. Venerabilibus, & Honorandis Archipresbyteris, Præpoſitis, Præsbiteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & Clericis omnibus in Minoribus Ordinibus conſtitutis, necnon Curſoribus ad exequendas Citationes deputatis ſalutem in Domino, & noſtris firmiter obedire mandatis. Noueritis coram nobis hodie *ſeu* die . . comparitum fuiſſe perſonaliter per N. Procuratorem ſpecialiter deputatum ab N. in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N. prout, ex mandato procuræ in manibus noſtris exhibito, & expoſitum vt ſequitur. Coram vobis &c. *extendatur ſuprapoſita inſtantia de verbo ad verbum.* Tenor vero mandati procuræ eſt qui ſequitur. In nomine Domini &c. *Extendatur pariter totum mandatum de verbo ad verbum.* Mandamus igitur vobis omnibus, & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, quatenus fueritis requiſiti, & quilibet veſtrum fuerit requiſitus ad inſtantiam præfati N. Procuratoris vt ſupra, Excellentem N. Promotorem fiſcalem Curiæ, & Menſæ noſtræ Epiſcopalis perſonaliter citetis, quem nos etiam præſentibus hiſce citamus, quatenus coram nobis die .... poſt præſentium exequutionem perſonaliter compareat, ad audiendum quodcumque decretum, in & ſuper præmiſſis, ac præmiſſorum cauſa, & occaſione faciendum, ſub pœnis priuationis officii, & aliis arbitrio noſtro. Datum ex Epiſcopali Palatio die... Pontificatus Sanctiſſimi D. N. . . . Papæ ... anno ...

N. Epiſcopus N.

Locus † ſigilli.

N. Ciuis N. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & Curiæ Epiſcopalis Cancellarius.

Die . . . .

6 N. de N. publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis retulit, ſe hodie perſonaliter acceſſiſſe ad Domum Excellentis Domini N. Promotoris fiſcalis Curiæ, et Menſæ Epiſcopalis, eumque perſonaliter citaſſe,

copiamque ſuper extenſæ Citationis in eiuſdem propriis manibus dediſſe, et omnia; quæ intrò mandantur fideliter executum fuiſſe præſentibus N. et N.

N. Ciuis N. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius et Curiæ Epiſcopalis Cancellarius.

Citationes in Cauſis Canonizationum ſemper exequantur perſonaliter, & in præſentia Teſtium.

Reproducta Citatione in Actis fiet ſequens Inſtantia.

Die . . . .

7 Coram Illuſtriſſimo, et Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. comparuit N. Procurator vt ſupra, et reproductis, citatione perſonaliter executa contra Excellentem N. Promotorem fiſcalem Curiæ, et Menſæ Epiſcopalis, mandato Procuræ, ac omnibus Iuribus, Incuſata contumacia eiuſdem Promotoris fiſcalis, petiit, et inſtetit per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam ad vlteriora procedi, omni etc.

Ex aduerſo præfatus Dominus N. Promotor fiſcalis vt ſupra inſtetit, nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, verificatis verificandis, et adimpletis adimplendis, necnon iurato prius de calumnia, omni etc.

8 Ex tunc Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Sedens etc. eumdem Excellentem Dominum N. Promotorem fiſcalem Curiæ, et Menſæ Epiſcopalis in Promotorem ſpecialem pro præſenti cauſa deputauit, iniuncto eidem Iuramento de fideliter exercendo, necnon deputauit in Notarium Actuarium pro ſcribendo proceſſu N. Ciuem N. publicum Apoſtolica auctoritate Notarium, in Archiuio Romanæ Curiæ deſcriptum, prout docuit ex litteris ſuæ creationis, inferius regiſtrandis, et N. in Curſorem pro exequendis citationibus, iniuncto pariter iiſdem Notario, et Curſori Iuramento de fideliter exercendo. Item pro loco Audienriarum Cameram eius ſolitæ Audientiæ hora . . . . de mane, et hora . . . de ſero, et reſeruata ſibi facultate variandi, et Eccleſiam pro loco, et pro loco loci Capellam N. in eadem Eccleſia ſitam pro examine Teſtium elegit, omni etc.

9 N. de N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, et deputatus vt ſupra medio Iuramento tactis Sacroſanctis Euangeliis, ad delationem eiuſdem Illuſtriſſimi, et Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, iurauit de fideliter exercendo officium ſuum.

N. de N. Notarius vt ſupra deputatus medio Iuramento tactis Sacroſanctis Euangelijs ad delationem eiuſdem Illuſtriſſimi, et Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, iurauit de fideliter exercendo officiũ ſuum.

N. de N. Curſor ſeu Nuncius vt ſupra deputatus medio iuramento tactis etc. iurauit de fideliter exercendo officiũ ſuum.

Et quia Ego N. ciuis N. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, in Archiuio Romanæ Curiæ deſcriptus, de prædictis deputationibus et iuramentis rogatus extiti ideo pro fide hic me ſubſcripſi, præſentibus N. & N. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

N. Epiſcopus N.

N. de N. teſtis interfui.

N. de N. interfui.

N. Ciuis N. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius.

Hic inſerantur litteræ creationis Notarij Actuarij deputati.

10 *Hortor autem, vt ob grauitatem huiuſmodi Cauſarum, in quibuſlibet actibus, quibus intereſſe debent Teſtes, vocentur perſonæ Eccleſiaſticæ, Dignitates, vel Canonici, & ad minus Sacerdotes,*

11 *Et caueat Promotor fiſcalis ne vnquam in aliquo actu ſit contumax, quia hoc male oleret, ſed ſemper in termino citationis compareat, & opponat, quando noucrit oportere quod ſit vniuerſaliter dictum etiam pro Subpromotore fidei. Et in caſum impedimenti Epiſcopus deputet alium.*

Deindè Procurator cauſæ iuret de calumnia, *vt ſequitur.*

Die . . . .

12 N. Procurator in præſenti cauſa ſpecialiter conſtitutus, vt ſupra citato, & præſente Domino N. Promotore Curiæ, & Menſæ Epiſcopalis, & in hac cauſa ſpecialiter deputati, ad mandatum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, in eiuſdem manibus, tactis corporaliter Sacroſanctis Euangeliis de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & capitulis, in, & ſub calumniæ Iuramento contentis, & comprehenſis, ſolitum, & conſuetum præſtitit calumniæ Iuramentum, omni &c.

N. Epiſcopus N.

N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. No-

Digitized by Google

N. Notarius Actuarius.

Poſt præſtitum calumniæ Iuramentum citari debet Promotor fiſcalis ad dicendum contra Articulos, videndum illos recipi, & admitti, teſteſque in calce deſcriptos examinari &c. *vt ſequitur*,

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopo N.

13 Citetur N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, & in hac cauſa ſpecialiter deputatus, ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum recipi, & admitti; necnon videndum Teſtes ſuper Articulis, & tota præſenti cauſa examinari, & ad dandum interrogatoria, quatenus &c. alias videndum examinari ſine, Inſtante N. Procuratore ſpecialiter conſtituto.

Die . . . .

N. publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis, & in præſenti cauſa ſpecialiter deputatus, retulit ſe hodie perſonaliter citaſſe Excellentem D.N. Promotorem fiſcalem Curię Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, ac citationem in proprijs eius manibus dediſſe præſentibus N. & N.

N. Notarius Actuarius.

Qua Citatione executa Procurator Cauſæ faciat ſequentem inſtantiam.

Die . . . .

14 Coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. in Camera audientiarum comparuit N. Procurator in præſenti cauſa ſpecialiter conſtitutus; vt ſupra, & reproducta citatione, perſonaliter executa contra Dominum N. Promotorem fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatum; ad finem, & effectum probandi, & conſtare faciendi, nonexhiberi, nec vnquam exhibitum fuiſſe cultum, & venerationem Seruo Dei N. ſed omnimodè, & totaliter pariter decretis iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Vniuerſalis Inquiſitionis de cultu non exhibendo Seruis Dei, non Canonizatis, vel Beatis declaratis, editis, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, facto produxit articulos in ſcriptis, petens illos recipi, & ad probandum admitti, & in actis regiſtrari, teſteſque in calce deſcriptos ſuper Articulis, & tota cauſa examinari, nec non eidem N. Promotori fiſcali, & ſpecialiter deputato peremptorium terminum ſtatui, & aſſignari, ad dicendum, & excipiendum quidquid verbo, vel in ſcriptis contra eoſdem Articulos, vt premittitur, exhibitos, atque productos, dicere, ſiue excipere voluerit, & ad dandum interrogatoria, quatenus dare intendat, alias videndum examinari ſine, omni &c.

15 Præſente eodem N. Promotore fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato, & reſpondente Generalia contra, verbo ſaluo Iure &c. & Articulos non eſſe admittendos, niſi prius per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam iiſdem Articulis lectis, perlectis, ac bene perpenſis, & conſideratis, reſecatis ſuperfluis, inutilibus, & ad rem non facientibus, Ipſique reſpondenti, & inſtanti data copia eorumdem Articulorum ſumptibus Partis, ad effectum opponendi, & faciendi deſuper opportuna Interrogatoria, omni &c.

16 Ex tunc Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Epiſcopus habuit Terminum pro ſeruato. *Ob grauitatem cauſarum crederem valde releuare, ſi ante admiſſionem Articulorum præcederent tres citationes, & tres termini proſeruato.*

17 *Eſt autem terminus proſeruato aſſumptio dilationis decem dierum à Iudice facta ad deliberandum ſuper cauſa, ſeu articuli expeditione, à die reproductæ Citationis computandorum, quo caſu Iudex in d. termino poteſt abſque noua Citatione expedire cauſam, ſiue decernere, ſuper articulo ad libitum ſuum, prout iuſtitia poſtulat, ſub eadem die habiti termini proſeruato.*

Spirato igitur primo termino proſeruato, Procurator Cauſæ citabit Promotorem fiſcalem, et reproducta Citatione, nouiter inſtabit pro admiſſione articulorum etc. vt ſupra. Quod obſeruabit pariter ſpirato ſecundo termino proſeruato habito.

Poſſunt tamen huiuſmodi ſecundæ, et tertiæ Citationes et inſtantiæ fieri breuiores, vt in ſequenti exemplo.

18 Citetur N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, et ſpecialiter deputatus, ad videndum aperiri terminum proſeruato habitum et Articulos facto datos recipi, et ad probandum admitti, teſtes in calce deſcriptos deſuper examinari, necnon ad dandum interrogatoria, alias videndum examinari ſine omni etc. ad primam diem, Inſtante N. Procuratore ſpecialiter conſtituto.

Executa, et reproducta Citatione, ſiet inſtantia, *vt ſequitur*.

 Die

Digitized by Google

Die . . . .

Coram Illuſtriſſimo, et Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. N. de N. Procurator ſpecialiter conſtitutus, vt ſupra repetiit Articulos, alias ſub die . . . in Actis productos, petens recipi, et ad probandum admitti, teſteſq; in calce deſcriptos deſuper examinari, necnon peremptorium terminum Promotori fiſcali ad dandum Interrogatoria ſtatui, et aſſignari, alias examinari ſiuè, et omni etc.

Præſente eodem N. Promotore fiſcali deputato, vt ſupra, et reſpondente Generalia contra, et aliàs vt ſupra etc. omni etc.

Ex tunc Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus habuit terminum proſeruato. *Si Epiſcopus duxerit admittendos eſſe Articulos, decretum fiet, vt ſequitur.*

19 Qui Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus, aperiendo termino proſeruato habitum. Articulos prædictos admiſit ſi et in quantum, et ſaluo Iure impertinentium, et non admittendorum: copiamq; eorumdem articulorum N. Promotori fiſcali, vt ſupra decreuit, cum termino triginta dierum ad dandum Interrogatoria, omni etc. Præſentibus ijſdem N. Procuratore cauſæ, et N. Promotore fiſcali; necnon præſentibus N. et N. Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

N. Epiſcopus N.

N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, et ſpecialiter deputatus.

N. Notarius Actuarius.

20 Vbi verò Terminus proſeruato non eſt de ſtylo, poterit Epiſcopus monere Partes ad ſecundam, vel tertiam diem; In qua Procurator cauſæ faciet nouam Inſtantiam pro admiſſione Articulorum. Quos Epiſcopus admittet, vt ſupra.

Forma Articulorum.

21 POſitiones, & articulos infraſcriptos dat, exhibet, & producit N. Procurator ſpecialiter conſtitutus in cauſa Beatificationis, & Canonizationis Vener. Serui Dei, & eo nomine N. ad docendum de cultu eidem Seruo Dei N. non exhibito, ac de totali, & omnimoda paritione Decretis, iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione generalis Inquiſitionis editis, ac ad omnem alium bonum finem, & effectum, &c. petens, &c. non ſe tamen adſtringens, &c. ſaluo iure, &c. non ſolum, &c. ſed & omni, &c.

In primis ponit, qualiter prætatus Seruus Dei N. natus fuit in Ciuitate, *ſeu* Oppido, Caſtro, Villa N. ex N. & N. Catholicis, pijs, ac legitimo matrimonio coniunctis, quod eſt publicum, & notorium, publica vox, & fama.

Item ponit, quod prædictus Dei Seruus, *Breuiſſime articulentur, ſtatus, gradus, qualitates, vita, & obitus eiuſdem Serui Dei.*

Item ponit, quod prædictus Dei Seruus N. dum vixit ſemper habitus fuit in magna veneratione, & erga illum fuit maxima deuotio, non ſolum illorum, qui in dicta Ciuitate N. & in locis conuicinis inhabitabant, ſed etiam exterorum, quod eſt publicum, &c.

Item ponit, quod idem Seruus Dei N. ſeu Deus Optimus Maximus, ad illius inuocationem fecit multa miracula, tam in eius vita, quam poſt mortem, quod eſt publicum, &c.

Item ponit, quod ſtatim ſequuto obitu prædicti Serui Dei N. illius corpus delatum fuit ad Eccleſiam N. cum magno concurſu populorum, & in eadem Eccleſia ſepultum in loco N. in tumulo ſubtus terram, ſolo in omnibus æquali cætero pauimento; abſque vllo ſigno cultus, vel venerationis, quod eſt publicum, &c.

Item ponit, quod prædictum corpus Serui Dei N. poſtquam fuit ſepultum in prædicto loco, nunquam fuit amplius inde amotum, ſed ibidem ſemper ſtetit, & ſtat; ac requieſcit de præſenti, ſine vllo ſigno cultus, & venerationis, quod eſt publicum, &c.

Si vero fuerit inde amotum, & aliò tranſlatum, articulari debet tranſlatio, & cauſa tranſlationis, & quod hoc factum fuerit occultè, abſque concurſu populi, & vbi repoſitum fuerit abſque ſignis cultus, & venerationis.

Item ponit, quod neque in prædicta Eccleſia N. vbi requieſcit corpus prædicti Serui Dei N. neque in alijs Eccleſijs eiuſdem Ciuitatis N. neq; alibi reperitur aliqua figura, ſtatua, vel imago prædicti Serui Dei N. cum corona, radijs, laureolis, vel alio ſigno, cultum, & venerationem præſeferente, quod eſt publicum & notorium, &c.

Item

Item ponit, quod de prædictis omnibus eſt publica vox, & fama, &c.

Et qood teſtes prædicta omnia ſciunt, quia ſunt bene iuformati, &c. & ſi aliter eſſet, ipſi teſtes ſcirent, nec poſſat aliter eſſe, quin ipſi notitiam haberent, quia, &c.

Augeantur, vel minuantur articuli iuxta facti contingentiam.

Promotor Fiſcalis habita copia articulorum comparet in termino coram Epiſcopo, & facit ſequentem inſtantiam.

Die . . . . .

22 Coram Illuſtriſſimo, & Renerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. in Camera Audientiarum, comparuir N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, & in præſenti cauſa ſpecialiter depuratus, & ſaluis, &c. petijt, & inſtetit, reſtes inductos, ſiue inducendos, & examinandos in cauſa Beatificationis, & Canonizarionis Serui Dei N. pro parte, & ad inſtantiam N. huius cauſæ Procuratoris ſuper non cultu, & paritione Decretis, in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis editis, ac ſuper articulis, In hac cauſa datis, anteqnam ſuper huiuſmodi articulis examinentur, præmiſſo iuramento tactis, etc. & cum interueniu eiuſdem Comparentia, et Inſtanris ſuper infraſeriptis interrogatorijs fideliter, et ſeparatim interro-
23 gari. Necnon per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam eadem interrogatoria claudi, & ſigillari, et ſic clauſa, et ſigillata mihi Notario Actuario conſignari, non aperiendi, niſi per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam in exordio examinis cuiuſlibet teſtis, et completa ſeſſione iterum claudi, et ſigillari, non aperienda pariter niſi vt ſupra in exordio ſeſſionis, et ſic deinceps in qualibet ſeſſione ſeruari, prout per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam clauſa, er proprio ſigillo ſigillata mihi Notario Actuario conſignata fuerunt.

Forma interrogatoriorum Promotoris Fiſcalis ſuper non cultu.

24

1 IN primis ſeriò moneatur quilibet teſtis quantumuis nobilis, et quacumque dignitate præditus de vi, et importantia iuramenti, et grauitate periurij, præſertim in cauſis grauiſſimis, prout ſunt iſtæ Canonizationum Sanctorum.

2. Deinde interrogetur quilibet teſtis, vt ſupra de nomine, cognomine, patria, ætate, parentibus, exercitio, ſeu profeſſione, diuitijs, vel paupertate, et alijs circumſtantiis ad eius perſonam, et et conditionem ſpectan.

3. Item an ſir Confeſſus peccata ſua, et Sacræ Euchariſtię Sacramentum ſumpſerit, in qua Eccleſia, à quo Sacerdote, quibus præſentibus, de quo menſe, et anno vltima vice id fecerit.

4. Vlterius an fuerit vnquam inquiſitus, accuſatus, vel proceſſatus de aliquo crimine, et quo, coram quo Iudice, de quo anno, er an ſemel, vel pluries, er an ſequuta ſit abſolutio, vel condemnatio, ſeu abolitio.

5. Similiter an ob aliquam cauſam fuerit vnquam excommunicatus, et quoties, et ex qua cauſa, et an fuerit abſolutus, vel adhuc in eadem excommunicatione permaneat.

6. Rursùs an fuerit ab aliquo inſtructus quomodò deponere debeat, et à quo, er quo loco, quibus verbis, et de quo tempore.

7. Inſuper an cognouerir, vel audiuerit nominare Seruum Dei N. ſi reſponderit illum cognouiſſe, dicat quomodo, et qua occaſione, in quo loco, de quo tempore, et an fuerit ipſum vnquam alloquutus, er quoties, ac de quibus rebus, vel negotiis, et quibus præſentibus, ſi verò dixerit illum audiuiſſe nominare, dicat à quo, ſeu quibus, qua occaſione, et ad quem finem, et effectum, et quoties id contigerit.

8. Inrerrogetur, an ſciat, In quo loco natus ſir dictus Seruus Dei N. ex quibus parentibus, in quo loco loci vitam duxerit, et quæ fama, et reputatio fuerit de eius perſona in dicto loco, et alibi, et de cauſa ſcientiæ.

9. Interrogetur pariter, an ſciat in quo loco, et loco loci, quo tempore, er ex qua infirmitare obierit dictus Seruus Dei N. vbi ſepultum fuerit eius corpus, an vnquam ipſe teſtis acceſſerit ad eius ſepulchrum, an illud viderit, an differat ab alio ſolo Eccleſiæ, et de cauſa ſcientiæ.

10. Interrogetur item, an prædictum corpus Serui Dei N. poſtquam fuit ſepulturæ traditum in citato loco, fuerit vnquam inde amotum, er quatenus amotum fuerit, et alio tranſlatum, ad quem locum

tranſ-

tranſlatum fuerit, an ſecreto, vel palam, et cum concurſu populi, et de cauſa ſcientiæ.

11. Interrogetur inſuper, an vnquam viderit aliquam figuram, ſtatuam, vel imaginem prædicti Serui Dei N. vbi illam viderit, et an viderit in illa appoſitum aliquod ſignum cultus, et venerationis, et de cauſa ſcientiæ.

12. Interrogetur pariter, an ab aliqua perſona audierit, prædicto Seruo Dei tribui cultum, et venerationem in præſenti Ciuitate, vel alibi, et an poſſet ei tribui cultum, et venerationem, abſq; eo quod ipſe ſciret.

13. Interrogetur demum, an ſciat quid ſit fama, quomodò ſciat, illam deſcribat, etc.

Augeantur verò, & minuantur interrogatoria iuxta facti contingentiam.

Poſt prædicta per Procuratorem cauſæ inducuntur teſtes, et citatur Promotor Fiſcalis ad videndum illos præſtare iuramentum, prout ſequitur.

Die....

25 N. Procurator in præſenti cauſa ſpecialiter conſtitutus, coram Illuſtriſſimo; et Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo, induxit in teſtes N. N. N.

N. Notarius Actuarius.

Deinde intimatur inductio teſtium Promotori Fiſcali, et citatur idem Promotor Fiſcalis ad videndum teſtes iurare die ...... de mane hora .... et de ſero hora ...... iuxta ſequentem tenorem.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopo N.

26 INtimetur Domino N. Promotori Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputato, qualiter nomina teſtium inductorum ſunt in actis ſpecificata. Ideoque citetur idem Dominus Promotor Fiſcalis ad videndum eoſdem teſtes præſtare iuramentum de veritate dicenda in manibus Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ, in loco ſupra deputato, nempè in Eccleſia N. in Capella N. ſita in eadem Eccleſia, de mane hora .... & de ſero hora. ..., inſtante N. Procuratore cauſæ ſpecialiter conſtituto.

Die....

N. publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatus retulit, ſe hodie perſonaliter citaſſe Excellentem D. N. Promotorem Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, domi repertum, & in proprijs eius manibus citationem dediſſe præſentibus N. & N.

N. Notarius Actuarius.

Citentur deinde teſtes ad iurandum, vt ſequitur.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopo N.

27 CItetur N. de N. teſtis inductus in cauſa Beatificationis, & Canonizationis Vener. Serui Dei N. ad iurandum de veritate dicenda ſuper articulis, & tota cauſa; pro die..... de mane hora..... & de ſero hora..... in Eccleſia N. in Capella N. ſita in eadem Eccleſia, inſtante N. Procuratore cauſæ ſpecialiter conſtituto.

Exequuta citatione per Curſorem deputatum, et facta relatione in actis extenditur iuramentum præſtitum ſaltem per diem ante examen, vt ſequitur.

Die....

28 In Eccleſia N. in Cappella N. loco, & loco loci, vt ſupra per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam deputato N. de N. Teſtis inductus pro parte N. Procuratoris in hac cauſa ſpecialiter conſtituti, monitus &c. tactis Sacroſanctis Euangelijs iurauit de veritate dicenda ſuis loco, & tempore ſuper articulis, & tota cauſa, & ſuper quibus examinari contigerit, remotis &c. omni &c. præſente Domino N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato, *& ſic de ſingulis*.

N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. Notarius Actuarius.

Deinde citantur Teſtes inducti ad ſe ſubijciendum examini in Eccleſia, & Cappella per Epiſcopum deputata die, & hora certis de mane, & de veſpere.

Et citatur pariter Promotor Fiſcalis, ad ad intereſſendum examini Teſtium inductorum in eodem loco, eadem die, & hora, de mane, & de veſpere.

Quibus citationibus perſonaliter per curſorem deputatum executis, & in actis reproductis.

Adueniente die, & hora intimatis, examinatur Teſtes inducti ab eodem Epiſcopomet in Eccleſia, & loco ab ipſo deputato, præſente Promotore Fiſcali prius ſuper interrogatorijs, deinde ſuper Articulis, inchoando examen, *vt ſequitur*.

Die

Die.....

29 In Eccleſia N. in Cappella N. ſita in eadem Eccleſia, loco, & loco loci ad id ſpecialiter deputatis.

Examinatus fuit per Illuſtriſſimum, & & Reuerendiſſimum Dominum N Epiſcopum N. meque Notarium Actuarium infraſcriptum, præſente, & interrogante Excellenti Domino N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis,& ſpecialiter deputati.

N. de N. Filius N. de Ciuitate N. ætatis annorum .... vt ipſe aſſeruit, & ex aſpectu dignoſci potuit, Teſtis inductus, productus, citatus, & iuratus, qui monitus de grauitate iuramenti, & pœnis periurij, reiterato ſibi iuramento de veritate dicẽda, prout ad delationem &c. tactis corporaliter ſacroſanctis Euanglijs iurauit, & per me notarium reſtituto Dominationi ſuæ Illuſtriſſimæ folio Interrogatorium Domini Promotoris Fiſcalis clauſo, & ſigillato, & per Dominationem ſuam Illuſtriſſimam aperto.

Ad primũ interrogatoriũ reſpondit &c.

Ad ſecundum Reſpondit &c.

Ad tertium Reſpondit &c.

Expeditus ab interrogatorijs Domini Promotoris Fiſcalis examinatus fuit ſuper Articulis exhibitis in actis ab N. Procuratore cauſæ, &

Super primo Reſpondit &c.

Super ſecundo Reſpondit &c.

Super tertio Reſpondit &c.

30 Tunc Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus, horæ tarditate præuentus examen dimit animo &c. & iniuncto ipſi teſti, vt ſe ſubſcribat, & iterum ſigillato folio interrogatoriorum.

N. de N. Teſtis depoſui, vt ſupra manu propria.

N. Epiſcopus N.

N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatus.

N. Notarius Actuarius.

Completo examine Teſtium Procurator cauſæ citare debet Promotorem Fiſcalem pro viſitatione ſepulchri, ſcilicet ad videndum per Illuſtriſſimam Dominationem ſuam mandari viſitari ſepulturam Serui Dei N. necnon decerni diem,& horam viſitationis. Qua citatione exequuta, & in actis reproducta, idem Procurator cauſæ comparet coram Epiſcopo, & inſtat, *vt infra*.

Die.....

31 Coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. in Camera audientiarum, comparuit N. Procurator in præſenti cauſa ſpecialiter conſtitutus, & incuſata contumacia D Promotoris Fiſcalis, reproductis omnibus iuribus, ac Teſtium depoſitionibus, ex quibus ſatis credit conſtare de cultu non exhibito Ven. Seruo Dei, & paritione nouiſſimorum decretorum in Sacra Congregatione Generalis Inquiſitionis editorum, ad hoc,vt veritas magis elueſcat, & iura iuribus addantur,petit,& inſtat per Illuſtriſsimam Dominationem veſtram mandari viſitari Sepulchrum dicti Ven. Serui Dei per ipſammet, necnon decerni diem, & horam dictæ viſitationis, omni &c.

Præſente N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato,& dicente G. neralia contra &c. & inſtante nihil fieri niſi ipſo ſaltem per diem ante perſonaliter intimato, omni &c.

32 Ex tunc Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus Epiſcopus decreuit fieri viſitationem ſepulchri præfati Serui Dei N. per Dominationem ſuam Illuſtriſsimam pro die, & hora intimandis, omni &c.

N. Epiſcopus N.

N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. Notarius Actuarius.

Deinde Procurator cauſæ, concordata hora cum Epiſcopo, intimabit Promotorem Fiſcalem ad intereſſendum viſitationi *vt ſequitur*.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopo N.

33 Intimetur Domino N. Promotori Fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato, qualiter die craſtina, quæ erit .... hora.... Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus Epiſcopus acceder ad viſitationem ſepulchri Ven. Serui Dei N. ſiti in Eccleſia N ideo ad intereſſendum perſonaliter eidem viſitationi alias etc. Inſtante N. Procuratore cauſæ ſpecialiter conſtituto.

Die....

N. Publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis, ſpecialiter deputatus retulit,ſe hodie perſonaliter intimaſſe Dominum N Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, domi repertum, eidem in proprijs manibus dimiſſa intimatione, præſentibus N. et N.

N. Notarius Actuarius.

For-

Forma viſitationis ſepulchri ſuper non cultu.

34 IN nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat, et vbique notum ſit, qualiter Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo..... indictione.... Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, et Domini noſtri Domini N. diuina prouidentia Papæ... Anno... Die vero... circa horam... In Ciuitate N. Illuſtriſsimus, et Reuerendiſsimus Dominus N. eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus aſſociatus a N. N. N. N. N. (*qui debent eſſe Priores, ſeu Antiani Ciuitatis, & aliqui de Capitulo, & Primicribus loci*) & præſentibus N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputato, citato, & intimato, prout de citatione perſonaliter cōtra ipſum executa conſtat ex actis, ad quæ &c. necnon N. N. N. Teſtibus vocatis ſpecialiter, & rogatis, meque Notario Actuario infraſcripto, in præſenti cauſa ſpecialiter deputato diſcedens à Palatio Epiſcopali peruenit ad Eccleſiam N. in qua dicitur extare ſepulchrum Serui Dei N. & ingreſſus eamdem Eccleſiam, cum omnibus ſupradictis, & N. Procuratore in hac cauſa legitime conſtituto, prout ex actis &c. & prædictis N. N. N. Teſtibus, dictiſque perſonis, per portam magnam, quæ reſpicit verſus..... tetendit directè ad Altare maius, & ibidem præmiſſa oratione coram Sanctiſsimo Sacramento, quod aſſeruatur in Tabernaculo eiuſdem Altaris maioris, in præſentia corūdem, ac mei Notarij Actuarij, ac dicti N. Promotoris Fiſcalis, atque N. Procuratoris cauſæ, Dominatio ſua Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima incæpit viſitationem, & inſpectionem Eccleſiæ, & Sepulchri, & in primis in præſentia dicti N. Promotoris Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, recepto iuramento tactis ſacroſanctis Euangeliis, de veritate dicenda ſuper omnibus, ſuper quibus interrogabuntur à ſupradictis N. N. N. N. N. *ſcilicet Prioribus, Antianis &c.* quorum N. dixit eſſe annorum... N. annorum... *& ſic de ſingulis*, ipſos interrogauit, an vti practici in dicta Eccleſia, ſciant, quod in eadem Eccleſia conditum reperiatur corpus Serui Dei N. qui reſponderunt affirmatiue, *redentes cauſam ſcientiæ*; Iterumque illos interrogauit de loco loci, vbi conditum reperiatur, & per ipſos oſtenſa Cappella N. *ſeu alio loco deſcribendo* ad eumdem locum, per ſupradictos oſtenſum, & deſignatum, acceſſit cum omnibus ſupradictis, & inuentus eſt locus pauimenti, vbi dicitur ſepultus dictus Dei Seruus N. in nihilo differre à reliquo pauimēto eiuſdem Cappellæ, *ſeu alterius loci*, & nihil appoſitum repertum eſt, quod cultum, & venerationem oſtendat. *Si vero inueniatur ibi aliquid diuerſum à reliquo pauimento, vel aliquid appoſitum deſcribendum eſt.* Deinde viſitauit totam Eccleſiam, inſpiciendo minutim omnes parietes, & omnes Cappellas, altaria, icones, ſtatuas, & picturas, & vidit, ac diligenter obſeruauit, ſicut omnes viderunt, & obſeruarunt, non adeſſe ſtatuas, effigies, aut picturas dicti Serui Dei N. cum aliquo ſigno cultus, & venerationis, neque tabellas votiuas, donaria, lampades, cereos, vel aliquid aliud quod pariter cultum, & venerationem prædicti Serui Dei N. præſeferat, & oſtendat. Et item neque vllum indicium, quod in aliquo tempore de præterito ſignum aliquod cultus, & publicæ venerationis extiterit. Deinde Dominatio ſua Illuſtriſſima interrogauit omnes, & ſingulas prædictas perſonas, an ſciant, quod in præſenti Eccleſia, vel alibi reperiatur aliquid, quod pertineat ad cultum, & venerationem prædicti Serui Dei N. quibus omnibus negatiuè reſpondentibus, Dominatio ſua Illuſtriſſima viſitationem cōpleuit, & terminauit. Et dictus N. Procurator cauſæ petijt, & inſtitit, de præſenti viſitatione fieri, prout per me Notarium Actuarium factum eſt præſens Inſtrumentum, ſubſcriptum à Dominatione ſua Illuſtriſſima à dicto N. Promotore Fiſcali, & teſtibus infraſcriptis vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

N. Epiſcopus N.

N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. Notarius Actuarius deputatus.

35 Multum vero congruet, ſi incontinenter in faciem loci examinentur Teſtes inſtrumentarii eodem modo, quo examinari ſolent ſuper corpore delicti in Criminalibus, illi ſcilicet, qui viſitationi ſe ſubſcripſerunt lingua vernacula, *vt ſequitur*.

In-

Incontinenti coram Dominatione ſua Illuſtriſſima, N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputati, meque Notario Actuario pariter deputato, Examinatus fuit N. Ciuis, & Incola huius Ciuitatis, qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis Sacroſanctis Euangeliis iurauit, ad opportunas Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ interrogationes.

Reſpondit, *Eſſendo io ſtato chiamato per Teſtimonio aſſieme con N. & N. alla viſita, che V.S. Illuſtriſſima hà fatto del ſepolcro del Seruo di Dio N. accompagnata da N. N. N. N. N. in preſenza di N. Promotor Fiſcale della Curia Epiſcopale, e di N. Notaro Attuario della medema Curia, qui preſenti, dico, e poſſo dire per verità, che eſſendo V. S. Illuſtriſſima con tutti li ſopradetti partita dal ſuo Palazzo Epiſcopale venendo per la via N. è entrata in queſta Chieſa N. per la porta maggiore, che riguarda verſo . . . . ſi è portata à dirittura all'Altar maggiore, doue hauendo fatto oratione al Santiſſimo Sacramento, che ſi conſerua nel Tabernacolo di detto Altar maggiore, hà cominciata la viſita, & inſpettione di detta Chieſa, e Sepolchro, in preſenza de medemi, di detto N. Promotor Fiſcale della Curia Epiſcopale, di N. Procuratore della cauſa, e di N. Notaro Attuario della medema Curia Epiſcopale, qui preſenti; E prima hauendo preſo il giuramento di dire la verità ſopra tutto quello foſſero ſtati interrogati da N. N. N. N. N. de quali N. diſſe di eſſere di età d'anni . . . N. di anni . . . . &c. gl'interrogò ſe come prattici di detta Chieſa ſapeuano, che nella medema foſſe ſepolto il Ven. Seruo di Dio N. li quali riſpoſero di ſi, con render ciaſcun di loro la ragione, per la quale diſſero di ſaperlo, cioe* N. per la tal cauſa N. per la tale; *& hauendoli di nuouo interrogati, ſe ſapeuano preciſamente il luogo doue ſtaua ſepolto, li fù da loro moſtrato, verſo doue s'annò con tutti li ſopradetti, e trouò, che il pauimento del luogo doue le diſſero li ſopradetti, che ſtà ſepolto il detto Ven. Seruo di Dio N. non è differente in alcuna coſa dall'altro rimanente del pauimento di tutto il luogo, e Chieſa, ne vi hà trouata coſa alcuna, che denoti culto, ò veneratione. Doppo ha ſeguitata la viſita di tutta la Chieſa, guardando minutamente tutte le pareti, Cappelle, Altari, Icone, Statue, Pitture, & hà veduto, ſicome tutti hanno, & habiamo veduto, & oſſeruato, che non vi ſono ſtatue, pitture, ò effigie di detto Seruo di Dio N. con ſegno di culto, ò veneratione, ſi come non v'hà trouata Tabelle votiue, à donatiuò, lampade, cerei, à altra coſa, che denoti culto, ò veneratione del medemo. Ne vi hà parimente trouato ſegno, che altre volte per il paſſato vi ſia ſtata alcuna delle ſopradette coſe, à altro inditio di publico culto, e veneratione, Doppo di che V. S. Illuſtriſſima hà interrogato le medeme perſone, ſe ſanno, che nella medema Chieſa, ò altroue ſi vegga ſegno alcuno, che denoti culto, ò veneratione del predetto Seruo di Dio N. & hauendo tutti riſpoſto di nò, V. S. Illuſtriſſima hà terminata la viſita.*

Incontinenti, & in eodem loco, coram eadem Dominatione ſua Illuſtriſſima &c. *vt ſupra*, examinatus N. alter teſtis, qui &c.

Reſpondit. *Anch' io ſono ſtato chiamato, aſſieme con N. N. per teſtimonio alla viſita, &c.* prout ſupra, *e poſſo dire per verità &c.*

Et ita extendatur depoſitio omnium Teſtium inſtrumentariorum qui totaliter, & omninò concordent cum deſcriptione extenſa à Notario, non quidem per eadem formalia verba, quod tantum abhorrent proceſſus, ſed in ſubſtántia, & lingua vernacula. Et ſubſcribantur eorum depoſitiones iuxta morem.

36 Deinde examinari poterunt tres Teſtes ex officio ſuper veritate Sepulturæ Serui Dei, & expoſitorum à Teſtibus inductis à Poſtulatoribus, & ſuper non cultu, qui reddant cauſam ſcientiæ probabilem, & veriſimilem, quia veriſimilitudo eſt anima teſtimonii. Propterea examinari debent perſonæ omnino practicę omnium Eccleſiarum, tam Parochialium, quam Regularium, Confraternitatum &c. quales ſunt Sindici, ſeu Camerarii, vel quocumque nomine nuncupentur, qui deputantur, ad intereſſendum funeralibus, ſeu expoſitioni quadraginta horarum, aut ſimilium functionum, qui ſolent habere totalem practicam, & informationem omnium Eccleſiarum.

Forma examinis Teſtium ex Officio.

Die . . . .

37 IN Eccleſia N. in Capella N. loco, & loco loci, vt ſupra deputato, &c. examinatus fuit per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum N. meq; Notarium Actuarium ex officio, præſente Domino N. Promotore Fiſcali Curię Epiſcopalis, & ſpecialiter deputato.

N. de N. filius N. ætatis annorum .... vt ipſe dixit, & ex aſpectu dignoſcit potuit, qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis Sacroſanctis Euangelijs iurauit &c. fuit per Illuſtriſſimam Dominationem ſuam.

Interrogatus, quomodo acceſſerit ad præſentem locum ſui examinis.

Reſpondit, *Io ſono venuto in queſto luogo, doue V. S. Illuſtriſſima dice volermi eſſaminare, perche ſono ſtato citato dal Curſore.*

Interrogatus, an ſciat, vel imaginari poſſit cauſam præſentis ſui examinis.

Reſpondit, *Io non sò, nemeno poſſo imaginarmi la cauſa, per la quale V. S. Illuſtriſſima voglia eſſaminarmi, ſe non me la dice.*

Interrogatus de eius conditione, ſtatu, & exercitio.

Reſpondit. *Io Monſignor Illuſtriſſimo ſono Sacerdote, che ſaranno più di quaranta anni, e per gratia di Dio, hò ſempre celebrato la Santa Meſſa ogni mattina, ſe non ſono ſtato impedito da infermità, ò altro accidente, & ſpero, che Dio benedetto mi darà gratia di poter fare il medemo ſino alla morte, mio Padre era Cittadino di queſta Città, & io ho eſſercitato officij da ſacerdote, cioe ſono ſtato trenta anni deputato Sindico ſopra li Mortorij, e poi fui deputato dalla buona memoria di Monſignor Veſcono N. Anteceſſore di V. S. Illuſtriſſima ſopra l'eſpoſitione delle Quarant'hore, nel qual'officio hò continuato ſino al giorno d'hoggi per gratia di V. S. Illuſtriſſima.*

Interrogatus an occaſione exercendi dicta officia habuerit, & habeat practicam, & informationem omnium Eccleſiarum huius Ciuitatis tam parochialium, quam Regularium, monialium, confraternitatum, & aliarum.

Reſpondit, *Io con l'occaſione d'eſſercitar detti officij di Sindico ſopra li mortorij, e deputato ſopra l'eſpoſitione delle Quarant'hore hò fatta prattica di tutte le Chieſe di queſta Città, tanto Parocchiali, quanto di Regolari, di Monache, Oratorij, di Confraternità, & altre, e le potrei deſcriuere tutte, perche con le ſudette occaſioni vi ſono ſtato più volte in ciaſcuna di eſſe.*

Interrogatus. An ſciat, vel dici audierit in quanam Eccleſia ſepultum reperiatur corpus Serui Dei N.

Reſpondit, *Monſignor Illuſtriſſimo ſi che lo sò, perche mi trouai preſente al funerale &c.*

Interrogatus. An ſciat, vel dici audierit, in quo loco loci eiuſdem Eccleſiæ ſepultū fuerit corpus prædicti Serui Dei N.

Reſpondit....

Interrogatus, an in funerali, prædicti Serui Dei N. fuerit populorum concurſus.

Reſpondit.....

Interrogatus. An corpus prædicti Serui Dei traditum fuerit ſepulturæ in præſentia populi, vel clandeſtine.

Reſpondit.....

Interrogatus, an ſciat, vel dici audierit, quod in loco vbi ſepultum fuit corpus prædicti Serui Dei appoſitum fuerit aliquid ſignum ſeu indicium eius ſepulturæ, vel omnino æquatum ſolum, abſque vllo ſigno, & indicio.

Reſpondit.....

Interrogatus. An occaſione adeundi dictam Eccleſiam, in qua ſepultum eſt corpus prædicti Serui Dei N. viderit vnquam concurſum populi ad dictum ſepulchrum.

Reſpondit.....

Interrogatus, an quotieſcumque ipſe teſtis ingreſſus eſt dictam Eccleſiam, ſemper aſpexerit dictum ſepulchrum Serui Dei N. & vnquam viderit ibidem aliquid eſſe appoſitum.

Reſpondit.....

Interrogatus an ſciat, vel dici audierit, quod in loco, vbi dicitur ſepultum corpus dicti Serui Dei N. fuerint vnquam appenſæ votiuæ tabellæ, accenſæ lampades, vel appoſitum aliquod aliud ſignum cultum, & venerationem præſeferens.

Reſpondit.....

Interrogatus an ſciat, quod in dicta Eccleſia, in qua dicitur extare ſepultum corpus Serui Dei N. aut in alia Eccleſia huius Ciuitatis, vel alibi reperiatur aliqua Imago, ſtatua, vel effigies prædicti Serui Dei N. cum corona, radiis, luminibus, aut aliquo alio ſigno cultus, & venerationis, aut dici audierit.

Reſpondit.....

Quæ interrogati nec poterunt augeri, vel minui, ſecundum facti contingentiam. Et ſi agatur de Seruo Dei Regulari, examinari debent Teſtes eiuſdem Religionis, qui ſint de prouectioribus, & deponere poſſint de omnibus locis Religionis.

Quibus omnibus completis. Procurator cauſæ citabit ad ſententiam, *vt ſequitur.*

Illu-

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Epiſcopo N.

38 Citetur N. Promotor Fiſcalis Curię Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatus, ad concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitiuam in forma, & alias omni, &c. ad primam diem inſtante N. Procuratore ſpecialiter conſtituto.

Die.....

N. publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatus, retulit, ſe hodie perſonaliter citaſſe Dominum N. Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, domi repertum, citationemque in propriis eius manibus dimiſiſſe præſentibus N. & N.

N. Notarius actuarius.

Qua citatione in actis reproducta, vna cum relatione fiet ſequens inſtantia.

Die.....

Coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſsimo Domino N. Epiſcopo N. in Camera audientiarum.

39 Comparet N. Procurator in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Ven. Serui Dei N. ſpecialiter conſtitutus, & reproductis mandato Procuræ, Depoſitionibus Teſtium, viſitatione Eccleſiæ, & ſepulchri eiuſdem Serui Dei N. citationibus contra Dominum N. Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, omnibuſque iuribus &c. petit, & inſtat per Illuſtriſſimam Dominationem veſtram, decerni, declarari, pronunciari, ac definitiue ſententiari, conſtare de cultu non exhibito præfato Vener. Seruo Dei N. & circa eius perſonam ſufficienter paritum fuiſſe decretis, iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis editis, & in nihilo fuiſſe illis contrauentum omni &c.

Præſente Domino N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, ſpecialiter deputato, & dicente Generalia contra, & inſtante nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, verificatis verificandis, & adimpletis adimplendis, omni &c.

Et replicante præfato N. Procuratore ſpecialiter deputato, fuiſſe adimpleta omnia de iure, & alias quomodocumque adimplenda, ideo &c.

Ex tunc Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus habuit terminū prorogatum. *Et in termino feret ſententiam.*

Forma ſententiæ ſuper non cultu.

40 Chriſti nomine inuocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de iuriſperitorum conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N, quæ coram nobis in prima, ſeu alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter N. Procuratorem in eadem cauſa ſpecialiter conſtitutum, et N. Promotorem Fiſcalem Curię, et menſæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatum, ſuper cultu non præſtito dicto Seruo Dei N. et paritione Decretis iuſſu fel. record. Vrbani Papæ Octaui in ſacra Congregatione Generalis Inquiſitionis editis, viſa inſtantia nobis facta per præfatum N. cauſæ Procuratorem, viſo ſpeciali mandato procuræ N. in perſonam dicti N. viſa ſpeciali deputatione Promotoris Fiſcalis, Notarii Actuarii, et Curſoris à nobis facta. Viſis teſtium depoſitionibus. Viſa Eccleſiæ, et ſepulchri viſitatione. Viſis demum omnibus videndis, et conſiderantis conſiderandis, Chriſti nomine repetito, dicimus, declaramus, pronunciamus, et definitiue ſententiamus, nihil extare, viſum, vel repertum fuiſſe, quod publicum cultum, vel publicam venerationem prædicti Serui Dei præſeferat circa perſonam, vel ſepulchrum eiuſdem Serui Dei, neque in tota Eccleſia vbi ſepultum eſt eius corpus, neque in aliis Eccleſiis huius Ciuitatis, vel Diœceſis, neque in aliis locis publicis ſacris, vel prophanis per totam hanc Ciuitatem, et Diœceſim, aut alibi, neque circa ſtatuas, effigies, imagines, vel picturas, aut reliquias eiuſdem Serui Dei, et ideo dictis Decretis ſufficienter paritum fuiſſe in omnibus, et per omnia, et in nihilo eiſdem decretis contrauentum in hac Ciuitate, et Diœceſi, vel alibi. Et ita dicimus, declaramus, pronunciamus, et definitiue ſententiamus, non ſolum etc. ſed et omni etc.

Ita pronunciaui Ego N. Epiſcopus N. et Iudex ordinarius.

Lata lecta, per ſupraſcriptum Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum, & per me infraſcriptum Notarium publicata fuit præſens ſententia coram D. N. Promotore fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato, et Teſtibus infraſcriptis, et per

D. N. Procuratorem ſpecialiter conſtitutum, nomine ſuorum Principalium acceptata, anno, die, et loco ſupradictis.

N. de N. Promotor fiſcalis Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. Ciuis N. Notarius Actuarius Curiæ Epiſcopalis, et ſpecialiter deputatus.

41 Poſt prædicta Procurator cauſæ citat Promotorem fiſcalem, ad videndum decerni copiam, ſeu tranſumptum proceſſus, et omnium actorum in cauſa factorum, dictumque proceſſum copiari, et tranſumptari mandari, et quodcumque decretum de ſuper neceſſarium, et opportunum fieri etc.

Executa, et reproducta Citatione, obtentoque decreto, præſente Promotore fiſcali.

42 Procurator cauſæ citat Promotorem fiſcalem, ad videndum mandari collationari copiam proceſſus, et omnia, quæ collationanda ſunt, cum eorum proprijs originalibus, et collationi intereſſendum, quatenus etc. necnon videndum deputari alium Notarium, qui vna cum Notario Actuario dictæ collationi & auſcultationi interſit, et collationem faciat, ac dies, et horas pro dicta collatione faciendas, et quodcumque decretum neceſſarium, et opportunum fieri, et interponi.

Executa, et reproducta Citatione, Epiſcopus deputat Notarium pro collatione, et ſingulos dies, & horas, donec collatio perficiatur, præſente Promotore Fiſcali. *Quæ collatio & auſcultatio videtur magis congruens, vt fiat in præſentia Epiſcopi, & eidem interſit Promotor Fiſcalis, ob grauitatem cauſarum.*

43 Collatione facta, Procurator Cauſæ citat Promororem Fiſcalem, ad videndum, de, & ſuper omnibus in proceſſu contentis, & ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis per eumdem Dominum Epiſcopum ſuam auctoritatem & decretum impartiri, & interponi neceſſarium, & opportunum, necnon mandari claudi tranſumptum, ſeu copiam proceſſus, & omnia in Rotulo clauſa ſigillo Illuſtriſſimæ Dominationis ſuæ obſignari, & obſignata, ad Congregationem Sacrorum Rituum tranſmitti & Portitorem deputari &c.

44 Epiſcopus audita relatione Notariorum ſuper collatione, ſuum decretum interponit, & mandat proceſſum claudi, & eius ſigillo ſigillari, & ita clauſum, & ſigillatum ad Congregationem Sacrorum Rituum tranſmitti, Et ad hunc effectum deputat N. in Portitorem, qui iurat de fideliter officium ſuum exercendo.

45 Deinde ſe ſubſcribit Epiſcopus, & apponit ſigillum. Deinde Notarius Actuarius cum ſuo ſigno, & vltimo Notarius, qui collationem fecit, ſidemque faciat de collatione per eum in præſentia Epiſcopi facta, Et deinde ſequatur legalitas Epiſcopi ſuper legitimitate Notarij.

Poſtremò claudatur proceſſus, & clauſus foris ſigilletur ſigillo Epiſcopi, de quo Notarius faciat Inſtrumentum, & apponat. In nomine Domini &c. atque in fine ſe ſubſcribat; & ſequatur legalitas Epiſcopi cum ſubſcriptione ſui nominis, & appoſitione ſigilli. Et in angulo ſcribatur

Proceſſus ſuper non cultu Serui Dei N.

SVMMARIVM.

Citatio ad videndum præſentari, recipi, & aperiri litteras delegationis, num. 48.

Decretum acceptationis iuriſdictionis, & declarationis competentiæ, num. 52.

Epiſcopus impeditus alias perſonas delegare debet, & quas & qualiter, num 46.

Forma delegationis ab Epiſcopo facienda, numer 47.

Forma inſtrumenti præſentationis litterarum Iudicibus delegatis, earumque receptionis, aperitionis &c. num. 50.

Forma citationis Iudicum Delegatorum contra Promotorem fiſcalem, num. 51.

Inſtantia pro receptione, & aperitione litterarum delegationis, num. 49.

SECTIO I.

46 Accidit interdum, vt Epiſcopus, vel ob infirmitatem, vel ob aliud impedimentum nequeat, vel nolit confectioni proceſſus intereſſe, quo caſu deputare debet vnam, vel plures perſonas in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutas, & quidem de maioribus, & prouectioribus, in quibus morum grauitas & integritas vitæ reſplendeat. Quamuis etiam Vicarius

rius Generalis faciat vnum Tribunal cũ Epiſcopo; non videtur tamen laudabile, quod Vicarius ſine ſpeciali commiſſione ſe ingerat.

Dato igitur caſu, quod Epiſcopus nolit per ſe ipſum procedere, ſed aliam perſonam, vel alias perſonas deputare; poſt inchoatum proceſſum, & primam inſtantiam, *vt ſupra num. 3.* Epiſcopus poſt admiſſionem Iurium, decernere debet, *vt ſequitur.*

Qui Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus prædicta admiſit ſi, & in quantum, verum cum propter infirmitatem, *vel* ob multitudinem cauſarum, *vel* aliud impedimentum huiuſmodi proceſſus fabricationi nequeat intereſſe, ad illum conficiendum delegauit N.N. cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis, prout ex litteris delegationis deſuper expeditis inferius regiſtrandis, omni &c.

N. Epiſcopus N.

N. Notarius, & Curiæ Epiſcopalis Cancellarius.

Forma litterarum Delegationis.

47 N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus N. Venerabilibus, & admodum Reuerendis Dominis N. Archipresbytero, N. Præpoſito, & N. Canonico Theologo Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, *ſeu alijs in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis* ſalutem in Domino, & in commiſſis diligentiam adhibere. Noueritis pro parte, & ad inſtantiam N.de N. Procuratoris in hac cauſa ab N. ſpecialiter conſtituti, prout de eius legitimo mandato docuit, coram nobis expoſitum fuiſſe, *vt ſequitur. Extendatur inſtantia, prout iacet ſupra nu. 3.* Qua inſtantia per hos admiſſa, vos in Iudices delegatos pro conficiendo dicto proceſſu ſuper cultu non exhibito prædicto Seruo Dei, & paritione Decretis iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Vniuerſalis Inquiſitionis editis, nominauimus, & conſtituimus. Idcirco vobis omnibus ſupradictis, de quorum fide, integritate, ac Religionis zelo, & perpetua, ac debita erga nos obedientia plurimum in Domino confidimus, auctoritate noſtra ordinaria per præſentes committimus vobis, & mandamus, vt vos, vel duo adminus ex vobis coniunctim, & ſimul, ac non alias, aliter, vel alio modo, vice noſtra in omnibus actibus procedentes, omnes, & ſingulos teſtes, qui coram vobis, ſeu duobus ſaltem ex vobis ſimul, & coniunctim, vt ſupra induci & produci contigerit à perſonis legitima mandata procuræ habentibus, recipiatis, & iuxta interrogatoria danda à Promotore Fiſcali Curię, & menſæ noſtræ Epiſcopalis, vel ab alijs ad huiuſmodi officium per vos cum Iuramento de fideliter exercendo ſpecialiter deputandis, & deindè ſuper Articulis Poſtulatorum, in Eccleſijs, aut oratoriis, pijſque locis, reſpectu vero Infirmorum in quibuſcumque alijs locis per vos eligendis, ſeu deputandis pro Tribunali ſedentes admittatis, receptoque prius in manibus veſtris ab ipſis teſtibus, cuiuſcumque gradus, ſtatus, ſexus, & conditionis etiam Sacerdotibus exiſtant iuramento tactis Sacroſanctis Euangelijs coram vobis ipſis poſitis, & non alias aliter vel alio modo, de veritate dicenda ſuper ijs, ſuper quibus examinabuntur, primo iuxta dicta interrogatoria, & deindè ſuper poſitionibus, & articulis per extenſum, coram vobis, ſiue duobus veſtrum ſaltim coniunctim, ac coram fide digno Notario publico Apoſtolico, ſeu Eccleſiaſtico à vobis ſimiliter deputando, qui coram vobis, ſeu duobus veſtrum, et in manibus veſtris ſolitum præſtet iuramentum tactis Sacroſanctis Euangelijs, de fideliter exercendo officium ſuum diligenter, iuxta formam ſuperius expreſſam examinetis, hoc expreſsè ſeruato, quod teſtes in Eccleſijs, oratorijs, pijſque locis, et in loco loci in ijſdem deputato omnino interrogentur, eorumque dicta excipiantur. cætera vero proceſſus acta in loco ſolitæ audientiæ conficiantur. Eoſdemque teſtes, vt ſe examini ſubijciant citate per Curſorem, ſeu Nuncium pariter cum Iuramento de fideliter exercendo à vobis ſimiliter deputandum, ſub cenſuris, et pœnis Canonicis, omni, et quacumque appellatione poſtpoſita, omnibus Iuris, et facti remediis opportunis cogere, et compellere valeatis. Inſuper vobis Iudicibus prædictis, vt ſupra committimus, et mandamus, vt pro finali præmiſſorum complemento, ſepulchrum, ſeu tumbam, in quo, ſeu in qua dicitur reconditum corpus dicti Serui Dei viſitetis, illudque, ſeu illam, cum omnibus, et ſingulis circumſtantiis, et qualitatibus reco-

recognoſcatis, et deſcribatis recognoſcique, et deſcribi faciatis. Actus autem viſitationis, et recognitionis huiuſmodi ſecretè fiat, adhibitis tantum ijs perſonis cum Promotore Fiſcali antedicto, quæ vobis pro teſtimonio ferendo videbuntur. Necnon in, et ſuper præmiſſis vſque ad definitiuam ſententiam incluſiuè procedere valeatis. In quorum omnium, et ſingulorum præmiſſorum teſtimonium præſentes manu noſtra, noſtroque ſigillo munitas fieri, et expediri, et relaxari mandauimus per Acta N. Notarii Apoſtolici, et Curiæ noſtræ Epiſcopalis Actuarii. Datum ... in noſtro Epiſcopali Palatio Anno .... Indictione ... Pontificatus etc. Præſentibus ...

N. Epiſcopus N. ✝ locus ſigilli.

N. de N. Teſtis rogatus interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Notarius Apoſtolicus, et Curiæ Epiſcopalis Actuarius; et Cancellarius.

48 Expeditis litteris huiuſmodi Commiſſionis, et Delegationis Procurator Cauſæ citat Promotorem fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, ad videndum eaſdem litteras Commiſſionis, et Delegationis præſentari, et exhiberi Iudicibus delegatis in Palatio Epiſcopali, *ſeu alibi* illaſque Coram Notario, et teſtibus, ab ipſis recipi, et aperiri, et pro illarum exequutione, quodcumque Decretum neceſſarium, et opportunum fieri, et interponi.

49 Executa Citatione cōtra Promotorem Fiſcalem, eaque in actis reproducta, die, et hora intimatis Procuratoe Cauſæ comparet coram Iudicibus delegatis, et Notario, ac Teſtibus, et præſente Promotore Fiſcali, exhibet in manibus Delegatorum vna cum mandato Procuræ litteras Delegationis clanſas ſigillatas, ſanas, et integras, qui eas, qua decet reuerentia recipiunt, et aperiunt, ac Notario legendas tradunt, mandantes eaſdem litteras, et mandatum Procuræ in actis regiſtrari, ſeque promptos, et paratos exhibent illas exequi, de quibus publicum fit Inſtrumentum, *vt ſequitur*.

50 In Nomine Domini Amen, anno ab eiuſdem natiuitate milleſimo .... indictione ..... die verò ... Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri N. anno .... in mei Notarij, teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus N. de N. Procurator in cauſa Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N. prout ex mandato procuræ, quod facto exhibuit, inferius regiſtran. ſpecialiter conſtitutus, habens præ manibus quaſdam litteras clauſas, & ſigillatas ſigillo Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini N. huius Ciuitatis N. Epiſcopi, ſanas, integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, Venerabilibus, & Admodum Reuerendis DD. N. Archipresbytero, N. Præpoſito, & N. Canonico Theologo eiuſdem Cathedralis Iudicibus delegatis directas, eaſdem litteras ijſdem DD. Archipresbytero, Præpoſito, & Canonico Theologo facto exbuit, & præſentauit. Quas quidem litteras præfatus D. N. Archipresbyter, & alij prædicti Iudicis delegati ea, qua decet, reuerentia, recipientes aperuerunt, ac mihi N. Notario infraſcripto legendas, & regiſtrandas tradiderunt: quarum tenor eſt, vt ſequitur. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, &c. *Extendantur litteræ delegationis integra, & ad verbum cum omnibus ſubſcriptionibus.* Tenor verò mandati Procuræ eſt qui ſequitur, *Extendatur mandatum Procuræ ad verbum.* Qui Domini N. Archipresbyter, N. Præpoſitus, & N. Canonicus Theologus Iudices vt ſupra delegati audito tenore earumdem litterarum ſe promptos, & paratos exhibuerunt prædictas litteras exequi, & ſecundum illarum tenorem, prout iuris fuerit, procedere. Ipſe verò N. Procuratoe vt ſupra, ſpecialiter conſtitutus inſtantee petijt per me Notarium infraſcriptum de ſupradictis litterarum commiſſionis, & delegationis præſentatione, aperitione, & regiſtro publicum inſtrumentum confici. Acta ſunt hæc in Palatio Epiſcopali in quadam Camera, &c. die, menſe, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus N. de N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis, & N. N. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

N. de N. Promotor Fiſcalis Curię Epiſcopalis.

N. de N. teſtis interfui.

N. de N. teſtis interfui.

N. Notarius, & Curiæ Epiſcopalis Actuarius, & Cancellarius.

Deinde ad inſtantiam Procuratoris cauſę

cauſę committitur citatio contra Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, iuxta notata ſupra *num.* 5. mutatis mutandis, prout ſequitur.

51 N. de N. Archipræsbyter, N. de N. Præpoſitus, N. de N. Canonicus Theologus Eccleſiæ Cathedralis N & Indices ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. ad infraſcripta ſpecialiter delegati, Venerabilibus Reuerendis, ac Honorandis Archipræsbyteris, Præsbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Clericis in minoribus Ordinibus conſtitutis, necnon Curſoribus ad exequendas citationes ſpecialiter deputatis ſalutem in Domino, & noſtris, imò vetius Epiſcopalibus firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod die.... comparuit coram nobis N. de N. Procurator in præſenti cauſa ſpecialiter conſtitutus,& præſentauit litteras Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi huius Ciuitatis N. vna cum mandato Procuræ. Quarum litterarum tenor eſt. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, &c. *Extendantur ad verbum litteræ delegationis*. Tenor verò mandati procuræ eſt qui ſequitur. *Extendatur pariter ad verbum mandatum procuræ* Poſt quarum quidem litterarum, & mandati procuræ præſentationem, nobis ſic, vt præmittitur factam, cum pro parte præfati N. Procuratoris ſpecialiter conſtituti pro earumdem præinſertarum litterarum debita executione fuerimus requiſiti. Idcircò mandamus vobis omnibus,& ſingulis, quatenus ad inſtantiam præfati N. Procuratoris, vt ſupra ſpecialiter conſtituti, Excellentem D. N. Promotorem Fiſcalem Curiæ, & Menſæ Epiſcopalis perſonaliter citatis, quem nos etiam præſentibus hiſce citamus, quatenus coram nobis die.... poſt præſentium exequutionem perſonaliter compareat ad audiendum quodcumque Decretum, & quamcumque prouiſionem, in, & ſuper præmiſſis, ac præmiſſorum cauſa, & occaſione faciendum, & faciendam, ſub pænis excommunicationis, aliiſque arbitrio noſtro. Dat. die .... Pontificatus.

N. Archipresbyter N. Præpoſitus N. Canonicus Theologus	Iudices delegati.

N. Notarius, & Curiæ Epiſcopalis Actuarius, & Cancellarius.

Executa perſonaliter citatione, vt ſupra *num.* 6. & in Actis reproducta; Procurator cauſę compareat coram Iudicibus Delegatis, & reproducendo citationem contra Promotorem Fiſcalem executam, mandatum Procuræ, & omnia iura, vt ſupra *nu.* 7. incuſata contumacia eiuſdem Promotoris Fiſcalis, inſtat pro executione litterarum Commiſſorialium, & ad vlteriora procedi.

Replicante Promotore Fiſcali, nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, &c. & iurato de calumnia.

52 Ex tunc Iudices Delegati acceptant iuriſdictionem, declarant ſe Iudices competentes, deputant Promotorem Fiſcalem, Notarium Actuarium pro ſcribendo proceſſu, & Curſorem pro exequendis citationibus,&c. vt ſupra *num.*8. et deinceps vſque ad vltimum continuatur proceſſus modo ſupra poſito, mutato ſolum nomine Iudicum; et dempta legalitate Notariorum, de qua fidem facere debet ipſe Epiſcopus tam in fine proceſſus,quam extra ſuper rotulum.

Eadem prorſus forma in præſentatione litterarum Remiſſorialium, earumque receptione, apertione, acceptatione iuriſdictionis, & in reliquis tenenda eſt à Procuratore cauſæ,et à Delegatis Apoſtolicis quando à Congregatione Sacror. Rituum committitur proceſſus ſuper non cultu, et paritione Decretis, ſeruando tamen in omnibus diſpoſitione earumdem litterarum remiſſorialium, quæ in nihilo prætermittenda eſt.

SVMMARIVM.

*Citatio pro recognitione iurium compulſatorum num.*58.

Citatio ad videndum extrahi copias iurium Compulſatorum, num. 59.

Citatio ad videndum collationari copias iurium Compulſatorum, num. 60.

Citatio ad videndum interponi Decretum ſuper collatione iurium Compulſatorum, numer. 61.

Citatio ad videndum decerni copias iurium Compulſatorum alligari in proceſſu, numer. 62.

Forma articulorum pro caſu excepto, nu. 54.

*Forma interrogatoriorum pro caſu excepto, num.*55.

*Forma ſententia ſuper non cultu immemorabili, num.*65.

*Monitorium pro compulſandis ſcripturis, n.*57.

Inſtantia

Inſtantia Procuratoris cauſa pro caſu excepto, num.53.
Inſtantia Procuratoris cauſa pro compulſandis ſcripturis, num.56.
Proceſſus coram delegatis eodem modo conficiuntur, ac coram Iudicibus Ordinarys, num.66.
Teſtes examinandi ſuper ſufficientia Peritorum, num. 64.
Viſitatio ſepulchri pro caſu excepto, num.63.

SECTIO II.

QVæ ſuperius dicta ſunt, omnia locum habent, quotieſcumque agitur de Beatificatione,& Canonizatione alicuius Serui Dei, recenter vita functi, & cuius iuxta nouiſſima ſæpius recenſita decreta prohibitus eſt cultus, & veneratio; Ac proindè in primis, & antè omnia docendum eſt de cultu non exhibito, & paritione dictis decretis.

Quod ſi agatur de Canonizatione alicuius Serui Dei, cui ab immemorabili, hoc eſt ſupra centum annos ante prædicta nouiſſima decreta,emanata de anno 1625 ſicque ante annum 1525. exhibitus fuerit cultus, & veneratio, particularis proceſſus ſuper caſu excepto à decretis aliter erit inchoandus, non quidem alia methodo, ſed diuerſa inſtantia.

53 Etenim procurator ſpecialiter conſtitutus, comparens coram Epiſcopo, modo ſupra notato *num.3.* exponit qualiter percrebeſcente in dies fama, & opinione ſanctitatis, & miraculorum Vener. Serui Dei N. qui natus tali tempore, in tali loco, ex talibus parentibus, obijt tali die, ſepultus fuit in Eccleſia N. ad cuius ſepulchrum ſtatim poſt eius obitum cæpit, & inconcuſsè abſque vlla interruptione ſemper continuauit, & continuat concurſus omnium vtriuſque ſexus Chriſtifidelium, nobilium, & ignobilium, Eccleſiaſticorum, & ſæcularium, cui in eorum neceſſitatibus ſe commendant, & multas gratias à Deo,per interceſſionem eiuſdem Venerab.Serui Dei N. impetrant, ac pro gratiarum actione ad eiuſdē ſepulchrum, & Altare offerunt votiuas tabellas, & donaria, necnon lumina, ac cæreos accendunt, &c Qui proinde plurimorum etiam grauiſſimorum virorum exiſtimatione Beatificationis, & Canonizationis honore, accedente infallibili Sanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio dignus reputetur; Propterea ad effectum ſupplicandi eamdem Sanctam Sedem pro eiuſdem Vener. Serui Dei Beatificatione, & Canonizatione, inſtat per eumdem Epiſcopum, vel per alias perſonas in Eccleſiaſtica dignitate conſtituras, ab ipſo delegandas confici particularem proceſſum ſuper cultu immemorabili præſtito eidem Seruo Dei N. & per definitiuam ſententiam declarari prædicto Seruo Dei exhibitum fuiſſe, & exhiberi cultum, & venerationem ſupra centum annos, ante emanata nouiſſima Decreta, iuſſu Vrbani Octaui in Sac. Congregatione Generalis Inquiſitionis ſuper cultu non exhibendo Seruis Dei non Canonizatis, nec Beatis declaratis edita, cum ſcientia, & tollerantia Ordinariorum, ac proinde agi de caſu excepto à dictis nouiſſimis Decretis iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis editis, exhibeat mandatum procuræ, petens, & inſtans, illud recipi, & admitti, &c.

Epiſcopus inſtantiam admittit ſi, & in quantum, mandat regiſtrari tam inſtantiam, quam mandatum procuræ, & citari Promotorem, vt ſupra *num. 4.* & decernitur citatio, vt *num. 5.*

Executa, & reproducta citatione contra Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, vt ſupra *num. 6.* Procurator cauſæ facit inſtantiam notatam *num. 7.* & Promotor Fiſcalis reſpondet, *vt dicto numer. 7.*

Epiſcopus deputat ſpecialiter Promotorem Fiſcalem, Notarium Actuarium pro ſcribendo proceſſu, Curſorem pro exequendis citationibus, iniuncto ſingulis iuramento de fideliter exercendo, eligit locum, & horam audientiarum, locum, & locum loci pro teſtium examine, de quibus deputationibus fidem facit alter Notarius, vt ſupra *num.8. & 9.*

Procurator cauſæ deinde, iurato prius de calumnia, vt *num.11.* citat Promotorem Fiſcalem ſpecialiter deputatum, ad dicendum contra articulos, &c. vt *nu. 13.* executaque, ac reproducta citatione, inſtat pro articulorum admiſſione, vt *num. 14. & 18.* contradicente Promotore Fiſcali, & inſtante, vt *num. 15.*

Epiſcopus admittit articulos ſi, & in quantum, &c. copiamque Promotori Fiſcali decernit cum termino ad dandum interrogatoria, vt *num. 19.*

Forma

Forma articulorum pro caſu excepto.

54 POſitiones, & articulos infraſcriptos dat, exhibet, & producit N. Procurator ſpecialiter conſtitutus, & eo nomine Regis N. *ſiue N. de N.* ad probandum Vener. Seruo Dei N. *ſiue* Beato N. exhiberi, & exhibitum fuiſſe cultum, & venerationem à tempore immemorabili, ſcilicet ſupra centum annos ante Decreta, iuſſu Vrbani Papæ Octaui, in Sacra Congregatione vniuerſalis Inquiſitionis edita de anno 1625. & ad docendum de caſu excepto ab iiſdem decretis, illiſque in nullo contrauentum, ſed ſufficienter paritum, petens illos recipi, & ad probandum admitti, teſteſque in calce deſcriptos ſuper illis examinari, non ſe tamen adſtringens, &c. et ad omnem alium bonum finem, et effectum, etc. omni, etc.

In primis repetit omnia, et ſingula inſtrumenta, ſcripturas, iura, etc. in quantum tamen, etc. et non aliter, etc. de quo, etc. ex quibus credit, ſatis abunde conſtare de cultu ab immemorabili præſtito eidem Seruo Dei N.

Item ponit, qualiter, *Ponantur articuli ſuper natiuitate, parentibus, vita, obitu, & ſepultura.*

Item ponit, quod ſequuto obitu eiuſdem Serui Dei N. ſtatim, et incontinenti cæpit vocari, et cognominari Beatus, quod cognomen Beati ſine vlla intermiſſione, et inconcuſsè continuauit vſque in præſentem diem; quod eſt publicum, et notorium, etc.

Item ponit, quod ſtatim ſecuto obitu prædicti Serui Dei N. cæpit magna deuotio, et magnus concurſus omnium vtriuſque ſexus Chriſtifidelium, nobilium, et ignobilium, Eccleſiaſticorum, et ſæcularium, ex diuerſis locis, ad eius ſepulchrum, accendendo lampades, et cæreos, offerendo donaria, et tabellas votiuas, in teſtimonium gratiarum, ad eius innocationem à Deo receptarum; quod eſt publicum, etc.

Item ponit, quod continuante, ac percrebeſcente populorum concurſu, corpus dicti Beati N. à loco dictæ ſepulturæ tranſlatum fuit ad Capellam, in eius honorem erectam, ibidemque conſtructum Altare, ſub quo repoſitum fuit dictum corpus; quod eſt publicum, etc.

Item ponit, quod poſt tranſlationem prædicti corporis Serui Dei N. à loco ſepulturæ ad Capellam N. populus qui prius frequentabat eius ſepulchrum, incontinenti cæpit frequentare dictam Capellam, ad quam tranſlatum fuit prædictum corpus, qui concurſus ſemper inconcuſſe continuauit, et percrebuit, cum accenſione lampadarum, cæreorum, appenſione tabellarum votiuarum, etc. quod eſt publicum, et notorium, etc.

Item ponit, quod ſtatim ſecuto obitu prædicti Serui Dei N. eius imagines, figuræ, et ſtatuæ cæperunt pingi, et ſculpi cum radijs, ſplendoribus, et cum inſcriptione Beati, et cum alijs ſignis cultum, et venerationem redolentibus; quod eſt publicum, etc.

Item ponit, quod prædictus cultus, et veneratio exhibitus, et exhibita fuit prædicto Beato N. cum ſcientia, et tollerantia Ordinariorum; quod eſt publicum, et notorium, etc.

Item ponit, quod de omnibus ſupradictis eſt publica vox, et fama, quæ ſemper inconcuſſe continuauit, et continuat, et quod nunquam fuit dictum, vel auditum in contrarium, quia ſi aliter eſſet, ipſe teſtis ſciret, nec poſſet aliter eſſe, quin ipſe ſciret; quia, etc.

Qui articuli poſſunt augeri, & minui iuxta facti contingentiam.

Promotor Fiſcalis, habita copia articulorum, comparet in termino coram Epiſcopo, et facit inſtantiam notatam ſupra *num.* 22. dando interrogatoria articulis aptata, iuxta ſequentem formam.

Forma Interrogatoriorum Promotoris Fiſcalis ſuper caſu excepto.

55 POſt ſeptem generalia interrogatoria, quæ notauimus ſupra, *nu.* 24. dentur ſequentia:

Item interrogetur quilibet teſtis, an ſciat, vel audierit, quod populus habeat deuotionem erga dictum Seruum Dei N. & ſi reſponderit, quod ſic, dicat qui populus ſit, vel fuerit, an totus populus, vel pars tantum, aut vnius loci, vel plurium locorum, & qui, & in quibus ſciat, vel audierit conſiſtere eorum deuotionem?

Item interrogetur, an ipſe teſtis vnquam acceſſerit ad ſepulchrum, vel Ca-

Vuu pellam

pellam dicti Serui Dei N. qua occaſione, an ſolus, vel aſſociatus, & cum quibus perſonis; an ibi viderit concurſum populi, vel populorum, an viderit ad prædictum ſepulchrum, vel ad prædictam Capellam accenſas lampades, vel cæreos, & appenſas tabellas votiuas, aut aliud ſignum cultus, & venerationis.

Item interrogetur, an viderit vnquam aliquas imagines, ſtatuas, vel effigies pictas, vel ſculptas cum radijs, luminibus, coronis, laureolis, aut aliis ſignis, cultum, & venerationem redolentibus, & vbi eas viderit, & qua occaſione.

Item interrogetur, an vnquam viderit, vel ab alijs audierit, Epiſcopum, vel Epiſcopos dictæ Ciuitatis N. acceſſiſſe ad Eccleſiam, in qua ſitum eſt ſepulchrum, vel erecta Capella in honorem dicti Serui Dei N. et vidiſſe prædicta ſigna, cultum, & venerationem redolentia, illaque tolerasse, & amoueri non iuſſiſſe.

Item interrogetur de cauſa ſcientiæ.

Addantur, vel demantur interrogatoria iuxta facti contingentiam.

Demum interrogetur, an ſciat, quid ſit fama, et an illa viguerit, et vigeat in aliqua parte populi tantum, vel in maiori, aut toto populo. An huiuſmodi fama fuerit conſtans, et perpetua, quæ ſemper durauerit, vel breui, et per modicum tempus, et citò euanuerit. An contra huiuſmodi famam fuerit vnquam aliquid dictum, factum, vel auditum in contrarium; Et an poſſet aliquid dici, fieri, vel audiri in contrarium, quod ipſe teſtis neſciret; et de cauſa ſcientiæ.

Aduertendo tamen in formando interrogatorio ſuper fama, quod hodie vix poſſunt reperiri teſtes, qui de anno 1625. quo manarunt nouiſſima Decreta ſuper non cultu, eſſet ætatis annorum 54. Ac proinde non interrogentur ſuper ortu famæ ſaltem de proprio auditu, quia eſſet fruſtratorium.

Aduertendo inſuper, quod licet Procurator cauſæ cognominet Seruum Dei Beatum, vel Sanctum, ipſe tamen Promotor Fiſcalis ſemper nuncupet Seruum Dei, vel ad ſummum Venerabilem Dei Seruum.

Exhibitis per Promotorem Fiſcalem interrogatorijs in actis, Procurator cauſæ inducit teſtes, citatis ipſos teſtes ad iurandum, & Promotorem Fiſcalem ad videndum illos iurare; quo iuramento per ipſos præſtito, citantur ad ſe ſubijciendum examini, et Promotor Fiſcalis ad interreſſendum dicto examini, et complentur omnia notata ſupra *à num. 25. vſque ad num. 28.* et examinantur iuxta notata *num. 29. & 30.*

56 Completo examine teſtiū, ſi aliqua iura ſint compulſanda, nempe inſtrumenta, vel aliæ ſcripturæ, Procurator cauſę comparet coram Epiſcopo, & ſpecificat iura, quæ extrahere intendit, petens, & inſtans contra Notarios, & perſonas illas detinentes decerni monitorium neceſſarium, & opportunum, tenoris qui ſequitur.

57 De mandato Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini N. Epiſcopi N. ad inſtantiam N. Procuratoris ſpecialiter deputati, tenore præſentium moneantur N. N. & N. N. omneſque alij in exequutione præſentium nominandi, & cognominandi, quatenus ſub pænis excommunicationis, & alijs arbitrio Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ, debeant, & quilibet eorum debeat infra triduum proximum, in actis N. Notarij Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputati, & coram eodem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo infraſcripta iura, & ſcripturas, penes eos, & quemlibet eorum reſpectiuè exiſtentia, & exiſtentes, videlicet (*hic ſpecificentur ſcripturæ, & iura exhibenda*) exhibuiſſe, præſentaſſe, & dimiſiſſe, ad effectum tranſumptandi, & præſentibus omninò paruiſſe, &c. alioquin, &c. omni, &c. in quorum, &c. Dat.... hac die...

N. Epiſcopus N.

✝ Locus ſigilli.

N. Notarius deputatus.

Quo monitorio per Curſorem executo, ac iuribus per monitos in actis exhibitis, citatur Promotor Fiſcalis, vt infrà.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. Epiſcopo.

58 Citetur N. de N. Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatus ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad primam diem inſtante N. Procuratore cauſæ ſpecialiter deputato.

Executa citatione, et in actis reproducta, deferri poterit iuramentum teſtibus in loco deputato, præſente Promotore Fiſcali, iuxta notata ſupra *num. 28.*

Deinde citabuntur teſtes ad ſe ſubijciendum

ciendum examini pro recognitione iurium, et Promotor Fiſcalis, ad intereſſendum examini, et recognitioni prædictis, pro certa die, et hora, vt dictum eſt ſupra *num.* 29.

59 Facta iurium recognitione Procurator cauſæ citet Promotorem Fiſcalem ad videndum mandari extrahi copias iurium in actis productorum, illaque tranſumptari, et tranſumptata cum ſuis originalibus collationari, et quodcumq; Decretum deſuper neceſſarium, et opportunum fieri, et interponi, ad primam, vel ſecundam, aut aliam diem.

Exequuta citatione Procurator cauſæ in termino citationis comparet coram Epiſcopo, et petit, mandari extrahi copias iurium in actis productorum, illaque tranſumptari, et tranſumptata cum ſuis originalibus collationari, etc.

Epiſcopus decernit copias prædictas extrahi, et tranſumptari præſente Promotore Fiſcali.

60 Deinde Procurator cauſæ, citato Promotore Fiſcali, inſtat coram Epiſcopo mandari collationari iura, et omnia, quæ collationanda ſunt cum ſuis proprijs originalibus, et deputari alium Notarium, qui vna cum Notario Actuario dictæ collationi interſit, et collationem faciat, dieſque, et horas pro collatione deputet, etc.

Epiſcopus decernit collationem, deputat Notarium, qui collationi interſit, et collationem faciat, diebus, et horis intimandis.

Procurator cauſæ intimat Promotori Fiſcali dies, et horas collationis, et ideò ad intereſſendum, etc. et diebus intimatis fit collatio, præſente Promotore Fiſcali, coram Epiſcopo.

61 Poſtea Procurator cauſæ, citato Promotore Fiſcali, coram Epiſcopo, petit, et inſtat per eumdem Epiſcopum de, et ſuper extractione, tranſumptatione, auſcultatione, et collatione prædictorum iurium interponi ſuum decretum, et auctoritatem neceſſariam, et opportunam impartiri. Prout per Epiſcopū interponitur, et impartitur, pręſente Promotore Fiſcali.

62 Demum citato, et præſente eodem Promotore Fiſcali Epiſcopus decernit iura compulſata inſeri, et alligari in proceſſu, prout eodem Promotore Fiſcali præſente inſeruntur, et alligantur.

Completis ſupradictis Procurator cauſæ citat Promotorem Fiſcalem pro viſitatione ſepulchri, et adimpletis omnibus, notatis ſupra *num.* 31. *& ſeqq.* fit viſitatio ſepulchri Eccleſiæ, et aliorum, vt ſequitur.

Forma viſitationis ſepulchri pro caſu excepto.

63 IN Nomine Domini, Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis vbique pateat, & notum ſit, qualiter anno à natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo...... indictione...... die verò ...... Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri N. anno.... In Ciuitate N. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus N. eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, aſſociatus à N. N. N. N. N. [*quæ, vt diximus ſupra num.* 34. *debent eſſe perſonæ qualificatæ*,] & ab N. Procuratore cauſæ ſpecialiter deputato, & cum præſentia N. Promotoris Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, item ſpecialiter deputati, citati, & intimati, prout de citatione perſonaliter contra ipſum executa conſtat ex actis, ad quæ, &c. necnon N. N. N. teſtium vocatorum ſpecialiter, & rogatorum, meique Notarij Actuarij infraſcripti pariter in hac cauſa ſpecialiter deputati, diſcedens à Palatio Epiſcopali peruenit ad Eccleſiam N. in qua dicitur extare ſepulchrum Serui Dei N. & ingreſſus eamdem Eccleſiam cum omnibus ſupradictis alijſque perſonis per portam N. tetendit directè ad Altare Maius, & ibidem præmiſſa Oratione flexis genibus, poſtea ſurgens Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus antedictus recepto iuramento, prout tactis Sacroſanctis Euāgeliis iurarunt, & quilibet ipſorum iurauit de veritate dicenda, ſuper quibus interrogabuntur, à prædictis N.N.N.N.N. quorum N. dixit eſſe annorum .... N. annorum..... *& ſic de ſingulis*, illos interrogauit, an ſciant, quod in eadem Eccleſia conditum reperiatur corpus Serui Dei N. et in quo loco; quibus affirmatiuè reſpondentibus, et indicato loco ſepulchri, Illuſtriſſimus, et Reuerendiſs. Dominus, cum omnibus ſupradictis, nempe N. Procuratore cauſæ, N. Promotore Fiſcali, N. N. N. teſtibus antedictis, meque Notario, aliiſque ſupra memoratis perſonis, acceſſit ad locum indicatum, vbi dicitur ſepultum corpus dicti Serui Dei N. Viſumque, ac repertum eſt, *Deſcribantur*

tur omnia minutim, tam ipſum ſepulchrum, quam omnia ibidem appoſita, & circumſtantia, ex. gr. ſepulchrum Serui Dei N. in Eccleſia N. in medio Chori, ſeu Capellæ N. ad parietem verſus meridiem ſitum, eleuatum ſupra terram ad inſtar alicuius Altaris, ex lapidibus ſectis, altitudinis, et capacitatis ſufficientis, hominibus Eccleſiam ingredientibus expoſitum, ornatum, et mundum, cratibus ferreis bene firmatum, et ſeris firmum, et clauſum, vbi ſupra terram ad mediam vlnam eleuata eſt tumba dicti Serui Dei, ex marmore nigro efformata, elegantis formæ, et ſtructuræ cum oſſibus Serui Dei, velamine ſerico cooperta, infra quam tumbam legitur talis inſcriptio: Corpus Beati N. etc. *Et deſcribantur omnia minutim, lampades accenſæ, cerei, donaria, & alia omnia, quæ redolent cultum, & venerationem.*

Poſt deſcriptionem ſepulchri, et Altaris, ſi adſit, omniumque appoſitorum eodem modo notandæ ſunt tabellæ votiuæ, quibus enunciantur gratiæ, et miracula, necnon imagines, ſtatuæ, figuræ tam in Eccleſia vbi corpus Serui Dei requieſcit, quam in alijs Eccleſijs, Oratorijs, et aliis locis publicis, cum deſcriptione ſitus, materiæ, colorum, radiorum, luminum, quas Eccleſias, Oratoria, etc. eodem modo viſitare debet Epiſcopus.

Ad probandam verò antiquitatem tabellarum votiuarum, imaginum, ſtatuarum, etc. atque etiam ipſius ſepulchri, licet de illa appareat ex inſcriptione, examinandi erunt Periti, qui cum iuramento de ea deponant cum ratione, et cauſa ſcientiæ, et quidem ſuper faciem loci. *Et ſinita viſitatione concludatur.*

His itaque omnibus, et ſingulis, tali, vt præmiſſum eſt, modo, et ordine, debitè, et fideliter in Eccleſia N. et in aliis Eccleſiis ſuperius deſcriptis, et aliis locis, vt ſupra ſpecificatis, peractis, reuiſis, et connotatis, in maius robur, et teſtimonium præmiſſorum ſupraſcriptus Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus manu propria hic ſe ſubſcripſit.

N. Epiſcopus N.

N. de N. Promotor Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputatus.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. de N. Teſtis interfui.

N. Ciuis N. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius Actuarius deputatus.

Porrò ſicuti diximus ſupra de viſitatione ſepulchri ad docendum de non cultu valde congruere, ſi examinentur teſtes inſtrumentarii in faciem loci, eo modo quo examinantur in criminalibus, qui in ſubſtantia deponant de viſu omnium, quæ deſcripta ſunt in inſtrumento viſitationis, iuxta formam traditam ſupra *nu.* 35. idem obſeruandum etiam in viſitatione ſepulchri pro caſu excepto, quia talis probatio per aſpectum Iudicis, et teſtium inſtrumentariorum eſt adeò potens, et concludens, vt nullam pati poſſit exceptionem, vt probauimus ſupra *par.* 4. *cap.* 12. *nu.* 14.

Poſtea ex officio examinentur teſtes ſuper doctrina, et ſcientia, et idoneitate Peritorum, vtrum ſint tales, vt eis credi poſſit, et ſtandum ſit eorum iudicio, & peritiæ? qui reddant cauſam ſcientiæ, iuxta ſequentem methodum.

Forma examinandi teſtes ſuper ſcientia, & idoneitate Peritorum.

Die.......

64 Examinatus fuit per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum N. Epiſcopum N. meque Notarium infraſcriptum, ex officio, in Eccleſia N. in Capella N. præſente N. de N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis ſpecialiter deputato.

N. de N. filius q. N. ætatis annorum ...... vt ipſe dixit, & ex eius aſpectu dignoſci potuit, qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis Sacroſanctis Euangelijs iurauit, &c. fuit per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum

Interrogatus, quomodo acceſſerit ad præſens examen, & ob quam cauſam.

Reſpondit, &c.

Interrogatus de patria, exercitio, & vbi vitam duxit ab eius natiuitate vſque in præſens.

Reſpondit, &c.

Interrogatus, an cognoſcat omnes Ciues, & Artifices huius Ciuitatis.

Reſpondit, &c.

Interrogatus, an cognoſcat omnes Pictores huius Ciuitatis, & illos enumeret.

Reſpondit, *Signor sì, che io conoſco tutti li Pittori di queſta Città, li quali ſono N. che stà*

Digitized by Google

che ſtà &c. N che ſtà &c. e Titio, che ſtà &c. Sempronio, che ſtà &c.

Interrogatus, vt dicat quomodò ſciat ipſos Titium, & Sempronium eſſe Pictores, & à quanto tempore hoc ſciat, & qua occaſione.

Reſpondit, &c.

Interrogatus, vt dicat, quænam opinio habeatur de dictis Titio, & Sempronio Pictoribus, an connumerentur inter celebriores, vel inter infimos, aut mediocris ſcientiæ.

Reſpondit, &c.

Interrogatus, an ipſe teſtis vnquam videtit dictos Titium, & Sempronium Pictores iudicare aliquam picturam, quæ ſit antiquitus, vel de recenti factam.

Reſpondit, &c.

Interrogatus, an ſi dicti Titius, & Sempronius iudicarent, & dicerent aliquam picturam eſſe antiquam, & antiquitus vltra centum, ducentum, vel trecentum annos pictam, credendum eſſet eorum peritiæ, & iudicio?

Reſpondit, &c.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ.

Reſpondit, &c.

Quod dictum eſt de Pictore, idem obſeruandum in alijs Artificibus, & peritis, etiam quando agitur de probandis miraculis.

Quibus omnibus completis, Procurator cauſæ citat ad concludendum, concludique videndum in cauſa, & ad ſententiam, iuxta notata ſupra *num.* 38. & executa perſonaliter citatione contra Promotorem Fiſcalem, eaque in actis reproducta, idem Procurator in termino citationis facit inſtantiam notatam *nu.* 39. mutatis tamen mutandis, quia ibidem petitur, & inſtatur, pronunciari, ac definitiuè ſententiari, conſtare de cultu non exhibito, & paritione decretis, in caſu verò præſenti petendum eſt, & inſtandum, declarari, ac definitiuè ſententiari, conſtare de cultu immemorabili, nempe Seruo Dei exhiberi, & exhibitum fuiſſe cultum, & venerationem ſupra centum annos ante nouiſſima Decreta, & agi de caſu excepto ab ijſdem Decretis. Et Epiſcopus fert ſententiã tenoris, qui ſequitur.

Forma ſententiæ ſuper cultu immemorabili, & caſu excepto.

65 CHriſti nomine inuocato. N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus N. pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei N. inter N. de N. Procuratorem ſpecialiter conſtitutum ex vna, & N. Promotorem Fiſcalem Curiæ, & Menſæ noſtræ Epiſcopalis, & ſpecialiter deputatum partibus ex altera. Viſis Decretis iuſſu Papæ Vrbani Octaui in Sacra Congregatione generalis Inquiſitionis ſuper cultu non exhibendo Seruis Dei non Canonizatis, nec Beatis declaratis, editis de anno 1625. Viſa inſtantia præfati N. Procuratoris ſpecialiter conſtituti. Viſo mandato procuræ N. in perſonam dicti N. Viſa deputatione Promotoris Fiſcalis, Notarij Actuarij, & Curſoris à nobis ſpecialiter facta. Viſis teſtiũ depoſitionibus, legitime inductorum, citatorum, & examinatorum. Viſis ſcripturis, et iuribus productis, et legitimè compulſatis. Viſa ſepulchri viſitatione, exiſtentis in Eccleſia N. vna cum deſcriptione tabellarum votiuarum, donariorum, lampadarum, ac imaginum. Viſo toto proceſſu. Viſis videndis, et conſideratis conſiderandis, Chriſti nomine repetito, dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, ac definitiuè ſententiamus, conſtare dicto Seruo Dei N. cultum exhiberi, et exhibitum fuiſſe ſupra centum annos ante prædicta Decreta, et hoc ſcientibus, et tollerantibus Ordinarijs N ac proinde cauſam iſtam verſari in caſu excepto à prædictis Decretis Vrbani VIII. ſuper non cultu editis, et propterea declaramus in huiuſmodi cauſa præfatis Decretis nullo modo contrauentum eſſe, ſed ſufficienter illis paritum. Et ita dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, et definitiuè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed et omni alio meliori modo, etc. Ita pronunciaui Ego N. Epiſcopus N.

Lata, lectaque fuit præſens ſententia per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum N. in ſupradicto loco deputato pro audientiis, pro Tribunali ſedentem, & per me infraſcriptum Notarium huius cauſæ Actuarium promulgata, & publicata, præſente, & intelligente Domino N. Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis N. & in præſenti cauſa ſpecialiter deputato, necnon præſentibus N. & N.

Teſtibus

Teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, atque rogatis Anno . . . die . . . Indictione . . . . Pontificatus . . . Anno . . . .

Poſt prædicta, Procurator cauſæ citat Promotorem Fiſcalem ad videndum decerni copiam proceſſus, deinde ad videndum copiam collationari cum proceſſu originali, deputari Notarium, qui collationi interſit, poſtea ad videndum per Epiſcopum interponi decretum, & auctoritatem collationi, poſtremo ad videndum copiam proceſſus claudi, & ſigillari, deputari Portitorem, & fiunt omnes actus, & inſtantiæ prout notantur ſupra *à num. 41. vſque ad num.* 45.

66 Quod ſi proceſſus ſuper cultu immemorabili, & caſu excepto fiat auctoritate Apoſtolica in vim litterarum remiſſorialiũ Congregationis Sacrorum Rituum, attendenda eſt forma, & diſpoſitio earumdem Remiſſorialium, qua inconcuſſe, & ad vngem obſeruata, in reliquis eodem modo, quo ſupra procedendum eſt. Et in præſentatione litterarum Remiſſorialium per Procuratorem cauſæ; ſicuti etiam in receptione, atque aperitione earumdem remiſſorialium, & acceptatione iuriſdictionis per delegatos, & in reliquis ſeruanda ſunt ea, quæ notauimus ſupra, *num.* 48. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

Canonizationem in cauſis non progreditur in contumaciam, num. 74.

Forma procedendi ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, num. 67.

Forma articulorum ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis, num. 68.

Forma Interrogatoriorum ſuper ſanctitate vitæ virtutibus, & miraculis, num. 69.

Forma procedendi in cauſis Canonizationum differt ab alijs cauſis ciuilibus, & criminalibus, num. 73.

Proceſſus auctoritate Apoſtolica qualiter inſtruendi, num. 72.

Termini ſubſtantiales non ſeruantur in cauſis Canonizationum, num. 75.

Teſtes examinandi ex officio ſuper Sanctitate vitæ virtutibus, & miraculis, nu. 70.

Teſtes examinandi ſuper idoneitate teſtium inductorum à Poſtulatoribus, num. 71.

Teſtes examinandi ſuper idoneitate Medicorũ, Chirurgorum, Obſtetricum, &c. qui dederunt iudicium ſuper miraculis, num. 71.

SECTIO III.

COmpleto particulari proceſſu ſuper nõ cultu, & paritione decretis, vel ſuper cultu immemorabili & caſu excepto, deueniendum eſt ad confectionem alterius proceſſus ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis eiuſdem Serui Dei, in quo quidem proceſſu, dempta viſitatione ſepulchri, faciendi ſunt omnes ijdem actus qui ſupra notati ſunt pro fabricatione proceſſus ſuper non cultu, vel ſuper cultu immemorabili, mutato tantum tenore inſtantiæ, & articulorum; propterea

67 Procurator exponit. Qualiter in tali loco, tali tempore, ex talibus parentibus legitimo matrimonio coniunctis natus eſt Seruus Dei N. qui vitam duxit in tali ſtatu, cum publica fama, & opinione Sanctitatis, & miraculorum; quæ fama, & opinio Sanctitatis durauit, & aucta eſt poſt eius obitum propter gratias, & miracula, quæ, & quas Omnipotens Deus ad inuocationem eiuſdem Serui Dei operari dignatus eſt; ac plurimorum etiam grauiſſimorum virorum exiſtimatione Beatificationis, & Canonizationis honore, accedente infallibili Sanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio dignus reputatur. Propterea cum iam in Tribunali Epiſcopali confectus fuerit particularis proceſſus ſuper non cultu eiuſdem Serui Dei, & paritione decretis, iuſſu Vrbani Octaui in Sacra Congregatione Generalis Inquiſitionis editis, & ab eodem D. Epiſcopo per ſententiam definitiuam declaratum, circa perſonam eiuſdem Serui Dei N. conſtare de non cultu, & paritione ijſdem decretis, prout ex eodẽ proceſſu, & ſententia in Archiuio eiuſdem Epiſcopatus exiſten. perit, & inſtat per Epiſcopum mandari confici proceſſum ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis prædicti Serui Dei, ad effectum illum tranſmittendi ad eandem Sanctam Sedem, & ad Congregationem Sacrorum Rituum, & ſupplicandi Sanctitatem ſuam, quatenus dignetur committere informationes eadem auctoritate Apoſtolica pro Beatificatione, & Canonizatione præfati Serui Dei N. & ad omnem aliũ bonum finem, & effectum; exhibeat iterum mandatum procuræ, inſtet recipi, & admitti, & in actis regiſtrari, & alia vt ſupra *num.* 3.

Epiſ-

Digitized by Google

Epiſcopus admittit inſtantiam, & mandatum procuræ, vt ſupra *num.* 4. decernit contra Promotorem Fiſcalem citationem notatam, *num.*5. qua citatione exequuta, & in actis reproducta, Procurator cauſæ comparet coram Epiſcopo, petens, & inſtans, vt *num.* 7. Reſpondente Promotore Fiſcali vt *d. num.* 7. Epiſcopus deputat ſpecialiter Promotorem Fiſcalem, NotariumApoſtolicum pro ſcribendo proceſſu, & Curſorem ſiue Nuncium pro exequendis citationibus, qui omnes iurant de fideliter exercendo, & de huiuſmodi deputationibus, & iuramentis fidem facit alter Notarius, vt *num.*8.*&* 9.Procurator cauſæ iurat de calumnia, vt *num.* 12. Deinde citet Promotorem Fiſcalem ad dicendum contra Articulos, *vt num.*13. qua citatione executa, & in actis reproducta, compareat in termino coram Epiſcopo, iuxta notata *num.* 14. petat, & inſtet admitti articulos ad effectum probandi ſanctitatem vitæ, virtutes, & miracula Serui Dei & ad omnem alium bonum finem, & effectum, exhibeat articulos, & inſtet ſtatui Promotori Fiſcali terminum ad dandum interrogatoria, & alias vt *dict. num.* 14. Reſpondente Promotore Fiſcali, *vt num.*15.

Forma Articulorum eſt eadem,quæ regiſtratur ſupra in Decretis generalibus hac eadem *p.*5.*cap.* 2. *num.*53. mutatis tamen mutandis, quia illic datur tantum forma articulandi in genere; hic autem poſſunt dari articuli non ſolum ſuper fama, & opinione Sanctitatis vitæ, virtutum, & miraculorum in genere, ſed omnium, & ſingulorum in ſpecie, ad hoc, vt quando in Inquiſitione ſpeciali auctoritate Apoſtolica compulſentur proceſſus auctoritate ordinaria confecti, & alligentur in proceſſibus remiſſorialibus in ſpecie, habeantur ſpeciales probationes ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis. Igitur formandi erunt articuli, vt ſequitur.

Forma articulorum ſuper Sanctitate vitæ virtutibus, & miraculis.

68 Poſitiones, et Articulos infraſcriptos dat exhibet, et producit Procurator,et eo nomine N. et N. ad docendum de ſanctitate vitæ, virtutibus, et miraculis Ven. Serui Dei N. deuotione populi erga eumdem Dei Seruum,et ad omnem alium bonum finem, et effectum,petens illos recipi,et ad probandum admitti, teſteſque in calce deſcriptos deſuper examinari, non ſe tamen adſtringens etc. non ſolum etc. ſed et omni etc. ſaluo iure etc.

In primis repetit omnes, et ſingulos proceſſus, Inſtrumenta iura etc. In quantum tamen, et non aliter etc. de quo etc. Ex quibus credit ſatis conſtare de prædictis Sanctitatæ vitæ, virtutibus, et miraculis prædicti Serui Dei, ac deuotione populi. Et his ſaluis,et quatenus opus ſit, probare vult, et intendit.

Hic inſerendi ſunt articuli concernentes locum, vbi natus ſit Seruus Dei, tempus, & parentes vitam, & mortem.

Item quod dictus Seruus Dei ſemper vixit cum fama, et opinione ſanctitatis, quæ continuauit etiam poſt mortem, et nunquam diminuta fuit, ſed potius aucta non ſolum in locis, vbi vixit, et mortuus fuit, ſed etiam in alijs vicinis, et remotis, et quod iſtud fuit et eſt publicum, et notorium, et fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item, quod eius corpus ſepultum fuit in loco N. et Eccleſia N. et ſemper, ac continuo fuit ad illud venerandum magnus concurſus populi, et aliorum exterorum ad illud confluentium propter famam, et opinionem ſanctitatis illius, et quod hoc fuit, et eſt publicum, et notorium, ac fuit, et eſt publica vox, et fama.

Item quod in locis, vbi vixit, et mortuus fuit, ac etiam in alijs ſemper dictus Seruus Dei habitus fuit in magna veneratione, et erga illum fuit maxima deuotio non ſolum illorum, qui in dictis locis habitabant,ſed etiam aliorum exterorum, et quod hoc fuit, & eſt publicum, & notorium, & fuit, & eſt publica vox, fama.

Item quod fecit multa, & magna miracula non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem, ſanando infirmos ex omni genere infirmitatum,prędicendo futura,& alia operando, quæ naturaliter fieri minime poterant, prout melius, & ſpecifice deponent teſtes, & quod iſtud fuit publicum, & notorium, ac fuit & eſt publica vox, & fama.

Item

Item quod de prædictis omnibus non ſolum in dictis locis, vbi vixit, & mortuus fuit, ſed etiam in alijs propinquis, & remotis, ac vbique locorum fuit ſemper, & nunc etiam eſt publica vox, & fama, & communis reputatio, quæ ſemper inconcuſſa, et conſtans fuit, itaut nunquam aliquid fuerit dictum, vel auditum, aut factum in contrarium &c.

69 Promotor Fiſcalis habita copia articulorum dabit interrogatoria regiſtrata ſupra hac *ead.p.5.cap. 2. num.54.* comparendo coram Epiſcopo, & faciendo inſtantiam vt ſupra hoc eodem *cap. numer.* 22.

Poſteà Procurator cauſa inducet Teſtes vt ſupra *num.*25. citabit Promotorem Fiſcalem ad videndum iurare, vt *num.* 26. & eoſdem teſtes ad iurandum, vt *num.*27. & præſtito iuramento de veritate dicenda ſaltem per diem ante, vt *num.* 28. examinabuntur iuxta notata, *numer.* 29. *&* 30.

70 Completo examine teſtium inductorum à Poſtulatoribus, examinari poterunt ex officio alij Teſtes, qui nouerint Dei Seruum, illoſque interrogare generaliter ſuper geſtis à Seruo Dei toto tempore ſuæ vitæ, ſuper quibus valdè cauendum eſt ab interrogationibus in ſpecie, et in indiuiduo, ſiue ſuper actibus virtutum, ſiue ſuper actibus vitiorum, duplici ex capite. Primo quidem quia interrogatoria ſpecialia, et indiuidualia vix à ſuggeſtione ſunt immunia, proinde ſi in alijs proceſſibus tam ciuilibus, quam criminalibus adeò deteſtantur interrogatoria ſuggeſtiua, tanto magis vitanda ſunt in huiuſmodi cauſis Canonizationum, ob earum grauitatem, cum Eccleſia Catholica ſit non habens maculam, neque rugam. Secundo quia non omnis homo eſt aptus diſtinguere quemlibet actum virtutis à quolibet actu vitioſo in quocumque ſubiecto, et circumſtantia loci, et temporis, vt conſtat ex dictis ſupra *p.2. cap.1.à num.* 18.

Crederem igitur poſſe concipi examen huiuſmodi teſtium, *vt ſequitur*.

Die.... In Eccleſia N. in Cappella N. loco, vt ſupra deputato.

Vocatus ex officio, et per Illuſtriſſimũ et Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, meque Notarium infraſcriptum examinatus fuit.

N. de N. Filius q. N. ætatis, vt ipſe dixit, et ex aſpectu dignoſci potuit annorum.... qui delato ſibi iuramento de veritate dicenda, prout tactis Sacroſanctis Euangelijs iurauit, fuit per Illuſtriſſimum Dominum

Interrogatus quomodò acceſſerit ad præſens examen, & ob quam cauſam?

Reſpondit &c.

Interrogatus de patria, & exercitio, & vbi degerit toto tempore vitæ ſuæ.

Reſpondit &c.

Interrogatus An, & quibus ſtudijs, & diſciplinis incubuerit in iuuentute, & toto tempore vitæ ſuę.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An ipſe Teſtis habeat perfectam ſcientiam cognitionem, & notitiam omnium, & ſingularum virtutum, tam principalium, quam integralium, potentialium &c. & an ſciat diſtinguere quemlibet actum virtuoſum, à quolibet actu vitioſo in quocumque ſubiecto, & in quacumque circumſtantia loci, & temporis; & an ſciat cui virtuti opponatur quilibet actus vitioſus ſecundum exceſſum, vel defectum, & reddat rationem, & cauſam ſcientiæ.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An cognouerit, & cognoſcat omnes Ciues, & perſonas, quæ toto vitæ ſuæ tempore degerunt, vel degunt de præſenti in Ciuitate N.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An cognouerit N. de N. qua occaſione, & à quanto tempore citrà illum cognouerit.

Reſpondit &c.

Interrogatus An vnquam cum illo prædicauerit, & habuerit diſcurſum, vel diſcurſus, & qua occaſione, & quos diſcurſus cum illo habuerit.

Reſpondit &c.

Interrogatus vt dicat, An vnquam audierit aliquos diſcurrentes de dicto N. & quid dicebant, quiduè de illo ſentiebant.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An vnquam ipſe teſtis viderit prædictum N. celebrantem Miſſam, & qua occaſione, & an aliquid notauerit, & quid.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An vnquam audierit aliquas perſonas colloquentes de celebratione Miſſæ à dicto N. et quid de eo ſentiebant.

Reſpondit &c.

Inter-

Interrogatus, An vnquam audierit dictum N. prædicantem verbum Dei, & qua occaſione, & quid notauerit in eius concionibus.

Reſpondit &c.

Interrogatus, An vnquam audierit aliquas perſonas diſcurrentes de concionibus dicti N. & quid de ipſis ſentiebant.

Reſpondit &c.

Interrogatus, vt dicat, An vnquam aliquid ſingulare boni, vel mali viderit in perſona dicti N. & quatenus affirmatiuè, explicet minutim, quid viderit, in quo loco, et quo tempore coram quibus perſonis, et qua occaſione etc.

Reſpondit &c.

Huiuſmodi fient generales interrogationes, plus, vel minus ſecundum facti contingentiam, niſi ipſe teſtis ad aliquid ſpeciale, vel indiuidnale deſcenderet, quo caſu poſſet poſtea ſuper dictis ſpecialibus, vel indiuidualibus latius interrogari, cum magna tamen circumſpectione, & iuxta capacitatem Teſtis.

71 Quatenus omnes teſtes inducti à Poſtulatoribus non eſſent, vel non apparerent perſonæ idoneæ, vel non eſſent cogniti, poſſent ex officio examinari alij teſtes ſuper illorum idoneitate, non tamen quaſi in forma teſtium reprobatoriorum, ſed per interrogationes generales, et nunquam ſuper perſona teſtium, qui à Iure præſumuntur idonei, et legitimi; Quales ſunt Sacerdotes, equites, nobiles, diuites, et qui ſunt omni exceptione maiores.

Item examinandi erunt teſtes ſuper idoneitate Medicorum, Chirurgorum, Obſtetricum &c. qui dederunt iudicium ſuper miraculis, iuxta notata ſupra *num. 64.*

Completis, et adimpletis omnibus prædictis, Procurator cauſæ citat Promotorem Fiſcalem ad videndum decerni copiam, ſeu tranſumptum proceſſus, et omnium actorum in cauſa factorum, dictumque proceſſum copiari, et tranſumptari mandari &c. vt notatum eſt ſupra *nu.* 41. *& ſeqq.* clauſoque proceſſu, ac foris ſigillato ſigillo Epiſcopi, cum Inſtrumento Notarii, vt ſupra *num.* 45. in angulo, ſcribitur,

Proceſſus ſuper Sanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis Serui Dei N.

72 Quod attinet ad proceſſus Remiſſoriales auctoritate Apoſtolica faciendos per Iudices delegatos ſeruanda eſt forma præſcripta in litteris Remiſſorialibus, et in quibus forma non præſcribitur, ſeruanda eſt ſuprapoſita. In earumdem vero litterarum Remiſſorialium præſentatione, receptione, aperitione, acceptatione Iuriſdictionis, etc. obſeruanda ſunt, quæ notauimus ſupra *num.* 48. *& ſeqq.*

73 Ex dictis patet erſi probationes in cauſis Canonizationum parificentur probationibus cauſarum Criminalium formam tamen et methodum procedendi in cauſis Beatificationũ, & Canonizatioũ in nihilo conuenire cum forma procedẽdi in cauſis Criminalibus; et ratio eſt quia in cauſis Canonizationum licet intret intereſſe publicum totius Eccleſiæ Catholicæ, non tamen agitur ad pænam, vel vindictam, ſed agitur è contra ad premium, et retributionem.

Quapropter magis conueniunt cum cauſis Ciuilibus, ſed non in totum, quia in cauſis Ciuilibus, agitur ſemper de re particulari, etamſi cauſa ſit fiſcalis, vel vniuerſitatis, quia non conſideratur niſi, vti pars particularis, in cauſis verò Canonizationum agitur de re vniuerſali totius Eccleſiæ Militantis, et Promotor fidei in Vrbe, ac Promotor fiſcalis in Partibus, non citatur vt Pars pro re particulari, ſed tanquam comparens pro vniuerſali Eccleſia, et pro re vniuerſali totius Eccleſiæ militantis, ne fiat eidem iniuria in non obſeruanda Sacrorum Canonum, et Decretorum Apoſtolicorum diſpoſitione, Sicuti in Criminalibus citatur Aduocatus, vel Procurator Fiſcalis pro defenſione Iuſtitiæ, et publicæ vindictæ, ne fiat iniuria legum diſpoſitioni.

74 Et exindè prouenit alia differentia, quia in cauſis Ciuilibus, atque etiam Criminalibus proceditur in contumaciam, non ſic autem in cauſis Canonizationum, quia indecens eſſet fieri decretum in contumaciam, ſed ſemper cuique adeſſe debet eſſe præſens R.P. D. Promotor fidei vel eius Subpromotor in Vr-

 be,

Digitized by Google

be, atque item eius Subpromotor ſubſtitutus, vel Promotor Fiſcalis in Partibus.

75 Alia demum differentia eſt, quia in cauſis Canonizationum non ſunt obſeruandi Termini ſubſtantiales, quia hæc eſt quædam ſubtilitas ſtyli Romanę Curiæ; quæ ſi benè conſideretur non tribuit Ius parti niſi ſecundum modum procedendi, non autem in re ipſa, et in ſubſtantia. In proceſſibus autem cauſarum Canonizationum debent quidem euitari nullitates, præſertim ex tribus, Iuriſdictionis, citationis, et mandati, ſed maior reſpectus haberi debet ad rem ipſam, et ad ſubſtantiam, quod adſit materia ſufficiens, ſeruetur diſpoſitio Canonum, et Decretorum Apoſtolicorum. Et ad laudem Omnipotentis Dei Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, Sanctæ, et Indiuiduæ Trinitatis explicit nouiſſimus de Sanctorum Canonizatione Tractatus.

FINIS.



IN

INDEX

Prior numerus partem ſignat, ſecundus caput illius partis, tertius numerum marginalem.

A

ABdominis deſcriptio, parte 3. cap. 18. nu. 94.
Abdominis affectiones ſanabiles 3. 18. 187.
Abraham primus, qui in ſenectute genuit 3. 12. 1.
Abrenunciatio facultatum dupliciter conſiderari poteſt 2. 17. 12.
Abſceſſus ſanabilis 3. 18. 188.
Abſtinentia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. Quid importet 2. 12. 27. Quotupliciter exerceatur 2. 12. 28.
Abſtinentia alia eſt diſueta, & alia indiſueta 2. 12. 29.
Achores ſanabiles 3. 18. 189.
Actus virtutum ſtare poſſunt cum habitibus vitiorum & è contra 2. 1. 39.
Actus ſpei ſupernaturalis qui ſint 2. 3. 16 & 17.
Actus vnus virtuoſus à pluribus virtutibus procedere poteſt 2. 14. 25.
Actus boni quando ſint extrinſecè mali 2. 16. 2. & 15.
Actus bonus non prætermittendus ob ſubrepentem humanum affectum 2. 16. 19.
Actus humani recipiunt laudem, & culpam à fine 2. 16. 5. & 8.
Actus perfectiſſimus dilectionis eſt martyrium 2. 17. 20.
Actus interni non ſubijciuntur exteriori iudicio 4. 5. 32.
Actus ſingularum virtutum an debeant eſſe in gradu heroico 4. 6. 51.
Actuum nullitas an habeat locum, quando non fuerunt fabricati proceſſus ſuper cultu immemorabili 4. 23. 18. & an huiuſmodi nullitas ſit ſanabilis 4. 23. 19.
Acus plures à pluribus imprudenter deglutita per diuerſas partes excreta 3. 19. 23.
Acceptio perſonarum quid ſit 2. 8. 69. In quibus committi poſſit 2. 8. 70.
Acceptio perſonarum in extrinſecis quomodo ſeruanda 2. 16. 24.
Acceſſorium ſequitur naturam principalis 4. 29. 11.
Accidia contrariatur charitati 2. 5. 58.
Ad Sanctitatem in Eccleſia Militanti quæ requirantur, & ſufficiant 1. 1. 23.
Ad Canonizationem requiruntur miracula poſt mortem 1. 1. 33.
Adam medicinæ ſcientiam habuit 4. 11. 21.
Adipis ſubſtantia, & effectus 3. 18. 154.
Adiuratio per diuini nominis aſſumptionem eſt actus religionis 2. 9. 7. quid importet 2. 9. 26. quæ adiurari poſſint ibid.
Adminiculum quid ſit 4. 15. 15.
Admiratio eſt ſpecies timoris, & pars verecundiæ 2. 4. 9.
Admiratio vndè conſurgat 3. 8. 2.
Adoratio eſt actus religionis 2. 9. 7. & 18. eſt triplex Dulia, Hyperdulia, & latria 2. 9. 19.
Aduerſitatum tollerantia eſt inditium heroicitatis 2. 15. 75.
Adulatio quid ſit, & quando peccatum mortale, vel veniale 2. 8. 58.
Aegritudinis, ſeu infirmitatis definitio 3. 18. 168.
Adulterium an probetur teſtibus ſingularibus 4. 16. 23.
Aer implantatus eſt organum auditus 3. 18. 52.
Affabilitas, & eius effectus 2. 8. 57.
Affabilitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quis ſit eius effectus 2. 12. 15.
Affectio erga proximum triplex 2. 5. 30. & 31.
Affinitas in cauſis Canonizationum non repellit à teſtimonio 4. 17. 4.
Agonia eſt ſpecies timoris 2. 4. 11.
Ala naſi 3. 18. 57.
Ala pulmonis 3. 18. 85.
Aliquid eſt dictio vniuerſalis 4. 29. 11.
Alopecia ſanabilis 3. 18. 190.
Altaribus, & Altarium erectione probatur cultus immemorabilis 4. 23. 13.
Alui fluxus ſanabilis 3. 18. 191.
Alui retentio ſanabilis 3. 18. 19. 2.
Allantoydes tunica 3. 18. 123.
Amaſuntha Theodorici filia plurimas linguas callebat 3. 6. 6.
Ambitio apponitur fortitudini 2. 10. 35. Quid importet 2. 10. 41. & 42. quantum ſit perniciosa 2. 10. 43.
Ambitio eſt ſimia charitatis 2. 10. 24.
Ambitioſi quantum ſe humilient 2. 10. 45.
Ambuſtiones ſanabiles 3. 18. 193.
Ambulantes præſtigiosè ſuper aquas 3. 20. 28.
Amicitia eſt pars Iuſtitiæ 2. 8. 29. plura de eius natura, & qualitatibus 2. 8. 56.
Amicitia charitatiua quæ ſit 2. 8. 60.
Amicitia eſt pars temperantiæ 2. 12. 13. qualis eſſe debeat 2. 12. 14.
Amicitia Damonis, Pitiæ, & aliorum 2. 15. 46.
Amnios tunica 3. 18. 144.
Amor, dilectio, & charitas idem important 2. 5. 1.
Amor eſt motus in amatum 2. 19. 2.
Amor quando dicatur perfectior 4. 6. 34.
Amoris nomen latius patet, quam charitas 2. 5. 2.
Anaſarca ſanabilis 3. 18. 194.
Anatomica cognitio omnibus neceſſaria 3. 18. 21.
Ancilla ſerpentem enixa 3. 22. 10.
Aneuriſma ſanabilis 3. 18. 195.
Angeli quas transmutationes facere, & quos morbos ſanare poſſint 3. 8. 7. & ſeqq.
Angeli Cuſtodes licet ordinentur ad illuminationem doctrinæ habent nihilominus Dæmones arcere &c. 4. 13. 24.
Angelus ſuſtinebat perſonam Dei. dicendo Ego ſum

Digitized by Google

INDEX

Deus Abraham, Deus Iſaac &c. 4. 13. 21.

Angelus etiam minimus habet altiorem, & vniuerſaliorem virtutem, quam aliquod genus corporalium 4. 13. 23.

Angina ſanabilis 3. 18. 196.

Anguillam viuam quidam nanta inglutiuit 3. 19. 32.

Aui paralisis cæteraque affectiones ſanabiles 3. 18. 198.

Anima corpori vnita indiget organis corporeis ad omnes operationes 2. 15. 26. & 27.

Anima hominis dupliciter rapitur 3. 4. 11.

Anima humana eſt media inter ſuperiores ſubſtantias & bruta animalia 4. 6 63.

Animalia bruta per plures dies, & menſe ſine cibo viuunt 3. 17. 11.

Animalia frigidiſſima quare ſine cibo diu viuunt 3. 17. 15.

Animalia loquuta 3. 20. 18.

Animalia domeſtica è domibus aufugerunt 3. 22. 6.

Animalia voces lugubres edentia 3. 22. 10.

Anorexia ſanabilis 3. 18. 197.

Antagoras Argiuus ex ictu ſcorpionis nullum dolorem ſenſit 3. 21. 27.

Ante propoſitionem cuiuſlibet dubij concordandum eſt ſolùm cum Promotore fidei, & ſubſcribendum à Cardinali Relatore 5. 4. 9.

Antiqua probantur teſtibus de auditu 4. 18. 13.

Antiqua probantur teſtibus 4. 23. 6. & 7. *Inſtrumentis* 4. 23. 9. *Hiſtorijs* 4. 23. 10. & 11. *litteris in lapidibus columnis, tabulis, ſepulchris &c. inciſis* 4. 23 12. *Euidentia facti* 4. 23. 14.

Apertis proceſſibus fit relatio à Cardinali deputato 5. 4. 6.

Aphonia ſanabilis 3. 18. 199.

Apophiſis quid 3. 18. 1.18.

Apollonij Tyanei præſtigioſa miracula 3. 20. 23. & 26.

Apoplexia ſanabilis 3. 18. 200.

Apoſtaſia quid, & quotuplex, & quomodo definiatur 2. 2. 33.

Apoſtaſia qualiter Eccleſiæ ſit vtilis 2. 2. 34.

Apoſtatæ an ſint admittendi in teſtes in cauſis Canonizationum 4 20 13.

Apoſtema ſanabilis 3. 18. 201.

Apoſtoli, & Diſcipuli Domini habuerunt donum linguarum 5. 6. 3.

Apoſtolorum ad Ordinem nemo Canonizandus 4 28. 11.

Apparens alteri in ſomnijs, an habendus pro Sancto 3. 24. 16.

Apparitiones, & viſiones idem ſunt 3. 2. 2.

Apparitiones, & viſiones antiquitus frequentiores, nunc rariores, & quare 3. 2. 12.

Apparitiones, & viſiones ſuſpectæ habendæ ſunt 3. 2. 12.

Apparitiones, & viſiones non arguunt ſanctitatem 3. 2. 12.

Apparitiones diabolicæ ad decipiendos homines remiſſiuè 3. 2 10.

Apparitiones vtrum inferant miraculum 3. 24. 28. *vel Sanctitatem ibid. nu.* 14.

Approbbatio librorum de vita, & geſtis ſeruorum Dei non ſe extendit ad miracula 5. 3. 20.

Arbor de repente nata 3. 22. 8.

Argumentum quid ſit 4. 15. 13.

Argumentum à præſenti ad præteritum valet 4. 23. 8.

Argumentum, quod fieri ſolet contra Canonizationem 4. 30. 20. *ſolutio* 4. 10. 22. & *ſeqq.*

Armonia celeſtis in loco vbi eſt corpus demortui eſt ſignum Sanctitatis 4. 27. 8.

Armorum ſtrepitus in aere 3. 22. 5.

Arteria dicitur vena pulſatilis, & quo ſe diffundat 3. 18. 89.

Arteria vulnerata ſanabilis 3. 18. 202.

Arteria inciſa breui ſpatio ſanata 3. 23. 7.

Arteria venalis deſcriptio 3. 18, 26.

Arteriarum nomina diuerſa 3. 18. 90. & 91.

Articulorum dolor ſanabilis 3. 18. 203.

Artritis vide Podagra.

Aſcitis, vide Hydrops.

Aſperę arteriæ deſcriptio 3. 18. 82.

Aſpera arteria morbi ſanabiles 3. 18. 204.

Aſpidis ictus ſanabilis 3. 18. 206.

Aſthma, ſeu ortophea ſanabilis 3. 18. 205.

Aſtra in excitandis morbis, uſque mutandis plurimum poſſunt 4. 12. 16.

Aſtrologia à quibus inuenta 3. 1. 38. *in quo conſiſtat* 3. 1. 39. *continet quatuor partes* 3. 1. 40. *quænam dicatur licita* 3. 1. 41.

Aſtutia opponitur prudentiæ 2. 7. 39. *quid importet* 2. 7. 46.

Atheiſmus quid ſit 2. 2. 27.

Atheorema ſanabilis 3. 18. 207.

Atrophia ſanabilis 3. 18. 208.

Auaritia opponitur liberalitati, & in quo conſiſtat 2. 8. 62.

Auaritia comparatur Idolatriæ 2. 9. 31.

Auaritia, liberalitas, & prodigalitas ſunt veluti elementa ſimbola 2. 18. 16.

Auaritia eſt maius peccatum prodigalitate 2. 18. 25.

Auaro diuitiæ conferunt ad infelicitatem 2. 18. 23.

Audacia contrariatur timori, & an contineat quid boni, vel mali 2. 4. 15. & *ſeqq. opponitur fortitudini* 2. 4. 35.

Auditus qualiter differat ab alijs ſenſibus 4. 18. 2.

Auditus proprius, & auditus alienus qualiter ſpecificentur 4. 18. 4.

Auditu auditus non percipitur veritas ſenſus; ſed ſolum quædam relatio veritatis 4. 18. 10.

Aurium deſcriptio 3. 18. 49.

Aurium infirmitates ſanabiles 3. 18. 209.

Aurium intemperies ſanabilis 3. 18. 210.

Aurium inflammatio ſanabilis 3. 18. 211.

Aurium vlcera ſanabilia 3. 18. 212.

Aurium vermes ſanabiles 3. 18. 213.

Aurium ſonitus ſanabilis 3. 18. 214.

Auditus grauis, & ſurditas ſanabilis 3. 18. 215.

Aurium dolor ſanabilis 3. 18. 216.

Aurium excrementa ſanabilia 3. 18. 217.

Auſteritas opponitur temperantiæ 2. 12. 49. *quid importet* 2. 12. 71.

B

B*Alimus vide fames canina.*

Baptiſmus eſt neceſſarius ad virtutem heroicitatem 2. 15. 63. *illam neceſſariò non infert* 2. 15. 64.

Baptiſmus pro Canonizatione Sanctorum probari debet 4. 5. 7. *An ſit probandus concludenter* 4. 5. 8. *eſt triplex* 4. 5. 12.

Baptizatus præſumitur natus, & conuerſatus inter fideles 4. 5. 11.

Bapti-

INDEX.

Baptizatus præſumitur mortuus 4. 5. 10.

Barnabas inter Apoſtolos numeretur 4. 28. 11.

D. Bartholomæus aliquando ſe fuit inuiſibilem 3. 9. 4.

Baſiliſci venenum ſanabile 3. 18. 218.

Beati nomen in concreto conſtatur ex tribus terminis in abſtracto 1. 2. 1.

Beatificatio antiquitus qualis fuerit 1. 3. 9. *Qualiter hodie concedatur* 1. 3. 21. *remiſſiuè. Qualiter indulgeatur* 5. 4. 22.

Beatificationis definitio 1. 2. 15. *quinam honores ex ea proueniant Beatis* 1. 2. 16. *Vndè duxit originem* 1. 2. 17. *neſcitur à quonam Pontifice primum, & cui conceſſa* 1. 2. 18.

Beatificationis indultum quæ præceſſerunt ſunt tantum referenda 5. 3. 21.

Beatificationis forma hodierna 5. 6. 4.

Beatificatorum quando inſtar pro Canonizatione de quibus facienda ſit relatio 1. 3. 26.

Beatis exhibetur cultus ex indulto 1. 2. 14. & 36. *non nullis etiam abſque indulto* 1. 2. 19.

Beatitas quid 1. 2. 8. *An, & quomodo differat à Sanctitate* 1. 2. 9. & 10.

Beatitudinis definitio 1. 2. 2.

Beatitudinum actus connumerantur inter effectus ſpei 2. 3. 23.

Beatitudo diuiditur primò in eſſentialem, & accidentalem 1. 2. 3. *ſecundò in perfectam, & imperfectam* 1. 2. 4. *tertiò in veram, & falſam* 1. 2. 5. *quartò in octo gradus* 1. 2. 6. *quintò in æternam, & temporalem* 1. 2. 7.

Beatum vnde dictum 1. 2. 1.

Bellum, & prælium quomodo differant, & contrarientur charitati 2. 5. 64.

Benefaciendum eſt omnibus etiam ingratis 2. 12. 11.

Beneficientia quid ſit 2. 5. 45.

Beneficientia Alexandri Tattiller 2. 15. 37.

Beneuolentia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. *in quo conſiſtat* 2. 12. 16.

Blaſfematores an ſint in teſtes admittendi 4. 20. 13.

Blaſfemia contrariatur fidei 2. 2. 38.

Bona opera imputantur ad meritum 1. 1. 21.

Bona fortuna deſeruiunt organicè ad actus virtutum 2. 15. 28.

Bona temporalia de ſe conſiderata non ſunt mala 2. 18. 2. *ſed ſunt mala occaſionaliter tantum* 2. 18. 3. & 4.

Boni compatiuntur malis 2. 1. 13.

Bos ſine vllo cibo per plures menſes vixiſſe repertus eſt 3. 17. 12.

Bones locuti 3. 20. 13.

Breuia Indulgentiarum non dantur pro feſtiuitatibus Sanctorum, qui non ſint in Martyrologio Romano deſcripti 1. 2. 20.

Breuia particularia ante Canonizationem pro Martyribus qualiter concedenda 5. 3. 19.

Breuium limites verbales non ſunt excedendi 5. 3. 7.

Bubo ſanabilis 3. 18. 219.

Burſa fellis deſcriptio 3. 18. 107.

C

C*Achexia ſanabilis* 3. 18. 221.

Cacas ſanabilis 3. 18. 220.

Cadauer per plures dies viuidum, & roſeo colore perfuſum 3. 15. 7.

Cadauera plura, quæ ſanguinem emiſerunt 3. 15. 3. 6. & 12.

Cadauera quæ præſtigiosè diſparuerunt 3. 20. 27.

Cæci illuminati à Chriſto Domino 3. 11. 3.

Cæci illuminati à Sanctis 3. 11. 4.

Cæci præſtigiosè illuminati 3. 20. 9.

Cæci naturaliter viſum recuperantes 3. 11. 6. & *nouum exemplum* 3. 11. 7.

Cæcitas mentis opponitur dono intellectus 2. 2. 22.

Cæcum inteſtinum 3. 18. 76.

Calculi ſanabiles 3. 18. 222.

Calidum innatum 3. 18. 165.

Calix præſtigiosè purpureus 3. 20. 22.

Caloris naturalis accidentaliter vniti vis 3. 19. 16.

Caluaria quæ dicatur 3. 18. 27.

Caluaria in recens natis non eſt ſolida 3. 18. 131.

Caluities ſanabilis 3. 18. 223.

Calumniatores vtrum ſint in teſtes admittendi 4. 20. 13.

Cancrum ſanabile 3. 18. 224.

Canities naturaliter corrigibilis 3. 18. 285.

Canities vna nocte depoſita 3. 21. 30.

Canonizandus non eſt neceſſe, quod nunquam peccauerit 4. 3. 4.

Canonizandus non debet reſplenduiſſe in omnibus actibus virtutum 4. 5. 65.

Canonizandus debet in pluribus fuiſſe glorioſus 4. 7. 8.

Canonizandus an omnibus virtutibus debeat reſplenduiſſe 4. 26. 9. & 10.

Canonizare quid importet ſecundum Ioannem Caluinum 1. 3. 1.

Canonizare non poſſunt Epiſcopi, Patriarchæ, Cardinales, neque Concilia etiam ſede vacante 4. 4. 1. & 4.

Canonizari quilibet poteſt, de cuius ſanctitate conſtat 4. 3. 1.

Canonizatio requirit miracula poſt mortem 4. 1. 33.

Canonizatio qualis fuerit tempore perſecutionum Eccleſiæ 1. 3. 7. & *qualis ceſſantibus perſecutionibus* 1. 3. 9.

Canonizatio quando delata ad Concilia Generalia 1. 3. 12.

Canonizatio quando reſeruata Sedi Apoſtolicæ 1. 3. 13. *A quo Pontifice primum facta* 1. 3. 14.

Canonizatio antiquitus facta fuit cum ſolis atteſtationibus extrarationalibus 1. 3. 15. *Et quomodo paulatim aucta fuerit Inquiſitio* 1. 3. 16. & *ſeqq.*

Canonizatio requirit tempus plenitudinis gratiæ 4. 3. 9.

Canonizatio requirit certitudinem voluntatis Dei per ſigna 4. 7. 36.

Canonizatio miraculis negatiuis niti nõ debet 4. 13. 10.

Canonizatio an ſit de maioribus cauſis, quæ tractari poſſint? 4. 16. 40.

Canonizatio facienda non eſt, niſi Deus miraculis oſtenderit 4. 16. 41.

Canonizatio ſpectare videtur ad ea, quæ ſunt fidei 4. 30. 17.

Canonizatio in quo genere actionum Papæ ponatur 4. 30. 18.

Canonizationes ſunt fauorabiles 4. 2. 4. & *ſeqq.*

Canonizationi Sanctorum in parte definitiua non poteſt ſubeſſe falſitas 4. 30. 22. *vtrum in parte contentioſa* 4. 30. 23.

Canonizationis origo 1. 3. 2.

Canonizationis definitio 1. 3. 3.

I N D E X.

Canonizationis formæ fuit auctæ per Vrbanum VIII. 1. 3. 23. & *ſeqq.*
Canonizationis forma non fuit ſtabilis vſque ad Leonem X. 1. 3. 20.
Canonizationis in cauſis tractatur de mirabilibus Dei 4. 1. 14.
Canonizationis effectus 4. 28. 1. & *ſeqq. ex Contelo-ro* 4. 28. 3.
Canonizationis in die, & in ipſa Canonizatione, quæ fiant 5. 1. 16. *Quæ pro ea præparari debeant* 5. 1. 14.
Canonizationum in cauſis non proceditur in contumaciam 5. 5. 74.
Canonizationum cauſæ inchoari non poſſunt ante quinquaginta annos à die obitus 1. 3. 25.
Canonizationum cauſæ ſunt partim contentioſæ, & partim non contentioſæ 4. 1. 1.
Canonizationum pars non contentioſa pendet ab inſpiratione Spiritus Sancti 4. 1. 2. & 5.
Canonizationum in cauſis tractatur de mirabilibus Dei 4. 1. 14.
Canonizationum in cauſis poteſt incidere præiudicium Sedis Apoſtolicæ 4. 1. 17.
Canonizationum cauſæ in quibus ab alijs differunt 4. 1. 21. & *ſeqq. vbi quod non debet neceſſario intercedere ſententia* 4. 1. 21. *examinantur Teſtes in quocumque effrenato numero* 4. 1. 22. *nouo ſemper conceditur remiſſoria* 4. 1. 23. *nunquam expirat inſtantia* 4. 1. 24. *Teſtes omnes accedere debent ad locum examinis* 4. 1. 25.
Canonizationum multiplicitas reprobatur 4. 2. 1.
Canonizationum in cauſis receditur à regulis iuris 4. 2. 6.
Canonizationum in cauſis non eſt laxanda facultas 4. 7. 31.
Canonizationum cauſæ ſunt de maioribus 4. 14. 7.
Canonizationum in cauſis non ſunt admittenda omnia probationum genera 4. 15. 16.
Canonizationum in cauſis an agatur de alicuius præiudicio 4. 16. 36.
Canonizationum in cauſis non eſt neceſſe deuenire ad ſententiam 4. 16. 19.
Canonizationum in cauſis non eſt laxanda facultas 4. 7. 31. & 16. 28.
Canonizationum in cauſis requiruntur concludentes probationes 4. 19. 20.
Canonizationum cauſæ parificantur criminalibus cauſis 4. 21. 7.
Canonizationum cauſa partim contentioſa, partim non 4. 30. 21.
Canum multitudo per aera 3. 22. 17.
Capilli ſcutibus iterum nati 3. 21. 32.
Capitiorum tinea curabilis 3. 18. 226.
Capita amputata miraculoſe loquentes 3. 20. 5.
Capitis partes 3. 18. 22. & *ſeqq.*
Capitis morbi ſanabiles 3. 18. 227.
Capitis dolores ſanabiles 3. 18. 228.
Carbunculus ſanabilis 3. 18. 229.
Cardinales non ſunt conindices cum Papa, ſed ei aſſiſtunt per modum miniſterij, & Conſilij 4. 16. 44.
Cardinalis quilibet in vna Congregatione tres tantum, vel quatuor cauſas proponere poteſt 5. 2. 36.
Cardinalis Præfectus ſupplet pro Cardinalibus abſentibus 5. 2. 76.
Carneades eloquentiſſimus 3. 7. 6.
Caruis ex maceratione quondam Sanctitatis argumentum deſumatur 4. 26. 2.
Carolus Septimus Galliarum Rex vſque ad ſeptimum diem ſine vllo cibo vixit 3. 17. 5.
Cartilagines quæ, & quot 3. 18. 143.
Cartilago ſanabilis 3. 18. 230.
Caruncula proceſſus mammillares 3. 18. 59.
Carunculæ morbus ſanabilis 3. 18. 231.
Carus vide ſupra Cacus.
Caſtellini opinio de duobus Miraculis ſecundi generis non acceptatur 4. 7. 7. *nec verificatur* 4. 7. 10.
Caſtitas an præcellat paupertatem 2. 9. 48. *eſt virtus angelica* 2. 9. 49. *remouet alia vitia* 2. 9. 50. *non caret laude Martyrij* 2. 9. 51.
Caſtitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. *circa quæ verſetur* 2. 12. 33.
Caſtitas Alexandri Magni, & aliorum 2. 15. 53.
Caſtitatis effectus 2. 9. 43.
Catalepſis ſanabilis 3. 18. 232.
Catharrus ſanabilis 3. 18. 233.
Cato Cenſorinus octuagenarius genuit 3. 12. 7.
Cauſa Martyrij non ſufficit pro Canonizatione 4. 7. 37.
Cauſa creata non præterit ordinem naturæ creatæ 4. 9. 3.
Cauſa ſcientiæ debet eſſe manifeſtior dicto 4. 8. 11.
Cauſa Martirij requiritur in Martyre, & in Tyranno 4. 22. 4. *ſufficiens, & neceſſaria qualis eſſe debeat* 4. 22. 6. & *ſeqq.* & 25.
Cauſa motiua decretorum 5. 2. 1.
Cauſæ Canonizationum æquiparantur Criminalibus 4. 1. 9. *ſunt de maioribus, quæ in Eccleſia tractari poſſint* 4. 1. 10. *à ſolo Papa definiri poſſunt* 4. 1. 11. *Earum introductio habet vim admiſſionis denunciationis* 4. 1. 16.
Cauſæ Ciuiles graues, & arduæ æquiparantur criminalibus 4. 1. 15.
Cautio eſt pars prudentiæ 2. 7. 31. *ad quid ordinetur* 2. 7. 35.
Celiaca ſanabilis 3. 18. 234.
Centenaria cultus probanda eſt ſeruatis ſeruandis 4. 16. 12.
Centenaria cultus non probatur liquide per famam 4. 19. 29.
Centenaria cultus ante decreta ſemper, & quocumque tempore probari poteſt 4. 23. 3. & 4.
Centenaria cultus ante decreta probatur iiſdem probationibus, quibus probantur antiqua 4. 23. 5.
Centenaria cultus ante decreta quibus teſtibus probetur 4. 23. 6. & 7.
Centenaria cultus in probatione non ſunt attendenda geſta poſt nouiſſima decreta 5. 3. 6.
Cephalalgia ſanabilis 3. 18. 235.
Cera quæ præparanda 5. 1. 15.
Ceraſi nucleus in aure germinauit 3. 21. 25.
Cerebri inflammatio & alij morbi ſanabiles 3. 18. 236.
Cerebrum, & Cerebellum 3. 18. 14. 35. & 42.
Ceremoniale prodijt ſub Leone X. 1. 3. 21.
Charitas perficitur in patria 1. 1. 15. & 18.
Charitas in via eſt cauſa meriti 1. 1. 20.
Charitas ſine ſpe, & fide dari nequit 2. 3. 13.
Charitas, dilectio, & amor idem important 2. 5. 1.
Charitas duplex 2. 5. 4. & 12.
Charitas excellentiſſima virtutum 2. 5. 7.
Charitas ordinat hominem ad vltimum finem 2. 5. 9.
Charitas eſt virtus generalis 2. 5. 10. *cauſatur per*

inſu-

infuſionem Spiritus Sancti, & quomodo 2. 5. 5.
Charitas examinanda, an ſit ordinata 2. 20. 5.
Charitas eſt operimentum peccatorum 2. 5. 18.
Charitas non amittitur per peccatum veniale, nec ſtare poteſt cum mortali 2. 5. 11.
Charitas diſcernit inter filios Dei, & filios Diaboli 2. 5. 6.
Charitas erga Deum indita à natura 2. 5. 15.
Charitas erga proximum an ſit prior, vel poſterior charitate erga Deum 2. 5. 40.
Charitas in hac vita an poſſit eſſe perfecta 2. 5. 28. & 29.
Charitas præcellit inter virtutes Theologales 2. 14. 3.
Charitas ſine fide, & ſpe, & ſine virtutibus moralibus ſtare non poteſt 2. 14. 15.
Charitas excellentiſſima virtutum in qua conſiſtit heroicitas 2. 15. 17.
Charitas pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt 4. 5. 38. quomodo probetur 4. 5. 41. & ſeqq.
Charitatem habens poſſidet omnes virtutes 2. 5. 8. & ſeq.
Charitatem habere an quis poſſit eſſe certus 2. 5. 67.
Charitati dona correſpondentia 2. 5. 55.
Charitati quæ contrarientur 2. 5. 56.
Charitati plus tribuitur quam miraculis 1. 1. 25.
Charitatis definitio 2. 5. 3.
Charitatis encomia 2. 5. 6. & ſeqq.
Charitatis obiectum 2. 5. 12.
Charitatis dilectio ad quæ ſe extendat 2. 5. 14. & plurib. ſeqq.
Charitatis ordo 2. 5. 37. & 38.
Charitatis tres ſpecies 2. 5. 16.
Charitatis præcepta 2 5. 12. & 13.
Charitatis in Deum effectus 2. 5. 18. & plurib. ſeqq.
Charitatis in proximum effectus 2. 5 48.
Charitatis gradus 2. 5. 17. & 4. 5. 39. actus interni 4. 5. 40.
Charitatis in Deum actiones 4. 6. 44.
Charitatis in Deum indicia 4 6 45.
Charitatis in proximum actiones 4. 6 46.
Charitatis in proximum indicia 4.6.47.
Charitatis actus 4 25. 4 & 5.
Chyli generatio 3. 18 166.
Chiloſis, & ventriculi coctio ſanabilis 3. 18. 237.
Cholera morbus ſanabilis 3. 18. 241.
Choledochi ductus 3. 18. 108.
Choloreſis ſanabilis 3.18. 238.
Chorion tunica 3. 18, 125.
Chriſtianis non licet cauſa fidei priuare infideles ſuis dominijs, ſed illos cogere ad non perturbandam fidem 4. 22. 23.
Ciborum aliquorum faſtidium ſanabile 3. 18. 239.
Cicatrices turpes emendabiles 3. 18. 240.
Cicatrix in oculo mirabiliter diſcuſſa 3. 23. 6.
Cicero inter Atheos reputatus 2. 2. 29
Circumſpectio eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. eius effectus 2. 7. 34.
Circumſtantijs omnibus non diſcuſſis, veritas haberi nequit 4. 14. 2 & 11.
Cirus à cane lactatus 3. 22. 11.
Citatio Promotoris Fiſcalis pro inchoando proceſſu ſuper non cultu 5. 5. 5.
Citatio ad videndum præſentari, recipi, & aperiri literas delegationis 5. 5. 48.
Citatio ad dicendum contra articulos 5. 5. 13.
Citatio pro recognitione iurium compulſatorum 5. 5. 58.
Citatio pro aperitione termini proſeruato 5. 5 18.
Citatio ad videndum extrahi copias iurium compulſatorum 5 5. 59.
Citatio teſtium ad iurandum, & Promotoris Fiſcalis ad videndum iurare teſtes 5. 5. 27.
Citatio ad videndum collationari copias iurium compulſatorum 5 5. 60.
Citatio ad ſententiam 5. 5. 38.
Citatio ad videndum interponi decretum ſuper collatione iurium compulſatorum 5. 5. 61.
Citatio pro decernenda copia proceſſus 5. 5. 41.
Citatio ad videndum decerni, copias iurium compulſatorum alligari in proceſſu 5. 5 62.
Citatio pro auſcultatione, & collatione copiæ proceſſus 5. 5. 42.
Citatio pro decreto interponendo collationi proceſſus, & pro eo claudendo, & traſmittendo ad Congregationem Sacrorum Rituum deputanda Portitorem &c. 5. 5. 43.
Claſſes Sanctorum 4. 28. 5. & ſeqq. Ex Conteloro 4. 28. 8.
Claudi à Chriſto Domino, & Apoſtolis ſanati 3 11. 16.
Claudi ſanati à Sanctis 3. 11. 17.
Claudi naturaliter ſanati 3. 11. 18.
Clauiculæ os 3. 18 143.
Clearci reuiuiſcentis hiſtoria 3. 10. 3.
Clementia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quid importet 2. 12. 41.
Clementia Alexandri Magni, & aliorum 3, 15. 54.
Cleopatra plurimas linguas poſſidebat 3. 6. 5.
Clitoris quid 3 18. 121.
Coctiones ciborum 3. 18. 166.
Colici dolores ſanabiles 3 18 242.
Colon inteſtinum 3. 18. 77.
Coma ſanabilis 3. 18 242.
Comburi qui præſtigioſè non poterunt 3. 20 12.
Compulſoriales cum remiſſorialibus extendendæ 5. 3. 15
Commiſſaria informatio dirigenda Epiſcopis viciniorlbus primò in genere, & deinde in ſpecie 5. 2. 50. & non minus quam tribus 5. 2. 51.
Commiſſio prima extraiudicialis 5. 1. 2. Iudicialis 5. 1. 4
Commiſſiones ſignatæ manu Papæ reproducuntur in actis 5 4 8.
Commiſſionum requiſita, & clauſula 5. 2. 60. & ſeqq.
Conceſſiones nouarum terminorum regiſtrandæ in Summaria 5. 4. 30.
Concordia quid ſit 2. 5 44.
Concordia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. eius effectus 2 12. 17
Condemnari quis non poteſt ex propria confeſſione non conſtito de corpore delicti 4. 21 11.
Confeſſarii deponentes ſuper viſionibus, & reuelationibus Seruorum Dei, quæ addere debeant 3. 2. 11. in fine.
Confeſſio triplex 2. 15. 71.
Confeſſio Sacramentalis frequens eſt indicium heroicitatis 2. 15. 70.
Confeſſio quando ſufficiat ad pœnam ordinariam ſine corpore delicti 4. 21. 12.
Confeſſoribus quando veneratio tribui cœpta 3. 11. 14.

Con-

I N D E X.

Confeſſorum longanimitas in mortificationibus videtur excellentior Martyrio 4. 7. 32.
Confirmato ſententia ſuper non cultu inſtatur pro Remiſſorialibus 5. 4. 12.
Congregationes á ſummis Pontificibus pro coram Conſilio inſtituta 4. 4. 9.
Congregationes pro Cauſis Canonizationum quando habenda 5. 2. 34. *quomodo cauſa in eis tractanda* 5. 2. 37. *& ſeqq.*
Congregationes præparatoriæ quæ ſint 5. 4. 21.
Conjectura quid ſit 4. 15. 9.
Connexio inter ſpem, & timorem 2. 4. 2.
Conſanguinitas non repellit á teſtimonio 4. 17. 4.
Conſiderando quæ ſint pro heroicitate virtutum 4. 6. 51. *& ſeqq.*
Conſiderationes quibus diſcernuntur veræ, & divinæ viſiones, & revelationes, á malis, & diabolis 3. 2. 11.
Conſilia ad quid ordinentur 2. 17. 11.
Conſtantia converti poteſt in obſtinationem 2. 20. 7.
Conſtantia eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. *quid importet* 2. 10. 29. *convenit cum patientia* 2. 10. 30.
Conſtantia Socratis, & aliorum 2. 15. 51.
Conſultores Sacr. Rituum Congregationis viri doctiſſimi 4. 14. 10.
Conſultores quando intervenire debent 5. 2. 35.
Conſultores Sacr. Rituum Congregationis in Cauſis Canonizationum qui ſint 5. 4. 19.
Conſumptio quid ſit 2. 10. 50.
Contemplatio eſt devotionis cauſa 2. 9. 9. *quid importet* 2. 9. 10.
Contemplationis ex ſtudio quodnam Sanctitatis indicium deſumatur 4. 26. 4. *&* 5.
Contentio contrariatur charitati 2. 5. 61.
Continentia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. *eſt duplex* 2. 12. 39. *eius effectus* 2. 12. 40.
Continentia Ageſilai 2. 15. 56.
Continuatio miraculorum in Beatificatis facile probatur 4. 20. 5.
Contuſiones capitis ſanabiles 3. 18. 244.
Convenientia, & connexio inter fidem, & ſpem 2. 3. 9.
Convenientia gratiarum, quæ dicuntur gratis datæ 2. 5. 1.
Converſatio cum Angelis eſt indicium Sanctitatis 4. 27. 6.
Converſio peccatoris eſt opus ſolius Dei 4. 1. 6.
Convulſio ſanabilis 3. 18. 245.
Convulſio canina ſanabilis 3. 18. 246.
Connexio inter ſpem, & timorem 2. 4. 2.
Corde avulſo homo locutus 3. 20. 16.
Cordis affectiones ſanabiles 3. 18. 247.
Cordis deſcriptio 3. 18. 87.
Cordium penetratio eſt ſolius Dei 3. 24. 11. *&* 12.
Cornua in capite ſeu in aliis corporis partibus emendabilia 3. 18. 248.
Corpora Sanctorum, & inſignium virorum totaliter incorrupta 3. 14. 1. *&* 3.
Corpora, ſeu membra aliqua Sanctorum incorrupta 3. 14. 2.
Corpora, vel membra aſta Dæmonis incorrupta 3. 14. 4.
Corpora naturaliter incorrupta 3. 14. 5.
Corpora Ethnicorum, quæ non apparuere poſt mortem 3. 20. 11. *& ſeqq.*
Corpulentia nimia ſanabilis 3. 18. 249.
Corpus calloſum 3. 18. 36.
Corpus delicti quando dicatur plene probatum 4. 21. 10.
Corpus delicti quando probetur abſque viſitatione cadaveris 4. 21. 14.
Corpus ab anima elevari non poteſt in totum 4. 27. 10.
Corpus poſt mortem corruptioni ſuppoſitũ 4. 27. 2. *&* 3.
Correctio fraterna an ſemper adhibenda 2. 5. 54.
Coſtarum deſcriptio 3. 18. 143.
Coſtarum fractura ſanabiles 3. 18. 250.
Cranii caries ſanabilis 3. 18. 251.
Creatio mundi non dicitur miraculoſa 3. 8. 6.
Criminalia iudicia præcedere debet fama publica 4. 19. 10.
Criminoſi utrum ſint in teſtes admittendi 4. 20. 12.
Criſes ſigna antecedentia 3. 18. 186.
Criſes naturæ beneficio accidunt 3. 18. 177.
Criſes accidunt in morbis acutis 3. 18. 184.
Criſis definitio, & eius qualitates, & requiſita 3. 18. 8. *&* 179.
Criſis ſigna 3. 18. 180.
Criſis requirit vires robuſtas 3. 18. 185.
Criſium cauſæ 3. 18. 181. *&* 184.
Criſium differentia 3. 18. 182.
Criſta naſi 3. 18. 58.
Critici dies 3. 18. 183.
Crudelitas opponitur temperantiæ 2. 12. 49. *quid importet* 2. 12. 66.
Cruſta lactea ſanabilis 3. 18. 252.
Cultelli fiſtulam in ventrem infixam natura vi eiectum 3. 19. 25.
Cultri á pluribus perſonis deglutiti, & vi naturæ egeſti 3. 19. 26.
Cultu immemorabili pro non removendo, an, & quando intercedere debeat ſententia 4. 23. 16. *&* 17.
Cultum immemorabilem probando, non probatur quid ſupernaturale 4. 18. 14.
Cultus tribui non debet alicui abſque præcedentibus ſignis 1. 1. 30.
Cultus, & veneratio Sanctorum per communem Eccleſiæ conſenſum 1. 3. 11.
Cultus Beatificatorum nullam requirit probationem 4. 15. 18.
Cultus immemorabilis quibus probetur 4. 15. 19.
Cultus immemorabilis probatur teſtibus de auditu 4. 18. 13.
Cultus immemorabilis probatio non dicit aliquid ſpirituale 4. 19. 24.
Cultus immemorabilis probatio regulatur ad formam aliorum antiquorum 4. 19. 24.
Cultus immemorabilis ad effectum non removendi probatur per famam 4. 19. 23.
Cultus immemorabilis ad effectum obtinendi ſententiam pro proſequutione ad ulteriora non probatur per famam 4. 19. 25. *&* 27.
Cultus immemorabilis probatio regulatur ad formam aliarum poſſeſſoriorum 4. 19. 20.
Cultus immemorabilis an continuari poſſit pendente iudicio ſuper immemorabili 4. 23. 20.
Cultus immemorabilis probatur teſtibus Inſtrumentis, Hiſtoriis, litteris inſculptis, Tabellis, Imaginibus pictis &c. 4. 23. 6. *& ſeqq. uſque ad* 14.
Cultus immemorabilis probatur hiſtoriis 4. 24. 33.
Cultus immemorabilis non dicit probationem ſanctitatis 4. 24. 35. *&* 37.

Cultus

I N D E X

Cultus argumentum non deſumendum ex ſignatura commiſſionis 5. 3. 9.
Curioſitas opponitur temperantia 2. 12. 49. *quid importet, & circa qua verſetur* 2. 12. 69. & 70.
Cutis, & cuticula 3. 18. 24.
Cutis color mutatus ſanabilis 3. 18. 253.

D

D*Antho* 500. *annis ſemper in iuuentute vixit* 3. 21. 32.
Dæmon operatur illuſiones miraculis ſimiles 3. 20. 4.
Dæmon quomodo fingat mortuos reſuſcitare 3. 20. 7.
Dæmon quomodo faciat mortuos apparere viuos 3. 20. 8.
Dæmon ſecreta quando reuelare poſſit 3. 24. 13. & *quando tribuenda reuelatio* 14.
Dæmon eiectus ſolo aſpectu caſte viuentis 3. 16. 5.
Dæmon vnus, quomodo poſſit in alium 3. 16. 11. & 12.
Dæmon facere non poteſt, vt loquens pugina lingua, à pluribus diuerſarum linguarum intelligatur 3. 24. 20.
Dæmon ex pacto poteſt ad tempus corpus cruciare 3. 16. 13.
Dæmon poteſt naturaliter ſanare infirmitates 3. 18. 16.
Dæmon poteſt cauſare infirmitates, & quomodò 3. 18. 17.
Dæmon quas cauſauit infirmitates inſtantaneè ſanare poteſt 3 18. 18.
Dæmones exorciſmis ſemper eiecti 3. 16 7.
Dæmones arte magica eijci poſſunt 3. 16. 9.
Dæmones vltro non vi coacti magis ſeruiunt 3. 16. 13.
Dæmones naturaliter eijci poſſunt, & quomodo 3. 16. 14.
Dæmones fœdis humoribus delectantur 3. 16. 15.
Dæmones quibus modis eijci poſſint 3. 16. 16.
Dæmones herbis, & plantis eijci poſſunt 3. 16. 17.
Dæmoniaci à Chriſto Domino ſanati 3. 16. 1.
Dæmoniaci ſanati ab Angelis 3. 16, 2.
Dæmoniaci ſanati ab Apoſtolis 3 16. 3.
Dæmoniaci ſanati à Sanctis 3 16. 4
Dæmoniaci aliqui videntur, qui verè tales non ſunt 3. 16. 21
Dæmonis in præcognoſcendo potentia 3. 1. 45.
Dæmonum expulſio per exorciſmos communis Sanctis, & non Sanctis 3, 16. 18.
Dæmonum eiectiones multis modis facta 3. 16. 6.
Debilitas, & durities an tollant rationem miraculi 4. 10. 3.
Debitum legale, & morale 2. 8, 4. & 5.
Decimæ pertinent ad Religionem 2. 9. 20.
Declarationes decretorum, & Inſtructiones 5. 2. 27. & *ſeqq.*
Decocti vtrum ſint in teſtes admittendi 4. 20. 13.
Decreta Sacr. Cong. Concilij non probant niſi fuerint publicata 4. 29. 4.
Decretum admiſſionis primæ inſtantiæ 5. 5. 4.
Decretum admiſſionis articulorum 5. 5. 19.
Decretum ſuper collatione proceſſus, eiuſdem clauſura, & deputatione Portitoris 5. 5. 44.
Decretum viſitationis ſepulchri 5. 5. 32.
Decreta Sacræ Congregationis quomodò per Secretarium extendenda 5. 2. 75.
Decretum acceptationis iuriſdictionis, declarationis competentiæ &c. 5. 5. 52.
Decreta Sac. Cong. partibus tradi non debent 5. 3. 17.
Decretorum confirmatio 5. 2. 25. *Exequutio quibus commiſſa* 5. 2. 26.
De diuina voluntate, quod aliquis pro Sancto honoretur. conſtare debet 3. 24. 33.
Defectus à ratione quomodo attendatur 2. 8. 3.
Defluxiones ſanabiles 3. 18. 254.
Deglutio ſanabilis 3. 18. 255.
Delicta carnis non probantur teſtibus ſingularibus 4. 16. 31.
Delirantes prophetant 3. 1. 3.
Delirium ſanabile 3. 18. 256.
Delfini dorſo Arion aſportatus 3. 20. 31.
Dentes ſentiunt, & quomodo differant ab oſſibus 3. 18. 134.
Dentes ſenibus renati 3. 21. 32.
Dentium dolor ſanabilis 3. 18. 257.
Dentium morbi ſanabiles 3. 18. 258.
Deputatio Promotoris Fiſcalis, Notarij, Curſoris loci audientiarum & loci examinis teſtium 5. 5. 8.
Deſperatio opponitur ſpei 2. 3. 24. *in quo conſiſtat* 2. 3. 26. & *vndè oriatur* 2. 3. 25. & 27.
Deuotio eſt actus religionis 2. 9. 7. *quid importet* 2. 9. 8.
Deus hominem certum reddit, ſomnium à ſe immiſſum 3. 3. 11.
Deus ſolus miracula facere poteſt 1. 8. 5.
Deus non vult omnes iuſtos, Canonizari 4. 1. 4. & 7. 35.
Deus non communicat gratias gratis datas homini rationis vſu carenti 3. 24. 7.
Deus vult ab hominibus honorari ſolum illos, vti Sanctos, quorum Sanctitatem per miraculorum atteſtationem imitandam proponit 4. 3. 21.
Deus preuenit aliquando opera Diaboli 3. 24. 25.
Deus non omnes iuſtos vult decorare honore Canonizationis 4. 7 35.
Deus non permittit quemquam illudi in inuocatione Sanctorum 3. 24. 26.
Deus quadam negat propitius, quæ concedit iratus 4. 7. 23.
Deus contra morbos omnes remedia creauit 4. 11. 8, & 14.
Deus ab æterno cuncta præſciuit 4. 11. 11.
Deus poſt hominis peccatum medicinalibus virtutem ademit 4. 11. 22.
Deus non indiget noſtro ſupplemento in probatione miraculorum 4 16. 42.
Diabetes ſanabilis 3. 18, 259.
Diabolica prædictionis exempla 3. 1. 47.
Diabolus in quacumque temporis circumſtantia opera bona congreditur 2. 16. 18.
Diaphragmatis tumores ſanabiles 3. 18. 260.
Diaphragmatis vulnera ſanabilia 3. 18. 261.
Diarrea vide Alui fluxus
Dies decretorij qui ſint 3. 18. 9.
Differentia inter virtutes infuſas, & acquiſitas 2. 1. 36.
Differentia inter Sanctos, & Hypocritas 2. 6. 6.
Differentia inter ius Canonicum, & ciuile quoad finem 2. 8. 21.
Differentia inter bonos, & malos Angelos quoad ordinationem 3. 16. 10 & 11.
Differentia inter Sanctitatem in Eccleſia *triumphanti, & militanti* 1. 1. 12. & *ſeqq.*

Digitized by Google

I N D E X

Differentiæ inter Canonizationem, & Beatificationem 1. 1. 34.
Dignitates quænam cenſeantur deputata in litteris remiſſorialibus 5. 3. 15.
Dignitatis, & meritorum ratio habenda 4. 28 10.
Dilectio proximi an, & quando ſit maioris meriti quam dilectio 2. 14. 4.
Dilectio Inimici an ſit perfectior dilectione amici 2. 14. 5.
Dilectio Dei, & proximi non cadit ſub menſura 2. 17. 9.
Dilectia Dei perfecta an poſſit haberi in hac vita 2. 17. 19. *& an dilectio proximi* 2. 17. 21.
Diligentia praecedentes Canonizationem non ſunt ſuperfluæ 4. 1. 8.
Diſcordia contrariatur charitati 2. 5. 60.
Diſcretio ſpirituum qualiter a Deo concedatur 3. 5. 2.
Diſcretio ſpirituum duplici modo acquiritur 3. 5. 3.
Diſcuſſa nunquam dicitur materia, quando vel minimum remanet diſcutiendum 4. 14. 12.
Diſtributiones quotidianæ quando legitimè lucrentur vel non 2. 16. 7.
Diſuria ſanabilis 3. 18. 263.
Diſſenteria ſanabilis 3. 18. 262.
Diſſenteria de repente ſanata 3. 23. 10.
Diuinatio apponitur religioni 2. 9. 28. *quotuplex ſit* 2. 9. 32. *& ſeqq. vſque ad* 36.
Diuitiarum contemptus antiquorum 2. 15. 59.
Diuitiarum profuſio eſt effectus prodigalitatis 2. 18. 6.
Diuitiarum ex contemptu quodnam Sanctitatis inditium deſumatur 4. 26. 1.
Diuus Bartholomeus inuiſibilem ſe aliquando fecit 3. 9. 4.
Docilitas eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. *in quo conſiſtat* 2. 7. 27.
Doctori diſtinguenti magis creditur, quam non diſtinguenti 4. 14. 3.
Doctori quando imputari poſſit ignorantia vel ignauia 4. 14. 8.
Doctori atteſtanti de conſuetudine an ſit credendum 4. 24. 24 & 25.
Doctorum nonnullorum inſcitia 4. 14. 0.
Dolor interueniens an tollat rationem miraculi? qui tenent negatiuè 4. 10 1. *qui affirmatiue* 4. 10. 2.
Dolores colici, vide colici dolores
Dolores capitis ſanabiles 3. 18. 265.
Dolores nephritici ſanabiles 3. 18. 266.
Doloris ſubiectum & cauſa 3. 18. 264.
Dolus opponitur prudentiæ 2. 7. 39. *quid importet* 2. 7. 47.
Domeſticitas non repellit à teſtimonio 4. 17. 5.
Donum linguarum quando importet teſtimonium Sanctitatis 3. 24. 18.
Dorſi tabes ſanabilis 3. 18. 267.
Dorſi vermes curabilis 3. 18. 261.
Dubia omnia quæ proponuntur in Congregatione Sacrorum Rituum 5. 4. 16.
Dubium ſuper validitate proceſſus datur ante diſputationem releuantiæ 5. 4. 14.
Dubium nullum dari debet non concordato facto cum Promotore fidei 5. 4. 15.
Dubitatio quid ſit 4. 15. 12.
Dulia eſt quædam ſpecies obſeruantiæ 1. 1. 29.
Duodenum, ſeu Dode cadactilon inteſtinum 3. 18. 73.
Dura mater 3. 18. 30.

E

EBrioſi ſunt bonæ ſpei 2. 3. 6.
Ebrioſi an ſint in teſtes admittendi 4. 20. 15.
Economica prudentia quæ ſit 2. 7. 15.
Ecchimoma ſanabilis 3. 18. 269.
Eccleſia non Canonizat abſque miraculis 1. 1. 27.
Eccleſia non conſtituit quantitatem cibi in ieiunio 2. 15. 23
Eccleſia quos Canonizat 4. 3. 20.
Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra 4. 3. 22.
Eccleſia appellat Sanctos Patres veteris teſtamenti, & proponit in exemplum 4. 3. 11.
Eccleſia non ſolemnizat Sanctitatem alicuius antequam ipſa fundaretur 4. 3. 12.
Eccleſia militans exemplatur à triumphante 4. 18. 9.
Eccleſia in Canonizationibus vtrum errare poſſit? opinio Auguſtini de Ancona 4. 30. 1. *Sancti Antonini* 4. 30. 6. *Maluetij* 4. 30 8. *Caſtellini* 4. 30. 13.
Eccleſia vniuerſalis, vel particularis an errare poſſint 4. 30. 2.
Eccleſia in Canonizandi vtitur humanis teſtimonijs 4 30. 15.
Eccleſia in his, quæ ſunt fidei errare non poteſt 4. 30. 16.
Eccleſiaſtici, cap 44. *laudantur viri glorioſi tam propter virtutes, quàm propter miracula* 1. 1. 24.
Eccleſiæ facultates qualiter conſeruari poſſint, & augeri 2. 18. 15.
Effectus plures difficile eſt iudicare, vtrum a Deo manauerint 3. 24. 1.
Effectus ſpei qui ſint 2. 3 18. *& ſeqq.*
Effectus naturales contingunt dupliciter 3. 22. 2. *& ſeqq.*
Effectus extra ordinem qui ſint 3. 22. 3.
Effectus qui non conuincunt intellectum de miraculo, nunquam iudicandi miraculoſi 4. 7. 14
Egritudinis, ſeu infirmitatis definitio 3. 18. 168.
Aegroti ex imaginatione ſanati 3. 19. 15.
Eleemoſina eſt opus miſericordiæ 2. 5 46.
Eleemoſyna ſpecies 2. 5. 47. *effectus* 2. 5. 48. *laudes* 2. 5. 49.
Elephantiaſis ſanabilis 3. 18. 270.
Eleuationes hominum præſtigioſæ 3. 20. 24.
Eleuatio a terra eſt indicium Sanctitatis 4. 27 1.
Eliſabeth ſterilis genuit Ioannem Baptiſtam Percurſorem Domini 3. 12. 5.
Empiema ſanabilis 3. 18. 271.
Ephelides ſanabiles 3. 18. 272.
Epicieia, ſeu æquitas eſt pars Iuſtitiæ 2. 8. 29. *quid importet* 2. 8. 64.
Epiglottis 3. 18. 24.
Epilepſia ſanabilis 3. 18. 273.
Epilepſia quidam ex vulneribus in capite ſanatus 3. 23. 3.
Epilepſia a medicamentis abſtinendo ſanatus 3. 23. 4.
Epinictides ſanabiles 3. 18. 274.
Epiſcopalis ſtatus eſt perfectior, quam religioſi 2. 17. 17.
Epiſcopatum appetere an liceat 2. 17. 18.
Epiſcopi tempore perſecutionum exemplo Romani Pontificis, deputabant perſonas, quæ geſta Martyrum & Ex-

I N D E X.

& *Eccleſia conſcriberent* 1. 3. 5. & 6.
Epiſcopi poſſunt approbare miracula Canonizatorum 4. 29. 5. & *non Canonizatorum* 4. 29. 1.
Epiſcopi non poſſunt approbare miracula Canonizatorum 4. 29 2. & 3.
Epiſcopi non poſſunt approbare miracula Seruorum Dei, qui immemorabili non gaudent 4. 29. 6.
Epiſcopi non poſſunt ſe intromittere, quando Sedes Apoſtolica manus apposuit 4. 29. 7. & 8.
Epiſcopus impeditus alias perſonas deputare debet, & quas, & qualiter 5. 5. 46.
Epiſcopi poſſunt approbare miracula Seruorum Dei, qui gaudent cultu immemorabili, & qualiter 4. 29. 9. & *ſeqq.*
Epiſcopi in approbandis miraculis Seruorum Dei qui gaudent immemorabili, quomodo ſe gerere debeant 4. 29. 13.
Epiſcoporum præconia 4. 4. 2.
Equa leporem enixa 3. 22. 9.
Equæ vento concipientes 3. 21. 10.
Equalitas in iuſtitia quomodo accipienda 2. 8. 25. & 26
Eriſipella ſanabilis 3. 18. 275.
Erubeſcentia eſt ſpecies timoris naturalis 2. 4. 7.
Errare quid ſit 4. 30. 11.
Eſophagus, & eius ſubſtantia 3. 18. 68.
Eſſere ſanobilis 3. 18. 276.
Etas requiſita in teſtibus ſuper immemorabili 4. 18. 16.
Ethiopes ſcorpionum, & ſerpentum venenum parui pendentes 3. 25. 27.
Euidentia facti probatur cultus immemorabilis, & antiqua 4. 23. 14.
Eunus ſyrus quomodo flammas ex ore mitteret 3. 20. 33.
Euſtochia eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. *quid importet* 2. 7. 29.
Eutrapelia eſt pars temperantiæ 2. 12. 49. *in quo conſiſtat* 2. 12. 47.
Executiones citationum in cauſis Canonizationum perſonaliter facienda 5. 5. 6.
Excellentia vitæ ſine miraculis non ſufficit ad Canonizationem 4. 6. 12.
Exemplum exempli non probat 4. 18. 9.
Exigentia quomodo ſe habeat circa priuationem, & negationem 3 8. 18. & *ſeqq.*
Exilium rumpens ſi decapitetur, tali pæna plectitur ob fractionem exilij 4. 22. 29.
Exorciſmi in Eccleſia ſemper fuerunt 3. 16. 7.
Experimenta facienda, antequam mortui apopletici ſepulturæ tradantur 3. 10. 5.
Extaſes, & raptus multis contingere poſſunt 3. 4. 25.
Extaſes, & raptus diuini nunquam voluntarij 3. 4. 30. & 33. & *extaſes voluntaria nunquam à Deo procedunt* 3. 24. 17.
Extaſes, & raptus diuini à non diuinis quomodo poſſint dignoſci 3. 4. 31.
Extaſim diuinam generat amor diuinus 3. 4. 4. & 23.
Extaſis ſecundum Hipocratem quid ſit 3. 4. 1.
Extaſis definitio vniuerſalis 3. 4. 2.
Extaſis ſupernaturalis definitio 3. 4. 9.
Extaſis naturalis 3. 4. 3.
Extaſis diſpoſitiue à quo fiat 3. 4. 6.
Extaſis directe à quo fiat 3. 4. 7.
Extaſis, & raptus an, & quomodo differant 3. 4. 8.
Extaſis vere, & proprie quæ ſit 3. 4. 14.
Extaſis ſubiectum, ſiue cauſa materialis 3. 4. 15.
Extaſis cauſa formalis 3. 4. 16.
Extaſis cauſa finalis 3. 4. 17.
Extaſis cauſa efficiens, principalis, & inſtrumentalis 3. 4. 18.
Extaſis aliquando cum viſione, & verbo 3. 4. 19.
Extaſis cauſari poteſt tam ex amore, quam ex timore 3. 4. 20.
Extaſis, & raptus ſanctorum plura exempla 3. 4. 21. & 22.
Extaſis, & raptus diabolici plura exempla 3. 4. 28.
Extaſis, & raptus non ſunt in noſtra poteſtate 3. 4. 24.
Extaſis, & raptus diabolici quando fiunt 3. 4. 26.
Extaſis Diabolica naturæ vires non excedit 3. 4. 27.
Extaſis, & raptus non diuini indicia 3. 4. 32.
Extaſis quodnam Sanctitatis argumentum operetur 4. 26. 8.
Extra ſe poni quis poteſt dupliciter 3. 4. 5.
Extremo ab vno recedens magis accedit ad aliud 4. 6. 64.

F

F*Actum concordatum continere debet omnia præcedentia* 5. 4. 13.
Facta publica probantur bifariis 4. 24 36.
Factum quodlibet probari debet per duos teſtes 4. 16. 24.
Facultas vegetatiua 3. 18. 166.
Facultates plures contempſerunt 2. 18. 7. *etiam hæretici* 2. 18. 8.
Facultatum abrenunciatio dupliciter conſiderari poteſt 2. 17. 12.
Facultatum abrenunciatio eſt principaliter inſtrumentum perfectionis 2. 18. 1. & 5.
Facultatum abrenunciatio non qualibet eſt euangelica 2. 18. 26. & 2. 20. 12.
Facultatum bona diſpenſatio pertinet ad charitatem & liberalitatem 2. 18. 6.
Facultatum cumulatio, & cuſtodia an ſemper mala 2. 18. 13. & 26.
Facultatum abrenunciatio vt ſit bona quæ requirantur 2. 18. 9.
Facultatum ceſſiones ad fauorem parentum an ſemper euangelica 2. 18. 10.
Falcones, & corui pugnantes 3. 22. 23.
Falſitas in quo conſiſtat 4. 30. 5.
Falſitas duplex 4. 30. 25.
Falx ad præſentiam occiſoris, qui ea vſus fuerat ad occidendum innocentem ſanguinem fudauit .21. 34.
Fama in genere an præſtet ſanctitatis inditium 4. 19. 1. & 2.
Fama miraculorum nullis innixa fundamentis nullum præſtat ſanctitatis indicium 4. 19. 4. & 6.
Fama miraculorum in vita nullum præſtat ſanctitatis inditium 4. 19. 5.
Fama miraculorum ex Tabellis votiuis &c. non præſtat ſanctitatis argumentum 4. 19. 7.
Fama notoria miraculorum præſtat ſanctitatis argumentum 4. 19. 8.
Fama ſanctitatis vitæ, & miraculorum neceſſaria eſt ad canonizationem 4. 19. 9. 12. 13.
Fama ſanctitatis, & miraculorum non probata non conceditur remiſſoria in ſpecie 4. 19. 14.
Fama nunquam plene probat 4. 19. 16.
Fama nunquam plene probatur 4. 19. 17.

INDEX.

Fama probat iudicis arbitrio 4.19. 21.
Fama coadiuuat alias probationes 4. 19. 22.
Fama probat cultum immemorabilem ad effectum non remouendi 4. 19. 23.
Fama cum vno teſte de viſu non plene probat 4.21.26.
Fama in antiquis probatur Hiſtorijs 4. 24. 31. & 32.
Fama ſanctitatis examinanda, & vnde habuerit originem 5.2. 65.
Famæ qualitates neceſſariæ 4. 19. 11.
Famem, & ſitim herba, quæ per plures dies tollerare faciunt 3. 21. 24.
Fames canina ſanabilis 3. 18. 277.
Familiaritas non repellit à teſtimonio 4. 17. 5.
Faſcinatio ſanabilis 3. 18. 278.
Fauces 3. 18. 67.
Febres ſanabiles 3. 18. 279.
Febris Ephemera ſanabilis 3. 18. 280.
Febris lepiria ſanabilis 3. 18. 282.
Febris maligna ſanabilis 3. 18. 283.
Febrium ſanationes an ſint miraculoſæ, intrare iudicis arbitrium 4. 8. 3.
Federicus Secundus Imperator plures linguas tenebat 3. 6. 8.
Fellis *veſſiculæ morbi ſanabilis* 3. 18. 284.
Felem *viuam quidam deuorauit* 3. 19. 34.
Feras qui curſu aſſecuti fuerint 3. 21. 11.
Feritas *opponitur temperantiæ* 2. 12. 49 *quid importet* 2. 12. 67.
Ferrum candens innoxie tactum 3. 11. 26.
Fæminæ ob vteri ſtrangulationem pro mortuis habitæ 3. 10. 3.
Fæminæ cuiuſcumque ſpeciei in mares conuerſæ 3. 22. 7.
Fæminæ plures vno partu parturientes 3. 23. 14.
Fætus conceptio 3. 18. 122. & *ſeqq.*
Fætus facile extrahibilis 3. 18. 285.
Fætus debilitas confortabilis 3. 18. 286.
Fætus mortuus reuiuiſcens 3. 23. 16.
Fætus *lapideus in ventre matris inuentus* 4. 11. 19.
Fibræ, *& earum ſubſtantia* 3. 18. 152.
Fictio *differt à ſimulatione* 2. 8. 52.
Fictio *quid ſit* 4. 15. 8.
Fides quandoque non pertinet ad virtutem 2.20. 2.
Fides quotuplciter accipiatur 2. 2. 2.
Fides diuiditur in diuinam, & humanam 2. 2. 5. *in actiuam, & paſſiuam* 2.2.6. *in explicitam, & implicitam* 2. 2. 7. *In formatam, & informem, ſeu in viuam, & mortuam* 2. 2. 8. *In veterem, & nouam, ſeu de futuro, & de præterito, vel in antiquorum, & recentiorum* 2. 2. 10. In *voluntariam, & coactam* 2. 2. 19. *In actualem, & habitualem* 2. 2. 13. *Et in fidem, quæ eſt virtus, & in eam, quæ connumeratur inter gratias gratis datas* 2. 2. 12.
Fides vina diuiditur in ſpeculatiuam, & practicam 2. 2. 9.
Fides, & ſpes in quibus conueniant, & in quibus differant 2. 3. 9. & 11.
Fides *quoad alium generat ſpem, & ſpes charitatem* 2. 3. 13.
Fides, ſpes, charitas differunt in modo tendendi in Deum 2. 3. 14.
Fides quomodo cauſet ſpem, vel timorem 2. 4. 1.
Fides ſtare poteſt ſine ſpe, & charitate 2. 14. 13.
Fides imperfecta non habet rationem perfectæ virtutis 2. 15. 13. & 15.
Fides antiquorum eadem cum noſtra 4. 3. 14.
Fides pro Canonizatione Sanctorum *probanda eſt* 4. 5. 3. *quomodò probetur* 4. 5. 16. & *ſeqq.*
Fides eſt baſis, & fundamentum ſpiritualis ædificij 4. 5. 4. *eſt duplex* 4. 5. 6.
Fides explicita requiritur maior in ſuperioribus, & doctioribus &c. 4. 5. 13.
Fides *theologica non probatur miraculis, & alijs gratijs datis* 4. 5. 27.
Fides *immaculata debet eſſe* 4. 5. 28.
Fides diuiditur in theologicam, phyſicam, & ciuilem 4. 6. 35. *& alia eſt infuſa, alia requiſita* 4.6.36.
Fides amorem parit 4. 6. 40.
Fidei ſubiectum 2. 2. 14.
Fidei effectus 2. 2. 20. *effectus ſecundarius* 2. 2.18.
Fidei obiectum materiale, & formale 2. 2. 15.
Fidei cauſa efficiens 2. 2. 16.
Fidei actus interior 2.2. 17. *exterior* 2.2. 19.
Fidei correſpondet donum intellectus 2. 2. 22. *& donum ſcientiæ* 2. 2. 23.
Fidei meritum in quo conſiſtat 2. 2. 24.
Fidei vnum articulum diſcredens non habet fidem formatam 2. 2. 24.
Fidei controriatur infidelitas, Apoſtaſia, & hæreſis 2. 2. 25.
Fidei *contrariatur peccatum in Spiritum Sanctum, cuius ſex ſunt ſpecies* 2. 2. 39.
Fidei contrariatur blaſfemia 2. 2. 83.
Fidei actus non inferunt heroicitatem 2. 15. 65.
Fidei actualis actus ad tria capita reducuntur 4. 5. 14.
Fidei definitio 2. 2. 3 *eiuſdem definitionis declaratio* 2. 2. 4.
Fidei magnitudo ſita eſt principaliter in quatuor operationibus 4. 5. 15.
Fidei fructus 4. 6. 38.
Fidei ſigna 4. 6. 39.
Fidei indicia 4. 6. 41.
Fidei actus 4. 25. 1.
Fiducia eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. *in quo conſiſtat* 2. 10. 13
Figura *ob metum mortis vna nocte mutata* 3. 23. 2.
Finis vltimus humanæ voluntatis eſt Deus 2. 16. 9. *qui non ſemper impletur, & quare* 2. 16. 10.
Finis politicus quinam dicatur 4. 22 5.
Firmitas differt à conſtantia 2. 10. 29.
Fiſtula ſanabiles 3. 18. 287.
Flexibilitas *corporis demortu. eſt indicium ſanctitatis* 4. 27. 15.
Fluxus epaticus ſanabilis 3. 18. 288.
Fluxus muliebris ſanabilis 3. 18. 289.
Fons, qui curſu aſſecuti fuerint 3. 21. 11.
Fons diebus frigidus noctibus feruens 3. 21.7.
Fons, *in quo faces accenduntur* 3.21. 8.
Fons ortus caſu, & aſta Dæmonis 3. 22. 8.
Fontes, in quibus ſenes iuuentutem reaſſumunt 3.21.29.
Fontes *mirabilium qualitatum* 3. 20. 33.
Forma commiſſionis generalis 5.2. 47.
Forma litterarum remiſſorialium in genere 5.2. 52. *in ſpecie* 5. 2. 58.
Forma articulorum 5. 2. 53.
Forma interrogatoriorum 5. 2. 54.
Forma procedendi in cauſis Canonizationum *hodie diuerſa eſt à forma tradita in Cæremoniali Leonis X.* 5. 4. *in princ.*
Forma procedendi in Curia dependet à iuribus tranſ-

miſſis

I N D E X.

miſſis de partibus 5. 4. 1.
Forma delegationis ab Epiſcopo facienda 5. 5.47.
Forma Memorialis pro apertione proceſſuum 5. 4. 4.
Forma facti concordandi cum Promotore fidei 5. 4. 9.
Forma poſitionis ſuper dubio confirmationis ſententiæ ſuper non cultu 5. 4. 10.
Forma tabellæ teſtium 5.6.11.
Forma poſitionis pro remiſſorialibus in genere 5.4.14.
Forma poſitionis ſuper dubio validitatis proceſſus remiſſorialis in genere 5. 4. 17.
Forma inſtrumenti præſentationis litterarum Iudicibus delegatis, earumque apertionis, &c. 5. 5.50.
Forma poſitionis pro relevantia proceſſus de iis, quæ ſupervenerunt 5. 4.25.
Forma citationis Iudicum delegatorum contra Promotorem Fiſcalem 5. 5. 51.
Forma poſitionis ſuper validitate proceſſus remiſſorialis in ſpecie 5. 4.18.
Forma articulorum pro caſu excepto. 5. 5. 54.
Forma poſitionis ſuper virtutibus 5. 4.19.
Forma interrogatoriorum pro caſu excepto 5. 5.55.
Forma poſitionis ſuper miraculis 5. 4. 20.
Forma ſententiæ ſuper cultu immemorabili 5. 5. 65.
Forma relationis pro introductione cauſæ 5. 4. 23.
Forma procedendi ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis 5. 5. 67.
Forma Memorialis pro reaſſumptione cauſæ 5. 4.24.
Forma articulorum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis 5. 5. 68.
Forma inchoandi proceſſum ſuper non cultu 5. 5.3.
Forma interrogatoriorum ſuper ſanctitate vitæ, virtutibus, & miraculis 5. 5. 69.
Forma iuramenti Promotoris Fiſcalis, Notarij, & Curſoris 5. 5 9.
Forma procedendi in cauſis Canonizationum differt ab alijs 5. 5. 73.
Forma articulorum pro non cultu 5. 5.21.
Forma interrogatoriorum pro non cultu 5. 5. 24.
Forma iuramenti teſtium 5. 5. 28.
Forma examinis teſtium 5. 5. 29.
Forma concluſionis examinis teſtium 5. 5. 30.
Forma viſitationis Eccleſiæ, & ſepulchri pro non cultu 5. 5. 34.
Forma examinis teſtium inſtrumentariorum viſitationis ſepulchri ſuper non cultu 5. 5. 35.
Forma examinis teſtium pro veritate ſepulturæ, &c. 5. 5. 37.
Forma claudendi proceſſum 5. 5.45.
Forma ſententiæ ſuper non cultu, & paritione Decretis 5. 7.40.
Formam aliquam habens, ſecundum illam poteſt operari 2. 15. 11.
Fortes viribus vltra naturam 1. 20.29.
Fortitudini vitia oppoſita 2. 10. 35.
Fortitudinis diuiſio 2. 10. 2. & ſeq.
Fortitudinis definitio 2. 10.4.
Fortitudinis duplex actus 2. 10. 6.
Fortitudinis partes 2. 10. 7.
Fortitudinis ſpecialia conſiderabilia 4. 6.59.
Fortitudinis actus 4. 25. 18.
Fortitudo, & conſtantia in aduerſis eſt effectus ſpei 2. 3. 22.
Fortitudo duplex corporis, & animi 2. 10. 1.
Fortitudo triplex Hypocritarum, Philoſophorum, & Fidelium 2. 10. 5.
Fortitudo Lucij Sicinij Dentati 2. 15. 40.
Fortitudo pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt 4. 5. 62.
Fracturæ ſanabiles 3. 18. 290.
Fragrantia è cadauere eſt indicium ſanctitatis 4.27.4.
Fraus opponitur prudentiæ 2. 7. 39. in quo conſiſtat 2. 7. 48. quomodo differat à ſimulatione 2.7. 49.
Frenulum linguæ 3. 18. 65.
Frugalitas eſt pars temperantiæ 2. 12 5. quid ſit eius effectus 2. 12. 21.
Fulgor in facie eſt inditium ſanctitatis 4. 27. 7.
Fungi morbus ſanabilis 3. 18. 291.
Fungarum venenum curabile 3. 18. 292.
Furfuratio curabilis 3. 18. 293.
Furor vterinus ſanabilis 3. 18. 295.
Furunculus ſanabilis 3. 18. 294.
Fuſtigati an ſint in teſtes admittendi 4. 20. 13.

G

GAlenus medicinam ad præſentem perfectionem adauxit 4. 11. 27.
Ganglion ſanabilis 3. 18. 297.
Gangrena ſanabilis 3. 18. 296.
Gaudium eſt effectus ſpei 2. 3. 20.
Gemellæ ſorores eaſdem infirmitates eodem tempore patientes 3. 21. 35.
Gemelli, qui eodem tempore eaſdem affectiones patiebantur 3. 23. 23.
Genæ oſſa 3. 18. 133.
Generationis organa 3. 18. 166. & ſeqq.
Genu tumor ſanabilis 3. 18. 298.
Gingiua 3. 18. 61.
Gingiuarum eroſia ſanabilis ſanabilis 3. 18. 299.
Glandulæ, & earum officium 3. 18. 153.
Glans pituitaria 3. 18. 41.
Gloriæ appetitus inter humanos affectus eſt vehementiſſimus 2. 16. 13.
Gonorrhæa ſanabilis 3.18.300.
Gratiæ gratis datæ qualiter dentur, & quando ſint teſtimonium ſanctitatis 3.24. 2. & ſeqq.
Gratia, ſeu gratitudo eſt pars iuſtitiæ 2. 8. 29. in quo conſiſtat 2. 8. 40.
Gratia ſermonum poteſt dupliciter conſiderari, &c. 3. 24. 23.
Gratiæ gratis datæ in aliorum vtilitatem dantur 3. 7. 1.
Gratia diſcretionis ſpirituum non datur niſi in virtute prouectis 3. 24. 22.
Gratiæ gratis datæ quodnam ſanctitatis argumentum efficiant 4. 26. 11.
Gratia, & indulta derogatoria regiſtranda in ſummario 5. 4. 30.
Gratitudo, ſeu gratiarum actio quid ſit 2. 5. 51. An in ea attendendus ſit affectus, vel effectus 2. 5. 52.
Gratitudo in ſolo ſapiente reperitur 2. 8. 41.
Gratitudo Alexandri Magni, & aliorum 2. 15. 36.
Gratia de hypocriſi quomodo intelligendus 2. 6. 15.
Grauitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quid importet 2. 12. 12.
Gula opponitur temperantiæ 2. 12. 49. eius ſpecies filiæ, & plura 2. 12. 51. & ſeqq.
Gulæ vlcera ſanabilia 3. 18. 301.
Gurgulionis affectiones ſanabiles 3.18. 302.
Gutta roſacea ſanabilis 3. 18. 303.
Gutta ſerena ſanabilis 3. 18. 304.

Habitus

I N D E X.

H

Habitus definitio 2. 1. 7.
Habitus generantur ex actibus 2.1.6.
Habitus dantur in intellectu 2. 1. 8.
Habitus dantur in voluntate 2. 1. 9.
Habitus non dantur in brutis 2.1.10.
Habitus boni quomodo diſtinguantur à malis 2. 1. 11.
Habitus virtutum non poſſunt directè probari 2. 15. 33.
Haſtæ in terram defixæ frondentes 3. 22.21.
Hebetudo ſenſus opponitur dono intellectus 2. 2.22.
Hedera in cornu cervæ nata 3. 21. 14.
Hemicrania ſanabilis 3. 18. 305.
Hemorroides ſanabiles 3. 18. 306.
Hemoptyſis ſanabilis 3. 18. 307.
Hepatis deſcriptio 3. 18 102.
Hepatis affectiones ſanabiles 3. 18. 308.
Herba, quæ famem, & ſitim per plures dies tollerare faciunt 3. 21. 24.
Herculis ſtatua ſudavit 3. 22. 13.
Hereſis quid ſit 2. 2. 35.
Hereſis non probatur teſtibus ſingularibus 4. 16. 32.
Heretici utrum ſint in teſtes admittendi 4. 20. 9. & 10.
Hernia ſanabilis 3. 18. 309.
Herniosi ſe ſimulantes 3. 23. 18.
Herodes Chriſtum perſequutus non fuit 4. 22. 14.
Heroicæ virtutis effectus 4. 6. 27.
Heroici vocabulum qualiter accipiendum 4 6. 24.
Heroici viri quomodo á brutalibus diſtinguantur 2. 4. 66.
Heroicitas in ſubſtantia quid ſit 2. 15. 8. & ſeqq.
Heroicitas non eſt attendenda in una virtute tantum 2. 20 15.
Heroicitas in modo 2. 15. 9. & ſeqq. Dicitur gradus heroicus 2. 15. 18.
Heroicitas de ſuo conceptu importat excellentiam 2. 15. 17.
Heroicitas virtutum non deſumitur à conſilijs 2. 15. 21.
Heroicitas non probatur per actus excellentiores, ut ſtrenuus moralium virtutum 2. 15. 34. & 62.
Heroicitas in modo non datur ſine heroicitate in ſubſtantia 2. 15. 34.
Heroicitas probatur per ſolus actus inferentes neceſſario heroicitatem 2. 15. 66.
Heroicitas non conſiſtit in indiviſibili 4. 6. 7.
Heroicitas requiritur non ſolum in virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus, ſed etiam in alijs illis annexis 4. 6. 48.
Heroicitas virtutum quibus dignoſcatur 4. 6. 51. & ſeqq. & 56.
Heroicitas quid ſit 4. 6. 62.
Heroicitate in definienda habendus eſt reſpectus ad ſtatum, & conditionem 4. 6 71.
Heroicitatis inditia 2. 15. 67. & ſeqq.
Heroicitatis in definiendis gradibus quænam ratio habenda 2. 15. 77.
Heroicitatis plures remiſſivè 2. 15. 78.
Heroicitatis deſcriptio 4. 6. 49. & 50.
Heroicum quid ſignificet 2. 15. 2. & 4.
Heroicus habitus an, & qualiter differat à virtute communiter dicta 2. 15. 5.
Herois nomen quid importet 2. 15. 1. 4. & 6.
Herpes ſanabilis 3. 18. 310.
Herpes exedens ſanabilis 3. 18. 311.
Hiſterica paſſio ſanabilis 3. 18. 312.
Hieremiæ feſtum colitur Venetijs 4. 3. 15.
Hieronem expoſitum apes aluerunt 3. 22. 11.
Hieroſolymæ excidium ſigna, quæ præceſſerunt 3. 22. 14.
Hilaritas eſt effectus ſpei 2. 3. 20.
Hilaritas eſt inditium ſimplicitatis 2. 16. 26.
Hipocriſis, vide Hypocriſis.
Hipogaſtrium 3. 18. 119.
Hipocundria 3. 18. 95.
Hipocondriorum murmur ſanabile, & item aliæ affectiones 3. 18. 313.
Hiſtoria una non ſufficit 4. 24. 39. & 42.
Hiſtoriarum ſcripta eſſe ſimplices atteſtationes qui tenuerint 4. 24. 2. qui è contra 4. 24. 23.
Hiſtorias erroribus ſcatere 4. 24. 8. contra 4. 24. 29.
Hiſtorias quaſi inconcuſsè veras, & quaſi de fide credendas non Canonizat Eccleſia licet ex illis lectiones Breviarij deſumptæ fuerint 4. 24 44.
Hiſtoria an ſiat minus exiſtimanda, quam viva vox 4. 24. 3. & 24.
Hiſtoria quomodo cavillanda 4. 24. 20.
Hiſtoria probant Iudicis arbitrio 4. 24. 21. 30. & 33.
Hiſtoria probantur fama in antiquis 4. 24. 31. & 32.
Hiſtoria duæ faciunt unum indicium plenum 4. 24. 40.
Hiſtorijs non eſſe credendum qui tenuerint 4. 24. 1. qui è contra 4. 24. 22.
Hiſtorijs an ex antiquitate fides concilietur 4. 24. 5. & 26.
Hiſtorijs aliquid annecti, an de facili poſſit obtineri 4. 24 7. & 28.
Hiſtorijs Iudex applicare poteſt ad ſe informandum 4. 24. 9.
Hiſtorijs eſſe credendum, habetur ex Sacra Scriptura 4. 24. 10. Iuris Conſultorum exemplo 4. 24. 11. Canonum aſſertione 4. 24. 12. Auctoritate Doctorum 4. 24. 13. & 14. Ex lecturis Canonicis 4. 24. 15. Concilijs 4. 24. 16. Ex tractatibus 4. 24. 17. Ex deciſionibus 4. 24 18. Et exemplis in Canonizationum cauſis 4 24. 19.
Hiſtorijs Infidelium non eſt credendum 4. 20. 11.
Hiſtorijs probantur publica facta 4. 24. 36.
Hiſtriones an ſint in teſtes admittendi 4. 20 13.
Homines dantur, qui naturaliter morbos ſanant 3. 18. 14. & 15.
Homines, lepres, & feras curſu aſſequentes 3. 21. 11.
Homines equos curſu pervertente 3. 21. 11.
Homines feras viribus ſuperantes 3. 21. 21.
Homines dextera nubes, & currus tenentes 3. 21. 22.
Homines, qui toto eorum vitæ tempore nunquam biberunt 3. 21. 37.
Homini de ſua natura, qua homo eſt competit elevari ad Divina 3. 4. 12.
Homo quibus finem naturalem attingere poſſit 2. 15. 11.
Homo quibus indigeat ad attingendum finem ſupernaturalem 2. 15. 12.
Homo cum auxilio ſpeciali Dei omnes vires humanus

I N D E X.

nas excedere poteſt 2. 15. 29.
Homo plurium perfectionum eſt capax 2. 17 3.
Homo naturaliter ſine ullo cibo, vel potu vſque ad ſeptimam diem viuere poteſt 3. 17. 4.
Homo cimices, & pulices naturaliter odore ſuo fugans 3. 21. 27.
Homo quem ſerpentes fugiebant 3. 21. 27.
Homo ſectus, extractis inteſtinis, vſque in ſuum locum reſtitutis, conualuit 3. 21 16.
Homo paruulus ſicuti perdix, ratione prædictus 3. 22. 15.
Homo vnus poteſt eſſe diſpoſitus ad vnam virtutem magis quam alius 4. 5. 65.
Homo niſi peccaſſet, morbos paſſus non fuiſſet 4. 11. 5.
Homo in ſtatu innocentiæ fuiſſet impaſſibilis ex ſpeciali Dei priuilegio 4. 11. 9.
Homo non euadit mortem, licet contra morbos omnes adſint remedia 4 11. 10.
Homo peccato ſuo non potuit Diuinum mutare conſilium 4. 11. 13.
Honeſtas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. eius effectus 2. 12. 25.
Horatius dum eſſet puer à palumbis lauro, & mirto tectus 3. 22 27.
Hordei grana ex tumore aperto exeuntia 3. 21. 25.
Hordei ſpica à fœmina vomitata, & per nares eiecta 3. 21. 25.
Horror, & rigor ſanabilis 3. 18. 314.
Humidum radicale 3. 18. 165.
Humilitatis nomen quid importet 2. 13. 1. & 2.
Humilitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5 & 43.
Humilitas vera quæ ſit, & quomodo æſtimatur 2. 13. 8
Humilitas poteſt eſſe fucata, &c. 2. 30. 1.
Humilitas virtus maxima 2. 13. 13.
Humilitas coniuncta charitati 2. 13. 15.
Humilitas fucata 2. 13. 4. Superborum 2. 13. 5. Auarorum 2. 13 6. Hypocritarum 2. 13. 7. Indiſcreta & ſtulta ibid.
Humilitas Cleobuli filia 2 15. . . .
Humilitas eſt heroicitatis inditium 2. 15. 67.
Humilitas pro Canonizatione Sanctorum probari debet 4. 5 67.
Humilitati opponitur ſuperbia 2. 13. 16.
Humilitatis gradus 2. 13. 9 Effectus 2. 13. 14.
Humilitatis partes potentiales 2. 13. 11.
Humilitatis laudita 2. 1. 12.
Humilitatis diuiſio 2. 13. 3.
Humilitatis actus 4 25. 20.
Humilitatis ex actibus quodnam Sanctitatis argumentum oriatur 4. 26. 0.
Humores corporis 3. 18. 166.
Hydrocephalon ſanabilis 3. 18. 315.
Hydrope de repente ſanatus 3. 23. 13.
Hydrops ſanabilis 3. 18. 316.
Hydrops pectoris ſanabilis 3. 18. 317.
Hypocrates medicinam tertio recuperauit 4. 11. 26.
Hypocriſis opponitur veritati, & iuſtitiæ 2. 0. 1. & charitati 2. 6. 2.
Hypocriſis inter omnia vitia primum locum obtinet 2. 6. 3.
Hypocriſis definitio 2. 6. 4.
Hypocriſis opponitur veritati 2. 8. 53.
Hypocritarum qualitates 2. 6. 5.
Hypocritarum diuiſio 2. 6. 7. & ſeqq.
Hypocritarum plures ſpecies 2. 6. 9.
Hypocritarum ſubtile genus 2. 6. 11.
Hypocritarum plura genera ex Chriſto Domino 2. 6 13.
Hypocritarum ſtultitia. & dementia 2. 16. 14.
Hypocritæ quomodo differant à Sanctis 2 6 6.
Hypocritæ nuſquam virtute præditi 2. 6. 12.
Hypocritæ vnde dicti 2. 6. 4
Hypocritæ quodnam bonum electis afferant 2. 6. 14.

I

IActantia opponitur veritati 2. 8. 49. quid ſit 2. 8. 54.
Icterus ſanabilis 3. 18. 318.
Idem ſe præbere in omnibus, & in omni loco eſt inditium ſimplicitatis 2. 16. 22. & 25.
Idolatria quid, & quotuplex ſit 2. 2 27. & 30.
Idololatria opponitur religioni, & quid importet 2. 9. 28. & 40.
Iecoris ſectiones citra mortem 3. 23. 12.
Iecur vide Hepatica affectio.
Ieiunium eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quomodo diuidatur 2. 12. 30. quando ſit Deo gratum 2. 12. 31.
Ieiunum inteſtinum 3. 18. 74
Ignis, ſeu lux in facie D. Martini, & aliorum Sanctorum 3. 13 1.
Ignis, ſeu lux in Natiuitate Sanctorum 3. 13. 2.
Ignis ſeu lux faciei &c. vel in natiuitate Ethnicorum 3. 20. 3.
Ignis, qui dicitur lambens, naturaliter apparens 3. 13. 3
Ignis naturaliter apparentis plura exempla 3. 13. 4. & 5.
Ignis exiens è corpore plurium perſonarum 3. 13. 5.
Ignis, ſeu lux à corporibus mortuis exiens 3. 13. 7.
Ignis, ſeu luminis naturaliter apparentis cauſa 3. 13 6.
Ignis in facie, vel in corpore præſtigioſe apparens 3. 20. 11.
Ignis fatuus 3. 13. 9.
Ignorantia contra decreto non admittitur 5. 2. 10.
Ileon inteſtinum 3. 18. 75.
Ilia 3. 18. 95.
Iliacus dolor ſanabilis 3. 18. 319.
Imaginatio cauſa morborum 3. 19. 14.
Imaginatio cauſa ſanitatis 3. 19. 15.
Imaginationis vis, & facultas 3. 19. 13.
Imagines Sanctorum quaſi adoratione colendæ 4. 28. 2.
Imago B M V. ſanguinem ſudauit 3. 22. 16.
Imperatorum Theodoſij, Archadij, & Honorij clementia 2. 12. 41.
Impetigo, ſeu lichen ſanabilis 3. 18. 320.
Imprudentia opponitur prudentiæ 2. 7. 39. quid operetur 2. 7. 42.
Immemorabili per decreta non præiudicatur 5. 2. 6. & 16.
In cauſis Canonizationum ſemper, & primo fit mentio de meritis 1. 1. 22.
In homine duo conſiderari poſſunt 2. 13. 10.
In aure nucleus ceraſi, & ſemen anagiridis germinauit 3. 21. 25.
Inanis gloria opponitur fortitudini 2. 10. 35. in quo conſiſtat 2. 10. 36.

Inanis

Digitized by Google

I N D E X.

Inanis gloria opponitur magnanimitati 2. 10. 47. eſt vitium capitale 2. 10. 48.
Inappetentia ſanabilis 3. 18. 321.
Incertitudo delinquentium facit, ut nullus condemnari poſſit 4. 20. 7.
Incolus ſanabilis 3. 18. 322.
Inconſtantia opponitur prudentia 2. 7. 39. quid importet 2. 7. 43.
Incontinenti fieri, quando aliquid dicatur, & de pluribus acceptionibus dictionis Incontinenti 4. 8. 1. & an recipiat interpretationem iudicis arbitrio 4. 8. 2.
Incontinentia opponitur temperantia 2. 12. 49. circa qua verſetur 2. 12. 58.
Inconueniens eſſet, ſi diceretur conſtare de nece martyris, & non quoad præmium ipſius martyris, & non quoad pœnam occiſoris 4. 21. 8.
Incorruptio & loci, & ſitus temperie 3. 14. 6. ex ipſa cadaueris temperie 3. 14. 7.
Incorruptio ex tactu fulminis 3. 14. 8. ex influſſu aſtrorum 3. 14. 9.
Incorruptio ratione dierum 3. 14. 10.
Incorruptio ex infixione claui anei 3. 14. 11.
Incorruptio ex vi aromatum 3. 14. 12. plures huius incorruptionis hiſtoria 3. 14. 13.
Incorruptio, quando faciat indicium miraculi, vel non 3. 14. 14.
Incorruptio ad indicandum miraculum quæ requirat 3. 14. 15.
Incorruptio eſt inditium ſanctitatis 4. 27. 1.
Incorruptionis naturalis cauſa 3. 4. 6. & ſeqq.
Incus aurium 3. 18. 53.
Inditium quid ſit, & qualiter diuidatur 4. 15. 6.
Inditium vnicum non ſufficit ad condemnandum 4. 19. 28.
Inductio teſtium 5. 5. 25.
Indulgentia ſunt fauorabiles 4. 2. 8.
Indulgentia eneruant pœnitentiam 4. 2. 7.
Inedia Dæmonis aſtu diu ſupportata 3. 17. 3.
Inedia naturaliter vſque ad ſeptimum diem ferri poteſt 3. 17. 4.
Inedia per plures ſeptimanas 3. 17. 7. per plures menſes 3. 17. 8. per plures annos 3. 17. 9. & 10.
Inediam plurium dierum Moyſes, Helias, & Chriſtus Dominus paſſi ſunt 3. 17. 1.
Inediam plures ſerui Dei per plures dies, & annos paſſi ſunt 3. 17. 2.
Inediam naturaliter multi per plures dies paſſi ſunt 3. 17. 6.
Inedia longioris cauſa naturales plures aſſignantur, & refutantur 3. 17. 13.
Inedia longioris cauſa naturalis aſſignatur à Reies Franco 3. 17. 14.
Infames an ſint admittendi in Teſtes in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt 4. 17. 7.
Infames vtrum admittantur in Teſtes, ſi miracula facta ſint in eorum perſonis 4. 20. 16.
Infamia repellit à Teſtimonio. 4. 17. 6.
Infamia facti tollitur per bonam famam ſubſequentem 4. 20. 15.
Infans cum ſignis Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti 3. 22. 19.
Infans in Cunis Cremonæ locutus 3. 22. 20.
Infans in vtero matris clamauit 3. 22. 7.
Infans pene editus in vterum matris reuerſus 3. 22. 9.
Infantes naturaliter loqui poſſunt 3. 20. 4.
Inferiora quamdam analogiam habet cum ſuperioribus 4. 1. 31.
Infideles vtrum in cauſis Canonizationum admittantur in teſtes 4. 20. 9. & 10.
Infideles ob malos chriſtianorum mores motiuum ſumunt contemnenda fidei 4. 22. 22.
Infidelibus quomodo liceat ob quemlibet finem politicum contra chriſtianos arma ſumere 4. 22. 24.
Infidelis conuerſus ad fidem canonizari poteſt 4. 3. 2.
Infidelitas alia eſt poſitiua, & alia negatiua 2. 2. 26.
Infidelium hiſtoriis non eſt credendum 4. 20. 11.
Infirmitates à Dæmone immiſſa, ab eodem inſtantaneè ſanata 3. 18. 19.
Inflammationes ſanabiles 3. 18. 323.
Informationes de miraculis, reuelationibus &c. quomodo recipienda 5. 2. 19. & 20.
Informationes in cauſis Canonizationum imprimi debent 5. 3. 13. non poſſunt imprimi niſi à Tipographo Camerali, & quæ forma ſit ſeruanda, etiam pro ſolutione 5. 3. 22. pariter imprimi non poſſunt extra Vrbem 5. 3. 23.
Ingratis eſt benefaciendum 2. 8. 43.
Ingratitudo opponitur gratitudini 2. 8. 42. In aliquibus non cadit 2. 8. 44.
Inhabiles non admittantur, quando Teſtes habiles haberi potuerunt 4. 17. 8.
Inimici ſunt diligendi 2. 5. 33.
Inimicitia an repellat à teſtimonio 4. 17. 3.
Inimicorum dilectio diſtinguit diligentes à non diligentibus Deum 2. 5. 34.
Iniuria ſunt condonanda 2. 5. 35.
Iniuſtitia quotuplex 2. 8. 66. quæ ſub ea continentur 2. 8. 67.
Inobedientia opponitur obedientiæ 2. 8. 39.
Innocentes quare colantur 4. 3. 19.
Inquietudo ſanabilis 3. 18. 324.
Inquirendum de quibus primo 5. 2. 57.
Inquiri poteſt dupliciter ſuper martyrio 4. 21. 3.
Inquiſitio generalis eſt maximum fundamentum 5. 2. 55.
Inquiſitio ſpecialis non conceditur, niſi completa generali 5. 2. 56.
Inquiſitiones ſuper virtutibus, & miraculis quare præmittenda ad Canonizationem 4. 1. 8.
Inquiſitores ſunt Decretorum exequutores 5. 2. 7.
Inſanabilem morbum eſſe, & eſſe mortalem differunt 3. 8. 30.
Inſanabilitas differt ab incurabilitate 3. 8. 31.
Inſanabilitas vnicum diſtinctiuum inter miracula ſecundi, & tertii generis 3. 8. 32.
Inſenſibilitas opponitur temperantia 2. 12. 49. quid ſit 2. 12. 51.
Inſomnia immoderata ſanabilia 3. 18. 325.
Inſtantaneitas, in quibus miraculis requiratur, vel non 4. 8. 6.
Inſtantaneitas naturalis non eſt perfecta inſtantaneitas 4. 8. 14.
Inſtantaneitas perfecta ſolius eſt Dei 4. 8. 13.
Inſtantaneitate conuincitur intellectus 4. 8. 12.
Inſtantia pro ſeruis Dei gaudentibus immemorabili quomodo facienda 5. 4. 27.
Inſtantia prima Procuratoris conſtitui 5. 5. 2.
Inſtantia pro receptione, & aperitione litterarum delegationis 5. 5. 49.

In

I N D E X.

Inſtantia ſecunda Procuratoris conſtituti 5. 5. 7.
Inſtantia Procuratoris cauſa pro caſu excepto 5. 5. 53.
Inſtantia pro admiſſione articularum 5. 5. 14.
Inſtantia Procuratoris cauſa pro compulſandis ſcripturis 5. 5. 57.
Inſtantia Promotoris fiſcalis pro interrogatorijs 5. 5. 22.
Inſtantia pro viſitatione ſepulchri 5. 5. 31.
Inſtantiæ quomodo producenda 5. 3. 2.
Intellectus dono quæ opponatur 2. 2. 22.
Intellectus eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. *quid ſit* 2. 7. 26.
Intellectus per fidem adheret veritatibus reuelatis 4. 5. 5.
Intemperantia opponitur temperantiæ 2. 12. 49 *eſt peccatum puerile* 2. 12. 50.
Interrogatoria transmitti debent ad iudices delegatos 1. 1. 5.
Interpretatio ſermonem quomodo ad prophetiam reduci poſſit 3. 7. 2.
Interpretatio ſermonum quomodo comparetur dono linguarum 3. 7. 3.
Interrogatoria ſigillanda 5. 5. 23.
Inteſtina, & eorum deſcriptio, & ſubſtantia 3. 18. 64.
Inteſtinorum vulnera ſanabilia 3. 18. 326.
Inteſtinorum affectiones ſanabiles 3. 18. 327.
Intimiditas opponitur fortitudini 2. 10. 35. *quid importet* 2. 10. 38.
Intimatio inductionis teſtium 5. 5. 26.
Intimatio pro viſitatione ſepulchri 5. 7. 33.
Inuidia contrariatur charitati 2. 5. 56. *quid ſit* 2. 5. 59. *& quomodo differat ab odio* 2. 5. 57.
Inuiſibilia Apollonij Tyanei 3. 20. 23.
Inuiſibilitas lamiarum, & Magorum 3. 9. 6.
Inuocatio eſt de ratione miraculi 3. 24. 24. *Plurium Sanctorum quid operetur* 27.
Inuocatio vtrum probetur vnica teſte 4. 20. 4 *& ſeqq.*
Inuocato Seruo Dei non beatificato, vel non Canonizato cum B. V. aut alijs Sanctis, vtrum miraculum adſcribendum ſit intereeſſioni illius Serui Dei 4. 20. 7.
Iob colitur Venetijs 4 3. 15.
Iocunditas eſt effectus ſpei 2. 3. 20.
Ira opponitur temperantiæ 2. 12. 49. *quid ſit* 2. 12. 59. *poteſt eſſe bona* 2. 12. 60. *poteſt attendi dupliciter, & quantum ad appetitum, & quantum ad modum* 2. 12. 61. *&* 62.
Ira quæ mala generat 2. 12. 64.
Iræ, ſeu iracundiæ tres ſpecies 2. 12. 63.
Ira tam exceſſus, quam defectus ſit malus 2. 12. 65.
Irrationalia includuntur ſub dilectione proximi 2. 5. 36
Ironia opponitur veritati 2. 8. 49. *quid importet* 2. 8. 55.
Iſchiades, & iſchiaticus dolor ſanabilis 3. 18. 328.
Iudaiſmus quid ſit 2. 2. 31.
Iudæi portant teſtimonium fidei noſtræ 2. 2. 32.
Iudæi an in cauſis Canonizationum admittantur in teſtes 4. 20. 9. *&* 10.
Iudæi moti non fuerunt ex fine mero politico contra Chriſtum Dominum 4. 22. 9. *&* 13.
Iudæi credebant poſt captiuitatem Babilonia ſe nihil mali paſſuros 4. 22. 12.
Iudæis pro mandatorum obſeruatione promiſſa fuerunt bona temporalia 4. 22. 10. *&* 11.
Iudæorum perſecutio contra Chriſtum non eſt adducenda in exemplum ad probandum finem politicum 4. 22. 16.
Iudæos Eccleſia totaliter culpat de Paſſione Chriſti Domini 4. 22. 15.
Indicantem oportet cuncta rimari 4. 14. 4.
Iudiciorum duo ſunt genera 4. 1. 18.
Iudicium dari ex æquitate, & iudicare ex bono, & æquo differunt 4. 1. 20.
Iudicium Eccleſiæ debet conformari Iuditio Dei 4. 30. 10.
Iudicium Eccleſiæ in quibus fallat, & fallatur 4. 30. 7.
Iudicium duplex in hominibus, & in Papa, & in Cardinalibus dari poteſt 4. 30. 4. 6. *&* 7.
Iulianus maius ſomniorum interpres 3. 3. 13.
Iuramentum eſt actus Religionis 2. 9. 7. *Quid importet* 2. 9. 22. *eſt triplex* 2. 9. 23. *quando ſit licitum* 2. 9. 24.
Iuramenti calumniæ forma 5. 5. 12.
Iuramentum ſecreti à quibus præſtandum 5. 2. 41. *eius forma* 5. 2. 42.
Iuramentum à Teſtibus quomodò præſtandum 5. 2. 59.
Iuriſconſulto atteſtanti de conſuetudine an ſit credendum? qui pro negatiua tenuerint 4. 24. 4. *qui pro affirmatiua* 4. 24. 25.
Iuriſdictio non probatur teſtibus ſingularibus 4. 16. 37.
Ius quid ſit 2. 8. 12.
Ius diuiditur in diuinum naturale, & poſitiuum 2. 8. 13. *& ſeqq.*
Ius gentium quale 2. 8. 15.
Ius naturale auctum per poſitiuum 2. 8. 16. *& quare dicatur poſitiuum* 2. 8. 18.
Ius poſitiuum diuiditur in Canonicum, & ciuile 2. 8. 18.
Ius canonicum quibus contineatur 2. 8. 19.
Ius ciuile quibus contineatur 2. 8. 20.
Ius canonicum, & ciuile quomodo in fine differant 2. 8. 21.
Ius & lex quomodo differant 2. 8. 22.
Ius quomodo accipiatur in definitione Iuſtitiæ 2. 8. 23.
Iuſtificatio impij non eſt miraculum 3. 8. 6.
Iuſtitia verti poteſt in crudelitatem 2. 20. 7.
Iuſtitia eſt virtus ad alterum 2. 8. 2.
Iuſtitia diuiditur in vniuerſalem, & particularem 2. 8. 6.
Iuſtitia vniuerſalis quæ ſit, & eius effectus 2. 8. 7.
Iuſtitia eſt virtus perfectiſſima 2. 8. 8.
Iuſtitia diuiditur in diſtributiuam, & commutatiuam 2. 8. 24.
Iuſtitia Antiochi Regis Aſiæ, & aliorum 2. 15. 39.
Iuſtitia pro Canonizatione Sanctorum probanda eſt 4. 5. 61.
Iuſtitiæ definitio 2. 8. 1. *&* 11.
Iuſtitiæ, & iuſti ſigna 2. 8. 9.
Iuſtitiæ particularis definitio 2. 8. 10. *&* 11.
Iuſtitiæ partes integrales 2. 8. 27. *&* 28.
Iuſtitiæ partes potentiales 2. 8. 29.
Iuſtitiæ correſpondet donum pietatis, cui correſpondet ſecunda Beatitudo 2. 8. 65.
Iuſtitiæ quæ vitia opponantur 2. 8. 66.
Iuſtitiæ diſtributiuæ opponitur acceptio perſonarum 2. 8. 69. *& in quibus committi poſſit* 2. 8. 70.
Iuſtitiæ laus, & præeminentia 2. 14. 7. *&* 8.
Iuſtitiæ ſpecialia conſiderabilia 4. 6. 58.
Iuſtitiæ actus 4. 25. 17.
Iuuenes ſunt bona ſpei 2. 2. 5.

I N D E X.

L

Labia 3. 18. 67.
Labia leporina ſanabilia 3. 18. 330.
Labiorum tumores ſanabiles 3. 18. 329.
Labirintum aurium 3. 18. 55.
Lac è mammillis hominis profluens 3. 21. 19.
Lacerta venenum ſanabile 3. 18. 331.
Lactis defectus ſanabilis 3. 18. 332.
Lampadarum luminum, necnon Tabellarum votiuarum appenſio ad ſepulchra probibita 1. 3. 23.
Lanſtenes Thebanus curſu cum equo contendebat 3. 21. 11.
Lapidis ſelenitis candor creſcit cum Luna, & cum eadem decreſcit 3. 21. 9.
Lapis in capite generatus, & ſternutatione eiectus 3. 19. 20.
Larinx, & eius compoſitio 3. 18. 83.
Laſſitudo ſanabilis 3. 18. 333.
Laudatio diuini nominis per voces, & cantica eſt actus religionis 2. 9. 7. in quo conſiſtat 2. 9. 27.
Lectiones Sanctorum, quæ recitantur in Breuiario ex Hiſtorijs deſumpſit Eccleſia 4. 24. 43.
Legis nouæ eminentia ſupra veterem 4. 13. 20.
Legum diuerſitas reſpectu virorum, & puerorum 4. 3. 16.
Lentigines ſanabiles 3. 18. 334
Lepores qui homines curſu aſſequuti fuerunt 3. 21. 11.
Lepra ſanabilis 3. 18. 335.
Lepra Naaman ſyri potuit ſanari naturaliter in Iordane 4. 9. 8.
Lethargus ſanabilis 3. 18. 336.
Letitia eſt effectus ſpei 2. 3. 20.
Letitia eſt effectus deuotionis, & quid importet 2. 9. 11, & 12.
Lex noua quomodo differat à veteri 4. 3. 17.
Lex noua dari debuit immediate per Deum 4. 13. 19.
Lex vetus imperfecta quomodo diſponebat ad ſalutem 4. 13. 17.
Liberales aliqui ob vanam gloriam 2. 12. 10.
Liberalis vtitur diuitiis ad felicitatem 2. 18. 22.
Liberalitas eſt pars iuſtitiæ 2. 8. 29. eius qualitates & effectus 2. 8. 61. vitia illi oppoſita 2. 8. 62.
Liberalitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quid importet 2. 12. 6. requirit modum, & multas cautiones 2. 12. 7. & 9.
Liberalitas Ciri Perſarum Regis, & aliorum 2. 15. 48
Liberalitas, & auaritia quomodo conueniant 2. 18, 18. quomodo differant 2. 18. 21.
Liberalitate nihil naturæ hominis accommodatius 2. 12. 8.
Libri de miraculis, reuelationibus &c. probibiti, & quomodo 5. 2. 3. 4. 13. & 14.
Libri ſcripti à Seruis Dei antè omnia examinandi 5. 2 66.
Lichen vide Impetigo
Lienis ſcirrum ſanabile 3. 18. 337.
Ligamenta quæ ſint, & quanta 3. 18. 147.
Lignum, quod ſiccum in aqua mergitur, & madefactum natat 3. 21. 9.
Lignum vitæ creauit Deus, licet hominem eo non vſurum præuiderit 4. 11. 12.
Lingua, emino lapide de ſe abſque remedijs ſanata 3. 21. 15.
Lingua vndè dicta 3. 18. 64.
Linguarum diuiſio, quando introducta 3. 6. 1.
Linguarum donum Apoſtolis vtrum datum fuerit actiuè, vel paſſiuè 3. 6. 2.
Linguæ inflammatio ſanabilis 3. 18, 338.
Linguis exemptis miraculoſè loquentes 3. 20. 6.
Lipotomia ſanabilis 3. 18. 339.
Liquor odoriferus manans è corpore defuncti eſt inditium Sanctitatis 4. 27. 14.
Liquorum è Cadaueribus manantium cauſa 3. 15. 15.
Litigium quid ſit 2. 8. 59.
Litium redemptores an admittantur in teſtes 4. 20. 13. & ſeqq.
Litteræ pro nuntijs 5. 2. 69.
Litteræ pro Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis 5. 2. 71. Quarum vigore noua facultas non intelligitur conceſſa 5. 2. 72.
Lobi pulmonis 3. 18. 85.
Lochiorum fluxus ſanabilis 3. 18. 340.
Locis in pluribus eodem tempore 3. 20. 25.
Locuſtarum multitudo infinita 3. 22. 7.
Longanimitas eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. in quo conſiſtat 2. 10. 28. conuenit cum patientia 2. 10. 30.
Longanimitas Confeſſorum in mortificationibus videtur excellentior Martyrio 4. 7. 32.
Lucerna inextinguibilis 3. 20. 32.
Lucretia interemptio non tribuitur fortitudini ſed vitio 2. 10. 37.
Loquens pugiua lingua, ſi à pluribus diuerſarum nationem intelligatur, eſt ſignum Sanctitatis 3. 24. 19. & 21.
Lumbricorum ſpecies ſanabiles 3. 18. 341.
Luſores an admittantur in Teſtes 4. 20. 13. & ſeqq.
Luxationes ſanabiles 3. 18. 342.
Luxuria opponitur temperantiæ 2. 12. 49. quid importet 2. 12. 56. eius damna 2. 12. 57.

M

Machabei quare colantur 4. 3. 19.
Macies ſanabiles 3. 18. 343.
Macula epatica ſanabiles 3. 18. 344.
Magnanimitas in quibus conueniat cum ſpe, & in quibus ab illa differat 2. 3. 19.
Magnanimitas eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. quid importet, & eius effectus 2. 10. 8. & ſeqq.
Magnanimitati conferunt bona fortunæ 2. 10. 11.
Magnanimitatis habitus ſine actu dari poteſt 2. 14. 21.
Magnanimus non magni facit fortuna bona 2. 10. 12.
Magnificentia eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. in quo conſiſtat 2. 10. 17.
Magnificentia Niciæ 2. 15. 49.
Magnificentiæ obiectum 2. 10. 18.
Magnificus quis dicatur 2. 10. 19. qualiter ſe gerere debeat 2. 10. 20.
Malum phyſicum latius patere non debet quàm bonum phyſicum 4. 11. 14.
Malleus aurium 3. 18. 53.
Mamma cancroſa ementita 3. 23. 8.
Mammarum ſubſtantia 3. 18. 100.
Mammillarum cancri ſanabiles 3. 18. 345.
Mandatorum obſeruantia ad heroicitatem neceſſaria 2. 15. 04. Illam neceſſario non infert ibidem.
Mandatum ſpeciale ante omnia fieri debet a Poſtulatoribus 5. 5. 1.

Ma.

Digitized by Google

I N D E X.

Mania ſanabilis 3. 18. 346.
Manſuetudo eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. *quid importet, & eius effectus* 2. 12. 42.
Manus inflammata ex ponderis geſtatione ſanabilis 3. 18. 347.
Marciano Aquila vmbram paruuit 3. 22. 15.
Marco Antonio Pio laurea à Deorum ſtatuis in ſinu delapſa 2. 22. 28.
Martyr quis efficitur non ob pœnam, ſed ob cauſam 2. 11. 6.
Martyr dictus quaſi teſtis 4. 22. 1. *non fit ob pœnam ſed ob cauſam* 4. 22. 2.
Martyres qui dicantur 2. 11. 2.
Martyres cur facilius Canonizentur 4. 7. 39.
Martyres non Canonizandi ſine miraculorum teſtimonio 4. 7. 30.
Martyria quæ in partibus Infidelium accidunt probari poſſunt per teſtes 4. 21. 15.
Martyribus ſemper veneratio tributa 2. 11. 13.
Martyrij cauſa quæ poſſit eſſe 2. 11. 7.
Martyrij requiſita 2. 11. 9. & 11.
Martyrij effectus 2. 11. 11.
Martyris ad præmium deueniri non poteſt, niſi conſtito de corpore Martyrij 4. 21. 6.
Martyris nex an ſit liquide probanda pro præmio, ac pro pœna 4. 21. 9.
Martyrium dupliciter ſumitur, late, & ſtricte, in qualibet ſignificatione quid importet 2. 11. 3. 4. & 5.
Martyrium cuius virtutis actus ſit 2. 11. 8.
Martyrium gerit vicem Baptiſmi 2. 11. 10.
Martyrium ſumma perfectio charitatis 2. 11. 12.
Martyrium eſt actus perfectiſſimus dilectionis 2. 12. 20.
Martyrium ob diuerſa motiua contingere poteſt 4. 7. 29.
Martyrium idem importat, ac homicidium 4. 21. 1.
Martyrium ex parte patientis eſt actus virtutis, ex parte occiſoris eſt delictum punibile 4. 21. 2.
Martyrium an conſtare debeat per euidentiam facti 4. 21. 15.
Martyrium probari debet per teſtes de viſu 4. 21. 16. & 18.
Martyrologium Romanum ex quibus habuerit originem 1. 3. 10.
Martyrium pro Canonizatione requiruntur miracula, & quare 4. 7. 27. & ſeqq. *Qui diuerſimodè tenuerint* 4. 7. 24. & ſeqq.
Maturitas quid ſit 2. 7. 37.
Matthias Coruinus plures linguas tenebat 3. 6. 8.
Maxillarum morbi ſanabiles 3. 18. 348.
Mediaſtini inflammatio ſanabilis 3. 18. 349.
Mediaſtinum 3. 18. 99.
Medicamentis ſanantur morbi 3. 18. 175.
Medicamentorum nomine quid veniat 3. 18. 176.
Medicamentorum diuerſa genera 3. 18. 176.
Medici inter ſe ſe fere in omnibus diſſentiunt 4. 12. 6.
Medici abſentes quibus morbis mederi poſſint 4. 12. 33. & 34.
Medici conſulentes poſt 3. *vel* 4. *dies decidentur* 4. 12. 30.
Medici de quibus ſanationibus miraculoſis in abſentiam poſſint dare iudicium 4. 12. 35.
Medici quandoque pro ſalubri lethalem dant potionem 4. 12. 12.
Medici totius naturalis Philoſophiæ, & omnium naturalium rerum perfectam notitiam habere tenentur 4. 12. 14.
Medici omnium partium Mathematicæ notitiam habere debent 4. 12. 15.
Medici corporis humani ac omnium eius partium ſingularumque vſus notitiam habere tenentur 4. 12. 19.
Medici, qui Medicorum nomen non merentur 4. 12. 20.
Medici imperiti ægrotos iudicant inſanabiles 4. 12. 21.
Medicina à peccato an traxit originem 4. 11. 5. & 21.
Medicina extincta in Diluuio, qualiter reuixerit; eius fabuloſi inuentores 4. 11. 25. *A Deo creata* 4. 11. 28. *Experientia acquiſita ibidem, non dum totaliter perfecta* 4. 11. 29
Medicinalium rerum plura nomina à Medicis non intellecta 4. 12. 7.
Medicinæ artem in tanta corporum varietate, videtur impoſſibile non errare 3. 10. 5.
Medicina ars difficillima, & periculoſa 4. 12. 1.
Medicinæ ſubiectum eſt corpus humanum 4. 12. 17.
Medicis omnes morbi non ſunt noti 4. 11. 16.
Medicorum celebrium errores 4. 12. 2.
Medicorum diuerſitas in medendo 4. 12. 5.
Medicorum iudicio plura tribuunt leges, & Iuriſconſulti 4. 12. 9.
Medicorum requiſita ad hoc vt eorum iudicio ſtandum ſit 4. 12. 10.
Medicorum ſcientia, & peritia probanda per teſtes 4. 12. 22.
Medicorum abſentium iudicio an ſtandum ſit 4. 12. 25.
Medicus ad hoc, vt perfectus dicatur quænam requirantur 4. 12. 10.
Medicus quarum linguarum peritiam habere debeat 4. 12. 11
Medicus omnium ſcientiarum peritiam habere debet 4. 12. 13.
Medicus abſens plus ſcire non poteſt pro iudicando facta miraculoſa, quam pro medendo ægroto 4. 12. 26.
Medicus abſens morbis acutis mederi non poteſt 4. 12. 27.
Medicus abſens ex ſibi relatis ab alijs perfectam informationem habere non poteſt 4. 12. 28.
Medicus abſens magnis morbis mederi non poteſt 4. 12. 31.
Medicus abſens de facto miraculoſo iudicare nequit 4. 12. 32.
Meditatio eſt deuotionis cauſa 2. 9. 9. *Quid importet* 2. 9. 10.
Meditationis ex ſtudia quodnam Sanctitatis inditium oriatur 4. 26. 4. & 5.
Medium participat de extremis 4. 6. 64.
Medium an datur inter cultum, & non cultum 4. 23. 4.
Melancholia ſanabilis 3. 18. 350.
Melancholici prophetant 3. 1. 32. *Et quare* 3. 1. 34. *Febri laborantibus æquiparantur* 3. 1. 33.
Meliceris ſanabilis 3. 18. 351.
Membra diuinitus reſtituta 3. 11. 1.
Membra præciſa naturaliter reſtituta 3. 11. 2.

Membra aliqua Sanctorum corrupto corpore incorrupta 3. 14. 2.
Membra aliqua à Dæmone ſeruata incorrupta 3. 14. 4.
Membrana carnoſa 3. 18. 25.
Membranarum deſcriptio, & officium 3. 18. 151.
Membrorum gracilitas ſanabilis 3. 18. 352.
Memoria eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. *In quo conſiſtat* 2. 7. 22. *Eſt duplex* 2. 7. 23. *Quomodò differat à reminiſcentia* 2. 7. 24. *Plurimum illi confert naturalis contemperatio corporis, cibus, &c.* 2. 7. 25.
Memoriæ amiſſio recuperatio 3. 18. 353.
Memoria miraculoſa Cynea 3. 20. 13.
Mendacium opponitur veritati 2. 8. 49. *Quid ſit; & quot eius ſpecies* 2. 8. 50. *Quomodo diſtinguatur à falſitate* 2. 8. 51.
Meninges 3. 18. 29.
Mens humana tripliciter poteſt rapi 3. 4. 13.
Menſium immodicus fluxus ſanabilis 3. 18. 354.
Menſtrui ſanabiles 3. 18. 355.
Merita ſemper, & primo recenſentur in cauſis Canonizationis 1. 1. 22.
Meritorum eſt habenda ratio in Eccleſia triumphanti 4. 28. 10.
Meſenterij obſtructio ſanabilis 3. 18. 356.
Meſenterium 3. 18. 79.
Mida granum à formicis in os immiſſum 3. 22. 11.
Militaris prudentia quæ ſit 2. 7. 16.
Minctio ſanabilis 3. 18. 357.
Minor in teſtem non admittendus, & quare 4. 17. 10. *& ſeq.*
Mirabile quid ſit, & vnde dicatur 3. 8. 4.
Mirabile quomodo differat à miraculo 3. 21. 1.
Mirabile differt à monſtro, portento, prodigio, &c. 3. 21. 2. *& ſeq.*
Mirabile dicitur ex raritate 3. 21. 3. 4.
Mirabiles ſunt effectus naturæ, intrinſice, & latenter operantis 3. 19. 18.
Mirabilia quæ ſint 3. 21. 5. *& ſeqq. Non habentur in conſideratione* 3. 24. 31.
Mirabilia ex Alex. ab Alex. 3. 21. 13.
Miracula in vita non inferunt neceſſariò ſanctitatem 1. 1. 32. *ſicut miracula poſt mortem* 1. 1. 34.
Miracula vera non dantur niſi in Eccleſia Catholica 3. 20. 1.
Miracula quæ patrari poſſint à malis 1. 1. 26.
Miracula dæmo eludere ſatagit 3. 20. 2.
Miracula ſolus Deus facere poteſt 3. 8. 5.
Miracula ab Hæreſiarchis prædicata vt falſa 3. 20. 3.
Miracula Dæmonis ſunt ſecundum apparentiam tantum 3. 8. 10.
Miracula negatiua quomodo differunt à poſitiuis 3. 8. 13.
Miracula in teſtimonium ſanctitatis non ſufficiunt pro Canonizatione 3. 24. 33.
Miracula negatiua præſumptiue tantum probari poſſunt 3. 8. 19.
Miracula in propria perſona ſunt ſigna ſanctitatis 3. 24. 29.
Miracula quæ fieri poſſint per malos homines 3. 8. 26. *&* 28.
Miracula poſitiua, & negatiua 3. 8. 13.
Miracula poſitiua directe probantur 3. 8. 14. *Non ſic negatiua ibid.*
Miracula primi generis rariora 3. 9. 3.
Miracula à non miraculis diſtinguere difficile eſt 3. 19. 31.
Miracula falſa Apollonij Tyanei 3. 20. 21. *& ſeq. Empedoclis* 3. 20. 22.
Miracula falſa currendi ſuper aquas, & ſegetes 3. 20. 4.
Miracula præſtigioſa veſtalium 3. 20. 30.
Miracula requiruntur pro Canonizatione Sanctorum 4. 7. 2. *Et quare* 4. 7. 27. *& ſeqq. Qui diuerſimode tenuerint* 4. 7. 24. *& ſeqq.*
Miracula tripliciter diuiduntur 4. 7. 3.
Miracula duo ſecundi generis pro Canonizatione requiri, quis tenuerit 4. 7. 4.
Miracula nonnulla tertij generis à Sacra Scriptura celebrantur 4. 7. 6.
Miracula duo pro Beatificatione, & duo pro Canonizatione ſufficiunt 4. 7. 9.
Miracula pro Canonizatione qualia debeant eſſe 4. 7. 11.
Miracula conuincentia intellectum, vel non 4. 7. 12. *& ſeq.*
Miracula cur requirantur pro Canonizatione 4. 7. 34. *&* 38.
Miracula in vita eſſe neceſſaria pro Sanctorum Canonizatione, qui tenuerint 4. 7. 15.
Eſſe ſufficientia, qui tenuerint 4. 7. 16.
Non eſſe neceſſaria qui teneant 4. 7. 17.
Quando conferant ad Canonizationem 4. 7. 20.
Miracula poſt mortem requiri ad Canonizationem 4. 7. 18. *Eſſe ſufficientia* 4. 7. 19.
Miracula ad interceſſionem iuſtorum cur à Deo operentur 4. 8. 10.
Miracula Sacra, Scripturæ non ſunt adducenda in exemplum pro Sanctorum Canonizatione 4. 8. 15. *&* 21.
Miracula Sacræ Scripturæ, vltra factum, per ſignificationem aliquid aliud innuunt 4. 8. 16. *&* 17.
Miracula Sacræ Scripturæ non exigunt inſtantaneitatem, vel ſucceſſiuitatem 4. 8. 19.
Miracula pro fide, vel Canonizatione Sanctorum vltra factum in teſtimonium nihil aliud habent repræſentare 4. 8. 21.
Miracula prophetarum, & Chriſti Domini, vltra factum continent miſterium 4. 9. 6.
Miracula Sacræ Scripturæ debuerunt accommodari rei per factum ſignificatæ 4. 9. 6. *Et ita fieri cum miniſterio naturæ ibid.*
Miracula in teſtimonium fidei, vel ſanctitatis Seruorum Dei vltra factum nihil aliud habent repræſentare 4. 9. 7.
Miracula tertij generis, quomodo differant à miraculis ſecundi generis 4. 11. 31.
Miracula nulla directe probari poſſunt 4. 13. 1.
Miracula poſitiua quomodo diſtinguuntur à negatiuis 4. 13. 6.
Miracula poſitiua quoad factum directe probari poſſunt 4. 13. 7.
Miracula negatiua celebrata à Sacra Scriptura 4. 13. 9.
Miracula ſolis teſtibus probantur 4. 15. 25.
Miracula debent plene probari 4. 16. 21. 27. 34. 38.
Miracula non probantur per famam 4. 19. 15.

Miracula

I N D E X.

Miracula an probentur Hiſtorijs 4. 24. 46. & ſeqq.
Miracula requiruntur pro definiendo Martyrio 5. 3. 1.
Miraculi nomen vnde deſumptum 3. 8. 1.
Miraculi definitio 3. 8. 11.
Miraculi de eſſentia non eſt, vt fiat in inſtanti 4. 8. 7.
Miraculi de ratione eſt, vt ſit præter ordinem totius naturæ creatæ 4. 13. 13.
Miraculi genus in prolatione voti explicandum 4. 14. 1. & 6.
Miraculis ex negatiuis non eſt deueniendum ad Canonizationem 4. 13. 10.
Miraculis in negatiuis duo ſpecialia præſumenda eſſent 4. 13. 11.
Miraculorum requiſita 3. 8. 11.
Miraculorum prima diuiſio in poſitiua, & negatiua 3. 8. 13. Secunda diuiſio ſecundum gradus 3. 8. 15.
Miraculorum quatuor cauſæ 3. 8. 25.
Miraculorum operatio non eſt gratia habitualis 3. 8. 27.
Miraculorum varia nomina 3. 8. 28.
Miraculorum genus ad Canonizationem requiſitum antiquiores non explicarunt 4. 7. 8.
Miraculorum inſtantaneorum exempla 4. 8. 4.
Miraculorum ſucceſſiuorum exempla 4. 8. 5.
Miraculorum frequentia an ſit per eoſdem teſtes probanda 4. 20. 1. & 2.
Miraculorum extrema vtrum per diuerſos teſtes probari poſſint 4. 20. 3.
Miraculorum continuatio in Beatificatis facilius probatur 4. 20. 5.
Miraculum ſecundum ſubſtantiam, & primi generis 3. 8. 15. & 21.
Miraculum ſecundum ſubiectum, & ſecundi generis 3. 8. 16. & 22.
Miraculum ſecundum modum, & tertij generis 3. 8. 17. & 23.
Miraculum eſſe debet vndequaque perfectum 4. 9. 4.
Miraculum præter ordinem totius naturæ creatæ debet eſſe 4. 9. 3.
Miſericordia quid ſit, & eius laudes 2. 5. 46. Eius requiſita 2. 5. 50.
Miſericordia filiæ Pharaonis 2. 15. 35.
Miſericordiæ opera quæ ſint potiora 2. 5. 48.
Miſſa cantatur à Papa 5. 1. 19.
Miſſæ quotidianæ celebratio eſt inditium heroicitatis 2. 15. 72.
Miſſæ, & Officia Beatificatis, vel Beatis nuncupatis quando concedantur 5. 3. 10.
Mitridates plures linguas callebat 3. 6. 4.
Moderatio eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. In quo conſiſtat 2. 12. 19.
Moderatio Ageſilai Regis 2. 15. 58.
Modeſtia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. Eius effectus, & partes 2. 12. 45. Quomodo differat à clementia 2. 12. 46.
Modis ordinario, & extraordinario res producuntur 3. 22. 2.
Modus experimentalis quomodo acquiratur 3. 5. 3.
Modus doctrinalis quomodo acquiratur 3. 5. 4.
Mola ſanabilis 3. 18. 358.
Mollities opponitur fortitudini 2. 10. 35. In quo conſiſtat 2. 10. 51.
Monaſtica prudentia quæ ſit 2. 7. 17.
Monitorium pro compulſandis ſcripturis 5. 5. 57.
Monialis quædam ſenex redijt ad iuuentutem 3. 12. 11.
Montem alio tranſtulit D. Gregorius Taumaturgus 3. 9. 4.
Morbi per conſenſum 3. 18. 173. & 174.
Morbi lethales, non lethales, ſalubres, & ſalutares 3. 18. 172.
Morbi quot modis terminentur 3. 18. 178.
Morbi ſanantur medicamentis 3. 18. 175.
Morbi ſine medicamentis naturaliter ſanabiles 3. 18. 177.
Morbi acuti ſanabiles 3. 18. 359.
Morbi Gallici ſanabiles 3. 18. 360.
Morbi maligni ſanabiles 3. 18. 361.
Morbi omenti ſanabiles 3. 18. 302.
Morbi Pancreatis ſanabiles 3. 18. 363.
Morbi mulierum in partu ſanabiles 3. 18. 364.
Morbi mulierum poſt partum ſanabiles 3. 18. 365.
Morbi frigidi, & diuturni, animi motibus ſanati 3. 23. 21.
Morbi inſanabiles per ſe, vel per accidens 4. 11. 1. & 3.
Morbi inſanabiles, & curabiles differunt inter ſe 4. 11. 6.
Morbi præſtigijs ſanati 3. 20. 27.
Morbi ſunt incurabiles non ob defectum naturæ, ſed ob defectum artis, 4. 11. 7. & 15.
Morbi noui, & rari 4. 11. 20.
Morbi neceſſario lethales dantur 4. 11. 32.
Morbi neceſſariò lethales cognoſci non poſſunt 4. 11. 34.
Morbis in aliquibus Medici cæcutiunt, & vacillant 4. 11. 18.
Morbis acutis mederi non poteſt medicus abſens 4. 12. 27.
Morborum differentia 3. 18. 171. cauſa interna, & externa 3. 18. 169. Definitio ibid.
Morborum genera innumera 3. 18. 170. Morborum denominationes 3. 18. 171.
Morborum infinita multitudo 4. 12. 4.
Morborum plurium nomina à Medicis non intellecta 4. 12. 7.
Morbos verbis, & ſacrificijs ab Ethnicis curatos 3. 20. 23.
Morbum eſſe mortalem, & eſſe inſanabilem differunt 3. 8. 30.
Morbus regius ſanabilis 3. 18. 366.
Morbus nouus in vna regione, in alia vetuſtiſſimus 4. 11. 17.
Moribundus ſola vi naturæ ſanatus 3. 10. 31.
Morientes, niſi ſancte vixerint, non fiunt ſancti 3. 24. 8.
Mortem, qui ſibi ſponte conſciuere 2. 11. 7.
Mortem non euadit homo licet contra morbos omnes adſint remedia 4. 11. 10.
Morti proximi prophetant 3. 1. 28. & 29. & quare 3. 1. 30.
Mortificatio corporis eſt heroicitatis inditium 2. 15. 73.
Mortui reſuſcitati virtute diuina, à Prophetis, Chriſto Domino, & Apoſtolis 3. 10. 1.
Mortui reſuſcitati à Sanctis 3. 10. 2.
Mortui qui apparenter reſuſcitarunt 3. 20. 6.
Mortui reputati qui poſt aliquos dies reperti ſunt vbi

multa

multa exempla 3. 10. 3. & 4.
Martui praſtigiaſè loquentes 3. 20. 16.
Martuis an vis vegetatiua inſit emittendi capillos, vngues, dentes &c. 3. 15. 14.
Mortuos quomodo poſſit Dæmon facere apparere viuos, vel apparere mortuos, qui verè mortui non ſunt 3. 10. 4. & 5.
Mortuum aliquem eſſe, non conſtat liquido niſi poſt tridnum 3. 10. 6.
Mortnum aliquem fuiſſe, quando agitur de miraculoſa ſuſcitatione non facila credendnm 3. 10. 9.
Motus impotentia ſanabilis 3. 18. 367.
Mox, ſtatim, protinus, & alia dictiones huiuſmodi recipiunt interpretationem arbitrio Iudicis 4. 8. 2.
Mula lacte proprio altam Mulam aluit 3. 21. 38.
Mula partum edidit 3. 22. 9.
Mulier ſenex gramdacurata pro hidropiſi 3. 12. 12.
Mulier ſine vtero diu viuera poteſt 3. 18. 368.
Mulier abortum in ſruſtulis ore euomuit 3. 19. 29.
Mulier an admittatur in teſtem 4. 17. 12.
Mulieres ſteriles, quæ miraculosè conceperunt 3.12.4.
Mulieres ſteriles, quæ naturaliter conceperunt 3.12.10.
Mulieres grauidæ pro hidropicis curatæ 4. 12. 3.
Mulieribus non conuenit gratia ſermonum 3. 7. 4.
Mulieribus competit prophetia 3. 7. 5.
Mulierum plures exceptiones 4. 17. 12.
Multa corpora Sanctorum honorantur in terris &c. declaratur 4. 30. 19.
Multi poſt exercitas virtutes, & patrata miracula defecerunt 1. 1. 33.
Multis dat Deus dilectionem ſui, quibus non dat perſeuerantiam 2. 10. 33.
Muſculorum, ſeu lacertorum definitio, & officium quæq; in qualibet corporis parte 3 18. 150.
Mutatio naturalis in morbis quot modis contingat 3. 18. 7.
Muti loquelam à Deo immediatè obtinentes 3. 11. 8. mediante Sanctorum interceſſione 3. 11. 9.
Muti praſtigiosè, vel fabulosè loquentes 3. 20. 10.
Muti naturaliter ſermonem recuperantes 3. 11. 11.
Muti ad tempus, & per internalla 3. 11 12.
Muti non verè, ſed propter amiſſam memoriam loquendi 3. 11. 13.
Muti ob linguam impeditam, ea ſanata, loquentes 3. 11. 14.
Mutus redditus, & loquela reſtitutus 3. 11. 10.

N

NArium ſanguinis profluuius ſanabilis 3.18.369.
Naſi conſtitutio 3. 18. 56.
Natatores celeberrimi 3. 21 12.
Natura mirabilia operatur vltra noſtrum captum, & plura de natura potentijs 3. 19. 30.
Natura ad conſeruationem mirabiliter operatur 3. 19. 31.
Natura non tendit ad deſtructionem, ſed ad conſeruationem 4. 11. 2.
Natura omnia producit ad hominis voluptatem, & vtilitatem 4 11. 4.
Natura facultas multiplex 3. 19. 17.
Natura intrinſicè, & latenter operantis plures effectus mirabiles, & notabiles 3. 19. 18. & ſeqq.
Natura vi moribundus ſanatus 3. 19. 21.
Natura opera quandoq; miraculare putantur 3.19.35.
Natura multa poſſibilia, quæ talia non iudicantur 3. 21. 26.
Natura miniſterio non tolli rationem miraculi qui affirmatiuè tenuerint, 4. 9. 1. qui negatiuè 4. 9. 2. Tollitur perfecta ratio miraculi 4.9. 5.
Natta ſanabilis 3. 18. 370.
Nauſea ſanabilis 3. 18. 371.
Negatio quid ſit 3. 8. 18. 23. in fine & 24.
Negatiua directè probari non poteſt 4. 13. 4. & 8.
Negatiua Teſtibus ſingularibus non probatur 4. 16. 11.
Negligentia opponitur prudentiæ 2. 7. 39. In quo conſiſtat 2. 7. 44.
Nemo poteſt eſſe certus de ſua, vel alterius ſalute 4. 30. 4.
Nerui optici 3. 18. 43. & 45.
Nerui procedentes à ſpinali medulla 3. 18. 46.
Neruorum deſcriptio, & ſubſtantia 3. 18. 44.
Neruorum coniugationes 3. 18. 47.
Neui materna maculæ ſanabiles 3. 18. 372.
Nimpha 3. 18. 129.
Nocte homines clarè videntes 3. 21. 23.
Notorium facti probationis argumentum praſtat 4. 19. 3.
Nucleus ceraſi in aure germinauit 3. 21. 35.

O

OBedientia in quo conſiſtat, eius qualitates, encomia, ordo &c. 2. 8. 35. & ſeqq.
Obedientia eſt potiſſima virtus 2. 9. 52.
Obedientia filiarum Metelli 2. 15. 44.
Obedientia brutorum, & corporum inſenſibilium eſt ſignum ſanctitatis 4. 27. 14.
Obedientia effectus 2. 9. 43.
Obedientia in quibus tribuatur præcellentia 2. 14. 12.
Oblationes ſunt actus religionis 2. 9. 20.
Obſeruantia mandatorum eſt effectus ſpei 2. 3. 18.
Obſeruantia eſt pars iuſtitia 2. 8. 29. Quid importet 2. 8. 32. quæ contineat 2 8. 33
Obſeruantia artis notoria opponitur religioni 2. 9. 28. Quid importet 2. 9. 37.
Obſtructio ſanabilis 3. 18. 373.
Oculorum deſcriptio 3. 18. 48.
Oculorum affectiones ſanabiles 3 18. 374.
Oculorum acies ſenibus reuerſa 3. 21. 33.
Occiput 3. 18. 23.
Occiſores B. Thomæ Cantuarienſis miſerabiliter perierunt 4. 21. 4.
Odioſa quæ dicantur 4. 2. 5.
Odium contrariatur charitati, & quomodo differat ab inuidia 2. 5. 56. & ſeq.
Odium tiranni contra fidem an debeat eſſe capitale 4. 23. 22. & ſeqq.
Odor bonus ab hominibus viuis, vel mortuis an emitti poſſit 3. 15. 16.
Odor malus ab humano corpore expirans ſanabilis 3. 18. 375.
Odor manans è corpore demortui eſt ſignum ſanctitatis 4. 27. 4. Repreſentat effectum gratia 4.27.5.
Odorem bonum qui viuentes emiſerint 3. 15. 17.
Oedema ſanabilis 3. 18. 376.
Oeſophagi morbi ſanabiles 3. 18. 377.
Offertorium quomodo fiat 5. 1. 20.
Olea ſatiua ſtipes deciſus poſt decennium pullulauit 3. 21. 14.

Omen-

Digitized by Google

I N D E X.

Omentum, & eius deſcriptio 3. 18. 92.
Opera Dei ex aſſiduitate viluerunt 4. 2. 2.
Opera communia bonis, & malis non indicant ſanctitatem 4. 30. 2.
Opera ſua, vel alterius an ſint Deo accepta nemo ſcire poteſt 4. 30. 3
Operum ſeruorum Dei approbationes quomodo fieri debeant 5. 3. 14.
Opes, & diuitias effundi non vult Dominus, ſed prudenter diſpenſari 2. 18. 6.
Ophiaſis morbus ſanabilis 3. 18. 378.
Ophtalmia ſanabilis 3. 18. 379.
Opinio quid ſit 4. 15. 11.
Opus Dei debet eſſe vndequaque perfectum 4. 10. 4.
Opus perfectum fit à principali, imperfectum vero fit aliorum miniſterio 4. 13. 18.
Oratio eſt effectus ſpei 2. 3. 22.
Oratio eſt actus religionis 2. 9. 7. qui ſint eius effectus 2. 9. 13. quæ eius partes 2. 9. 14. eiuſdem neceſſitas, & quantum proficua 2. 9. 15.
Oratio duplex mentalis, & vocalis 2. 9. 16.
Orationis ex ſtudio quodnam ſanctitatis argumentum oriatur 4. 26. 4. & 5.
Ordinarij ſunt executores Decretorum 5. 2. 7. Quæ tamen non poſſunt interpretari 5. 2. 24.
Ordinarij non ſe poſſunt ingere in cauſis Canonizationum poſt appoſitionem manus Papæ 5. 2. 73.
Ordines Sanctorum ex Rociba 4. 28. 5. & ſeqq. Ex Conteloro 4. 28. 8.
Ordo in virtutibus quomodo conſideretur 2. 14. 1.
Oris conſtitutio 3. 18. 60.
Oris, & faucium inflammatio ſanabilis 3. 18. 380.
Os petroſum 3. 18. 50.
Os ſternum 3. 18. 97. & 142.
Os hioides 3. 18. 135.
Os ſphenoides, ſeu baſilare 3. 18. 130.
Os Ethmoides, ſeu cribriforme 3. 18. 130.
Os Zygoma ſeu iugale 3. 18. 132.
Os lacrum, & quare ſic dictum 3. 18. 140.
Os coccix 3. 18. 141.
Os ileum, & Iſchion 3. 18. 145.
Os in do ſo natum ſanabile 3. 18. 381.
Oſcitatio ſanabilis 3. 18. 383.
Oſſa caluariæ 3. 18. 130.
Oſſa manus brachij, femoris, coxendicis, tibiæ pedis 3. 18. 146.
Oſſium natura, officium, numerus, & qualitates 3. 18. 129
Oſſium fractura ſanabiles 3. 18. 382.
Ouracus 3. 18. 128.

P.

PAlatum 3. 18. 62.
Palpitatio cordis ſanabilis 3. 18. 384.
Pancreas 3. 18. 80.
Pancreatis morbus ſanabilie 3. 18. 386.
Pandiculatio ſanabilis 3. 18. 384.
Panis, ſeu Phigetlon ſanabilis 3. 18. 387.
Papa ex antiquitate retinet nomen ſanctiſſimi 1. 1. 2.
Papa in Beatificatione procedit vt Princeps indulgendo 1. 1. 36. in Canonizatione verò vt Iudex vniuerſalis Eccleſiæ, ſtatuendo, & definiendo 1. 1. 35.
Papa in Canonizatione procedit vt Iudex, in Beatificatione vti Princeps 1. 2. 11. & 12.
Papa ſolus poteſt ſanatos Canonizare 4. 4. 3. An teneatur requirere Conſilium Cardinalium? Quinam teneant affirmatiue 4. 4. 6. qui negatiue 4. 4. 7. qui cum diſtinctione 4. 4. 8.
Papa in Canonizatione Sanctorum plenam habet facultatem 4. 16. 43.
Papæ reſponſio in Conſiſtorio 5. 1. 10.
Papæ pronunciatio in Canonizatione 5. 1. 17.
Paralyſi ex animi motibus qui conualuerunt 3. 27. 20.
Paralyſim, qui quoties volebat acceſſebat 3. 23. 1.
Paralyſis ſanabilis 3. 18. 388.
Paralyticum qui ſe fiebat, & ſanabat 3. 20. 35.
Parenchimata 3. 18. 127.
Paronichia ſanabilis 3. 18. 390.
Parotis ſanabilis 3. 18. 389.
Pars intior in ſpiritualibus amplectenda 4. 7. 28.
Parſimonia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quid importet 2. 12. 22.
Partes corporis ad actiones obeundas, quæ requirant 3. 18. 163.
Partes corporis, quæ à medicis non conſiderantur 3. 18. 154.
Partes corporis aliæ ſimilares, aliæ diſſimilares 3. 18. 158.
Partes ſimilares 3. 18. 158.
Partes diſſimilares 3. 18. 160.
Partes ſpermaticæ, & carnoſæ 3. 18. 159.
Partes organicæ 3. 18. 141, aliæ principales, ignobiles 3. 18. 162.
Parturientes facillime 3. 23. 15.
Partus difficilis curabilis 3. 18. 392.
Partus vltra decem, & duodecim menſes in vtero delatus 3. 21. 39.
Partus pene editus in matris vterum reuerſus 3. 22. 9.
Paruificentia quid ſit 2. 10. 49.
Paſſiones quid ſint 2. 16. 11.
Paſſionis nomine quid intelligendum 4. 6. 5.
Paſſionum tollerantia eſt heroicitatis inditium 2. 15. 76
Patientia eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. quid importet 2. 10. 21. circa quæ verſetur 2. 10. 22. in quibus conſiſtat, & quibus partibus 2. 10. 23. & 24. non datur ſine charitate 2. 10. 5.
Patientia comparatur Martyrio 2. 10. 26.
Patientia Ageſilai 2. 15. 50.
Patientia non opponitur iraſci contra malum 2. 10. 27.
Rem. Patris Raymundi Capiſucchi ſententia de virtutum heroicitate 4. 6. 2. & ſeqq. Eiuſdem de martyrio 4. 22. in fine remiſſiue.
Pauca conſiderantes falluntur 4. 12. 29.
Pauonis caro non putreſcit 3. 21. 5.
Pauperes an ſint admittendi in teſtes 4. 17. 9.
Paupertas quid, & quotuplex 2. 9. 47.
Paupertatis effectus 2. 9. 43.
Pax diuiditur in veram, & falſam, & falſæ pacis tres ſpecies 2. 5. 42. & ſeq.
Pectoris dolor ſanabilis 3. 18. 393.
Pectoris hydrops ſanabilis 3. 18. 394.
Peccator qui aliquando fuit, poteſt Canonizari 4. 3. 3.
Peccatores ſunt diligendi, & quomodo 3. 5. 33.
Peccatores Deus an exaudiat 4. 7. 21. & ſeqq.
Peccatorum timor eſt effectus ſpei 2. 3. 21.
Peccatum in Spiritum Sanctum contrariatur fidei 2. 2. 39.
Pena ordinaria infligi non poteſt, non conſtito de corpore delicti 4. 21. 5.

Pene.

I N D E X.

Penetratio ex vtero Virginis in Natiuitate Chriſti miraculoſa 3.9 1.

Penetratio ex ſepulchro clauſo in Reſurrectione Chriſti non fuit miraculoſa 3. 9. 2.

Penetratio lamiarum quomodo fiat. 3. 9. 5.

Peraſtatæ glandulæ 3. 18. 115.

Perfecta dilectio Dei, & proximi an poſſit haberi in hac vita 2. 17. 19. & 21.

Perfectio non conſiſtit in Conſilijs, ſed in mandatis 2. 15. 21.

Perfectio multiplex datur in homine 2. 17. 3.

Perfectio humanæ vitæ quæ ſit 2. 17. 4. *ſecundum quæ attendatur* 2. 17 5.

Perfectio charitatis duplex 2. 17. 6.

Perfectio non conſiſtit in conſilijs, ſed in præceptis 2. 17. 7. & 8.

Perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis, ſecundario in Conſilijs 2. 17. 19.

Perfectio ex abrenunciatione facultatum quo modo acquiratur 2. 18. 12.

Perfectionis ſtatum attingunt Epiſcopi, & religioſi tantum 2. 17. 16.

Perfectiora ſunt rariora 3. 9. 3.

Perfectorum eſt ſolidus cibus 2. 7. 6.

Perfectum apud Philoſophos quid importet, & quid apud iuriſtas 2. 17. 1. & 2.

Perfectum eſſe, & eſſe in ſtatu perfectionis differunt 2. 17. 15.

Perfectus eſt, qui implet omne mandatum 2. 18. 11.

Pericardij morbi ſanabiles 3. 18. 396.

Pericardij vulnera ſanabilia 3. 18. 397.

Pericardium, & eius ſubſtantia, & origo 3. 18. 88.

Pericranium, & eius ſubſtantia 3 18. 26.

Peripennomia ſanabilis 3. 18. 398.

Peritia non præſumitur ſed probari debet 4. 12. 23. & *quot teſtibus* 4. 12. 24.

Peritonæi laxatio ſanabilis 3. 18. 399.

Peritonæum, & eius deſcriptio 3. 18. 93.

Peritorum iudicio ſtatur in probandis antiquis 4. 23 13.

Periurium opponitur religioni 2. 9. 28. *quod importet* 2. 9. 39.

Perniones ſanabiles 3. 18. 400.

Perſecutio ſanguine coniunctorum eſt grauiſſima 4. 5. 25.

Perſecutio an ſit contra fidem, vel contra perſonas, quomodo poſſit cognoſci 4. 22. 21.

Perſecutionem an, & quando quis euitare debent 4. 22 32. & *ſeq.*

Perſecutiones generales Imperatorum fuerunt directe contra fidem 4. 22. 17.

Perſecutiones contra Chriſtianos poſtquam effecti ſunt viribus potentes, an ſint contra fidem 4. 22. 18. & *ſeqq.*

Perſecutionum tollerantia eſt heroicitatis inditium 2. 15. 76

Perſeuerantia ſufficit ad ſanctitatem in Eccleſia triumphanti 1. 1. 10 & 13.

Perſeuerantia eſt pars fortitudinis 2. 10 7. & *quare* 2. 10. 32. *quid importet* 2 10. 31. *eſt duplex* 2. 10. 33. *conuenit cum conſtantia* 2. 10. 34.

Perſeuerantia finalis quodnam Sanctitatis argumentum efficiat 4. 26 7.

Perſonales qualitates probantur per famam 4. 19. 18.

Pertinacia opponitur fortitudini 2. 10. 30. *quid importet* 2. 10. 52.

Peſtis ſanabilis 3. 18. 401.

Petri Franciſci de Rubeis ſententia de virtutum heroicitate 4. 6. 12. *Eiuſdem de fide hiſtoriarum* 4. 24. 1. & *ſeqq.*

Phima ſanabilis 3. 18. 402.

Phlictera ſanabiles 3. 18. 403.

Phrenes & eius conſtitutio 3. 18. 101.

Phrenitis ſanabilis 3. 18. 405.

Phthiſis ſanabilis 3. 18. 404.

Phyſiognomiæ ſcientia circa quæ verſetur 3. 1. 42. *qui eam poſſederint* 3. 1. 43.

Pia mater 3. 18. 33.

Pica ſanabilis 3. 18. 406.

Picroroli 3. 18. 171.

Picturæ non Canonizatorum, & non Beatificatorum, cum radijs, palmis, & laureolis, prohibita 1. 3. 23.

Pictura Sanctorum pingenda, cum corona, Beatorum cum radio 4. 28. 4.

Pietas eſt pars iuſtitiæ 2. 8. 29. *Quid importet* 2. 8. 30 *Eſt omnium virtutum fundamentum* 2. 8. 31.

Pietas Aeneæ, & aliorum 2. 15. 172.

Pilatus non fuit Chriſtum perſecutus 4. 22. 14.

Pili qua materia generentur 3. 18. 156.

Pili in vrina ſanabiles 3. 18. 408.

Pilorum decidentia ſanabilis 3. 18. 407.

Pinnæ naſi 3. 18. 58.

Pinnæ pulmonis 3. 18. 85.

Pirrhi digitus lienoſos ſanabat 3. 18. 84.

Plantæ, & herbæ ad eijciendos Dæmones vim habentes 3. 16. 18.

Plantæ, quibus in longum vita protrahi poteſt, & à ſenectutis ſquallore præſeruari 3. 21. 29.

Pleura, & eius ſubſtantia 3. 18. 98.

Pleuritis ſanabilis 3. 18. 409.

Plexus choroides 3. 18. 38.

Plica ſanabilis 3. 18. 410.

Plura videntur imperitis Dæmoniaca, quæ non ſunt 3. 4. 29.

Pluuia ſanguinis aliquando viſa 3. 22. 17.

Podagra ſanabilis 3. 18. 412.

Podagrici ob tenuem victum ſanati 3. 23. 19.

Pœna ordinaria infligi non poteſt, non conſtito de corpore delicti 4. 21. 5.

Pœnis affectiones ſanabiles 3. 18. 391.

Pœnitentia continua eſt heroicitatis inditium 3. 15. 73.

Pollutio nocturna ſanabilis 3. 18. 411.

Populi Leucomori ad inſtar animalium ſine cibo dormiunt per totum hiemem 3. 17. 15.

Populi ſanabiles 3. 18. 391.

Populus Hebræus credebat Moyſen in Monte Synai loqui cum Deo, cum tamen loqueretur cum Angelis 4. 13. 16.

Poſſeſſio an probetur teſtibus ſingularibus 4. 16. 32.

Potentia ſimpliciter actiua non indiget determinatiuo 2. 1. 2.

Potentiæ rationales indigent determinatiuo 2. 1. 3.

Potentiæ naturales non perficiuntur à ſuis actibus 2. 1. 5.

Potentia animæ multum poſſent ad ſanitatem inducendam 3. 18. 20.

Potentiæ animæ rationalis operantur in corpore 3. 19. 13.

Praxis

I N D E X.

Praxis hodierna procedendi in cauſis Canonizationum in Sacra Congregatione Rituum 5. 4. *per tot.*

Praxis procedendi per Ordinarios ſuper fama ſanctitatis, virtutum, & miraculorum 5. 5. 3. *& per tot.*

Præceptum prædicandi Euangelium quomodo obliget 4. 22. 31.

Præcipitatia opponitur prudentiæ 2. 7. 39. *Eius effectus* 2. 7. 41.

Præcordia 3. 18. 95.

Prædicatio verbi Dei qualiter ſit neceſſaria ad conuerſionem peccatoris 4. 1. 7.

Prædictio experimentalis quæ ſit 3. 1. 35. *Trifariam diuiditur* 3. 1. 36.

Prædictio ex elementis, meteoris, brutis, plantis, &c. 3. 1. 37.

Prædicta naturalis poteſt fieri ſupernaturalis 3. 24. 9.

Prædictio ex phyſiognomia 3. 1. 42.

Prædictio morboſa excludit ſupernaturalitatem 3. 24. 6.

Prædictionis Diabolicæ exempla 3. 1. 47.

Prægnantium morbi ſanabiles 3. 18. 413.

Prælium inter Falcones, & Cornos 3. 22. 23.

Præſeruatio rubi ardentis an fuerit miraculoſa 4. 13. 14.

Præſeruatio trium puerorum à fornacis incendio an fuerit miraculoſa 4. 13. 22.

Præſeruatio Danielis in lacu leonum an fuerit miraculoſa 4. 13. 22.

Præſeruationes multæ licet videntur nobis miraculoſa, fiunt tamen per Angelos 4. 13. 25.

Præſtigia diuerſa 3. 20. 35.

Præſumptio opponitur ſpei 2. 3. 24. *In quo conſiſtat* 2. 3. 28.

Præſumptio opponitur fortitudini 2. 10. 35. *In quo conſiſtat* 2. 10. 40.

Præſumptio præſumptionis non admittitur 4. 13. 11.

Præſumptio quid ſit, & qualiter diuidatur 4. 15. 7.

Præſumptiua probatio, quando habeatur pro concludenti 4. 21. 17.

Primitiæ pertinent ad Religionem 2. 9. 20.

Priuatia quid ſit 3. 8. 18. *&* 24. *Eius requiſita* 3. 8. 19. *&* 20. *Et nonnulla alia* 3. 8. 23. *in fine.*

Probari directè non poſſunt, quæ non cadunt ſub ſenſibus 4. 13. 5.

Probatio directa fit per rerum principia 4. 13. 2.

Probatia directa quomodo diſtinguatur ab indirecta 4. 13. 3.

Probatio directa non cadit ſuper negatiua 4. 13. 4.

Prabatia legitima quæ ſit 4. 16. 10.

Probationes in cauſis Canonizationum æquiparantur probationibus in cauſis criminalibus 4. 15. 17.

Probationes vbi requiruntur in plurali ſaltem duæ plenæ debent eſſe 4. 16. 13.

Probationes recipi poſſunt etiam non elapſis quinquaginta annis 5. 2. 45.

Probationes in cauſis Canonizationum coadiunari non poſſunt 5. 3. 11.

Probationis nomine venit vera, & legitima probatio 4. 1. 13.

Probationis definitio 4. 15. 1.

Probationis multiplex diuiſio 4. 15. 2. *& ſeqq.*

Procedi non poteſt in cauſis Canonizationum, & Beatificationum, niſi conſtito prius, ſeruatis ſeruandis de paritione decretorum 1. 3. 24.

Procedi non poteſt ad Canonizationem, niſi elapſis 50. *annis à die obitus* 5. 2. 43. *& ſeqq.*

Proceſſus mammillares 3. 18. 39. *&* 59.

Proceſſus committuntur examinandi, primò Rotæ Auditoribus 5. 1. 6. *Poſtea tribus Cardinalibus* 5. 1. 7. *A quibus referuntur in Conſiſtorio ſecreto* 5. 1. 8. *Deinde in publico* 5. 1. 9. *Demum in alio ſecreto* 5. 1. 12.

Proceſſus ſuper paritione Decretorum ante omnia ſunt conficiendi, & diſcutiendi 5. 2. 20. *&* 31.

Proceſſus confici debent ad formam Cæremonialis Leonis Decimi 5. 2. 46.

Proceſſus quomodo aperiendi 5. 2. 68. *Quomodò diſcutiendi* 5. 2. 62.

Proceſſus fabricati ante Decreta ſunt examinandi 5. 2. 67.

Proceſſus an ſit repetendus in Beatificatis 5. 3. 2.

Proceſſus auctoritate Ordinaria confecti, quomodo aperiendi 5. 3. 3. *&* 4.

Proceſſus ſi nulli confecti fuerint auctoritate Ordinaria, quid agendum 5. 4. 29.

Proceſſus coram Delegatis eodem modo conficiuntur, ac coram Iudicibus Ordinarijs 5. 5. 66.

Proceſſu ſuper paritione Decretis non confecta quid agendum 5. 4. 28.

Proceſſus auctoritate Apoſtolica qualiter inſtruendi 5. 5. 72.

Proceſſus quando interpretandi 5. 4. 5.

Proceſſuum exhibitio in Sacra Congregatione eſt primus actus 5. 4. 2.

Proceſſibus præſentatis inſtandum eſt pro illorum aperitione 5. 4. 3.

Prodigalitas opponitur liberalitati, & quid importet 2. 8. 62. *&* 63.

Prodigalitas, & liberalitas quomodo conueniant 2. 18. 17. *Quomodo differant* 2. 18. 20.

Prodigalitas, & auaritia quomodo conueniant 2. 18. 19. *Quomodo differant* 2. 18. 24.

Prodigi vtrum admittantur in teſtes 4. 20. 13. *& ſeqq.*

Prodigia è quibus procedant 3. 22. 3. *& ſeq.*

Prodigia calamitoſa 3. 22. 5. *& plurib. ſeqq.*

Prodigia innoxia 3. 22. 7.

Prodigia felicia 3. 22. 11.

Prodigia puerorum 3. 22. 24. *& ſeqq.*

Prodigia non habentur in conſideratione 3. 24. 31.

Proditores vtrum admittantur in teſtes 4. 20. 13. *& ſeqq.*

Promotor fidei ſemper citari debet 5. 2. 48. *Proponit difficultates in ſcriptis* 5. 2. 77. *Eius facultates* 5. 2. 49. *Eius interrogataria* 5. 2. 54.

Promotor fidei citari debet ad videndum ſignari Commiſſionem 5. 3. 2.

Promotor Fiſcalis nunquam ſit contumax 5. 5. 11.

Promotore Fiſcali impedito Epiſcopus alium deputet 5. 5. 11.

Promotoris Fiſcalis reſponſio contra admiſſionem articulorum 5. 5. 15.

Promptitudo ad inſeruiendum omnibus ſine perſonarum acceptione, eſt indicium ſimplicitatis 2. 16. 23.

Prophetarum quot genera 3. 1. 4.

INDEX.

Propheta mens dupliciter inſtrui poteſt 3. 1. 22.
Propheta non ſemper cognoſcunt ea, quæ prophetant 3. 1. 21.
Prophetia quomoda diſtinguatur à tempore Prophetarum 3. 1. 3.
Prophetia ad doctrinam fidei ceſſauit in aduentu Chriſti Domini 3. 1. 8.
Prophetia ad morum correctionem durauit poſt aduentum Chriſti Domini 3. 1. 9.
Prophetia prædeſtinationis, præſcientiæ, & comminationis 3. 1. 12.
Prophetia an requirat naturalem diſpoſitionem 3. 1. 17.
Prophetia dari poteſt in malis hominibus 3. 1. 25. Cum diſtinctione 3. 1. 26.
Prophetia naturalis duplex 3. 1. 27. Morboſa in quibus detur 3. 1. 28.
Praphetia, ſeu prædictio Diabolica in quibus conſiſtat 3. 1. 44.
Prophetica reuelatio duplex 3. 1. 13.
Prophetia nomen vnde deſumatur 3. 1. 1. Quot modis accipiatur 3. 1. 2.
Prophetia diuiſio uniuerſalis 3. 1. 5.
Prophetia Diuina definitio 3. 1. 6.
Prophetia diuiſio ſecundum finem 3. 1. 7.
Prophetia diuiſio ſecundum tempus 3. 1. 10.
Prophetia diuiſio ſecundum diſtantiam ab humana cognitione 3. 1. 11.
Prophetiæ diuiſio ſecundum gradus 3. 1. 14.
Prophetia diuiſia ſecundum genera 3. 1. 15.
Prophetia cauſa efficiens 3. 1. 16. Cauſa inſtrumentalis 3. 1. 18.
Prophetia ſubiectum 3. 1. 19.
Prophetiæ forma, ſeu modus 3. 1. 20.
Prophetia cauſa finalis 3. 1. 24.
Prophetiæ Diuinæ exempla remiſſiuè 3. 1. 46.
Proteſtatia Authoris librorum de vita, & miraculis Seruorum Dei 5. 2. 29. & 30.
Prothonotarij petunt iuramentum ſententia 5. 1. 18.
Prothonotariorum ſubſcriptio 5. 2. 79.
Prouidentia eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. Quid importat 2. 7. 33.
Prudentia inter virtutes morales primum locum obtinet 2. 7. 1. & 10.
Prudentia præualet corporis fortitudini 2. 7. 2.
Prudentia diuiditur in infuſam, & experimento acquiſitam 2. 7. 4. In veram, & perfectam, & in falſam 2. 7. 8. In generalem, & ſpecialem 2. 7. 11. In regnatiuam, politicam, œconomicam, militarem, & Monaſticam 2. 7. 13.
Prudentia conuerti poteſt in nimiam ſollicitudinem 2. 20. 6.
Prudentia vera, & imperfecta quæ ſit 2. 7. 9.
Prudentia vera, & perfecta quæ dicatur 2. 7. 10. Eiuſque nouem regulæ ibidem.
Prudentia ſecundum habitum datur in pueris Baptizatis 2. 7. 5.
Prudentia quomodo præſtituat finem alijs virtutibus 2. 7. 12.
Prudentia politica quid importet 2. 7. 14.
Prudentia ſine alijs virtutibus moralibus ſtare non poteſt 2. 7. 20.
Prudentia vt acquiratur, opus eſt eruditione 2. 7. 28.
Prudentia carnis opponitur virtuti prudentiæ 2. 7. 39. Quid importet 2. 7. 45.
Prudentia Ageſilai 2. 15. 38.
Prudentia præ Canonizatione Sanctorum probari debet 4. 5. 60.
Prudentiæ definitio 2. 7. 3.
Prudentia experimentalis requiſita 2. 7. 7.
Prudentiæ obiectum 2. 7. 18.
Prudentiæ partes integrales 2. 7. 21.
Prudentiæ correſpondet donum Conſilij, cui correſpondet quinta Beatitudo 2. 7. 53.
Prudentiæ virtutes particulares, & earum officium 2. 7. 38.
Prudentiæ vitia appoſita 2. 7. 39.
Prudentiæ ſpecialia conſiderabilia 4. 6. 57.
Prudentiæ actus 4. 25. 6.
In Præſulibus 4. 25. 7.
In Regibus, & Principibus 4. 25. 8.
In Religioſis 4. 25. 9.
In Heremitis 4. 25. 10.
In viris coniugatis 4. 25. 11.
In mulieribus coniugatis 4. 25. 12.
In virginibus ſæcularibus 4. 25. 13.
In monialibus 4. 25. 14.
In viduis 4. 25. 15.
In Peregrinis 4. 25. 16.
Pruritus ſanabilis 3. 18. 414.
Publica vindicta Semiramidis Aſſiriorum Reginæ 2. 15. 43.
Pudicitia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. in quo conſiſtat 2. 12. 34. Quomodo differat a virginitate 2. 12. 35.
Pudor eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. in quo conſiſtat 2. 12. 18.
Puella quæ toto vitæ ſuæ tempore araneis vixit 3. 21. 27.
Puer nouem annorum, qui a meridie ad veſperam confecit iter quinque, & ſeptuaginta millia paſſuum 3. 21. 11.
Puer ſtatim natus ambulans, & loquens 3. 21. 29.
Pueri decedentes ſine Baptiſmo vtrum Deum diligant 2. 5. 15.
Pueri miraculoſè loquentes 3. 11. 2.
Pueri præſtigioſè loquentes 3. 20. 14.
Pueri qui mirabili caſu mortem euadentes, felicitatem adepti fuere 3. 21. 20.
Pueri naturaliter aliqua vocabula emittere poſſunt 3. 20. 15.
Pueri 7. & 10. annorum, qui generarunt 3. 21. 40.
Pueri Canonizari nequeunt 4. 3. 5. niſi Deus ad illorum inuocationem, vel alias miraculis oſtendat 4. 3. 7.
Pulmo, & eius deſcriptio 3. 18. 85.
Pulmonis caruncula ſanabiles 3. 18. 415.
Puſtulæ ſanabiles 3. 18. 4 6.
Puſillanimitas opponitur fortitudini 2. 10. 35; quid importet 2. 10. 48.
Pylorus, & eius deſcriptio 3. 18. 70.

Q

QValitates occultæ dantur 3. 19. 1.
Qualitates occultæ, quæ vni alicui ſpeciei competunt 3. 19. 2.
Qualitates occultæ indiuiduales 3. 19. 3.

Qua-

I N D E X.

Qualitates occulta rerum, qua anteà vixerunt 3. 19. 5.
Qualitates occulta, qua in viuentibus generantur 3. 19. 6.
Qualitates occulta, qua conſtituunt in malis humoribus, & venenis in corporibus genitis 3. 19. 7.
Qualitates occulta in modo inherendi 3. 19. 9.
Qualitates reales, & intentionales 3. 19. 9.
Qualitates occulta, qua ab alijs rebus dependent, & effluunt 3. 19. 10.
Qualitates materiales, & ſpirituales 3. 19. 9.
Qualitates ſimpathiam vel antipathiam excitantes 3. 19. 11.
Qualitates ſpectantes ad medicamenta &c. 3. 19. 12.
Qualitates extrinſecas aduenientes non praſumuntur 4. 5. 9.
Qualitatum occultarum ſex ſpecies 3. 19. 2 & ſeqq.
Qualitatum occultarum quinque differentia 3. 19. 8. & ſeqq.
Qualitatum occultarum prima differentia 3. 19. 8.
Quartana ſanabilis 3. 18. 417.
Quartina timore ſanata 3. 19 16.
Qua Spiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege 4. 1. 3.
Qua fiant in Conſiſtorio publico 5. 1. 11.
Qui ad pauca reſpiciunt, de facili decipiuntur 4. 12. 29.
Quidam plures linguas illicò edoctus 3. 6. 7.
Quilibet diligendus eſt, & quomodò 2. 5. 32.
Quilibet ad teſtificandum admittitur 4. 17. 1.
Quinam interueniant in Conſiſtorio publico 5. 1. 13.

R

R*Abies ſanabilis 3. 18. 418.*
Rachel ſterilis concepit, & peperit 3. 12. 4.
Raptus cum eleuatione quodnam indicium Sanctitatis efficiat 4. 26. 8.
Ratio, ſeu ratiocinatio eſt pars prudentia 2. 7. 21. quid ſit 2. 7. 31 diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem 2 7. 32.
Ratio hominis dupliciter perficitur 2. 15. 10.
Ratio humana quandoque obnubilatur à paſſione 2. 16. 11.
Ratio diuerſitatis inter Martyres, & Confeſſores circa miracula reddi non poteſt 4 7. 13.
Rebecca ſterilis concepit, & peperit 3. 12. 3.
Recidiua, & mors ſuperueniens an tollat rationem miraculi 4. 10. 4. Et quando non tollat 4. 10. 6.
Recompenſatio, & eius requiſita 2. 5. 53.
Rectum inteſtinum 3. 18. 78.
Reges Hiſpaniarum Dæmones praſentia eijciunt 3. 16. 19. & qua vi 3. 16. 20.
Reges Galliarum ſtrumas ſanant, & Reges Anglia morbum Herculeum 3. 16. 20.
Regionis thoracis deſcriptio 3. 18. 81.
Regnatiua prudentia quid importet 2. 7. 13.
Releuantia proceſſus remiſſorialis in genere diſcutitur aliquando ſimul cum validitate 5. 6. 17.
Relatio Delegatorum proponitur in Conſiſtorio 5. 1. 3.
Relatio facienda tantum de his, qua Beatificationem praceſſerunt 5. 3. 21.
Relationes Auditorum Rota, quomodo facienda 5. 2. 74.
Religio non eſt virtus theologica ſed moralis 2. 9. 3.
Religio conſiſtit in actibus interioribus, & exterioribus 2. 9. 4.
Religio dupliciter ſumitur, pro virtute 2. 9. 5. & pro certo ſtatu perſonarum 2. 9. 6. & hoc vltimo modo quid importet, & quibus conſtituatur 2. 9. 42.
Religio vocatur Martyrij genus 2. 9 46.
Religio quenam primum locum obtineat 2. 9. 53.
Religio duobus modis propagata eſt 2. 11. 1.
Religio in quibus dicatur alijs virtutibus praeminere 2. 14. 11.
Religio Antiochi Siria Regis, & aliorum 2. 15. 41.
Religioni vitia oppoſita 2. 9. 28.
Religionis definitio 2. 9. 1. Ethimologia 2. 9. 2.
Religionis actus qui ſint 2. 9. 7.
Religionum obſeruantia ad qua reducantur 2. 9. 44.
Religioſi ſtatus bonitas 2. 9. 45.
Religioſi an admittantur ad teſtificandum 4. 17. 14.
Reliquiarum identitas eſt difficillima probationis, & qualiter probari debeat 4. 29. 15.
Reliquia quomodo approbari poſſint ab Epiſcopo 4. 29. 14.
Remedia partes neruolas ſectas conglutinantia 3. 11. 2.
Remiſſoriales quibus dirigenda 5. 3. 15.
Renes, & eorum deſcriptio 3. 18. 111.
Renum dolor ſanabilis 3. 18. 419.
Replicatio D. Antonij de Padua; 3. 9. 4.
Requiſita ad Sanctitatem in Eccleſia militanti 1. 1. 14. & 16.
Requiſita pro Canonizatione Sanctorum 4. 5. 1.
Requiſita pro Canonizatione 5. 1. 1.
Res duplici modo producuntur 3. 22. 1.
Reſcriptum per verbum placet in commiſſionibus obtinendum à Sanctiſſimo 5. 3. 2.
Rheumatiſmus ſanabilis 3. 18. 420.
Rigor vide Horror
Rixa contrariatur charitati, & in quo conſiſtat 2. 5. 63.
Romanorum virtutes 2. 1. 34.
Rota Auditoribus quid incumbat 5. 2. 63.
Rubi ardentis praſeruatio fieri potuit ab Angelo 4. 13. 14.
Ructatio ſanabilis 3. 18. 421.

S

S*Acerdotem celebraſſe an probetur teſtibus ſingularibus 4. 16 29.*
Sacra Sriptura narrans locutionem Moyſi cum Deo, locuta fuit ſecundum opinionem Populi 4. 13. 15.
Sacramentorum ex frequentia quodnam inditium Sanctitatis oriatur 4. 26. 3. & 4.
Sacra Scriptura ſenſus 4. 8. 18.
Sacra Scriptura Hiſtoria pro verò tenenda eſt ſecundum ſenſum litteralem 4. 13. 12.
Sacrificium eſt actus religionis 2. 9. 7. & 20. de cuius ratione, ſunt Decima, oblationes, & primitia, ibidem.
Sacrilegium opponitur religioni 2. 9. 28. & quid ſit 2. 9. 40.
Sacriſtia Baſilica S. Petri debentur ſacra indumenta, quibus vtitur Summus Pontifex in ipſa die Canonizationis 5. 3. 12.
Sagitta pluribus perſonis in temporibus infixis, poſt plures annos ſternutationibus vi natura eiecta 3. 19. 22. & 24.
Sal agrigentinus in aqua agritans in igne liqueſcens 3. 21. 6.

I N D E X:

Sanatio, & ſanabilitas differunt 3. 8. 29.
Sanatio miraculoſa non dicitur per hoc, quod non præceſſerit euacuatio 3. 18. 11.
Sanatio miraculoſa quas conditiones requirat ex Zacchia 3. 18. 2. *& ſeqq.*
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex Laureto de Franchis 3. 18. 6.
Sanatio miraculoſa quæ requirat ex parte morbi 3. 18. 3.
Sanatio miraculoſa, quæ requirat ex parte Sanationis 3. 18. 4.
Sanatio miraculoſa, quæ requirat ex parte ægrotantis 3. 18. 5.
Sanatio miraculoſa poſt inuocationem debet fieri perfectè 3. 18. 12.
Sanatio miraculoſa debet fieri ob neceſſitatem vel magnam vtilitatem 3. 18. 13.
Sanatio miraculoſa excluditur ſi præceſſerit aliquid ſuperſtitioſum 3. 18. 14.
Sanatio naturalis poteſt eſſe inſtantanea 3. 18. 7.
Sanatio non inſtantanea hominis ad vltimum ſpiritum redacti, non eſt miraculoſa 4. 11. 33.
Sanationem miraculoſam debet præceſſiſſe criſim 3. 18. 10.
Sanationem miraculoſam quæ excludant 3. 18. 10.
Sanationes inſtantaneæ an ſint admittendæ omnes, vt miraculoſæ 4. 8. 8. *& ſeqq.*
Sanationes, & ſuſcitationes veræ inſtantaneæ 4. 10. 5.
Sanationes quænam non ſint ſecundo generi miraculorum adſcribendæ 4. 11. 30.
Sanationes eſſe miraculoſas, non poteſt dari certitudo 4. 12. 8.
Sanationibus ſucceſſiuis Eccleſia non redditur certa de miraculo 4. 8. 11.
Sanationum miracula magna indigent probatione 4. 7. 5.
Sancti in Patria nihil merentur 1. 1. 19.
Sancti qui laudantur de vna virtute tantum, omnes habuerunt 2. 14. 22.
Sancti Petri de Alcantara corporis mortificatio 2. 15. 74.
Sancti plures habuerunt donum linguarum 3. 6. 3.
Sancti Veteris Teſtamenti an poſſint Canonizari, quinam teneant negatiuè 4. 3. 8. *&* 16 *Et qui affirmatiuè* 4. 3. 3.
Sanctis debetur cultus, & veneratio ex præcepto 1. 2. 15.
Sanctis Veteris Teſtamenti clauſa fuit claritas diuinæ viſionis, 4. 3. 10.
Sanctitas duplex in Eccleſia Triumphanti, & Militanti 1. 1. 9. *&* 10.
Sanctitas propriè conſiſtit in excellentia vitæ 4. 7. 1.
Sanctitatis nomen vnde deductum 1. 1. 1. *in iure ciuili quid importet* 1. 1. 23. *Plures acceptiones* 1. 1. 4.
Sanctitatis definitio 1. 1. 5. 8. *&* 14.
Sanctitatis requiſita 1. 1. 3.
Sanctitatis indicia deſumenda ex actibus fidei 4. 25. 22
Ex actibus ſpei 4. 25. 23.
Ex actibus charitatis in Deum 4. 25. 24.
Ex actibus charitatis in proximū 4. 25. 25.
Ex actibus prudentiæ 4. 25. 26.
Ex actibus iuſtitiæ 4. 25. 27.
Ex actibus fortitudinis 4. 25. 28.
Ex actibus temperantiæ 4. 25. 29.
Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Zacchariæ eius Patris, Eliſabeth eius Matris, Ioſephi, Simeonis, & Annæ Propheteſſæ cur feſta celebrentur 4. 3. 18.
Sanctorum ordines, & claſſes 4. 28. 5. *& ſeqq. &* 4. 28. 8.
Sanctorum merita conſideranda in Canonizatione 4. 28. 10.
Sanctus nullus caret peccata 1. 1. 6. *&* 7.
Sanctus Clemens Papa Primus conſtituit ſeptem Notarios in Vrbe, à quibus acta Martyrum conſcriberentur 1. 3. 4. *&* 6.
Sanctus Anterus, & S. Fabianus conſtituerunt Subdiaconos, qui acta Martyrum, à Notarijs ſcripta colligerent 1. 3. 5.
Sanctus quilibet ad proprium ordinem Canonizandus 4. 3. 21.
Sandochetto dormienti Lea ſudorem lingua deterſit 3. 22. 11.
Sanguinei ſudoris naturales cauſæ 3. 21. 16. *& ſeqq.*
Sanguinem è cadauere occiſi præſente occiſore miraculosè effluere qui dicant 3. 15. 2. 4.
Sanguinem in præſentia occiſoris è corpore occiſi naturaliter effluere qui dicant 3. 15. 6.
Sanguinem plures ſudarunt 3. 21. 15. *& ſeqq.*
Sanguinis profluentis è cadauere occiſi in præſentia occiſoris cauſa 3. 15. 2. 8. 9. 10. 11.
Sanguinis effluxus è cadauere occiſi in præſentia occiſoris non eſt propriè miraculum 3. 15. 5.
Sanguinis è cadaueribus naturaliter fluentis exempla 3. 15. 6. *&* 12.
Sanguinis generatio 3. 18. 166.
Sanguinis ſputus ſanabilis 3. 18. 422.
Sanguinis vomitus ſanabilis 3. 18. 423.
Sanguinis mictus ſanabilis 3. 18. 424.
Sanguinis pluuia aliquando viſa 3. 22. 17.
Sanguinis pluuia naturaliter accidere poteſt 3. 22. 18.
Sanguis è cadaueribus manare poteſt vſque ad tertium diem 3. 14. 16.
Sanguis an ſtatim poſt mortem congeletur 3. 15. 9.
Sanguis è cadaueribus ſuffocatorum quare diffluat 3. 15. 10.
Sanguis è corpore mortui fluens eſt inditium Sanctitatis 4. 27. 11.
Sanitas acquiſita ex ira, timore &c. 3. 19. 16.
Sanitatis definitio 3. 18. 167. *&* 4. 12. 18.
Sarra prima, quæ in ſterilitate concepit 3. 12. 2.
Scabies ſanabilis 3. 18. 425.
Scalpelli acies in vena relicta, poſt aurem vi naturæ exijt 3. 19. 27.
Scandalum contrariatur charitati, & quid, & quotuplex ſit 2. 5. 66.
Scapularum, ſeu ſpatularum nomina, & deſcriptio 3. 18. 144.
Schiſma quid ſit 2. 2. 36.
Schiſma contrariatur charitati, & quid ſit 2. 5. 62.
Sciatica ſanabilis 3. 18. 426.
Scientia non præſumitur, ſed probari debet 4. 12. 23. *& quot teſtibus* 4. 12. 24.
Scilex in genu ingreſſus naturæ vi, poſt aliquot annos eiectus 3. 19. 27.
Sciri quæ dicantur 4. 20. 12.
Scirus ſanabilis 3. 18. 427.
Scopelianus Sophiſta vir eloquentiſſimus 3. 7. 7.
Scorbutum ſanabile 3. 18. 428.
Scorpenæ marinæ ictus ſanabilis 3. 18. 431.

Scorpio

I N D E X.

Scorpio in capite hominis natus, & ſternutatione per nares eiectus 3. 19. 19.
Scorpionis ictus ſanabilis 3. 18. 430.
Scripta ab aliquo Dei ſeruo an probent eius Sanctitatem 4. 15. 22. & ſeqq.
Scriptura publica an credatur in praiudicium eius, qui illius confectioni non conſentit 4. 24. 6. & 27.
Scroti morbi ſanabiles 3. 18. 429.
Scrufula, vide ſtruma.
Secta quid ſit 2. 2. 37.
Secunda, ſeu ſecundina 3. 18 126.
Secundinarum retentio ſanabilis 3. 18. 432.
Securitas conſcientiæ eſt effectus ſpei 2. 3. 18.
Securitas eſt pars fortitudinis 2. 10. 7. quid ſit 2. 10. 14. in via non poteſt perfectè haberi 2. 10. 15. eſt mater negligentia 2. 10. 16.
Seditio contrariatur charitati 2. 5. 56 In quo conſiſtat 2. 5. 63. & quomodo ſedanda ibidem.
Segnities eſt ſpecies timoris naturalis 2. 4. 6.
Semidei vnde dicti 2. 15. 3.
Semiramis expoſita ab auibus alita fuit 3. 22. 11.
Seneca in peccato infidelitatis mortuus 2. 15. 61.
Senem fœminam naturaliter poſſe concipere in iure admittitur 3. 12. 13. & eſt præſumptio iuris, & de iure ibid.
Senem fœminam vt probetur miraculosè concepiſſe quid probandum ſit 3. 12. 14.
Senes maſculi, qui octuagenarij genuerunt 3. 12 7. & 8.
Senes maſculi centum annorum qui genuerunt 3. 12. 9
Senſus Sacræ Scripturæ quales ſint 4. 8. 18.
Senſus auditus quomodo differat ab alijs ſenſibus 4. 18. 2.
Sententiam dare ſuper re dubia eſt valdè inconueniens 4. 1. 12.
Septum lucidum 3. 18. 40.
Septum tranſuerſum 3. 18. 101.
Sepulchris appendi non poſſunt Tabellæ votiuæ, lumina &c. 5. 2. 5. & 15.
Seroſum excrementum 3. 18. 110.
Seruilitus ſemper eſt mala 2. 4. 73.
Seth in duabus columnis medicinam inſculpſit 4. 18. 23.
Signa extrinſeca virtutum non ſemper indicant virtutes intrinſecas 2. 6. 13.
Signa vindictam publicam clamantia 3. 22. 22.
Signum quid ſit 4. 15. 14.
Silentium vide Taciturnitas.
Siliginis grana ex tumore aperto exeuntia 3. 21. 25.
Simeonis Senis feſtum colitur Venetijs 4. 3. 15.
Simeonis pueri Tridentini à Iudæis ſæuiſſimè occiſi miraculum 4. 3. 6.
Simillimi facie, & toto corpore 3. 23. 22.
Simonia opponitur religioni 2. 9. 28. quid, & quotuplex ſit 2. 9. 41.
Simplex aliud phyſicum, & aliud morale; & phyſicum aliud ſimpliciter, & aliud ſecundum quid 2. 16. 1. & ſeqq.
Simplicitas eſt heroicitatis initium 2. 15. 67.
Simplicitas moralis alia bona & alia mala 2. 16. 3.
Simplicitas non excludit omnem humanum affectum actualiter incidentem 2. 16. 23. & 24.
Simplicitas poteſt eſſe nimia &c. 2. 20. 11.
Simplicitas probanda eſt pro Canonizatione Sanctorum 4. 5. 60.
Simplicitatis phyſicæ definitio 2. 16. 2.
Simplicitatis bonæ definitio 2. 16. 4.
Simplicitatis eſſentia in quo conſiſtat 2. 16. 20.
Simplicitatis requiſita eſſentialia 2. 16. 16.
Simplicitatis indicia 2. 16. 21. & ſeqq.
Simplicitatis actus 4. 25. 21.
Simulatio opponitur veritati 2. 8. 49. quid importet 2. 8. 52. differt à fictione ibidem.
Sinciput 3. 18. 21.
Singula ſi non proſunt ſimul iuncta iuuant, an admittantur in cauſis Canonizationum 4. 20. 17.
Singularita triplex 4. 16. 1. & ſeqq.
Singularitas eſt idem, ac vnitas 4. 16. 9.
Singultus ſanabilis 3. 18. 433.
Sinus capitis, & cerebri 3. 18. 31.
Sinus ſanabilis 3. 18. 434.
Siriaſis ſanabilis 3. 18. 435.
Sirones vide ſudamina.
Sitis morboſa ſanabilis 3. 18. 436.
Sobrietas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quid importet 2. 12, 32.
Socrates inter Atheos reputatus 2. 2. 28.
Solertia eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. in quo conſiſtat 2. 7. 40.
Sollicitudo eſt pars prudentiæ 2. 7. 21. quid importet 2. 7. 36.
Sollicitudo temporalium opponitur prudentiæ 2. 7. 39. quid importet 2. 7. 50.
Sollicitudo futurorum opponitur prudentiæ 2. 7. 39. quid importet 2. 7. 51. & quando non improbetur 2. 7. 52.
Somnambuli ſanabiles 3. 18. 437.
Somnia naturalia a quibus cauſis proficiſcantur 3. 3. 3.
Somnia diuina immittuntur mediantibus Angelis, & ob quas cauſas à Deo immittantur 3. 3. 5.
Somnia diabolica 3. 3. 7. quare à Diabolo immittuntur ibidem.
Somnia bona vt à malis diſtinguantur quæ obſeruanda ſunt 3. 3. 11.
Somnia quando ſint Deo, vel dæmoni attribuenda 3. 24. 15.
Somnia in dubio cenſenda ſunt potius à Diabolo, quam à Deo immiſſa 3. 3. 11.
Somnia naturalia quandoque certiſſimè verificantur, & quare 3. 3. 12.
Somnia diabolica verificata 3. 3. 8.
Somnij definitio 3. 3. 1.
Somniorum tres ſpecies 3. 3. 2.
Somniorum naturalium exempla verificata 3. 3. 4.
Somniorum diuinorum exempla 3. 3. 6.
Somniorum nonnullorum exempla verificata 3. 3. 9. & 10.
Somniorum interpratatio à Deo 3. 3. 13.
Somniorum interpretatio à Diabolo 3. 3. 14.
Somniorum de interpretatione qui ſcripſerint 3. 3. 15.
Somniorum interpres Iulianus Maius 3. 3. 15.
Somniorum naturalium interpretatio 3. 3. 16.
Somnus amiſſus reſtituibilis 3. 18. 438.
Sorores gemellæ eadem mala eodem tempore patientes 3. 21. 35.
Spaſmo toto tempore affectus repente ſanatus 3. 23. 5.
Spaſmus ſanabilis 3 18. 439.
Specialia duo circa idem ſubiectum non admittuntur 4. 13. 10.
Specierum repreſentatio non facit Prophetam 3. 1. 21.

INDEX.

Species materiales, & intentionales 3. 19. 9.
Speculum lucidum 3. 18. 40.
Spei encomia 2. 3. 2.
Spei effectus 2. 3. 18. & ſeqq.
Spei obiectum 2. 3. 15.
Spei opponuntur præſumptio, & deſperatio 2. 3. 24.
Spei in genere definitio 2. 3. 1.
Spei ſupernaturalis definitio 2. 3. 8.
Spei naturalis effectus 2. 3. 7.
Spei cum timore connexio 2. 4. 2.
Spei actus non inferunt heroicitatem 2. 15. 65.
Spei probationes 4. 5. 33. & ſeqq. actus interni, & externi 4. 5. 31.
Spei actiones 4. 6. 42.
Spei inditia 4. 6. 43.
Spei actus 4. 25. 2.
Spes naturalis à quibus cauſetur 2. 3. 4.
Spei eſt ſanguis fidei 2. 3. 10. & 4. 5. 30.
Spes dividitur in perfectam, ſeu formatam, & in imperfectam, ſeu informem 2. 3. 12.
Spei generat charitatem 2. 3. 13.
Spes, fides, charitas quomodo differant in modo tendendi in Deum 2. 3. 14.
Spes ſtare poteſt ſine charitate, non ſine fide 2. 14. 14.
Spes ſine charitate non eſt perfecta virtus 2. 15. 13.
Spes perfecta, & imperfecta 2. 15. 16.
Spes pro Canonizatione ſanctorum probanda eſt 4. 5. 30.
Spes converti poteſt in præſumptionem 2. 20. 3.
Sphacelus ſanabilis 3. 18. 440.
Spica per urinæ canalem immiſſa per ſiniſtrum crus vi naturæ emiſſa 3. 19. 28.
Spina quibus oſſibus conſtet 3. 18. 136.
Spino alba prope ventriculum Paſtoris nota, quæ ſingulis annis germinabat 3. 21. 25.
Spinalis medulla 3. 18. 46.
Spina dorſi fractura ſanabiles 3. 18. 441.
Spinteris reſolutio ſanabilis 3. 18. 442.
Spiritus Sanctus ad animum malis cogitationibus fluctuantem non accedit 3. 2. 11. poſt med.
Spiritus Sanctus, à quo extaſis divina procedit non eſt author indecentiæ naturæ 3. 4. 32.
Spiritus naturales, vitales, & animales 3. 18. 165.
Splen, & eius deſcriptio 3. 18. 109.
Splendor in facie eſt inditium Sanctitatis 4. 27. 7.
Splenetici ſanabiles 3. 18. 443.
Spurij non admittuntur in teſtes 4. 20. 13. & ſeqq.
Stapes 3. 18. 53.
Stateoma ſanabilis 3. 18. 444.
Statim, protinus, mox, incontinenti, & alia ſimiles dictiones recipiunt interpretationem arbitrio Iudicis 4. 8. 2.
Status quid importet 2. 17. 14.
Status præſens quando concurrere poteſt cum præterito valet argumento de præſenti ad præteritum 4. 23. 8.
Sterilitas miraculoſe ſublata 3. 12. 1. & ſeqq.
Sterilitas ab impedimento, defectu, vel mala affectione naturali proveniens, eſt naturaliter ſanabilis 3. 12. 15.
Sterilitas ſanabilis 3. 18. 445.
Steſicoris poetæ in ore cecinit luſinia 3. 22. 26.
Stipes oleæ ſativæ à decennio deciſus pullulavit 3. 21. 14.
Stomachi dolor ſanabilis 3. 18. 446.
Strangulati laqueo reviviſcentes 3. 10. 7.
Stranguria ſanabilis 3. 18. 447.
Strumæ ſanabiles 3. 18. 448.
Studioſitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. & quare 2. 12. 44.
Stupor eſt ſpecies timoris naturalis 2. 4. 10.
Stupor ſanabilis 3. 18. 449.
Subclavij rami arteriæ 3. 18. 90.
Subiectio S.R.E. eſt heroicitatis inditium 2. 15. 68. quomodo probetur 2. 15. 69.
Submerſi in undis reviviſcentes 3. 10. 8.
Subpromotor fidei qualiter proceſſus ſubſcribere debeat 5. 3. 18.
Subpromotoris fidei ſolarium 5. 2. 78.
Subrogatio Cardinalium fit à Papamet 5. 3. 16.
Sudamina ſanabilia 3. 18. 450.
Sudor anglicus ſanabilis 3. 18. 451.
Sudor prodigioſus 3. 22. 13. & ſeqq.
Sudores liquores &c. è cadaveribus non poſſunt eſſe naturales 4. 27. 13.
Suffocatio ſanabilis 3. 18. 452.
Superbia opponitur temperantiæ 2. 12. 49. & directe humilitati 2. 12. 68.
Superbia quomodo differat ab inani gloria 2. 13. 17.
Superbia bona 2. 13. 19
Superbia partes 2. 13. 18.
Superbia definitio 2. 13. 20.
Superbia ſpecies 2. 13. 21.
Superbia ſigna 2. 13. 22.
Superbia effectus 2. 13. 23.
Superbia filia 2. 13. 24.
Superfluus ornatus opponitur temperantiæ 2. 12. 49. quomodo attendatur 2. 12. 72.
Superſtitio opponitur religioni 2. 9. 28. in quo conſiſtat 2. 9. 29.
Surditas ſanabilis 3. 18. 453.
Suſpenſorum cadavera, quæ ſanguinem emiſerunt 3. 15. 13.
Suſpicio quid ſit 4. 15. 10.
Suturæ capitis 3. 18. 28.
Syderatio vide Gangrena.
Symphiſis 3. 18. 139.
Syncope curabilis 3. 18. 454.
Synochus ſanabilis 3. 18. 281.

T

Tabellæ votivæ quomodo recipiendæ, & cuſtodiendæ 5. 2. 11. 17. 18. 96. & ſeq.
Tabes ſanabilis 3. 18. 455.
Tacere melius eſt, quam veritatem non perfecte dicere 4. 14. 5.
Taciturnitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. quomodo ſervanda 2. 12. 20.
Talpa ſanabilis 3. 18. 456.
Tarantæ ictus ſanabilis 3. 18. 457.
Tarditas requiſita in cauſis Canonizationum 4. 2. 3.
Temperamentum cuiuſque partis 3. 18. 164.
Temperantia quid importet 2. 12. 1. & 3. circa quæ verſetur 2. 12. 4.
Temperantia converti poteſt in inſenſibilitatem 2. 20. 8.
Temperantia Pittagoræ, & aliorum 2. 15. 52.
Temperantia eſt probanda in Canonizatione Sanctorum 4. 5. 63.
Temperantiæ definitio 2. 12. 2.

Tem-

I N D E X.

Temperantiæ partes 2. 12. 5.
Temperantiæ ſpecialia conſiderabilia 4. 6. 60.
Temperantiæ actus 4. 25. 19.
Temperies, ſeu temperamentū in quo cōſiſtat 3. 18. 164
Temporalis beatitudo vera, quæ ſit 1. 2. 7.
Tempus immemorabile quale ſit 5. 2. 23.
Tendo, ſeu chorda 3. 18. 149.
Teneſmus ſanabilis 3. 18. 458.
Tentatio Dei opponitur religioni 2. 9. 23. *in quo conſiſtat* 2. 9. 38.
Tentationes, tribulationes ſunt effectus fidei 2. 2. 20.
Tentationum, & tribulationum tollerantia eſt effectus ſpei 2. 3. 13.
Termini magnitudinis, & paruitatis quomodo conſtent 2. 15. 22. & 24.
Termino ab vno recedens magis accedicit ad aliam 4. 6. 64.
Terminus vide Epiſtactides.
Termini ſubſtantiales non ſeruantur in cauſis Canonizationum 5. 5. 75.
Terminus in litteris remiſſorialibus ſtatuendus 5. 3. 8.
Terminus pro ſeruato quid ſit 5. 5. 17.
Termini pro ſeruato plures habendi ante admiſſionem articulorum 5. 5. 16.
Terminus pro ſeruato vbi non eſt de ſtilo facienda eſt admonitio 5. 5. 20.
Terrenorum contemptu quodnam ſanctitatis indicium oriatur 4. 26. 1.
Teſtes ſingulares an probent 4. 16. 4. & ſeqq.
Teſtes ſingulares an probent virtutes, & miracula in ſpecie 4. 16. 15. & ſeqq. 4. 16. 22. & ſeqq. 4. 10. 34. & 38.
Teſtes ſingulares an probent famam ſanctitatis, & miraculorum in genere 4. 16. 14.
Teſtes conteſtes qui dicantur 4. 16. 18.
Teſtes deponentes de partibus indiuiduis an probent totum 4. 16. 30.
Teſtes duo ſufficiunt in qualibet cauſa 4. 17. 2.
Teſtes de vniuerſitate non admittantur 4. 17. 13.
Teſtes de auditu qui dicantur 4. 18. 1.
Teſtes de auditu ſunt in duplici differentia 4. 18. 3.
Teſtes de auditu proprio in quibus differant à teſtibus de auditu alieno 4. 18. 4.
Teſtes examinandi ex officio ſuper ſanctitate vitæ virtutibus, & miraculis 5. 5. 70.
Teſtes de auditu proprio plene probant 4. 18. 5.
Teſtes examinandi ſuper idoneitate teſtium inductorū à Poſtulatoribus 5. 5. 71.
Teſtes de auditu proprio ex interiecto pariete, vel cortina vtrum probent 4. 18. 6.
Teſtes deponentes, ſe audiuiſſe plorantes, ſuſpiria, cantus, flagella &c. deponere debent coarctate 4. 18. 7.
Teſtes de auditu in criminalibus non faciunt præſumptionem 4. 13. 12.
Teſtes de auditu probant cultū immemorabilē 4. 18. 13.
Teſtes de auditu admittuntur in antiquis 3. 18. 13.
Teſtes ſuper actibus in cauſis Canonizationum melius eſt vt ſint ſacerdotes, vel perſonæ Eccleſiaſticæ 5. 5. 10
Teſtes ex officio examinandi ſuper veritate ſepulchri, in caſu non cultus 5. 5. 96.
Teſtes examinandi ſuper ſufficientia Peritorum 5. 5. 64. *atque item medicorum, Chirurgorum obſtetricum, qui dederunt iudicium ſuper miraculis* 5. 5. 71.
Teſtes ſuper immemorabili, quibus requiſitis deponere debeant 4. 13. 15.
Teſtes non citati vtrum probent 4. 20. 8.
Teſtes deponentes de notorio Martyrij, adhuc deponere debent de viſu 4. 21. 22.
Teſtes deponentes de martyrio notorio deponere debent ſe interfuiſſe nominando perſonas ibidem exiſtentes 4. 21. 23.
Teſtes deponentes ſuper notorio, rationem reddere debent, quid ſit notorium 4. 21. 24.
Teſtes de auditu an probent in ciuilibus, & in cauſis modici, vel nullius præiudicij 4. 21. 25.
Teſtes ſuper centenaria ante decreta vtrum deponere debeant de viſu per 40 annos ante eadem decreta 4. 23. 1.
Teſtes ſuper centenaria cultus, qualiter deponere debeant 4. 23. 7.
Teſtibus ſingularibus aliquando fides adhibita in ſanctorum Canonizatione 4. 16. 16.
Teſtibus ſingularibus adhibere fidem, eſt Iudici arbitrium 4. 16. 17.
Teſtibus ex concordatis non oritur plena probatio 4. 16. 20.
Teſtibus de viſu quando probetur corpus delicti 4. 21. 14.
Teſtibus inhabilibus vti nequit, qui teſtes habiles adhibere potuit 4. 23. 2.
Teſticulorum ſubſtantia, & deſcriptio 3. 18. 117.
Teſticulorum morbi curabiles 3. 18. 459.
Teſtimonijs humanis poteſt ſubeſſe falſitas quando intelligatur 4. 30. 24.
Teſtis dictum regulatur à cauſa, quam reddit 4. 16. 25.
Teſtis vnus cum fama an probat miracula 4. 16. 39.
Teſtis de auditu alieno, ſeu auditu auditus non probat 4. 18. 8.
Teſtis deponere debet de eo, quod vidit, & præſens fuit 4. 18. 18
Teſtis de auditu an habet cauſam ſcientiæ 4. 18. 11.
Teſtis vnus cum fama non probat plenè in cauſis Canonizationem 4. 18. 26.
Teſtis deponere debet de eo, quod vidit, & præſens fuit, ac per proprium ſenſum percepit 4. 21. 19.
Teſtis de auditu non percipit veritatem, vt in ſe eſt, ſed quandam relationem veritatis 4. 21. 20.
Teſtis de auditu non habet cauſam ſcientiæ 4. 21. 21.
Teſtis de ratione eſt, contra negantes, vel dubitantes fidem facere 4. 22. 3.
Teſtium depoſitiones ſcribendæ ſunt idiomate, quo proferuntur 5. 3. 5. & 18.
Teſtudo vide Talpa.
Thoracis vulnera ſanabilia 3. 18. 450.
Thorax & eius deſcriptio 3. 18. 96.
Timor filialis, ſeruilis, & ſeruilitas 2. 2. 19.
Timor diuiditur in naturalem, humanum, & ſupernaturalem 2. 4. 3.
Timor naturalis quid ſit 2. 4. 4. *eius ſpecies* 2. 4. 5. *à quibus cauſetur* 2. 4. 12. *eius effectus* 2. 4. 13.
Timor naturalis facit conſiliatiuos 2. 4. 14.
Timor humanus, vel mundanus quid ſit 2. 4. 17. *ſemper eſt malus* 2. 4. 18.
Timor ſupernaturalis diuiditur in filialem, initialem, & ſeruilem 2. 4. 19.
Timor ſeruilis quid ſit 2. 4. 20. *diuiditur in bonum, & malum* 2. 4. 22. *Et qui creditur filialis, poteſt eſſe ſeruilis* 2. 20. 4.
Timor initialis qualis ſit 2. 4. 21.
Timor filialis eſt donum Spiritus Sancti 2. 4. 24.

eius

Digitized by Google

eius effectus ibidem & 2. 4. 25.
Timor quomodo remaneat in patria 2. 4. 26.
Timor opponitur fortitudini 2. 10. 35. quid importet 2, 10. 36.
Timori naturali contrariatur audacia 2. 4. 15.
Timoris connexio cum ſpe 2. 4. 2.
Timoris definitio 2. 4. 3.
Timoris actus 4. 25. 23.
Tinea ſanabilis 3. 18. 461.
Tituli Sancti, vel Beati an competat continuatio ex immemorabili 4. 24. 38.
Tobiæ cæcitas naturaliter ſanata 3. 8. 9. 3. 11. 6. & 4. 9. 8.
Tollerantio perſecutionum, &c. Eſt probanda pro Canonizatione Sanctoram 4. 5. 68.
Tonſillarum inflammationes ſanabiles 3. 18. 462.
Tonſilla linguæ 3. 18. 66.
Torcular capitis 3. 18. 32.
Tormina ſanabilia 3. 18. 463.
Torpor, vide ſtupor.
Totum an probetur teſtibus ſingularibus deponentibus de partibus indiuiduis 4. 16. 30.
Tranſgreſſores Decretorum quibus pœnis afficiantur 5. 2. 8. & 9.
Tranſitus de vno Religione ad aliam an ſit licitus 2. 9. 54.
Tranſmutationes, quæ fieri poſſint ab Angelis bonis, & malis 3. 8. 8. & 10.
Tremor ſanabilis 3. 18. 464.
Tumor ſanabilis 3. 18. 465.
Tumor remanens poſt ſanationem an tollat rationem miraculi 4. 10. 3.
Tuſſis ſanabilis 3. 18. 466.
Tutior pars in ſpiritualibus eſt ſequenda 4. 7. 8.
Tympanites ſanabilis 3. 18. 467.
Tympanum auditus 3. 18. 51. & 54.
Tyrannus fini politico addere poteſt perſecutionem fidei 4. 22. 26.

V

VAcante Sede Apoſtolica non remanet Eccleſia ſine capite 4. 4. 9.
Vapores exeuntes è ſepulchris induunt effigiem hominis mortui 3. 13. 8.
Vari ſanabiles 3. 18. 469.
Varices ſanabiles 3. 18. 468.
Varioli ſanabiles 3. 18. 470.
Vena porta 3. 18. 106.
Venarum diuiſio 3. 18. 103. & ſeqq.
Venarum nomina 3. 13. 105
Venæ arteriales 3. 18. 86. & ſeqq.
Venæ diſtinctio ab arteria 3. 18. 104.
Venæ emulgentes 3. 18. 111.
Venena plura ſe ſe collidunt 3. 20. 21.
Venenorum genere ſanabilia 3. 13. 471.
Venenum innoxiè potatum 3. 20. 19.
Venenum nutrire poteſt 3. 20. 20.
Veneratio Seruorum Dei ſine Indulto Apoſtolico prohibita 5. 2. 2. & 12.
Ventriculi cerebri 3. 18. 37.
Ventriculi deſcriptio 3. 18. 69.
Ventriculi debilitas ſanabilis 3. 18. 472.
Vera Beatitudo quæ ſit 1. 2. 5. A Platone quomodo cognita 1. 2. 3. & ſeq.
Vera miracula ſemper fuiſſe in Eccleſia 3. 8. 33.
Verecundia eſt ſpecies timoris 2. 4. 8.
Verecundia eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. Eius effectus 2. 12. 23. Omnibus conuenit 2. 12. 24.
Veritas eſt pars iuſtitiæ 2. 8. 29. Eius definitio 2. 8. 48. Quæ vitia illi opponantur 2. 8. 49.
Veritas Epaminundæ, & aliorum 2. 15. 45.
Vermes extrahibiles è corpore 3. 18. 473.
Vermis è naribus ſternutamento eiectus 3. 19. 18.
Vertebrarum coarticulationes 3. 18. 137. & ſeqq.
Vertebrorum dorſi luxationes ſanabiles 3. 18. 475.
Vertigo ſanabilis 3. 18. 474.
Verucæ ſanabiles 3. 18. 476.
Veſica vrinaria 3. 13. 113.
Veſicæ affectiones ſanabiles 3. 18. 477.
Via purgatiua, illuminatiua, & vnitiua quibus virtutibus reſpondeant 2. 1. 22.
Vigilia nimia, vide ſomnus amiſſus.
Viles, & Villani an admittantur in teſtes 4. 17. 9.
Villi, & eorum ſubſtantia 3. 18. 152.
Vindicatio, ſeu vindicta eſt pars iuſtitiæ 2. 8. 29. Eſt duplex vna bona, & altera mala 2. 8. 45. & 46. Quomodo exercenda 2. 8. 47.
Violentiam pati quid poteſt dupliciter 3. 4. 10.
Viperæ morſus ſanabilis 3. 18. 478.
Vires extraordinariæ ſupra naturam 3. 20. 25.
Virginitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. Quid importet 2. 12. 36. Eſt triplex 2. 12. 37.
Virginitas Veſtalium, & Bonæ Deæ 2. 15. 55.
Virginitatis pulchritudo, & decor 2. 12. 38.
Virgo quomodo concipere poſſit 3. 20. 34.
Viri eloquentiſſimi citra gratiam ſermonum 3. 7. 6. & 8.
Virium debilitas ſanabilis 3. 18. 479.
Virtuoſus debet non ſolum vti conuenienter inſtrumentis ad virtutem, ſed etiam præparare, & conſeruare 2. 18. 14.
Virtus inter duo extrema vitia verſatur 2. 1. 16.
Virtus nulla moralis dari poteſt in anima ſine prudentia, & è contra 2. 14. 17. & 18.
Virtus vna quomodo dicatur nobilior altera 2. 14. 6.
Virtus quælibet ſecundum aliquam rationem alijs præcellit 2. 14. 10.
Virtus perfecta quæ dicatur 2. 15. 14. Heroica 2. 15. 7.
Virtus qualibet creata non eſt omnibus nota 3. 8. 3.
Virtus heroica quæ dicatur 4. 6. 3. 8. & 61. In quo conſiſtat 4. 6. 67.
Virtus heroica non requirit omnem immunitatem à paſſionibus 4. 6. 4.
Virtus heroica pro Canonizatione talis requiritur Deo coniungat 4. 6. 13.
Virtus eſt perfectio naturalis rationalis 4. 6. 14.
Virtus heroica eſt ſplendor quidam, & eminentia omnium virtutum 4. 6. 23.
Virtus heroica diuiditur in diuinitus infuſam & acquiſitam 4. 6. 26.
Virtus heroica, an ſit ſpecie diſtincta ab alijs virtutibus 4. 6. 29. & ſeqq.
Virtus in actione conſiſtit 4. 6. 52.
Virtus heroica eſt virtus purgati animi 4. 6. 68.
Virtus heroica in animo non dum purgato inueniri non poteſt, & quare 4. 6. 69.
Virtutem poteſt quis oſtendere in publico, & in occulto

laxio-

laxiorem vitam tenere 1. 1. 28.
Virtutem habitualem habens, poteſt actum nonexercere 2. 1. 39.
Virtutes omnes in patria euacuantur ſecundum materiale præter charitatem 1. 1 16.
Virtutes omnes in charitate radicaliter continentur 1. 1. 17.
Virtutes diuiduntur ſecundum obiecta 2. 1. 22.
Virtutes diuiduntur in veras, & falſas, & quæ ſint veræ, quæ falſæ 2. 1. 23.
Virtutes diuiduntur in perfectas, & imperfectas, & quæ dicantur perfectæ, quæ imperfectæ 2. 1. 24.
Virtutes aliæ ſunt ordinantes ad bonum, & aliæ retrahentes à malo 2. 1. 25. *Et item in ſummas, & medias* 2. 1. 40.
Virtutes diuiduntur in Theologales, intellectuales, & morales 2. 1. 26.
Virtutes diuiduntur in ſpeculatiuas, & practicas, & quæ ſint ſpeculatiuæ, quæ practicæ 2. 1. 27. *Et in virtutes ſimpliciter, & ſecundum quid* 2. 1. 41.
Virtutes morales dicuntur Cardinales, & quæ ſint 2. 1. 28.
Virtutes morales diuiduntur in politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares 2. 1. 29.
Virtutes exemplares quæ ſint 2. 1. 29.
Virtutes politicæ quæ ſint 2. 1. 30.
Virtutes purgatoriæ, quæ dicantur 2. 1. 31.
Virtutes morales diuiduntur in naturales, acquiſitas, & infuſas, & naturales, quæ ſint 2. 1. 33.
Virtutes acquiſitæ, quæ ſint 2. 1. 34.
Virtutes morales acquiſitæ à Gentilibus, & Infidelibus exerceri poſſunt 2. 1. 34.
Virtutes infuſæ quæ ſint 2. 1. 35.
Virtutes morales acquiſitæ poſſunt eſſe inuicem ſeparatæ non ſic infuſæ 2. 1. 36.
Virtutes acquiſitæ dependent à ſuis actibus 2. 1. 37.
Virtutes infuſæ non dependent à ſuis actibus 2. 1. 37.
Virtutes diuiduntur in actuales, & habituales 2. 1. 38.
Virtutes diuiduntur, in ſimpliciter dictas, & ſecundum quid 2. 1. 40.
Virtutes, & vitia inuicem aduerſantur 2. 1. 12.
Virtutes inuicem pugnant cum vitijs etiam in eodem ſubiecto 2. 1. 15.
Virtutes pro vitijs quandoque reputantur, & è contra 2. 1. 17.
Virtutes à vitijs quomodo diſtinguantur 2. 1. 19.
Virtutes ſupernaturales ſimul infunduntur, & quomodo vna ſit prior altera, vel perfectior, alteramq; perficiat 2. 2. 1.
Virtutes ſine charitate nudæ ſunt 2. 5. 8.
Virtutes omnes à charitate mutuantur, vt ſint virtutes 2. 5. 10.
Virtutes omnes fingere poſſunt hypocritæ 2. 20. 14.
Virtutes aliquando excedunt limites virtutum 2. 20. 1. & 7.
Virtutes quomodò conſiderentur 2. 14. 1.
Virtutes Theologicæ quare dicantur potiſſimæ 2. 14. 2.
Virtutes morales infuſæ non poſſunt eſſe inuicem ſeparatæ 2. 14. 16.
Virtutes morales acquiſitæ an ſtare poſſint inuicem ſeparatæ 2. 14. 17.
Virtutes omnes à Sanctis habitæ fuerunt, licet non in omnibus reſplenduerint 2. 14. 22.
Virtutes in anima quomodo ſint connexæ 2. 14. 20.
Virtutes morales quomodo pertineant ad vitam actiuam, & contemplatiuam 2. 17. 24.
Virtutes omnes integrales, & potentiales an ſint probandæ pro Canonizatione 4. 5. 64.
Virtutes in gradu heroico poſſidentes, ſupra humanam conſuetudinem refulgent 4. 6. 65.
Virtutes morales trifariam diuiduntur 4. 6. 1. & 10.
Virtutes omnes in gradu heroico non eſt neceſſe, vt quis poſſideat 4. 6. 2.
Virtutes morales quomodo ſe habeant circa paſſionem 4. 6. 6.
Virtutes heroicæ ſunt mediæ inter politicas, & exemplares 4. 6. 9.
Virtutes heroicæ ſunt tam purgatoriæ, quam purgati animi 4. 6. 11.
Virtutes quædam ſunt modificatiuæ paſſionum, & aliæ Deo coniungentes 4. 6. 17.
Virtutes purgati animi poſſidentes, habet charitatem in ſummo 4. 6. 18.
Virtutes in definiendo, imitandus eſt Deus 2. 20. 16.
Virtutes morales quadripartitæ 4. 6. 19.
Virtutes purgati animi exiguntur in Canonizandis 4. 6. 20.
Virtutes quinque gradus habent 4. 6. 21.
Virtutes in quo gradu reddant hominem Deo ſimilem 4. 6. 22.
Virtutes heroicæ quæ ſint 4. 6. 25.
Virtutes omnes inter ſe ſunt connexæ 4. 6. 55.
Virtutes heroicæ ſunt idem cum ſanctitate 4. 6. 28.
Virtutes Theologicæ faciunt hominem Diuinæ naturæ conſortem 4. 6. 32.
Virtutes qualiter probentur 4. 15. 20.
Virtutes vtrum probentur ſcripturis, inſtrumentis, &c. 4. 15. 21. & ſeqq.
Virtutes debent plene probari 4. 16. 25.
Virtutes ſupernaturales non probantur per famam 4. 19. 19.
Virtutes vtrum probentur hiſtorijs 4. 15. 24. & 4. 24. 41. 46. & ſeqq.
Virtutibus omnibus præditus, ſecundum Ciceronem beatus 1. 2. 1.
Virtutibus omnibus conuenit nomen amoris 2. 5. 10.
Virtutibus omnibus an debeat Canonizandus reſplenduiſſe 4. 26. 9. & 10.
Virtutis nomen diuerſimode ſumitur 2. 1. 1.
Virtutis definitio 2. 1. 20. *Definitionis explicatio* 2. 1. 21.
Virtutis vnus actus à pluribus habitibus procedere poteſt 2. 14. 25.
Virtutis definitio 4. 6. 15. & ſeq.
Virtutis vnius actus etiam excellens non eſt ſufficiens ſanctitatis inditium 4. 25. 30.
Virtutum in exercitio vigilandum 2. 13. 28.
Virtutum connexio quomodo attendatur 2. 14. 13. & ſeqq.
Virtutum habitus an, & quomodo in anima ſint æquales 2. 14. 23. & ſeq.
Virtutum ordo qualiter attendatur 2. 14. 1.
Virtutum comparatio 2. 14. 2. *Potioritas* 2. 14. 7. & 9.

Virtutum

I N D E X.

Virtutum connexio quomodo veniat attendenda 2. 14. 19.
Virtutum moralium quænam ſit potior 2. 14. 7.
Virtutum exercitium ſecundum obſeruantiam mandatorum omnibus competit 2. 15. 19. Secundum conſilia non competit omnibus 2. 15. 20.
Virtutum exercitium dependet à virium corporalium menſura 2. 15. 25.
Virtutum actus quando dicantur heroici 2. 15. 30. & 31.
Virtutum habitus quomodo probentur 2. 15. 33.
Virtutum, ſeu habituum ſupernaturalium triplex gradus 2. 15. 32.
Virtutum Theologarum heroicitas conſiſtit in perfectiſſimo habitu, credendi, ſperandi, ac Deum eligendi 4. 6. 33.
Viſio à viſu quomodo diſtinguatur 3. 2. 1.
Viſio, & apparitio idem ſunt 3. 2. 2.
Viſiones comitantur reuelationes 3. 2. 4.
Viſiones Diuinæ ante Chriſti aduentum 3. 2. 5.
Viſiones Diuinæ in Chriſti aduentu 3. 2. 6.
Viſiones Diuinæ poſt Chriſti aſcenſum in Cælum, omnibus ſæculis vſque ad præſentem diem 3. 2. 7.
Viſiones Diabolicæ antiquiores 3. 2. 8.
Viſiones Diabolicæ recentiores 3. 2. 9.
Viſiones quando ſint in teſtimonium ſanctitatis 3. 24. 14.
Viſiones, & apparitiones Diabolicæ ad decipiendos homines, remiſſiuè 3. 2. 10.
Viſiones, & apparitiones Diuinæ, vt à Diabolicis diſtinguantur plures conſiderationes 3. 2. 11.
Viſiones antiquitus frequentiores, nunc rariores, & quare 3. 2. 12.
Viſiones, & apparitiones ſuſpectæ habendæ 3. 2. 12.
Viſionum tres ſpecies 3. 2. 3.
Viſitationis ſepulchri in cauſa non cultus forma 5. 34.
Viſitatio ſepulchri pro caſu excepto 5. 5. 63.
Vita actiua an ſit perfectior contemplatiua 2. 17. 23. Et qualis magis eligenda 2. 17. 25.
Vitæ ſanctitas quid importet 4. 5. 2.
Vitæ finis ante omnia inſpiciendus eſt 5. 2. 64.
Vites poſt vindemiam germinarunt 3. 22. 15.
Vitia plura ſunt quam virtutes 2. 1. 16.
Vitia virtutum ſpeciem aſſumunt 2. 1. 17. Et quare 2. 1. 18.
Vitia temperantiæ oppoſita 2. 12. 49.
Vitiligo ſanabilis 3. 18. 480.
Vitioſi bonos odio proſequuntur 2. 1. 14.
Vitrea vaſa rupta, ligna, coria &c. qui deglutierunt 3. 19. 32. & 33.
Vlcera ſanabilia 3. 18. 481.
Vlcera mentientes 3. 23. 9.
Vlcus Ezechiæ potuit naturaliter ſanari 4. 9. 8.
Vmbilici tumores ſanabiles 3. 18. 482.
Vnguium natura 3. 18. 155.
Vnguium vitia ſanabilia 3. 18. 483.
Vnio in qua conſiſtit virtus heroica; quæ ſit 4. 6. 67. & vnde oriatur 4. 6. 70.
Voces de Cælo diuinæ 3. 2. 13.
Voces diabolicæ, vel incerto authore 3. 2. 14.
Voces de cælo quando ſint in teſtimonium Sanctitatis 3. 24. 14.
Vocis, & ſermonis vitia ſanabilia 3. 18. 484.
Voluntas non perfectè vult niſi per charitatem 2. 15. 15.
Voluntas ad vnum actum ob plures fines moueri poteſt 2. 16. 6.
Voluptatum contemptus Antiſtenis 2. 15. 59.
Vomitus ſanabilis 3. 18. 485.
Vomitus ſanguis ſanabilis 3. 18. 486.
Votum eſt actus religionis 2. 9. 7. quid ſit, & quomodò definiatur 2. 9. 21.
Vrachos, & eius vtilitas 3. 18. 114.
Vrbanitas eſt pars temperantiæ 2. 12. 5. in quo conſiſtat 2. 12. 48.
Vreteres, & eorum deſcriptio 3. 18. 112.
Vreterum morbi ſanabiles 3. 18. 487.
Vrinæ affectiones ſanabiles 3. 18. 488.
Vrſus per plures menſes viuit ſine cibo, & potu 3. 17. 11.
Vſura an probetur teſtibus ſingularibus 4. 16. 33.
Vteri deſcriptio 3. 18. 118. & ſeqq.
Vteri ſuffocatio ſanabilis 3. 18. 489.
Vteri procidentia ſanabilis 3. 18. 490.
Vteri procidentia ſimulata 3. 23. 11.
Vua, ſeu vuula 3. 18. 63.
Vulnera ſanabilia 3. 18. 491.
Vulnera præſtigioſe ſanata 3. 20. 23.
Vulnera inteſtinorum ſanata 3. 23. 18.
Vuulæ relaxatio ſanabilis 3. 18. 492.

Z

ZAchias circa genera miraculorum errauit 3. 18. 1.
Zelans qualiter in zelo moueri poſſit 2. 19. 4.
Zeli laus & dignitas 2. 19. 10.
Zelus eſt effectus amoris 2. 19. 1.
Zelus idem importat, quod æmulatio 2. 19. 3.
Zelus diuiditur in bonum, & malum, & malus qualis 2. 19. 5.
Zelus bonus qualiter definiatur 2. 19. 6.
Zelus à charitate, & religione procedit 2. 19. 7.
Zelus quid importet 2. 19. 7.
Zelus Dei à maritali tranſlatus 2. 19. 8.
Zelus concupiſcentiæ, & zelus amicitiæ 2. 19. 9.
Zelus Deo gratus 2. 19. 11.
Zelus eſt donum peculiare Dei 2. 19. 12.
Zelus cum animi feruore coniungitur 2. 19. 13.
Zelus animi dolorem ingerit 2. 19. 14.
Zelus cordis fortitudinem generat 2. 19. 15.
Zelus proprius eſt Prælatorum 2. 19. 16.
Zelus diſcretionem requirit 2. 19. 17.
Zenobia credita mortua reperta viua 3. 10. 8.
Zonaras vix natus riſit 3. 23. 25.

F I N I S.

REGESTVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſs Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Omnes ſunt duerniones, præter a & quatuor Aaaa ternio.



ROMÆ, Typis, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij M.DC.LXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ANT 1317295

XVI
7
3

Digitized by Google

Digitized by Google

7794

Digitized by Google